F. Guilielmi de Rubione venerabilis admodum patris & theologi facile doctissimi prouinciȩ Aragonicȩ quondam Ministri: Disputatorum in quatuor. libros Magistri Sentẽtiarum Tomus prior super Primum & Secũdum diligenter ab Iodoco Badio Ascensio impressus & indice sequenti illustratus.

Impetratis gratia & priuilegio e regione posterioris Tomi explicandis.

45



Vænundatur cum reliquo Tomo in ædibus dicti Ascensii/Michaelis Conradi & Simonis Vincentii.

Transsumptum confirmationis

& approbationis huiusce operis F. Guilielmi de Rubione in quatuor libros Sententiarum: Factę per Reuerendū patrem Ministrū generalem/magnorum virorū in ad hoc deputatorum graui examine & iudicio pręhabito.

NOVERINT Vniuersi q̄ Nos fratres Petrus de Aquila minister in prouincia Tuscana: Bernardus de Aretio: Simon de Spoleto: Nicolaus de Interamne lector Romanus: Iacobus de Iora lector Paduanus: Auctoritate Reuerēdi in Christo patris Fratris Geraldi ordinis fratrum Minorū generalis ministri cōmissarii deputati ad examinādum nouum opus editum a fratre Guilielmo de Rubione/ministro prouincię Aragonię super quatuor libros Sententiarū: ipsum opus tenuimus/legimus/& diligenter inspeximus: in quo per dei gratiam nihil comperimus contra fidem vel cōtra bonos mores: sed cōclusiones catholicas vel opinabiles per viros scholasticos secūdum diuersa principia doctrinarum. In cuius rei testimoniū pręsentem scripturam fecimus fieri/& nostrorum sigillorum impressione muniri. Actum & datum in sacro loco Assisii. xxv. die mensis Maii Anno domini M.CCCXXXIII.

ET EGO Pręfatus frater Geraldus fratrum Minorum generalis Minister praenominatorum cōmissariorum meorum tanq̄ fide dignorum examine & relatione contentus iuxta nostri ordinis instituta/praefato F. Guilielmo pręmemoratū opus sic examinatum & in nullo penitus condemnatum publicandi & copiandi licentiam duxi tenore praesentium cōcedendam. In cuius rei testimonium praesentem scripturam feci sigilli mei officii impressione muniri. Actum & datum Anno Mense & die pręfatis.

Illustrissimo dño meo ex alta Regum Hispaniarũ Prosapia genito/procerũq; eiusdẽ regni primati, dño Federico Henriq. Castellæ & Granatæ Archimarino Comiti de Modica & de Aguilar. Frater Alfonsus de Villa Sãcta Minorita Salutẽ cũ prosperitate plurimam optat.

PRiscis illustribus studiũ quondã erat generosissime Princeps, nõ solum rei militaris disciplina et dexteritate fulgere: verũ etiã artium omnium liberalium summa eruditione splẽdescere: vt in exercendis armis militibusq; ductandis nobili indoli peritia suppeteret, & in moderandis regẽdisq; rebus publicis recta institutio non deesset. Et probe illi quidem sciteq; faciebãt: quatenus nobilitatis præstãtia, corporis strenuitate, animiq; splẽdore adornata/facile cõspicua notaq; redderet. Sic sane Alexãder ille magnus preclarus eruditione euasit. q̃uis em̃ bellica gloria teneretur: & bellicę laudis & imperii ꝑ totũ orbẽ ardore flagraret: tñ lectionis gnarus Iliada Homeri (quã rei familiaris viaticũ appellabat) apd̃ se semꝑ habẽs cũ pugione sub puluino tenere solitꝰ ẽ, & ad Aristotelẽ ex Asia inter ipsos armorũ strepitus in hæc verba scripsit. Alexander Aristo. felicitatẽ. Haud abs te rẽ ete factũ est/ꝙ speculatiuas disciplinas edidisti: qua em̃ re nos ipsi cæteris pręcellemꝰ, si ea quibꝰ eruditi sumꝰ studia/cœperint esse in omnibꝰ cõmunia! Mallẽ em̃ singulari disciplina q̃ potẽtia pręstare. Sic & Lacedæmonii, Atheniẽses/& illustres Romani/literaꝝ peritia enituerũt: apud quos moris erat/deligere solum in belli Duces imperatores & reipublicę moderatores/q bonis literis cæteros antecellerent. Quid referã illustrissimũ Iuliũ Cæsarem acerrimo ingenio virum non minus literarũ gloria q̃ rebꝰ gestis pręclarũ! qui eadẽ animi acrimonia qua manũ cõseruit cũ hostibꝰ, sua prelia descripsit: eadẽq; dextra qua bella gessit, res a se gestas lrãrũ monumẽtis tradidit. Augustus itidẽ studiosissimus nec doctissimis sui tpis viris inferior, q q̃ elegãtissime (vt extãt) de Maronis obitu versus cõptissimos cõdidit: quorũ initiũ ẽ, Ergo, ne supremis potuit vox improba verbis/ & q̃ sequunt. Alfonsus item (vt ad nostros deueniã) Romanorũ imperator & Hispanorũ rex ita optimis disciplinis eruditus fuit & literarũ peritia singularis, vt astronomoꝝ ambages ita ineffabili modo explicauerit: vt princeps in solio residens gloriosus/cælorũ oĩm meatus breui radio describeret, ac fulgẽtia sydera diceret. Sed hæc nostra lutea ac calamitosa tẽpestas/q̃ omniũ mortaliũ curã ad deteriorũ studiorũ laborẽ cõuertit, improbis moribus sic animos illustrium pessundedit: vt ignobilẽ cẽseat delusa nobilitas q sacrã mineruã callere studeat: & militari baltheo accinctis alteretur sufficere literas vix summis delibare labris: ac nomẽ suũ monstruosis quibusdã & ineptis literarũ formulis appingere chartæ aut mẽbranæ: atq; portenta potiꝰ characterũ effformare, q̃ veras describere literas. Proh dei atq; hominũ fidẽ quid obsecro his demẽtiis insanius! qui generis nobilitatẽ a sapientibꝰ ductam proauis dicãt degenerare disciplinarũ excellẽtia: & naturã illustrem diuinis doctrinis aptissimã artium inscitia/morũq; improbitate/ contendant effici clariorẽ! Hoc merito reprehẽdit ꝓpheta dicẽs vęh q dicunt bonũ malũ & malũ bonum. Hoc dictũ volui (prestãtissime princeps) quia nõ possum satis mirari quid causæ extiterit ꝙ nostræ tẽpestatis illustres sacrã mineruã ita opprobrio dederint vt vix toto in orbe terrarũ quispiã originis dignitate prefulgens, clarus sciẽtia & doctrina habeat. quo fit vt respublicę ac regnoꝝ gubernacula quę vt plurimũ eorũ libidine moderant: non tã æquis sanctiõibꝰ q̃ duris exactionibus agitent: politię immutent: imperiũ ex iustissimo atq; optimo, crudele intolerandũq; fiat. Nã cũ earũdẽ rectores bonis artibꝰ careãt, praua illa philosophia q̃ turpe lucrũ docet, nõ quę btõs hoĩes facit, inoleuit. Cęterũ paucis elapsis diebꝰ, industria atq; ductu Iodoci Badii Ascensii fidissimi poetarũ atq; oratorũ interpretis atq; explanatoris clarissimi, & nostra tẽpestate (si scriptis credimus) facile principis/mihi summa amicitia coniuncti, deuenit in manus quoddam scriptum super quatuor sententiarũ libros cuiusdã facile q̃ eruditissimi & celeberrimi viri Fratris Guillelmi de Rubione nostri Minoritani ordinis alũni: ac (vt index ostendebat) quondã Prouincię Aragoniæ ministri, auctoris profecto eximii atq; omnium sui temporis grauissimi, qui doctoris nostri subtilissimi dogma & anfractꝰ inextricabiles vsq; in hodiernum diem (ob nimiã obscuritatem)

nostros scotizantes latentes, omniumq; neotericorum nominaliũ ambages ita exacte & adamussim elucidat/digerit/& absoluit: vt (sicut familiari colloquio dicere assolet doctrinę scoticę eminẽtissim⁹ vir magister Ioãnes de Quĩtana Aragoni⁹ quõdã prior Sorbonic⁹, quod apud Parrhisios magni est momẽti, ac nũc doctoris subtilissimi in almo nr̃o cõuẽtu interpres famatissim⁹ tueq; pręstãtię obseruantissimus) vltimam manum toti scholę imponere videatur. Quocirca nõ possum non improbare eruditos nr̃i temporis viros, nec satis demirari, quęnã incuria eis incesserit: vt tam antiquum sciẽtiarum decus & monumẽtum ac doctrinæ Scoticæ tutamen inexpugnabile/ tanto temporis interuallo cum blattis & tineis ac diris obliuionib⁹ certare permiserint. Quapropter nõ modicũ cœnobica nostra academia omnisq; schola tenetur omni disciplinarũ genere eruditissimo Ascẽsio impressoriæ artis primati: qui tantũ auctorem (ignauia nostrorũ) longis annis incultum non solum ex abditis produxit in lucem: sed & grandi auri pondere comparatum suis optimorumq; bibliopolarum Michaelis Conradi Hispani: & Simonis Vincentii Galli impensis tradidit imprimendum. Cogitanti igit̃ mihi cui illustrium virorum quibus doctorum scripta dicari solent pretiosam istam theosophantium pharetram nulli thesauro conferendam dirigere possem, non venit in mentem quispiam nostrorum optimatum illustris qui ad literas magis affectus, optimis artibus solertius imbutus: stemmatũq; decore locupletior appareat. Nam omnifariam apud Hispanos nostros dilucidum est, te tum sanguinis generositate, tum facinorum laude, tum etiam virtutum omniũ & disciplinarum praestantia longe caeteros anteire. Nam quicũq; egregia & summa illustrium laudum tuarum praeconia recolere voluerit, facile intelliget nihil tibi vlla ex parte deesse, quod vel a natura, vel a virtute, vel a fortuna sit expetendum: quo caeteris proceribus nostris non longe praestantior habearis. Nat⁹ es ex inclyta Regum Hispaniarum prosapia: quæ tot Regum & imperatorum mater fuit. Tibi enim, & inuictissimo atq; omnium mortaliũ mentibus recensendo, Catholico regi Fernãdo nuperrime specioso fato sublato communis auus fuit Federicus: videlicet tui nominis primus Castellæ Archimarinus & clarissimus dux: cui⁹ illustria gesta celebresq; victorias admirari magis q̃ recensere cuiq; datum est. Nam (vt pauca recẽseam) Castellæ regnum vario capitũ schismate truncatum ac populatũ, fortissimis armis, clarissimo nepoti suo Fernando Aragonũ regi praenominato sedatum integratumq; tradidit moderandum: eidemq; perpetuo matrimonio cõiunxit optimam ac maximã Isabellam serenissimam Hispanorum augustam huius nominis tertiã omnium viraginum decus excellentissimum. quod quidem facinus inter ab eodem illustres res gestas potissimum fuit. At praeter caetera praeclara facinora quæ epistolari enarratiõe perstringi nõ possent: vnum recolam quod iam felici senio cõfectus ac candidus canis confecit. Cũ enim dux minoris Valentiæ Hispanorum robustissimus pręclaram senectam longis illustratam titulis & triũphis inuisam (vt fieri solet) haberet: in eumq; quibusdam pagis ademptis bellum moueret: filiũ Alfonsum quem vnice diligebat comparato exercitu vt eũ abigeret pientissima canicies delegit, quẽ cum iuuenis bello inexpertus ferre non posset (mirabile dictu) felix decrepita in arma ruens postq̃ grassatorem illum cohibuit, eundem prelio victum & in deditionem venientem dedignatus excipere. Vade inquit, nec enim dignum existimo adiicere meis iam partis triumphis si alio q̃ de rege triũpharim. Atqui amita tua clarissima Aragonum regina catholici regis Fernandi iampridem praefati genitrix gloriosa illustrium fœminarum candidissimum exemplar, quæ post obitum dulcissimi coniugis Ioannis manum mittens ad fortia ac virilem animum induẽs, regnum tyrannicis potentatibus vsurpatũ pulsis inde tyrannis receptum filio dono dedit. Quid dicã de illustrissimo genitore tuo Alfonso paternarum laudum (vt par erat) acerrimo imitatore! cuius auspiciis forti pectore, & armis catholicus rex Fernandus cum inclyta Isabella coniuge sua regni gubernacula suscepterunt. Sed vt recentiora recenseam & ad proprium tuę nobilitatis splendorem descendam quę tota nostra est non ex haereditaria patrum successione nobis obueniens, sed nostro labore parta, nostraq; comparata opera atq; vigilãtia (nam auctore Seneca: qui genus laudat alterius aliena laudat. cui astipulatur Satyricus his versibus dicens, Stemmata quid faciunt! quid prodest Pontice longo Sãguine censeri! pictosq; ostendere vultus Maiorum! & stantes in curribus Aemilianos! Quis fructus generis tabula iactare capaci Fumosos equitum cum dictatore magistros, Si corã Lepidis ma-

le viuitur!)quis vnq̃ auitæ gloriæ propior extitit æmulator!nam vt magnanimi Federici aui tui primordialia facta cõsectareris,pelagi pericula ingẽti classe adorsus,augustissima cõnubia potẽtissimi/ac felicissimę memorię Philippi tunc Austrię archiducis,post autẽ Castellę & Granatę regis clarissimi cum serenissima Augusta nostra Ioanna felici fœdere peregisti. Cæterum cum ex coniugii pacto ac catholici regis Fernãdi tunc in humanis agentis imperio serenissimũ Philippũ in principẽ Hispaniarum iurasses,si principem Ioannẽ tunc verũ hæredem absq; prole obire contingeret,ipso fatali leto pręuento,cum emergẽtibus causis catholicus rex immutasset decretũ,ac nobilissimo Lusitanię regi filiam maiorẽ natu Isabellam nomine regni post ipsum hæredẽ in matrimoniũ tradidisset,& Hispanię proceres vt moris est,eundẽ in pricipem tactis sacrosanctis delegissent,tu solus propugnator hectoreo furore percitus ne fidefragi opprobrium sustineres,constãter abnegasti,malens exilium perpeti q̃ eximię nobilitatis legem trãsgredi. Atqui cum labẽtibus annis inclyta Hispaniarum regina magna Isabella(cuius erat regnũ dotale)diem vltimũ terminasset,atq; eidem illustrissimus archidux Austrię Philippus(iure vxoris)rex Castellę & Granatę successisset,tui primi germani catholici regis Fernãdi extra regnum abeuntis ac te ducere secum conantis ampla munera & regia foedera respuisti:clarius putãs proprio principi fidem seruare q̃ ab extero corona donari. At ne id quidem pręterire fas est qđ hisce diebus potissimũ tuis laudibus adiecisti.nam cum catholico regi Fernando nuper defuncto extremus halitus immineret,ac rex noster Carolus tũc felix princeps & successor in Flandria ageret,& principes super regni Castellę tribus potissimis magistratibus & regimine longis altercationibus disceptrassent,ac catholicum regem in extremis agentẽ in hanc sententiam traxissent vt illustrissimo infanti Fernãdo nepoti suo regni moderamina vsq; in aduẽtum Caroli cũ pręfatis dignitatib⁹ testamẽto legaret:tu solus princeps principis tui sceptra tutatus,clamoroso tumultu/ita vt tectum omne repleret,nõ habemus aisti regem nisi Cęsarem:qua voce non tantũ perniciosa factio dissoluta est,sed & regis catholici spiritum exhalantis animus reuocatus.qđ pręclarum facinus(fama enimuero,& præmio dignum)ita nostris rebus publicis cõmodũ fuit vt idem illustrissimus Carolus nũc Catholicus rex,Hispaniarũ sedibus/vniuersalis hęres gloriosus & pacatus resideat. Hęc sunt igiť generosa semina ac illustres radices quibus cęteros nostros magnates antecellis. Hæc itidem heroica gesta quibus gentis tuæ regię & veteris non modicũ splendorem adauxisti. Nõ ab re ergo tibi multiplici iure illustrissimo auctorẽ istum grauissimũ haud nostro tẽpore indignum dicare decreui:tum quia ob ingentia beneficia cumulatius mihi indies collata,nulli æquiore lance studii mei primitię deberi vidẽtur:tum etiã quia generis mei propinquos a veteribus annis in tua aula nutritos vti proprios liberos educare cõsueuisti. Quas ob res accipe illustrissime Archimarine,conterraneum doctorẽ catholicum omniũ scotizãtium disertissimũ,totaq; mineruа refertum lucubratiunculis meis,mendis abstersum,& sub incude literaria elaboratũ,non gemmas indicantem aut aurum venditantẽ qđ fuluis Tagus nunc conuoluit arenis:sed ad comparandam animi nobilitatẽ illustriter,beateq; viuendũ maxime conducentẽ. Tuere igitur illũ nobili pręsidio tuo,nec liuor edax(vt assolet)obrepat. Vale decus & ornamentũ nobilitatis vnicum & dulce præsidiũ meũ,ac tuũ scholasticũ teneto mente. Ex venerabili cõuentu nostro Parrhisiensi. Ad Calẽdas Febr. Anno millesimo quingentesimo decimoseptimo Parrhisiano calculo.

3

SEquitur tabella quæstionũ & materiarũ principaliũ sup primũ & secundum magistri sentẽtiarũ libros subtilissime disputatarũ & decisarũ a venerabili pře magistro Gulielmo a Rubione Minorita religiosissimorũ fratrũ diui Frãcisci prouincię Aragonę ministro dignissimo: approbatarũ per Reuerẽdos eiusdẽ ꝓfessionis patres & magistros a tergo primi folioli huius codicis cõscriptos. Sequuntur aũt quęstiones ea serie eoq; numero foliorũ quib⁹ explicabunť. Sũt aũt vt ad oculũ patet in vnoquoq; foliculo quaternę columnæ. quarũ prima notabiť p A. Secũda per B. Tertia p C. & quarta per D.

In Prologum Quęstiones.

Dist. I.

Dist. II.

Eiusdē.F.Guilielmi de Rubione disputandorū in Secundū Sen.Pręfatio.

Dist.I.

Dist.IIII.

Dist.V.

Dist.VI.

Dist.VII.

Dist.VIII.

Dist.IX.

Dist.X.

Dist.XI.

Dist. XII.

1 Vtrum potentia materię passiua sit aliqd per se vnũ distinctum ab ipsa materia in re extra. ccc j. D. & fo. sequẽti. C. & ccc ij. B.

An materia sit entitas aliqua ab omni forma realiter distincta. ccc j. D. & ccc ij. A.

2 Vtrũ potẽtia formę actiua sit in ea aliqd per se vnũ absolutũ vel respectiuũ ab ipsa distinctum. fo. ccc iiij. A.

Quid non est potentia actiua formę. ibidem.

Quid sit huiusmodi potentia. ccc v. B.

3 Vtrum omnis forma naturaliter generabilis pcedat in materia pręsupposita anteq̃ generetur quãtum ad aliquem sui gradum. ccc v. C.

Quomodo ostẽdatur q̃ forma vere & pprie generet seu producatur. fo. ccc v. C.

Quomodo q̃ nihil eius in materia pręsupponit. ccc j. D

Quomodo q̃ ex hoc nõ sequatur q̃ creetur. ccc vj. A.

4 Vtrũ ab eodẽ agente immediate forma opposita corrũpatur & proposita ipsi cõtraria pducatur. fo. ccc vj. C.

An semper sint simul generatio & corruptio: sic q̃ nunq̃ sit generatio vnius sine corruptione alterius. ccc vj. C.

Vtrum horũ sit prius vbi ambo simul concurrũt videlicet generatio formę ppositę & corruptio formę oppositę. ccc vij. B. & ccc viij. A.

An ambo ista sint immediate ab vno: an ab alio & ab alio: quod est quęsitum. ccc viij. D.

Quomodo forma generantis cum non sit in passo psupposito potest corrũpere eius formã. ccc viij. in pricipio.

5 Vtrum materia & eius substãtialis forma sint directe in genere substantię. ccc viij. D. & ccc ix. B.

Quid sit rem esse in genere prędicamẽtali. ccc viij. D.

6 Vtrũ materia possit fieri naturaliter sine forma. ccc x. B.

An in materia separata ab omni forma substãtiali possit introduci forma substãtialis ab aliquo naturali agẽte: & vniuersaliter a quocũq; substãtialẽ formã in illa materia receptibilem virtualiter continente. fo. ccc x. D.

An materia sit subiectum immediatum formę accidentalis: an non: sed tñ substantialis. ccc xj. B.

Dist. XIII.

1 Vtrũ lux sit obiectũ adęqtũ visus. ccc xij. B. & ccc xiij. A.

Quomodo vel quod sit assignandũ alicuius potentię obiectum adęquatum. ccc xiij. B.

Quę sint illa multa quę simul accepta sunt obiectũ adęquatum visus. ccc xiij. B. in fine.

Nunquid sensus sit apprehensiuus vniuersalis non tñ particularis. ccc xiij. C.

An sicut vnius scientię vnum est subiectũ ita etiam cuiusq; vnius potentię assignandum sit aliquod vnũ obiectum. fo. eodem. C. & D. in principio.

Nunquid in tanto defectu & imperfectiõe possit fieri color & lux vt non sit visibilis. ccc xiij. C. & D.

An obiectum visibile sit actus videndi causaliter productiuum an tñ terminatiuũ. ccc xiij. C. & D.

Quare lux magis videri potest sine colore q̃ ecõuerso color sine luce cum vtrũq; eorũ ponatur esse obiectum visibile per seipsum. ccc xiij. C. & ccc xiiij. A.

2 Vtrum lux sit forma substantialis an accidentalis: & qd sit lux. ccc xiiij. A.

Quid sit lumen. ccc xiiij. B.

Quomodo lumen causetur a luce. ccc xiiij. C.

Cum quęlibet pars alicuius effectus producatur in instanti, quomodo [illegible] totus effect⁹ qui nõ est aliud nisi partes produci [illegible] successiue. ccc xiiij. in fine.

Cum sol sit principiũ vlterioris gradus luminis productiuũ & medium eius etiã receptiuũ quare stante gradu isto luminis nõ producat alterum. ccc xv. A.

An diuersa lumina eiusdem rationis possint in eadẽ parte medij esse simul. ccc xv. B. in fine. & C. in prin.

Quomodo lumẽ dicit manere intentionaliter in medio Et an colorum species maneant in ipso. ccc xv. C.

Quare lumen nõ potest manere in absentia causę suę. folio. ccc xv. C.

An lumen sit eiusdem rationis cũ colore & luce: Et lux similiter cum colore. ccc xv. C.

An possit multiplicari seu causari in vacuo. eodem. D.

Vtrum tenebra luci & lumini opposita sit aliquid in re extra. ccc xv. D. & ccc xvj. C. 5

Dist. XIIII.

Vtrum cęlum stellatum sit compositũ ex materia & ex forma. ccc xvij. A. & ccc xviij. A. 1

Vtrum primũ mobile quod est cęlũ moueatur localiter a seipso an ab aliquo motore extrinseco sibi coniuncto fo. ccc xviij. B. 2

An cęlum sit animatũ ostẽditur q̃ non. ccc xviij. B.

Quomodo cælum localiter mouetur. ccc xviij. C.

A quo cælum causaliter mouetur. ccc xviij. D.

Vtrum elemẽta moueantur ad loca propria totaliter a seipsis. ccc xix. A. 3

An formę elementorum substantiales sint intensibiles & remissibiles. cccc. A.

An formę elemẽ. sint in seipsis productiuę ppriarũ quas sibi determinant naturaliũ qualitatum. ibi. B.

An a seipsis an ab alio moueantur. cccc. C.

An etiam quodlibet accidens substantię grauis & etiam materia sit principiũ sui motiuum an tantũ moueatur a forma substantiali grauis. Et consiliter de accidẽtibus & de materia formę leuis. cccc. B.

Nunquid forma leuis est sine omni pondere sicut & omne graue est ponderosum. ibidem cõsequenter.

Vtrum corpora superiora luminosa oĩa sint lucida ex se an aliunde. fo. cccc. B. 4

An lux cuiuslibet corporis luminosi superioris fuerit immediate producta a deo sicut corpus ipsum quodlibet superius luminosum: an fuerit effectiue ab ipso corpore luminoso eius subiecto. cccc. A.

Dist. XV.

Vtrũ in corpore animalis & cuiuscũq; alteri⁹ mixti corporis sint actualiter oĩa quatuor elementa. cccc. D.

An elementa sint aliquo modo in mixto. cccc. D.

Quomodo elementa sint in mixto. cccc. D. in fine.

An in mixto sint elementa potẽtialiter. ibidem.

An sint in eo virtualiter. cccc j. B.

An actualiter & formaliter secundũ suas essentias. ibidẽ.

Vtrum anima sit effectiue ab aliqua secũda causa an tñ tum a prima. cccc iij. C. & D.

A quo introducitur in corpus anima. cccc iij. D.

An sit verũ quod supponi solet, videlicet q̃ nullũ imperfectius possit esse causa pfectioris se. cccc iiij. in prin. A.

A qua causa secũda possit introduci forma viuẽs supposito q̃ impfecti⁹ possit agere ad pfectius. ibi. B. in fine

An anima sit extensa an inextensa. cccc iiij. C.

A quo sit anima effectiue. cccc iiij. in fine.

An sicut corpus cuiuslibet viui crescat ita nouam animã acquirat. cccc iiij. A. in principio.

Cũ crescẽte corpore habeat etiã crescere forma quãta & in corpore ipso extensa a quo sint effectiue partes animę vegetatiuę per quarum appositionẽ ipsa suo corpore crescente crescat continue & extendit successiue. ibi. D.

3 Vtrum peccatum commissionis sit deterius q̃ peccatuȝ omissionis.ccclxxv.D.&.ccclxxvj.A.

Dist.XXXVI.

1 Vtrum vnũ peccatuȝ sit pena alterius.ccclxxvj.B &.C.

Nunquid peccatum cõmissionis saltem vt sumptũ materialiter quãtum ad actum substratũ potest dici pœna peccantis.ccclxxvj.D.

An vnum peccatum etiam possit esse causa alterius peccati.fo.ccclxxvij.A.

2 Vtrum pœna culpę debita sit a deo.ccclxxvij.A.&.B.

Quę pœna cui culpę sit debita.ccclxxvij.A.

Dist.XXXVII.

1 Vtrum omnis actus malus inquãtum actus sit a deo: ccclxxviij.B.

Cum culpa nõ sit nec esse possit a deo magis partialiter q̃ totaliter quare magis conceditur ista: Actus malus inquantũ actus est a deo partialiter, q̃ ꝙ est ab eo totaliter.ccclxxix.A.

2 Vtrum actus malus moraliter inquantuȝ malus possit esse a deo.ccclxxix.A.

An actus moraliter bon⁹ inquãtũ bonus moraliter possit esse a deo causaliter.ccclxxix.B.

Nunq̃d ista propositio absolute sine reduplicatione sumpta, actus malus culpabiliter est a deo: est cõcedẽda.folio.ccclxxix.B.circa principium.

Nunquid ista. Actus malus culpabiliter est a deo totaliter, est etiam concedenda.ibidem circa finem.

Dist.XXXVIII.

1 Vtrum bonitas moralis seu rectitudo quę est in actu voluntatis sumatur ex intentione exercẽtis ipsum ad debitum ipsi finem.ccclxxx.A.

Quis sit iste finis ex cuius intentione actus ipse ad eum mentaliter ordinatus dicitur moraliter bonus esse. folio.ccclxxx.D.

2 Vtrum intentio finis sit actus voluntatis.ccclxxxj.A.B

Quid sit intentio finis.ccclxxxj.B.

Dist.XXXIX.

1 Vtrum conscientia sit actus aliquis vel habitus intellectus.fo.ccclxxxj.C.

An conscientia erronea obliget ad peccatum.ibidem.D.

Si conscientia erronea nõ esset in potestate eius qui eam haberet sed a deo ipsi infusa, quomodo posset vitare ꝑplexitatem.fo.ccclxxxij.A.ad finem.

2 Vtrũ synderesis siue scintilla rationis sit actus vel habit⁹ a conscientia indistinctus.ccclxxxij.B.

Quid sit synderesis.ibidem.

An habitus inclinatiuus seu dictatiuus principiorũ practicorum sit ipsamet aia seu eius intellectiua potẽtia, an aliquid additum ab ipsa realiter distinctum. folio ccclxxxij.C.post principium.

An sit idem cum scientia an distinctum ab ea.ibidẽ.C.

An synderesis sit tota extinguibilis.ibidem.

Dist.XL.

1 Vtrum omnis actus sit moraliter bonus ex sola intẽtione debiti finis.ccclxxxij.C.&.D.

An possit esse aliq̃s actus hominis sic indifferens ꝙ non sit bonus moraliter nec malus.ccclxxxiij.A.

2 Vtrum vnus & idem actus numero voluntatis elicitus vel imperatus possit esse bonus moraliter atq; malus ccclxxxiij.C.&.ccclxxxiiij.A.

An bonitas & malitia morales sint differẽtię oim actuũ humanorum.ccclxxxiiij.C.

Dist.XLI.

Vtrum aliquis actus alicuius infidelis sit perfecte moraliter virtuosus.ccclxxxiiij.A.&.C. 1

An in quolibet actu infidelium sit peccatum.ibi.B.

Vtrum omne peccatũ sit volũtarium.ccclxxxv.A. 2

Quid sit peccati subiectum.ccclxxxv.D.

Dist.XLII.

Vtrum actus exterior imperatus addat ad interiorẽ bonitatem vel malitiã moralem.ccclxxxv.D. 1

An actus exterioris actionis addat meritum & demeritum ad actum interioris electionis vel respuitionis.fo.ccclxxxvj.B.&.C.

Vtrum peccatum mortale & veniale specifice distinguãtur.ccclxxxvij.A.&.D. 2

Vtrum peccatum cõgrue diuidatur in peccatum cordis oris & operis.ccclxxxviij.B.&.C. 3

An peccatum veniale posset fieri mortale.ibi.B.

Vtrũ peccatum in vniuersali acceptũ congrue & sufficiẽter in septem vitia vulgata & capitalia diuidatur. folio.ccclxxxviij.D. 4

Quomodo peccatum mortale & veniale in ordine ad sibi extrinseca distinguãtur.ccclxxxix.A.& fo.cccxc.A.

Quomodo potest diuidi mortale peccatum siue veniale formaliter acceptum.ccclxxxix.B.

Nunquid septem vitia quę cõmuniter ponũtur sint cõmunia ad omnia tam mortalia q̃ venialia an tm̃ ad mortalia se extendant.cccxc.C.

Dist.XLIII.

Vtrum sit aliquod speciale peccatuȝ tm̃ in spiritum sanctum.cccxc.C. 1

An peccatuȝ in spiritum sanctum possit esse in aliquo ꝑ se solum an necessario pręsupponat aliquod aliud peccatum.cccxcj.A.

Vtrum peccatum in spiritũ sanctum sit grauissimũ.folio.cccxcj.B. 2

An istud peccatum in spiritũ sanctum sit remissibile an irremissibile.cccxcj.B.

An omne peccatum ex certa industria factum sit peccatum in spiritũ sanctum.cccxcj.C.ad finem.

Quomodo quodcunq; peccatum in spiritũ sanctum est directe contra aliquẽ effectũ spiritui sancto appropriatum.ibidem consequenter.

Dist.XLIIII.& vltimę.

Vtrum liberum arbitrium sit potentia peccandi.folio cccxcj.D.in fine.&.cccxcij.in principio. 1

An potẽtia peccãdi sit a deo an ab aliquo alio.cccxcij.B.

Vtrum secularis potentia pręsidendi seu dominandi sit a deo.fo.cccxcij.D.&.cccxciij.B. 2

Quid est per huiusmodi potestatem intelligendum. folio.cccxcij.D.

An talis potestas fuisset etiam in statu innocentię.folio.cccxciij.C.

An subditi teneantur obedire dñis tẽporalibus. ibidem.

Finis Quęstionũ ac dubiorum super Primũ & Secũdum Sentẽtiarum Reuerendi patris Magistri Guilielmi de Rubione ordinis Minorũ prouinciæ Aragonię.

Deo laus & gloria.

F.Guiliermi de Rubione ord.Mi.mini-
stri p̄uincie Aragonie:cōuētus Ville Frāce:in Primū
Lib.Sētētiarū Prolog⁹.In q̄ habet totius p̄mi diuisio.

CAndor est lucis
eterne ⁊ speculū sine ma
cula dei maiestat̄:⁊ ima
go bonitatis ill⁹. Sa-
piē.c.7.Dei eminētiam
sapiētiā ⁊ oīpotētiā (de
quib⁹ trib⁹ agit in p̄io
libro sententiarū:cui⁹ ex
positioni est insistēdū)cō
siderās btūs Augu.in q̄
dam Ep̄la ita ait. Deus
est totus pes qui oīa pene
trat/totus ocul⁹/q̄ oīa
videt:tot⁹ manus:q̄ oīa
operatur.¶ In q̄bus verbis ipse Augustin⁹ describit ⁊ re-
cognoscit deū. Primo vt sup oīa incōparabiliter transcē-
dētē:ppter suā imēsitatē incircūscriptibilē. Scdo.vt oīa
facialiter intuētē ppter suā veritatē inoffuscabilē. Tertio
vt oīa vīr operātē ⁊ mirabiliter gubernātē ppter suā po-
testatē:q̄ tot⁹ pes vbiq̄ realiter p̄ns:q̄ tot⁹ ocul⁹ oīa fa
cialiter intuēs:q̄ tot⁹ man⁹ oīa vniuersaliter agēs.¶ Et
ista tria sunt q̄ de deo in p̄io snīarū libro ptractant:⁊ hoc
verbo primo pposito explicant. Quid em̄ est notitia diui
ne essentie nisi speculū inexplicabilis maiestatis? Quid
notitia sup̄ne sapiētie nisi candor lucis ⁊ inoffuscabilis ve
ritatis? Quid notitia infinite potētie nisi imago incōpa-
bilis bonitatis? Ecce igit tria q̄ in primo sentētiarū libro
ptractant:⁊ in hoc verbo p ordinē explicata vident. Diui
nā essentiā trāscēdētē: q̄ est visiōis ⁊ fruitiōis obiectū ter
minatiuū. Sup̄nā sapiētiā agnoscētē: q̄ est mediū oīm di
rectiuū q̄ est. Infinitā potētiā ptegentē:q̄ est principiū
oīm pductiuū:speculū sine macula dei maiestatis:can-
dor eterne lucis:imago bonitatis illius.¶ Scd̄m ista
tria prim⁹ snīarum liber diuidit in tres ptes. In quarū
p̄ma agit de diuina essentia incōphēsibili. In scda de eius
sup̄na sapiētia inoffuscabili. In tertia de infinita eius oī-
potentia insugabili. Scda incipit.d.35. Cūq̄ supra disse-
ruimus. Tertia.d.42. Hinc de oīpotētia dei agendū est.
¶ Circa primū vbi innuit notitia diuinitatis designata p
speculū sine macula maiestatis:qd̄ est primū de quo agit i
hoc libro:est sciendū q̄ notitia diuinitatis itellecta p spe
culū maiestatis tradita in ista p̄ia pte isti⁹ libri snīarum
explicat ⁊ declarat: Primo essentialē idētitatē cū psona
rū pl̄itate. Scdo diuersitatē psonalē cum earū fecundita
te.⁊ hoc in.d.4. Tertio mirabiliū pfectionū immēsitatē
cū oī equalitate.⁊ hoc in.d.19. Quarto signi ficātiū noīm
mlt̄iplicitatē:cū rei significate simplicitate:⁊ hoc i.d.22.
¶ Primū.vz essētie vnitatē ⁊ psonarū pl̄alitatē vl̄ alie
tatē pbat magr̄ primo p diuersas scripturas.⁊ hoc in.d.
2.et.13. Nostrū ⁊c. Scdo p creaturas seu varias sīlitudi-
nes ex creaturis acceptas.⁊ hoc in.d.3. Ap̄ls nāq̄ ait ⁊c.
¶ Circa scdm̄ vz circa fecūditatē seu originē psonarū ex-
plicat magr̄ primo filij a solo patre gn̄ationē.⁊ hoc in.d.
4. Hic oritur q̄stio ⁊c. Scdo diuie essentie cōis oīb⁹ pso-
nis pprietatē multiplicē seu pditionē.⁊ hoc in.d.8. Nūc
de v̄itate. Tertio sp̄ussancti a p̄re ⁊ a filio eternalē ema-
nationē.⁊ hoc in.d.10. Hz post filij eternitatē ⁊c. Quarto
ipsi⁹ sp̄ussancti tp̄alē pcessionē.⁊ hoc in.d.14. p̄terea dili
gēter notādū est.¶ Circa tertiū vz circa pfectionū equa
litatē oīū psonarū / explicat magr̄ primo oīmodā eq̄lita
tē psonarū in essendo. Scdo i opando.⁊ hoc in.d.20. Nūc
ondere restat ⁊c.¶ Circa q̄rtū vz circa diuersitatē noīū:
q̄ dicūt de deo:magr̄ explicat p̄io noīa substātiālia seu es
sentialia cuilibet psonarū cōia. Scdo noīa numeralia de
natura psonarū:sz de oīb⁹ sīl̄ sūpt̄ v̄ificata.⁊ hoc i.d.24.
Hic diligēter inq̄ri opz. Tertio noīa relatiua seu notiona
lia de psonis determinatis vera eternal̄r.⁊ hoc in dist.26.
Nūc de pprietatib⁹ psonarū ⁊c. Quarto noīa relatiā di-
cta de oīb⁹ psonis cōiter tp̄aliter.⁊ hoc in.d.30. Sūt eī q̄-
dā q̄ ex tpe ⁊c. Et ista diuidit in duas.q̄ p̄io magr̄ ponit
noīa significātia relationē dei ad creaturas. Scdo expri
mit illa q̄ significāt relationē iter psonas ip̄as diuinas.⁊
hoc i.d.31.sc. Preterea cōsiderari opz. Tertio ondit q̄ō
pprietas relatiua se hēat ad psonā.⁊ hoc i.d.33. Post p̄di
cta ⁊c. Quarto ⁊ vltimo quō psona ad essentiā.⁊ hoc i.d.
34. Predictis est adijciendū. Sic igit appet q̄ō in p̄ma
pte libri snīarū tradit notitia diuinitat̄ designata p spe-
culū maiestatis. Est in quā ista snīa diuinitatis in p̄ma hu
ius libri pte cōtēta ⁊ exp̄ssa illō Speculū. De q̄ pōt itelli
gi illō prime ad Cori.13. Videm⁹ nūc p speculū i enigma
te tūc aūt facie ad faciē. Diuine eī essentie vnitatē: psona
rū pl̄itatē ⁊ eq̄litatē/diuinoꝝ noīm multiplicitatē: ⁊ alia
oīa supradicta in ista p̄ia libri snīarū pte vt in quodā spe
culo exp̄ssa ⁊ nob̄ ostēsa sūt enigmatice.q̄ ipfecte cogno
scim⁹ i p̄nti seculo:sz clare ⁊ facial̄r videbim⁹ i seq̄nti: nō
em̄ predicta possunt pfecte ab aliquo citra deū natural̄r
explicari:nec facialiter intueri.¶ Circa scdm̄ vbi ondit
notitia seu scīa sapiētie sup̄ne designata cōgrue p cādorē
lucis eterne.qd̄ q̄dē vz notitia exp̄ssa de diuina sapīa est
secūdū qd̄ cōtinet in scda pte hui⁹ primi libri snīarū:q̄ inci
pit.d.35. Est sciēdū q̄ scīa de diuina sapīa vel notitia p̄io
cognitiōis diuine actuū/secūdū sc absolute acceptū vt
in ista secūda parte traditur a magistro/explicat. Scdo
ei⁹ obiectū scdariū vt ad actū hmōi opat.⁊ hoc in.d.38.
Tertio p̄destiationē electoꝝ ⁊ reprobationē maloꝝ.⁊ hoc
in.d.40. Quarto cāz seu rōnez vtriusq̄ p̄dictoꝝ dictorū.
⁊ hoc i.d.41.¶ Circa p̄mū magr̄ p̄io ondit q̄ de⁹ cogno
scit oīa facialit. Scdo q̄ in ip̄o ecōuerso sunt oīa obiecta
liter.⁊ hoc in.d.36. Solet queri ⁊c. Tertio q̄ deus ipse est
ēt ecōuerso in oīb⁹ differēter.⁊ hoc i.d.37. Ex pte demon-
stratū est.¶ Circa scdz:vz circa diuinā sapiētiā vt ad cre
ata eius obiecta secundaria cōpatā:p̄io magr̄ inq̄rit an
ip̄a diuina sapiētia respectu rerū creatarū habeat aliquā
cālitatē. Scdo:an aliquā variabilitatē seu mutabilitatē
⁊ hoc in.d.39. Preterea solet q̄ri. Sic ḡ appet quō i scda
pte hui⁹ primi snīarū libri tradit aliq̄lis cognitio seu no-
titia de diuina sapīa p cādorē lucis eterne cōgrue designa
ta.sicut eī oīa i luce clarescūt:ita ⁊ deo rōne sue sapīe oīa
facial̄r inotescūt.vt em̄ ait Ap̄ls ad heb.4. Nō ē vlla cre
atura inuisibilis in pspectu ei⁹:oīa aūt nuda ⁊ apta sūt
oculis ei⁹ ad quē nobis sermo:in secūda ista hui⁹ libri pte
diuine sapientie expressiuus per candorem lucis perpe-
tue designat⁹.vn̄ magr̄ snīarum de diuina sapīa quā hic
exp̄ssit:potuit dicere illō sap.6. Quid est sapīa referā ⁊ nō
abscōdā a vobis sacrā dei:sz ab initio natiuitatis inuesti-
gabo ⁊ ponā in lucē sciam illi⁹ ⁊ nō p̄teribo veritatez. Est
em̄ sermo magri tot⁹ in ista secūda pte hui⁹ libri pterit⁹ se
cretoꝝ sacroꝝ oīū p̄decessoꝝ ei⁹ exp̄ssiu⁹:falsitatū ⁊ erroꝝ
ipugnatiu⁹:⁊ veritatuz clare ostēsiuus: ppter qd̄ pōt dici
merito in v̄bo pposito cādor lucis. De q̄ cādore pōt itelli
gi eē dictū illud Eccl.43. Pulchritudinē cādoris ei⁹ ad-
mirabit ocul⁹.est em̄ cādor admirabilis ⁊ pulcherrimus
iste sermo hic habit⁹ lucis ppetue ondiuus ⁊ declaratiu⁹.
¶ Circa tertiū ⁊ vltimū:vbi ostēdit notitia diuie potesta
tis designata p imaginem bonitatis:de quo agitur in ter
tia et vltima parte hui⁹ libri q̄ incipit.d.42.est sciēdum
q̄ cū oīs artifex artificial̄r agēs modo quo deus artifex
sempiternus est agens sit volēs et intelligēs hoc qd̄ agit
ideo magr̄ in ista pte vltia duo facit:q̄ p̄io determīat de
dei sempiterni artificis potestate. Scdo de eius volunta-
te.et hoc facit in.d.45. Iā de volūtate dei ⁊c.¶ Circa pri
mum sic procedit.p̄io em̄ ostēdit diuie potestatis vniuer
salitatē.scdo immēsitatez: ⁊ hoc in.d.43. Quidam tn̄ ⁊c.

Tertio pfectionē sit ꝛ imutabilitatē. ꝛ hoc l. d. 45. Nūc il lud restat ꝛc. ¶ Circa tertiū magr sic ꝓcedit. Prio ei oñdit qd sit ipsa volūtas diuia vt fm se absolute cōsideraē. Scḋo inqrit de ei⁹ efficacia vt ad alia possibilia cōpaē. et hoc l. d. 46. Dicit oīs qstio. Tertio inqrit quō volūtas creata volūtati icreate cōformari necessario teneaē. ꝛ hoc facit l. d. 48. ꝛ vltia. Sciēdū qꝫ est ꝛc. Sic ergo appet. quō in tertia ꝛ vltia pte huius primi snīarū libri traditꝛ notitia aliq̄lis diuie prātie ꝛ ēt volūtatis ꝯgrue designate p imaginē bonitatis. Qꝛ ei bonitas mētis artificis ē imago bonitatis opis: ꝛ ecōuerso bonitas opificis relucet ī bonitate sui opis: idō nō icōgrue oīpotētia icreati artificis de q̄ ip se oīa opaē / imago bonitatis cuiuslibet effectuū nūcupaē. De ista imagine pōt intelligi illud Job. 4. Stetit q̄dam cui⁹ nō cognoscebā vultū imago corā oculis meis. Qō ṽbū potuit dicere magr snīarū. Deus ei oṗs naturalr inuisibilis stetit añ oculos mētis ei⁹ quē cognouit ꝛ ī vltia pte hui⁹ libri explicauit vt oīs entis possibilꝭ expssiuā seu ostēsiuā ꝛ ṽtualr ɔtētiuā imaginē bonitatis. Ab ipo ei ꝛ p ipm ꝛ ī ipo sunt oīa: cui ē honor ꝛ gl̄ia sempiterna. Amē.

Circa ꝓlogū hui⁹ primi libri Quero de trib⁹ in gñali. vez primo de actu. Scḋo de hītu theologico. Tertio de ei⁹ obiecto siue subiecto. ¶ Quātū ad pmū q̄ro primo. vtrū notitia theologica sit possibilꝭ viatori. Et videē qꝛ sicqm notitia cuiuscūqꝫ obiecti naturalr intelligibilis est viatori possibilis: sꝫ theologia ē notitia dei naturalr ītelligibilis. g̃ ꝛc. Minor ꝓbaē. qꝛ oīa potētia pōt elicere actū circa qdcūqꝫ sub ei⁹ adequato obiecto cōtētū: sꝫ de⁹ ɔtineē sub ente qd est intellect⁹ adequatū obiectū: g̃ ꝛc. ¶ Cōtra. qꝛ nulla notitia ponēs eam habētē extra viā ī termino q̄lis ē notitia beatifica ē possibilis viatori: sꝫ theologia ē hmōi g̃ ꝛc. Minor ꝓbaē. qꝛ notitie eiusdē obiecti videnē esse eiusdē spēi dicēte philosopho poster. 1. secāē sciētie quēadmodū ꝛ rea: sed notitia theologica beatoꝝ est. beatifica qꝛ dei g̃ et oīs alia eiusdē obiecti erit eiusdē spēi: ꝛ p ɔn̄s beatifica: oīs aūt theologia est de deo vt de suo obiecto. ergo ꝛc.

Rñsio. vbi sic procedā. primo eñ pmittā quādā distinctionē doctoris subtilis. Scḋo ꝓcedā ad solutionē q̄stionis. ¶ Quātū ad primū supposita ꝓtestatiōe alias p me facta. vez qꝛ nō intēdo aliqd ī hoc libro nec in aliq̄ alio dicere qd sit ɔtra fidē vl̄ sanā ecclie doctrināꝫ ꝛ si (qd absit) aliqd tale ex ignorātia vel quacūqꝫ de cā dictum fuerit: totuꝫ reuoco ꝛ ecclie correctioni submitto: ¶ Distinctio pmittēda de theologia est talis. Theologia fm doctorē est duplex. vez q̄dā ī se: ꝛ q̄dā a nobis. Theologia ī se vocaē notitia dei ɔp̄hēsiua: qꝛ obiectū theologicū qd est de⁹ est scḋm se intelligibile mō quo ītelligiē a seipo Theologia aūt nostra dꝫ esse illa qua deus ipse est intelligibilis a nobis. nō eñ oī notitia q̄ de⁹ est intelligibilis secūdū se / est intelligibilis a nobis: sꝫ ecōuerso oī notitia qua est intelligibilis a nobis sit intelligibilis fm se: nullū eniꝫ obiectū creatū nec increatū pōt ab aliq̄ intelligi alia intellectiōe nisi illa qua ipm est ītelligibile fm se: sꝫ nō omī illa q̄ est intelligibile scḋm se possit intelligi a quocūqꝫ: vt ī sequēti articulo oñdiē. Ex quo sequiē qꝛ vocādo theologiā in se vl̄r omnē illā q̄ de⁹ eius obiectū est intelligibilis secūdū se / nō distinguiē seu diuidiē theologia in se vt sic sumpta ɔ̄ theologiā nostrā: qm supius nō diuidiē ɔtra inferi⁹ sꝫ vnū inferioꝝ ɔ̄ alterū sub eodē superiori cōtētū: vt hō cōtra asinū nō ɔ̄ aīal. sꝫ theologia in se p̄dicto mō sumpta se hꝫ ad theologiā nr̄am sicut supius ad inferi⁹. oīs ei theologia nr̄a est theologia in se hoc modo sumpta / ꝛ non ecōuerso. ergo theologia in se / in quā ꝛ theologiā nr̄am diuiditur theologia sumpta vl̄r / nō pōt esse theologia mō p̄dicto accepta vez ꝓ notitia q̄ de⁹ est intelligibilis fm se. ¶ Cōfirmaē. qꝛ nullū supius diuidiē in seipsum ꝛ in aliqd inferi⁹ suū: sicut aīal nō diuidiē in aīal ꝛ ī asinū: sꝫ in hoīeꝫ ꝛ in equū vel asinū: sꝫ theologia in se hoc mō sumpta ē ipa theologia vt vl̄r sumpta. theologia aūt nr̄a est theologia pticulariē accepta. cū eñ vt dictū est nullū obiectū sit intelligibile a nobis nec ab aliquo ītellectu nisi notitia q̄ est intelligibile in se. sꝫ nō oī illa q̄ est intelligibile scḋm se sit intelligibile a quocūqꝫ. per ɔn̄s nulla theologia est possibilꝭ haberi de deo nisi tm̄ illa qua de⁹ ei⁹ obiectū est cognoscibilis in seipso: que q̄dē dicitē theologia scḋꝫ se isto mō accepta. Ex quo sequiē ꝓpositū. vez qꝛ cū theologia in se vt sic sumpta ɔtineat sub se oēm theologiā possibilē: nec p ɔn̄s theologia vl̄r sūpta sit ea supior seu vniuersalior: qꝛ theologia ipa vl̄r sumpta nō pōt diuidi in theologiā nr̄am ꝛ ī theologiā in se vt p̄dicto mō acceptā: magis q̄ꝫ theologia in se vt sic sumpta possit diuidi in theologiā nr̄aꝫ ꝛ ī theologiā vt vl̄r acceptaꝫ. ꝛ ita theologia in se diuisa ɔ̄ theologiā nr̄am est p̄cise illa theologia q̄ sic est a theologia nr̄a distincta / qꝛ nec nr̄a est illa nec illa pōt eē etiā nr̄a. talis aūt theologia ī se nō est oīs notitia q̄ de⁹ est cognoscibilis: oīs eñ theologia nr̄a est notitia q̄ de⁹ est cognoscibilis: sicut oīs hō est aīal: sꝫ est notitia dei ɔp̄hēsiua: q̄ q̄dē de⁹ ipē intelligiē tm̄ q̄tū scḋm se est intelligibilis. nulla eñ dei nec alicui⁹ alterius rei notitia cōp̄hēsiua est nobis possibilis nec ecōuerso aliq̄ theologia nobis possibilis ē theologia dei ɔp̄hēsiua vt dicē infra. ergo sola theologia dei ɔp̄hēsiua: nō aūt theologia in se sumpta vl̄r ꝓ theologia q̄ de⁹ est intelligibilis / est ī quā ꝛ nr̄aꝫ diuidiē theologia vt vl̄r sumpta. Hmōi aūt theologia nr̄a q̄ ē notitia nobis de deo possibilis / est duplex. vez ītuitiua ꝛ abstractiua. prīa est cōprehēsoꝝ ꝛ altera viatoꝝ. theologia aūt ī se sumpta ꝓ dei notitia ɔp̄hensiua est tm̄ vnica ꝛ a diuina essentia in re extra totaliter indistincta. Hec de primo.

Quātū ad secūdū vbi respōdēdū est ad q̄situm / est sciēdū ad euidētiā dicēdoꝝ qꝛ theologiā viatori eē possibilē pōt duplr intelligi. vno mō qꝛ sit ipsi possibilis naturalr. alio mō supnaturalr. Primo mō adhuc dupliciter. vez actiue ꝛ passiue. Illud dꝛ eē hoī vel cuicūqꝫ alteri creature possibile naturalr actiue / ī qd pōt ex suis naturalib⁹ effectiue. illud aūt dꝛ alicui possibile eē naturalr passiue: cui⁹ ipm est ex se receptiuū nullo supnaturali sibi addito mediāte: sicut gr̄a ꝛ gloria ē creature beatificabili possibilis naturalr: ꝛ ēt aīa intellectiua corpi sufficiēter disposito isto mō: nō aūt primo mō vez effectiue. ¶ Scḋo ēt est sciēdū. qꝛ p viatorē est hic intelligēda oīs creatura beatificabilis ñ beā. voco ei hic viatorē vl̄r oēꝫ creaturā beatificabilē extra beatitudinē terminū sibi possibilē existentem.

His pmissis pro solutiōe q̄stionis pono quatuor ɔclusiones. ¶ Prima ē. qꝛ theologia in se vt diuisa ɔ̄ theologiā nr̄am / est īpossibilꝭ viatori ꝛ ēt ɔprehēsori. ¶ Hoc ꝓbaē. qm̄ theologia in se sic sumpta est notitia dei ɔp̄hēsiua: qualis ē sola illa q̄ de⁹ ipē ītelligiē adeq̄te. vez tm̄ q̄tū ē intelligibilꝭ scḋꝫ se: sꝫ tali notitia de⁹ nō ē intelligibilꝭ nisi tm̄ mō a seipo. g̃ ꝛc. Maior q̄tū ad pmā ei⁹ pteꝫ vez qꝛ theologia in se hic accepta sit dei notitia ɔp̄hēsiua appet in articulo p̄cedēti. Scḋa ps. vez qꝛ notitia ɔp̄hēsiua obiecti sit sola illa q̄ obiectū ītelligiē adeq̄te / ꝓbaē. qm̄ aut notitia ɔp̄hēsiua dꝛ eē illa q̄ sic obiectū ipm intelligiē distincte qꝛ nihil ei⁹ lateꝫ intelligētē: aut sola notitia adeq̄ta q̄ vez obiectū pcipiē adeq̄te. sꝫ pmū nō pōt poni: qm̄ nō oīs notitia q̄ obiectū distincte ꝛ q̄cq̄d est ei⁹ pcipiē appellaē notitia ɔp̄hēsiua: nisi dicaē qꝛ q̄lꝫ beatoꝝ ɔp̄hēdit deū cū nec de⁹ aliter q̄ꝫ isto mō ītelligaē nec possit intelligi ab aliq̄ ipsoꝝ. hoc aūt ē falsū. nō ei scḋꝫ doctrinā sanctoꝝ de⁹ dꝛ ɔp̄hēdi ab aliq̄ beoꝝ. lꝫ ei bꝭ dicāē ɔp̄hēsores nō tñ aliq̄s coꝝ dꝛ ɔp̄hēsor a notitia ɔp̄hēsiua ꝓpe supra: sꝫ large ꝓ notitia intuitiua distincta ꝛ clara modo quo theologia in se sumpta / vez ꝓ notitia dei intuitiua / nō diuidiē cōtra

theologiã nostrã. Cõstat eñ theologiã sumptam pro dei
notitia intuitiua absolute esse nobis possibilẽ. ergo ₇c. Mi-
nor vero q̃ deus nõ sit intelligibilis cõphẽsiua notitia sic
accepta nisi tm̃mõ a se ipso nec ẽt aliqđ aliud ens crea-
tũ possit ab aliquo intellectu creato intelligi isto mõ ap
paret. qm̃ notitia cõphẽsiua seu adequata dei ₇ cuiuscũ
q̃ alteri⁹ obiecti est sola vltimate pfecta ₇ supma q̃ nul
la alia supior nec pfectior potest esse: sed talis notitia est
sola illa qua de⁹ intelligit: q̃ est formaliter infinita ab ipo
in re extra totalr̃ indistincta. oĩs alia notitia possibilis
intellectui creato est forma accidẽtalis. non eñ magis
intellectus aliqs creat⁹ põt intelligere notitia increata
q̃ intellect⁹ diuinus intelligit semetipm̃ ₇ qđlibet aliorũ
q̃ intellect⁹ ipse diuin⁹ possit intelligere se ₇ alia aliqua
tali notitia creata accidẽtali mediãte. ergo ₇c. ¶ Cõseq̃ue
tia patz. q2 aliud ẽ habere aliquã notitiã p modũ obie
cti terminãtis actũ ₇ aliud p modũ act⁹ tẽdẽtis in ob-
iectũ. nõ eñ oẽ intellectui creato possibile p modũ ob-
iecti ẽ ipsi possibile p modũ act⁹: lz ecõuerso oẽ ipsi pos
sibile p modũ act⁹ sit ipsi possibile p modũ obiecti. qm̃
oĩs act⁹ est intelligibilis ₇ p cõñs põt eẽ obiectũ: nõ tñ oẽ
obiectũ põt eẽ act⁹. nec eñ act⁹ intellect⁹ increati est
aliqđ ens creatũ: nec act⁹ intellect⁹ creati ipm̃ ens increa
tũ: nec aliqđ ens creatũ alteri⁹ gñis a genere q̃litatis:
sed theologia scđz se vt hic accipit est notitia q̃ oẽ intel
ligibile a deo intelligit: ₇ p cõñs nõ est aliqđ ens creatũ
sed ipsemet de⁹. nec eĩ in deo distinguũt act⁹ intelligen
di ₇ potẽtia intellectiua inter se nec ab ipso deo intelli
gẽte ₇ intellecto. ergo lz theologia in se sit obiectũ beatificũ
cuiuslibet btõrũ: ₇ p cõñs sit possibilis in rõne obiecti cui
libet creature beatificabili: nõ tñ p modũ act⁹ sicut ista
cõclusio ẽ intelligẽda. q̃re ₇c. ¶ Preterea ad idẽ arguit
scđo sic. impossibile est actũ intelligẽdi creatũ in idẽ nu
mero coincidere cũ obiecto intellecto. ¶ Hoc statim ap-
paret. qm̃ obiectũ intellectũ aut ẽ act⁹ aut aliqđ ab ipo
distinctũ ₇ alteri⁹ gñis. Si primũ nõ coincidit in idem
numero cũ actu quo intelligit. nec eñ act⁹ rect⁹ vt hic
suppono / est idẽ numero cũ reflexo: sed act⁹ intelligendi
q̃ est obiectũ intellectũ respicit actũ q̃ intelligit vt act⁹
rect⁹ reflexus. ergo ₇c. ¶ Confirmat. q2 nullũ intelligendi
actũ oportet necessario esse intellectũ ab aliq̃ intellectu
creato habente ipm̃ magis q̃ ab alio intellectu ipm̃ nõ
hñte: vel magis q̃ aliud obiectũ ab actu ipso: sed si ali
quis act⁹ intelligẽdi intelligeret immediate p se nul-
lo alio actu mediãte in intelligẽte exñte talis act⁹ nõ pos
set esse in aliq̃ vt intellect⁹ ab ipo. q̃ eñ aliqđ obiectũ
scđm se inuariatũ ₇ exñs vniformiter nũc ₇ pri⁹ intelli
gat ab aliq̃ intellectu creato nũc ₇ nõ ante / hoc non põt
esse nisi ppter actũ alium ab ipso distinctũ in intelligẽ-
te exñtẽ nũc actualr̃ ₇ nõ ante. hoc aũt est falsuz. q̃re ₇c.
Si aũt ponat scđz. vez q̃ obiectũ intellectũ sit alterius
gñis ab actu intelligẽdi puta substantia: appet q̃ tale
obiectũ intellectũ nõ põt in idẽ coincidere cũ actu aliq̃
intelligẽdi creato: ₇ ita appet illa maior assumpta. vez
q̃ nullus act⁹ intelligẽdi creat⁹ põt eẽ idẽ cũ obiecto ali
q̃ intellecto: sed theologia in se vt hic accepta est sola illa
dei notitia q̃ ab ipo deo et⁹ obiecto est in re extra totalr̃
indistincta: sequit eñ ista q̃ deus se ₇ alia intelligit est
dei cõphẽsiua. ergo ₇c. ¶ Confirmat. q2 esto q̃ oĩs forma in
tẽsibilis. ₇ p cõñs dei notitia sit possibilis infinita adhuc
cõcreata intellectui creato nõ eẽt dei cõphẽsiua nec alicui⁹
alteri⁹ de q̃ haberet similiter notitia infinita. qm̃ talis
notitia creata lz infinita adhuc esset improportionabilr̃
inferior ₇ impfectior notitia increata qua est intelligibile
tã obiectũ increatum q̃ quodlibet ens creatũ. nõ enim
deus alio ₇ alio: sed eodẽ actu vult ₇ intelligit semetipm̃
₇ qđlibet ens creatum: sed nulla notitia alicuius obie
cti inferior supma possibili est cõphẽsiua. ergo ₇c. ¶ Ex pdi-
ctis seqũt corollarie. q̃ nec obiectũ increatũ nec aliqđ cre

atũ est ab aliq̃ intellectu creato intelligibile notitia cõphẽ
siua / hoc ẽ supma possibili: nec ẽt diligibile amore cõsili
vez supmo possibili. ¶ Hoc appet. qm̃ cũ de⁹ eodẽ actu
increato a se indistincto intelligat se ₇ alia: p cõñs oẽ ens est
intelligibile ₇ volibile sicut ₇ factibile seu creabile actu
infinito increato: sed cõstat q̃ null⁹ intellect⁹ creat⁹ põt
aliqđ intelligere neq̃ velle mediãte aliq̃ tali actu: sed so
lo actu creato illo incõpabilr̃ inferiori. ergo ₇c. ¶ Sed cõ p
dicta forsitã arguet pmo. p illud qđ dicit Apls. i. Cori.
13. nũc cognosco ex pte: tũc aũt cognoscã sicut ₇ cogni-
tus sum: sed cõstat q̃ q̃libet a deo cognoscit notitia cõphẽ-
siua. ergo ₇ tali cognoscet q̃lz in gloria sempiterna. q̃re ₇c.
¶ Scđo. q2 diligibilia inequalr̃ nõ sunt diligibilia eodẽ
actu. q̃ eñ eodẽ actu diligũt vel intelligunt equalr̃ dili
gũt vel intelligũt: ₇ p cõñs eodem actu diligibilia eq̃lr̃
sunt diligibilia: sed nõ oĩa sunt equalr̃ imo inequalr̃ dilig
bilia nec a deo equalr̃: sed inequalr̃ diligũt. ergo ₇c. ¶ Ad p
mũ dicẽdũ ẽ. q̃ illa siĩtudo apli est intelligẽda de cogni
tiõe clara ₇ intuitiua: q̃ q̃dẽ q̃lz cognoscet tunc sicut et
cognit⁹ est nũc: nõ aũt de notitia cõphẽsiua pprie sũpta
cuiuz impossibili tũc sicut nunc. Et q̃ sic Apls intelligat
appet p illud qđ ibidẽ pmittit cũ dicit: videm⁹ nũc per
speculũ in enigmate tũc aũt facie ₇c. nũc eĩ hẽm⁹ de deo
tm̃ notitiã enigmaticã abstractiuã. tũc aũt hẽbim⁹ fa-
cialẽ seu intuitiuã nõ aũt cõphẽsiuã pprie sũptã nisi vocãdo
cõphẽsiuã vlr̃ ₇ valde large oẽm intuitiuã. ¶ Ad scđz. qñ
dr̃ q̃ q̃ eodẽ actu diligũt ₇ eodẽ actu intelligũt equalr̃
diligibilia sũt: dicẽdũ q̃ hoc nõ est verũ saltẽ respectu il
lius q̃ oĩa intelligit / ₇ diligit eodẽ actu a se totalr̃ indis
tincto sicut intelligit ₇ vult oĩa ipe de⁹. q̃ eĩ creatura in
tellectualis nõ possit diuersa diligere inequalr̃ hoc est
ex impfectiõe ₇ limitatiõe act⁹. si eĩ act⁹ eẽt a potẽtia in
distinct⁹ ₇ p cõñs eque vt ipa illimitat⁹ sicut nũc eadẽ po
tẽtia cognoscim⁹ vl̃ volum⁹ diuisa: quoz q̃dã cognosci
mus vel volum⁹ equalr̃ ₇ alia inequalr̃: ita ₇ tũc oĩa eo
dẽ actu mediãte diuisa eẽnt a nobis nota ₇ volita: sed act⁹
intellect⁹ ₇ volũtatis diuie est ab ipo totalr̃ indistinct⁹. ergo ₇c.
¶ Cõfirmat. q2 deũ velle inequalr̃ diuisa nõ ẽ nisi ipa ab eo
volita eẽ bona inequalia. nõ eĩ magis dr̃ diligere virginẽ ma
trem q̃ beatũ Petrũ: nisi ppter maius bonũ ipsi colla
tũ ₇ volitũ: sed sicut de⁹ eodẽ actu a se indistincto pducit
diuisa bona inequalia ita eodẽ actu intelligit ₇ vult ipa
ergo ₇c. Nõ videt ẽt pdicta ppõ vlr̃ eẽ vera ẽt in creaturis
maxime si creatura intellectualis eodẽ actu diligat finẽ
vltimũ puta deũ ₇ alia ppter ipz. hoc eñ supposito cũ
ordinate alia diligẽs ppter deũ magis diligat deũ / p cõñs
diuersa ab ipa creatura intelligibili dilecta eodẽ actu in
equalr̃ diligũt. q̃re ₇c. ¶ Scđa cõclusio ẽ. q̃ theologia
intuitiua oĩs nõ cõphẽsiua est possibilis viatori. ¶ Hec
appet. qm̃ oĩs notitia accidẽtalis est possibilis viatori
btĩficabili. sed oĩs theologia alia a cõphẽsiua ẽ accidẽtalis
notitia. ergo ₇c. ¶ Maior pbat. qm̃ oẽ accñs possibile est in
aliq̃ subiecto susceptibile sicut eĩ hoĩ nõ põt repugnare ri
dere: ita nec alicui accidẽti subiecto cuicũq̃ inesse: sed oĩs
notitia accidẽtalis ẽ accñs de gñe qualitatis. ergo est pos-
sibile inesse suo subiecto. eius aũt subiectũ receptiuũ ẽ pci
se creatura intellectualis. ergo ẽ possibile ipsi ẽt in via manẽti:
qm̃ nihil ponit viatorẽ extra viã hic acceptã: nec p cõñs
ẽ ipsi viatori manẽti impossibile nisi ẽmin⁹ vltiat⁹. hmõi
aũt termin⁹ non est visio: sed fruitio vt oñdet in. 4. ergo ₇c.
¶ Et si cõ hoc arguat. q2 idẽ nõ põt eẽ cõphensor insimul
₇ viator: sed videns intuitiue deũ est cõphẽsor. ergo nõ põt insimul
esse viator. ¶ Ad hoc põt dici q̃ maior assumpta ẽ ve-
ra de cõphẽsore fruẽte obiecto cõphẽso seu intuitiue cogni
cate per hoc complexū ego volo vel nolo vel sentio ꝙ cognitio abstractiua ad cognitionē rei significate ꝑ istud: ego intelligo. quare ⁊c. ¶ Ex predictis tā ī isto articulo ꝙ in primo potest inferri corollarie ꝙ virtute alterius formatur hec ꝓpositio complexa ⁊ assensus rei importate per ipsam. ego video sensibiliter colorem. ⁊ virtute alterius ista. ego intelligo angelum vel colorem ipsum. ¶ Hoc apparet. quoniam vtraqꝫ ꝓpositio supradicta ex notitia abstractiua reflexa actus composita formatur ⁊ suo significato assentitur notitia recta presupposita mediante. prima videlicet mediante visione sensitiua coloris: ⁊ alia mediante intellectione. visio sensitiua est notitia intuitiua: intellectio aūt abstractiua. ergo prima formatur virtute notitie ītuitiue sensitiue: cuius cognitio abstractiua est ipsius ꝓpositionis formate ꝑdicatū. secūda autem virtute intellectionis abstractiue: cuiꝰ reflexa intellectio similiter abstractiua est eius ꝑdicatū. consimiliter est dicēdum de assensu significati vtriusqꝫ. ex hoc eñ solo ꝙ notitia siue ītuitiua siue abstractiua alicuius obiecti recipitur in anima statim ipsa anima in qua recipitur potest formare hoc complexū. ego intelligo talem rem. cui ⁊ potest assentire tali ꝓpositione mediante formata. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex predictis.

Q*Vinto quæro. vtrū in actibus* credendi vel intelligendi sit possibilis per naturam processus in infinitū. Et videtur ꝙ sic: quia omnis actꝰ intelligēdi est intelligibilis: non se ipso sed alio actu mediante. ergo est in actibus intelligendi ꝓcessus in infinitū. Antecedēs est euidēs. qm̄ licet intellectus ⁊ obiectū ītellectū possint in idem coincidere cū intellectꝰ possit ītelligere semetipꝫ: non tamē obiectū aliquod ab intellectu creato intellectum potest in idem coincidere cū actu suo intelligendi: cū oīs actus positus possit esse nō ītellectus: qđ fieri nō posset si actꝰ quo est intelligibilis ab ipso indistinctus esset. ergo ⁊c. ¶ Cōsequētia est euidēs. quia ex quo omnis actus possibilis est alio actu a se intelligibilis / nō est dare aliquē actū vltra quē alius nō sit possibilis. ergo est ꝓcessus in finitus in eis. ¶ Contra. quia cū omnis actus intelligēdi intuitiuus supponat obiectum actu existēs ⁊ intelligenti ꝑsens: ꝑ consequēs intellectio intuitiua reflexa presupponit in intellectu existere simul cū ipsa rectā. sed nō possunt esse in aliquo intellectu creato simul infiniti actꝰ intelligēdi: imo est deuenire ad tot vltra quos nō possūt existere plures. ergo nō potest naturaliter esse processus in infinitū in eis / saltem in actibus ītelligēdi intuitiuis. ¶ Respōsio. vbi sic procedā. primo eñ inquiram quid sit istorum actuū obiectū. Secūdo dicam ad quesitū: an videlicet sit in eis processus in infinitum.

Quātum ad primū est opinio aliquorū dicētiū ꝙ actus intelligēdi est duplex: simplex videlicet et complexus. Simplex dicitur ille cuius obiectum dicitur res extra incomplexa. ⁊ talis est omnis ille quo cōcipitur absolute sine affirmatiōe ⁊ negatiōe res ipsa. Cōplexus dicitur omnis ille cuius obiectū est aliquod verū complexū. ⁊ ideo actus intelligendi denominatur cōplexus: videlicet obiectiue. non eñ est ꝯpossibilior ꝙ primꝰ quidditatiue. Et quia scientia est ꝯclusionis que est veritas complexa affirmatiua vel negatiua: ideo sequitur ꝙ omnis actus sciendi obiectū est aliquod verū cōplexū: nō aliquod incōplexū. actus autē credendi non est actus intelligendi ꝓprie sumptus: cū actus intelligendi sit actꝰ cognoscendi ⁊ actus credendi sit actus assentiēdi seu iudicandi ꝑsupponens actum cognoscendi. nō eñ incognitum potest esse iudicatum. licet econuerso cognitum potest esse non iudicatum. Qꝫ autem actus credendi non sit actus intelligēdi / apparet: quia actus credendi cōuenit tantū fideli. actus aūt intelligēdi cōuenit fideli ⁊ infideli eosdē eñ articulos format / ⁊ ipsoꝝ significata cognoscit vterqꝫ: sed infidelis dissentit ei qđ apphendit: nec ipsum esse verū sed falsum iudicat: fidelis aūt cōsentit: ⁊ verum esse iudicat hoc qđ nouit. ergo actus credendi est distinctus ab actu intelligēdi quidditatiue: nō aūt obiectiue. idē eñ verū cōplexū est obiectū actus intelligēdi ꝯplexi precedētis / ⁊ actus credēdi sequētis ipm̄ necessario supponētis. Ex ꝑdictis omnibus inferūt sic opinātes ꝙ obiectū īmediatū tā scientie ꝙ fidei etiā est nō aliquod incōplexū: sed aliquod verū cōplexū. ¶ Contra opinionē istā quantū ad hoc qđ ponit de obiecto īmediate scientie ⁊ fidei seu actus assentiēdi: arguitur primo sic. nihil potest poni alicuius actus intelligendi obiectū nisi qđ est intellectū ꝑ ipm̄. qđ etiā nō est intellectū nō potest poni actꝰ assentiēdi obiectū. nullus eñ intellectualis assentit nec dissentit nisi ꝑintellecto. sed ꝑ scientiā q̄ est de rebꝰ extra nō intelligit aliquod verū cōplexū / nec fides etiā ꝑsupponit eē ꝑintellectū aliqđ verū ꝯplexū: nec est de ipo: sed tm̄ de eiꝰ significato. ꝗ ⁊c. ¶ Minor apparet. primo quātū ad primā partē: qm̄ verū cōplexū nō est aliud ꝙ ꝓpositio ipsa formata affirmatiua vel negatiua: sed sciētia q̄ est de rebus extra nō est alicuius ꝓpositionis ipsas res significantis. posita eñ demōstratione rē aliquā extra significāte natus est sequi ex ipsa actus sciēdi neutrꝰ premissarū ꝯcepta nec etiā cōclusione. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄ quia verū cōplexū seu ꝓpositio ipsa formata nō est aliud ꝙ actus intelligendi cōplexꝰ / nec eñ ꝓpositio mentalis est aliud ꝙ plures actus intelligendi: quorū vnus affirmatur de alio: vel negatur. sed actus ītelligēdi nō est obiectū nisi actus reflexi. sciētia aūt que est de rebus extra non exigit aliquē actū reflexū. ergo nec aliqua ꝓpositio sciētifica siue sit cōclusio / siue ꝑmissa significās rē extra est illius sciētie obiectū: sed potius sciētia ipsa siue actꝰ sciendi rē extra: q̄ quidē est suū significatū. ¶ Ex eodem apparet secūda pars: videlicet ꝙ nec obiectum fidei sit verū cōplexū: sed suū significatū. quoniā formato aliquo vero cōplexo fidei articulo: puta deus est trinus ⁊ vnus ante notitiā reflexā ipsius statim potest sequi actus credendi seu assentiendi: cuius obiectum nō potest esse aliquid incognitum quale supponitur esse ipm̄ verū ꝯplexum. ergo eius obiectū est illius veri ꝯplexi significatū qđ quidē est cognitum. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia fides catholica nō est de ꝓpositione sed de re extra ꝑ ꝓpositionē significata: puta ꝙ Christus est passus / deus est trinus ⁊ vnus / ⁊ similiū. nō eñ est de veritate aliciꝰ taliū ꝓpositionū: cū possit esse vera fides sine eis intellectis: sed de ipsoꝝ significatis. nec eñ fides nostra est de actibus nostris intellectis: sed de rebus intellectis. sed verū ꝯplexū nō est aliud ꝙ ꝓpositio formata in mente: q̄ quidē non est aliud ꝙ diuersi actus intelligendi: quorum vnus subijcitur / ⁊ alius ꝑdicat̄. ꝗ ⁊c. ¶ Si forte dicat̄ ꝙ falsū est illud qđ supponit̄. videlicet ꝙ ꝓpositio ipsa formata possit esse non intellecta: cum ipsa sit sui cognitiua siue apphensiua: ¶ Cōtra hoc arguitur dupl'r. primo quia assumptū est falsum. secūdo quia ex ipso esto ꝙ esset verum: non haberetur intētū. ¶ Primū videlicet ꝙ assumptum puta ꝓpositionē aliquā esse sui apphensiuā / sit falsū: ꝓbat̄. primo sic. nō magis aliquis cōplexus ꝯceptꝰ pōt esse cognitio sui ꝙ incōplexus ꝑ terminū īportatus. ¶ Hoc statim apparet. tū quia nec vnꝰ ꝯceptus nec aliꝰ est intellectus nisi ꝑ actū reflexū. actus aūt reflexus est ab actu recto distinctus. quare ⁊c. ¶ Tum quia oīs actus intelligendi siue simplex siue complexus potest esse non

intellectus licet actualiter sit in mente. sed hoc non vi-
deretur posse esse si aliquis esset apprehensiuus suiipsi-
us. sic ergo apparet maior assumpta. sed propositio in
mente formata non est aliud q̃ diuersi actus intelligēdi
simplices: quorum primus est subiectū. secūdus est copu
la. & tertius p̄dicatū. sic enim propositio mentalis cōpo-
nitur ex conceptibus sicut vocalis ex vocibus. & ita suc-
cessiue ordine quodam formantur huiusmodi cōceptus
in mente: ex quibus construitur propositio ipsa mētalis:
sicut voces proferūtur ore: ex quibus componitur propo
sitio vocalis. ergo &c. ¶ Confirmatur. quia omnis cōce-
ptus simplex vel cōplexus est cognitiuus tm̄ obiecti sui
significati. sed nullus cōceptus simplex vel cōplexus est
significatū sui ipsius. ¶ Hoc statim apparet in ꝓposito
de ꝓpōne q̄ est cōceptus formatus cōplexus: qm̄ cū ꝓpō
nō sit aliud q̃ subiectum copula & p̄dicatū: si ꝓpō est si-
gnificatū suiipsius: puta ista Christus est passus vel ho-
mo est albus: aut hoc est quia tota est significatū totius
ipsius: aut quia tm̄ est alterius ptis eius. sed non potest
poni scdm̄: quia neutra pars ꝓpōnis significat aliā. nec
em̄ subiectū significat copulā: nec p̄dicatū: nec ecōuerso.
sed qōlibet horū importat aliquid in re extra ꝓ quo ꝓ-
positio ipsa formata tota est vera. nec potest poni primū
quia tota ꝓpō nō posset poni significatū suiipsius toti⁹
nisi quia aut vna pars eius esset significatū alteri⁹: & ecō
uerso ps significata esset signū alterius ipsum significā-
tis: aut qr q̄libet esset sui ipsius significatū. sed primū est
impossibile. nec em̄ ī talibus potest eē circulus: puta q
aliquis ɔceptus sit signū & signatū eiusdem. cōceptus
etiā aliquis vt ē pars ꝓpōnis nō significat aliud q̃ illud
idē qō importat vt ꝑ se sine ꝓpōne accepta. sed nulla ps
propōnis vt ꝑ se non in ꝓpōne accepta significat aliam
nec seipāz. nō em̄ vnus cōceptus simplex significat aliū
nec seipm̄. ptes aūt ꝓpōnis mētalis nō sunt aliud q̃ sim
plices conceptus sicut ptes ꝓpōnis vocalis voces: nec
magis vnus cōceptus significat aliū nec seipsum q̃ vna
vox aliā nec se ipām. ergo &c. ¶ Preterea ad idē arguit̄
sic. aliqua ꝓpositio verificatur tantūmodo pro seipsa. vt
animal est genus / vel homo est species. et alia tantū pro
re significata. vt deus est trinus & vnus / homo est albus
et similia. sed hoc non posset dici si alia propositio signi-
ficaret seipsam & rem extra simul. talis em̄ si esset vera ꝑ
secūdo significato: esset vera vniformiter pro seipsa & pro
re per eam significata. & per consequēs talis propositio
esset eque falsa sicut vera: cū propositio nō sit talis in se /
qualē esse significat suū significatū. quare &c. ¶ Confir-
matur. nō magis aliqua ꝓpositio potest poni complexa
cognitio suiipsius q̃ diffinitio rei extra. vt animal ratio
nale sit diffinitio suiipsius. ¶ Hoc apparet. qm̄ omnis
diffinitio est diffinitio sui significati: & ita si aliqua ꝓposi
tio significaret seipsam eadē ratione diffinitio significa-
ret seipāz: & ꝑ cōsequēs esset suiipsius. sed hoc est falsum
constat enim q nūq̃ idem est nec esse potest diffinitio &
diffinitum. ergo &c. ¶ Preterea ad idē arguitur sic. quo
rūcūq̧ diuersorū generū vel eorūdē tamen realiter distin
ctorum vnū potest intelligi sine alio intellecto. sed cogni-
tio. tam incōplexa q̃ cōplexa que est ꝓpositio ipa est rea
liter distincta a sua re significata. ergo ꝓpositione forma
ta non intellecta potest esse intellecta res extra ꝑ eam si
gnificata. quare &c. ¶ Cōfirmatur. quia nō magis intel-
lectio aliqua potest esse sui significatiua / & ꝑ ɔsequēs ap
prehensiua q̃ visio vel quecunq̧ alia cognitio sensitiua:
sed constat q omnis cognitio sensitiua est tantū signifi
catiua & apprehensiua rei extra nō aūt suiipsius. nec em̄
visio coloris est significatiua / nec apprehensiua sui cum
ipsa non sit visibilis: sed tantū coloris. ergo &c. ¶ Secū-
dum: videlicet q esto q predictum suppositum puta q
omnis cognitio esset apprehensiua suiipsius: & per con-
sequens cognitio recta esset idem cū cognitione reflexa
ex hoc non habeatur intētū: videlicet q ꝓpositio sit co-
gnitio sui: ex hoc probatur. quoniam vt dictū est superius:
nulla pars ꝓpositionis potest esse cognitio alterius: nec
ipsius ꝓpositionis totius. ergo cū nulla pars ꝓpositio-
nis per se sumpta nec etiam in ꝓpositione accepta sit co
gnitio omnium partiū ꝓpositionis: nec per consequens
ipsius ꝓpositionis totius: nec sit etiam tota propositio
ipa: ꝑ consequēs esto q q̄libet pars ꝓpōnis sit cognitio
suiipsius vel etiā ꝓpōnis toti⁹ / ex hoc nō sequit̄: nec ha
betur q ꝓpositio ipsa tota sit cognitio apprehensiua sui
ipsius totius. ¶ Confirmatur. quia aut dicētes ꝓpositio
nem esse sui cognitionē intelligunt ꝑ ꝓpositionem p̄ci-
se partes eius: puta subiectū copulā & p̄dicatū: aut ali-
quid ab eis omnibus distinctū. sed nec potest poni scdm̄
quia nec ꝓpō est aliquid ab oībus suis ptibus distinctū:
ergo ꝑ ꝓpōnē non possunt sic loquentes intelligere nisi
tm̄ ptes insimul omnes eius / nō aliquā tantū earū. ergo
dicere ꝓpositionē eē sui cognitionē est idē qō dicere oēs
partes ꝓpositionis puta subiectum copulā & p̄dicatum
esse omniū ipsarū cognitiones. nec enim ꝓpō ipa tota est
aliqua cognitio / sed multiplex. hoc aūt cōstat esse falsum
qr si omnes ptes ꝓpositionis essent omniū cognitiones
oēs simul & quelibet earū esset cognitio cuiuslibet aliarū
qō est euidēter falsum. quia nec subiectū est vt dictū est
superius cognitio copule nec p̄dicati / nec ecōuerso p̄di-
catū est cognitio copule / nec subiecti. sed ista omnia sunt
tres ɔcept⁹ distincti rei extra significatiui. ¶ Nec valet
si dicat̄ q ideo ꝓpō ipsa dicit̄ esse suiipsius cognitiua: qr
quelibet ps eius est cognitio suiipsius: licet nō alicuius
alterius: qm̄ vt dictū est esto q assumptū esset verū qō tm̄
nō est / ex ipō non habetur intētū. videlicet q ꝓpō sit sui
cognitio. quoniā nulla ps ꝓpōnis vna est ꝓpō ipsa to-
ta. quare &c. ¶ Et ideo quantū ad istū articulum aliter
est dicendū. Ad cuius euidentiam p̄mitto duo. primū est
q sicut ꝓpositio vocalis nō est aliud q̃ voces diuerse or
dinate & successiue ꝓlate: ita nec ꝓpositio mētalis est ali
ud q̃ ɔcept⁹ simplices diuersi cōsimiliter quodā ordine
et successiue formati. qui cōceptus si recti / sunt rei extra
significatiui. si vero reflexi / sunt significatiui conceptuū
aliorū. ꝓpositionū enī aliqua potest ɔstitui ex cōcepti-
b⁹ rectis vt ista homo ē animal: & alia ex reflexis vt ista
homo est species. Ex hoc p̄misso supposito sequitur q
actus intelligendi simplex non distinguitur ab actu in-
telligendi complexo nisi sicut pars a toto vel sicut vnū a
multis. ¶ Hoc apparet: quoniam vt dictum est & adhuc
inferius ostendetur / actus intelligendi complexus non
est aliud q̃ ꝓpositio ipsa tota: cui⁹ pars quelibet per se
vt ab alia distincta puta subiectum copula & predicatum
est cognitio incōplexa. vnde nec aliter ꝓpositio menta-
lis dicitur cognitio complexa & quelibet eius pars incō
plexa q̃ ꝓpositio vocalis tota posset dici vox complexa
et quelibet eius pars vox incomplexa. nec aliter distin-
guit̄ cōcept⁹ simplex qui est pars propositionis totius
ab ipsa propositione tota mentali: que dicitur cognitio
complexa: q̃ quelibet vna vox que est pars propositio-
nis vocalis ab ipsa tota propositione vocali. quare &c.
¶ Ex hoc potest vlterius inferri q cognitio complexa
non est aliqua cognitio per se vna / alia ab omnibus incō
plexis: sicut nec vox complexa est aliqua vox ab omni in
complexa distincta: quoniam propositio ipsa tota siue
mentalis siue vocalis nō est aliquid aliud q̃ omnes eius
partes simul accepte. sed nec cognitio complexa est ali-
ud q̃ propositio mentalis / nec vox complexa consimili-
ter potest dici aliud q̃ propositio vocalis. cui⁹ quelibet
pars dicitur vox incomplexa: sicut & omnis ps ꝓpōnis

mentalis est cognitio incomplexa. ergo &c. ¶ Secundũ premittendũ est: ꝙ actus sciendi non est actus intelligendi vt ista accipiuntur proprie et appropriate. quia actus intelligendi secũdũ propriũ vocis significatũ dicitur tantũ actus apprehendendi siue incomplexus / siue cõplexus. actus sciendi ꝓprie sumptus non est actus apprehẽdẽdi: sed potius assentiẽdi vel iudicãdi p̃supponẽs actũ ipsum apphendẽdi. Quod aũt hoc sit verũ: videlicet ꝙ actus sciẽdi sit distinctus ab actu itelligẽdi ipsumq; supponat: ex hoc apparet. quoniã cũ tota demonstratio sit aliquo mõ causa sciẽtie tã actualis q̃ habitualis / ꝑ ꝯñs tã actus q̃ habitus sciẽtie est a tota demõstratiõe / videlicet tã a p̃missis q̃ etiã a ꝯclone distinct⁹. Quero tunc quomodo actus sciẽdi distinguit̃ a ꝯclusione / & a qualibet p̃missarũ: aut eñ distinguit̃ ab ipsa vt vnus actus apprehẽdẽdi ab alio actu apprehẽdẽdi: aut sicut actus ab obiecto: aut sicut act⁹ iudicãdi ab actu apphẽdẽdi. Sed nõ potest poni primũ: qꝛ tã ꝯclusio q̃ q̃libet p̃missarũ est actus apphẽdẽdi / & ꝯclusio & actus sciẽdi mediãte ꝯclusione causat⁹ sunt actus eiusdẽ obiecti. sed vn⁹ actus apprehẽdẽdi nõ causat aliũ actũ apphẽdẽdi respectu eiusdẽ obiecti. g̃ &c. ¶ Nec potest poni scd̃m. quia actus sciẽtie rei extra significate nõ est actus reflexus: sed rectus. sed oĩs actus ꝯclusionis vt obiecti est actus reflexus: cũ ꝯclusio ipsa sit act⁹ itelligẽdi ꝯplex⁹ sicut & q̃libet p̃missarũ. g̃ &c. ¶ Cõfirmat̃. qꝛ nõ oĩs sciẽtia est de actib⁹ itellectus. sed multe sunt de rebus intellectis. sed si cuiuslibet sciẽtie ꝯclusio demõstrata esset obiectũ / oĩs scientia esset de actibus intelligendi: cũ omnis ꝯclusio demõstratiõis mentalis sit ꝯclusio intellectualis. ergo &c.

His premissis pono quatuor conclusiones. Prima est. ꝙ nec actus credẽdi est articulus fidei: nec actus sciẽdi est ꝯclusio demõstrata. ¶ Hec ꝓbat̃ quãtũ ad primã ptẽ ex scd̃a pte iam ꝓbata. quia sicut se habet actus sciẽdi ad ꝯclusionẽ demõstrationis: ita act⁹ credẽdi ad vnũ ꝯplexũ puta ad articulum formatũ. sed actus sciẽdi sic se habet ad ꝯclusionẽ ꝙ non est ipsa: sed aliquo mõ effectus eius cũ ipsa mediãte causet̃. ergo &c. ¶ Maior assumpta apparet & ꝓbat̃. quia sicut ꝯclusio est actus cognoscẽdi ꝯplexus: cuius significato act⁹ assentiẽdi seu ipm̃ iudicãdi sic e͂ vt per ꝯclusionẽ iportat̃ est actus sciẽdi: ita ꝯsimiliter articul⁹ fidei ẽ cognitio ꝯplexa: qꝛ ꝓpõ formata vt deus est trinus & vnus: cui⁹ significato actus assentiẽdi est actus credẽdi. nõ eñ actus credẽdi respicit ꝓ obiecto articulũ: sed suũ significatum: sicut nec actus sciẽdi ꝯclusionẽ sed rẽ ꝑ eã significatã: ita etiã articulus est causa actus credẽdi / sicut ꝯclusio act⁹ sciẽdi: qꝛ sicut mediante ꝯclusione formata causatur immediate actus sciẽdi: ita & mediante articulo act⁹ credẽdi. quare &c. ¶ Minor videlicet ꝙ act⁹ sciẽdi nõ sit ꝯclusio sed aliquo mõ eius effectus. ꝓbat̃. primo ꝑ p̃hm̃ dicẽtẽ. 2. poster. ꝙ demõstratio est syllogismus faciẽs scire. ꝯclusio aũt est aliquid demõstrationis: nec ꝑ ꝯñs ipsa est scita: sed eius res significata. quare &c. ¶ Scd̃o arguit̃ ad idẽ ꝑ rationẽ sic. oẽ qđ est alicui icõpossibile est distinctũ ab omi eo qđ est eidẽ formaliter ꝯpossibile. sed actus dubitãdi est incõpossibilis actui sciẽdi: q̃ qđ ẽ actus sciẽdi est cõpossibilis ꝯclusioni & etiã actus dubitandi. nulli eñ pti ꝯclusiõis nec etiã toti⁹ demõstratiõis repugnat dubitatio. ergo &c. ¶ Cõfirmat̃ arguẽdo ex dictis aliq̃s sic. oĩs actus sciẽdi est distinctus ab omni actu credendi et ab omni actu opinandi. sed si ꝯclusio demõstrata esset idẽ qđ actus sciẽdi / aliquis actus sciẽdi esset oĩno idem cũ actu credẽdi & cũ actu opinãdi. ergo &c. ¶ Minor ꝓbatur: nõ simpliciter & vere: sed aliqualiter facta suppositione a multis ꝯcessa: videlicet ꝙ eadẽ ꝯclusio potest demõstratiue ꝓbari ꝑ modũ ꝓbabilis seu opinabilis / & per auctoritatem. hoc eñ supposito qđ tamen vt alias ostẽdetur est falsum / apparet minor assumpta. quoniã sicut scientia respicit ꝯclusionẽ demõstratã / & sic habet ad eandem fides ad ꝯclusionẽ ex auctoritate approbatã / et opinio ad ipsam ꝯclusionẽ vt ex medio ꝓbabili ꝯclusam. sed si actus sciẽdi nõ distinguitur a ꝯclusione demõstrata nec actus credẽdi a ꝯclusione ex auctoritate ꝓbata: nec actus opinãdi a ꝯclusione ꝓbabiliter ex syllogismo topico illata: & ita per ꝯsequẽs si oratio eadẽ est ꝯclusio demõstrata: & ex auctoritate ac ex medio ꝓbabili illata sequitur euidẽter falsum assumptũ: videlicet ꝙ idẽ omnino erit scientia opinio atq; fides. quare &c. ¶ Preterea secũdo ad ꝯclusionẽ p̃dictã arguitur sic. simplex aliquo modo distinguit̃ ab omni ꝯposito seu ꝯplexo. sed actus sciẽdi est simplex: & etiã actus credẽdi ac opinandi. tã cõclusio aũt demõstrata q̃ ꝓbabiliter ostẽsa q̃ etiã articulus fidei auctoritate formatus est qđ ꝯplexũ. quia ꝓpõ formata ex subiecto p̃dicato & ex copula cõstituta. g̃ &c. ¶ Minor apparet: quia oẽ cõplexũ includẽs plures cõceptus formatum a viatore formatur cõiter successiue. hoc apparet in ꝓpõne mentali. quia sicut voces q̃ sunt partes propõnis vocalis ꝓferunt̃ ore successiue: ita & ꝯsimili ordine formant̃ in mẽte ꝯcept⁹: q̃ sunt ptes ꝓpõnis mẽtalis. sed articulus fidei vel ꝯclusio demõstrata / vel quocũq; aliter illata est tale ꝯplexũ formalit̃ plures includens cõceptus vel voces. ergo &c. ¶ Secũda aũt pars minoris. videlicet ꝙ actus credẽdi vel sciẽdi sit simplex / apparet. quia nullũ ꝯplexum plures includẽs cõceptus vel voces ponit̃ simul totũ seu format̃ a viatore. sed vna ei⁹ pars post aliã successiue vt dictum est de ꝓpõne. sed tam actus credẽdi q̃ sciẽdi / q̃ etiã opinãdi ponit̃ simul tot⁹ in eodẽ instãti. alias i nullo vno istãti aliq̃s crederet neq; sciret sicut nec i aliquo vno istãti articulũ nec aliquã ꝓpõnẽ aliã formar. g̃ &c. ¶ Cõfirmat̃. qꝛ ꝓpõ formata q̃ est articul⁹ fidei nõ sufficit ad hoc ꝙ intellect⁹ ꝓpõnẽ ipsã formatã iudicaret esse verã. eãdẽ eñ ꝓpõnẽ formantiũ / alij iudicãt ipsam veram / alij vero falsam: qđ non esset si ipsa per se sufficeret ad hoc ꝙ vera iudicaret̃. actus aũt credendi vel sciẽdi est talis ꝙ eo posito intellectus iudicat ipsam veram. eo enim ipso quo intellectus rei significate per cõplexũ assentit seu credit cõplexũ ipsum formatũ iudicat ipm̃ esse verũ. g̃ oportet huiusmodi ꝯplexũ ab actu credendi & sciẽdi esse distinctũ. ¶ Ex p̃dictis apparet verũ esse illud qđ in principio huius articuli fuit p̃missum. videlicet ꝙ actus sciendi nõ est actus intelligẽdi: quoniã actus sciẽdi & ꝯclusio demõstrata sunt / vt infra dicetur eiusdẽ obiecti sicut & articulus fidei & actus credendi: sed vnus actus intelligendi non causatur ex alio respectu eiusdẽ obiecti. ergo cum actus sciẽdi causetur aliquo modo ex cõclusione que est actus intelligendi cõplexus sicut & articulus fidei quo mediãte causat̃ actus credendi: sequitur propositum: videlicet ꝙ nec actus sciendi nec credendi est actus intelligẽdi: sed assentiẽdi seu iudicandi. Sed quia ꝯclusio causatur ex p̃missis aliquo mõ: et tã cõclusio q̃ etiã vtraq; premissarũ est actus intelligendi complexus: idcirco forte non concludit ratio supradicta. & ideo melius illud probatur ex aliis dictis in precedentibus. ¶ Sed cõtra ꝯclusionẽ p̃dictam arguũt aliqui: tenentes contrariam: videlicet ꝙ actus credẽdi est idem qđ articulus fidei: & actus sciendi idem qđ conclusio demonstrata. Et probant hoc primo sic. nõ est sine necessitate pluralitas aliqua ponenda. sed nulla est necessitas ponẽdi actũ sciẽdi esse a ꝯclusione distinctũ nec actum credẽdi ab articulo fidei. g̃ &c. ¶ Scd̃o. quia omnis actus intelligendi cõplexus est ipsa ꝓpõ in mẽte formata ex diuersis actib⁹ simplicibus itelligẽdi: sed act⁹

scientificus nõ dicitur esse cõiter simplex intellectio: sed cõplexa. sola enĩ intellectio per terminũ importata dicitur esse simplex: qualis nõ est sciẽtifica. ergo &c. ¶ Tertio. quia in nullo videtur posse esse demonstratio sine sciẽtia existente in ipso: sed posset si sciẽtia ipsa a ꝯclusione: & a tota demõstratiõe differret. ergo &c. ¶ Ad ista. Ad primũ respõdetur negando qđ assumitur in minore. quoniã eũdem articulũ fidei format fidelis & infidelis. & tantum fidelis credit & infidelis discredit. eandẽ etiã cõclusionẽ demõstrabilem formãt diuersi. quoꝝ vnus dubitat de eius significato nec ipi assentit nec per ꝯsequẽs scit. alius aũt nõ dubitat de ipso. sed ei assentit: ipsumq; certitudinaliter scit. ergo necessitas est ponendi actũ sciendi eẽ distinctũ a ꝯclusione & actũ credẽdi ab articulo fidei. ¶ Cõsequentia est euidens. quia si actus credendi esset oĩno idem qđ articulus fidei: & actus sciendi idẽ qđ ꝯclusio demõstrata omnis articulũ fidei formãs esset fidelis ac actu credẽs: et ꝯclusionẽ demõstratã inferens actu sciens. hoc aũt est falsum. ergo &c. ¶ Ad secũdũ respõdetur q; actus ꝯplexus potest dici vno modo omnis actus plures includẽs. & sic actus cõplexus est ꝓpõ formata in mẽte: non aũt actus sciendi nec credẽdi: cũ nullus hoꝝ includat plures conceptus: sed tantũ vnicũ. Alio modo potest dici conceptus cõplexus omnis cõceptus mediãte cõplexione seu compositione vel diuisione causatus. et hoc modo actus sciẽdi & credendi potest dici actus cõplexus. videlicet quia mediante intellectione cõplexa hoc est ꝓpositione ipsa formata affirmatiua vel negatiua causatus. nõ enĩ actus sciendi & credẽdi potest dici actus cõplexus quidditatiue nec etiã obiectiue vt a multis ponit. quia nec eius obiectũ est aliqđ vnũ ꝯplexũ: sed eius significatũ. idẽ enĩ est obiectũ actus sciendi vel credendi & terminoꝝ ꝓpositionis: qua mediãte formatur siue causat. q termini sunt actus simplices intelligendi. & ideo actus sciẽdi vel credẽdi nõ potest vocari actus cõplexus nisi causaliter tantũ: videlicet quia causatur immediate mediãte conclusione cõplexa videlicet ꝓpositione formata. quare &c. ¶ Ad tertiũ respondet q; falsum accipit in maiori. licet enim oĩs demonstrans sit virtualiter sciẽs: nõ tñ est formaliter nec actu sciens nisi ex demõstratione causet actus assentiendi cõsequẽs. sed cũ huiusmodi actus sit realiter a demõstratione distinctus: per cõsequẽs potest esse demõstratio sine ipso. quare &c. ¶ Secũda cõclusio est. q; nec obiectum actus sciendi est cõclusio demõstrata: nec obiectũ actus credendi articulus fidei. ¶ Hec ꝓbatur. quoniã vt dictũ est in p̃cedẽtibus / nec fides catholica nec omnis sciẽtia est de actu intelligendi nec de voce vt de obiecto. sed oĩs cõclusio & articulus fidei est intellectio vel vox cõplexa. est enĩ ꝓpositio que potest esse vel formata in mente: & sic est intellectio cõplexa: hoc est plures itellectiões simplices ordinate formate. vel oce: & sic ẽ ꝓpositio vocalis ex diuersis vocibus constituta. quare &c. ¶ Cõfirmatur. quia nec actus sciendi omnis / nec credẽdi est actus reflexus: sed esset si ꝓpõ formata mẽtalis qualis est articulus fidei & cõclusio demõstrata eius obiectũ existeret. oĩs enim actus intelligendi vel assentiẽdi / cuius obiectũ est alius actus intelligendi / est actus reflexus. omnis aũt ꝓpositio formata in mente & per cõsequẽs articulus fidei & cõclusio est intellectio: imo intellectiones plures ordinate et successiue formate. ergo &c. ¶ Sed cõtra cõclusionem istã arguitur primo. quia actus assentiẽdi qualis est oĩs actus credendi & sciẽdi p̃supponit apprehẽsionẽ cõplexi alicuius. sed nõ p̃supponit apprehẽsionẽ nisi sui obiecti. ergo vnũ ipsum cõplexũ est eius obiectũ. ¶ Secũdo. quia omnis ꝓpositio est obiectũ sui assensus quẽ causat in mẽte ꝓpõnẽ ipsam formãte. sed oĩs ꝓpõ per se nota causat assensum sui in animo. ergo &c. ¶ Tertio. quia omnis cõcedens vel negans aliquã ꝓpõnẽ ipsam respicit ꝓ obiecto. sed ipsa nõ potest esse obiectũ alicuius negantis vel cõcedẽtis eã nisi quia est obiectũ cõsensus vel dissensus eius. nec enĩ aliquis eã negat: nisi quia dissentit ei: nec cõcedit: nisi quia ꝯsẽtit. ergo cũ ꝓpõ aliqua negetur & alia ꝯcedatur: & vna & eadẽ negetur ab vno & concedatur ab alio: per ꝯsequens ipsa est obiectũ cõsensus & dissensus. ergo et actus credẽdi & sciẽdi. ¶ Quarto. quia sicut intellectus prius apprehendit terminos q; componat cõplexũ: ita prius apprehẽdit ꝯplexum formatum q; sequatur in ipso assensus. sed hoc non esset nisi cõplexũ ipm foret talis assensus obiectũ. ergo &c. ¶ Quinto. quia habitus denominant & specificant ex obiectis. sed habitus sciẽtificus denominat a ꝯclusione sicut habitus principioꝝ a principio. sciẽtia enĩ dicit habitus ꝯclusionũ qui est alterius ratiõis ab habitu principioꝝ. ergo & ꝯclusio ipsa est obiectũ sciẽtie tã actualis q; habitualis: & principiũ similr est sui habitus immediatũ obiectũ. quare &c. ¶ Ad primũ respõdet q; falsum est qđ assumit in maiori. nõ enĩ actus cõsentiẽdi rei significate per ꝯplexũ qualis est actus credẽdi & actus sciẽdi rẽ aliã ab actu intelligẽdi / p̃supponit apprehẽsionẽ cõplexi puta ꝓpõis formate: sed rei per eã significate. nõ enĩ oportet fidelẽ catholicũ itelligere aliquẽ articuloꝝ: sed significata ipsoꝝ quoꝝ est actus credẽdi. nõ enĩ actus fidei catholice est de ꝓpõne formata. sed de re significata. quare &c. ¶ Ad secũdũ dicendũ q; ꝓpõ per se nota dicitur oĩs illa q̃ sic est euidens q; per ipsam formatam absq; aliqua eius ꝓbatione natus est sequi & causari in formãte vel in audiẽte ipsam assensus non sui / sed rei significate p eã: virtute cuius assensus intellectus postea actu reflexo potest intelligere ꝓpõnẽ huiusmodi esse verã. & ita falsum est qđ assumitur: videlicet q; propõ omnis p se nota causat assensum sui. nõ enĩ causat assensum sui sed rei significate p ipsam. nec per ꝯñs ipsa sed res significata est eius obiectũ. & hoc est verũ de ꝓpõne rẽ extra significãte. quia bene ꝓpõ vna alterius ꝓpõnis significatiua est eius assensus causatiua. & tũc talis ꝓpõ nõ significãs sed significata est obiectũ talis actus consentiẽdi causati mediãte ꝓpõne alia significãte. nec hoc est in aliquo cõtra ꝯclusionẽ p̃dictã. quia ꝯclusio huiusmodi est intelligẽda de actu sciẽdi recto significãte rem extra: sicut etiã significat quilibet articuloꝝ fidei: nõ aũt de actu sciẽdi reflexo significante propõnem. quare &c. ¶ Ad tertiũ ꝯsimiliter ẽ dicẽdũ. quoniã ꝯcedẽs aliquã propõnẽ intelligit eã esse verã. & ideo ipsi cõsentit cõsensu causato p vnã ꝓpõnẽ aliã significãtẽ. & ita bene verũ est q; talis assensus obiectũ est ꝓpõ nõ illa significãs q̃ mediante causat: sed alia significata & intellecta. idẽ enĩ est obiectũ actus intelligẽdi & actus consentiẽdi p actũ intelligẽdi causati. sed ꝓpõ est apprehensio seu intellectio illius cuius est significatiua: ergo siue huiusmodi significatũ sit res extra siue alia ꝓpõ formata ipsius vt obiecti erit actus cõsentiẽdi causatus mediante ipsa ꝓpõne: q̃ dicit actus cõplexus intelligẽdi. quare &c. ¶ Ad quartũ dicẽdũ q; termini ꝓpõnis mẽtalis sunt ꝯcept⁹: & ꝓpõnis vocalis voces. sed cõstat q; nec ꝓpõ vocalis exigit nec requirit notitiã vocum: nec ꝓpõ mẽtalis notitiã cõceptuum eius terminoꝝ. nec enĩ aliqua ꝓpõ rem extra significãs exigit actũ intelligendi reflexũ qualis actus est notitia conceptuũ terminoꝝ omnis propositionis mentalis. et ita illud cõmune dictũ: videlicet q; ꝓpositio supponit notitiã terminorũ / nõ est veꝝ vt sonat. sed est sic intelligẽdũ q; ad ꝓpositionem formandam requirũtur notitie actuales tãq; ipsius propositionis partes: que quidem licet non sint notitie terminorum: sed termini ipsi: tñ dicũtur vulgariter notitie terminorum: forte quia sunt notitie illorũ pro quibus ꝓpositio ipsa verificat / vel falsificatur

⁊ ideo apparet ꝙ falsuꝫ est hoc qđ accipit̃ quãdo dicitur ꝙ intellectus prius apprehẽdit terminos q̃ ꝙ componat cõplexũ puta ꝓpõnẽ. nõ eñ ad ꝓpõnẽ formãdã requirit̃ notitia terminoꝝ eius: sed sufficiũt termini ipi q̃ sunt actus intelligẽdi. ꝯcedo tñ illud qđ additur: videlicet ꝙ intellectus pri⁹ apphẽdit cõplexum q̃ sequatur in ipso assensus ipsius cõplexi: nõ autẽ prius q̃ sit cõsensus rei significate per ipsum. formata eñ ꝓpõne absq; eius intellectione ⁊ cõsensu potest esse cõsensus rei significate cui⁹ ipsa ꝓpositio est intellectio. Et qñ additur ꝙ cõplexuꝫ est cõsensus obiectũ: Dico ꝙ verũ est illius cõsensus qui sequitur actũ intelligendi ipsum: non autẽ illius prioris qui sequitur actũ intelligẽdi suũ significatũ. ¶ Ad quintũ respõdet̃. quia nec sciẽtia dicitur habitus ꝯclusionis: nec alius habitus denoĩatur habitus principij tãq̃ obiecti: quia nec ꝯclusio est obiectũ vnius: nec principiũ alterius. sed quia actus vnius habitus causatur ꝑ principiũ et act⁹ puta sciẽtie ꝑ demõstrationẽ/vel ꝑ ꝯclusionẽ ei⁹: ideo primus habitus dicit̃ habit⁹ principioꝝ: ⁊ alius puta sciẽtificus cõclusionũ vel etiã demõstrationũ. ¶ Tertia cõclusio est. ꝙ obiectũ fidei catholice est res ꝑ articulum significata: ⁊ scientie rei extra est res ꝑ cõclusionẽ demõstrataꝫ ĩportata. Hec sequitur ex predictis: quoniam nõ potest poni obiectũ actus credẽdi nec sciendi. nisi vel ipsuꝫ verbũ ꝯplexũ vel suũ significatũ. sed nõ potest poni primũ vt in p̃cedẽtibus est ꝓbatũ. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia vt arguebat̃ supra: nec fides catholica nec sciẽtia rei extra est de actib⁹ intellectiuis. sed de ipsoꝝ significatis. que quidẽ significata sũt eoꝝ obiecta. hoc eñ de quo est aliquis habitus vel actus est eius obiectũ. quare ⁊c. ¶ Preterea ad idẽ arguit̃ sic secũdo. oẽ illud qđ est actus credẽdi vel sciẽdi obiectũ oportet eẽ p̃cognitũ. sed nec articulũ a fideli credente/ nec cõclusionẽ scientie a sciẽte oportet eẽ p̃cognitã nec mõ aliquo ĩtellectã. sed rem tñ per articulũ ⁊ ꝑ cõclusionẽ significatã. ergo res significata: nõ autẽ cõplexũ eius significatiuũ est ipsius obiectũ. ¶ Maior apparet. nõ eñ actus aliqs cõsentiẽdi nec iudicandi potest esse nisi tñmõ rei preintellecte. licet eñ nõ oẽ intellectum sit iudicatũ: tñ ecõuerso oẽ iudicatũ est ĩtellectũ. sed tã actus credẽdi q̃ sciẽdi est act⁹ iudicandi siue consentiẽdi. ꝙ ⁊c. ¶ Minor apparet ex dictis in p̃cedẽtibus: qñ nec fidelẽ actu credentẽ nec rem aliquã extra scientẽ oportet hr̃e aliquẽ actũ intelligẽdi reflexũ qualis est actus intelligẽdi quẽcũq; fidei articulũ ⁊ aliud quodcũq; complexũ. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur quia si fides catholica esset de articulis cõplexis ⁊ oĩs scientia de ꝯclusionibus vt de subiectis: sequeretur ꝙ tã fides catholica q̃ quecũq; sciẽtia esset habitus sermocinalis vel vt logica habit⁹ rãtiõis. hoc aũt ẽ falsuꝫ. ꝙ ⁊c. ¶ Maior apparet. quoniã aut huiusmodi propositiões de quibus esset vt de obiectis tam fides catholica q̃ oĩs scientia essent vocales aut mẽtales. si primũ/ ergo cũ sermo vocalis esset obiectũ tam fidei catholice q̃ scientie ꝑ cõsequẽs tam fides q̃ quelibet sciẽtia esset habitus sermocinalis. Si autẽ ponatur scđm. ergo cũ ꝓpositio mẽtalis nõ sit aliud q̃ conceptus mẽtis: per cõsequẽs tam fides q̃ omnis scientia esset vt logica de actibus intellectus. quare ⁊c. ¶ Sed cõtra cõclusionẽ p̃dictã arguitur primo. quia fidelis non credit nisi quia assentit articulum esse verũ: sed hoc non esset nisi primus assensus esset respectu articuli. ⁊ nõ respectu sui significati. quare ⁊c. ¶ Scđo. quia nõ magis vn⁹ assensus depẽdere videtur ab apprehẽsione cõplexi ipsumq; respicere vt obiectum q̃ alius. sed aliquis dependet ab ipso: ipsumq; respicit vt obiectũ. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia multe sunt ꝓpositiones significantes impossibilia vel possibilia nõ existẽtia sed assensus sequens ꝓpositionẽ significãtẽ impossibile vel etiam possibile nõ existens/non videtur rem aliquam significatã respicere vt obiectũ. ergo ⁊c. ¶ Ad primũ apparet ex predictis ꝙ maior assumpta est falsa. non eñ credẽtẽ vel assentiẽtẽ rei significate per articulũ oportet intelligere ipsum articulum nec ei per cõsequẽs assentire. sed ecõuerso ad hoc ꝙ intelligat articulũ eẽ verũ eiq; assentiat/ oportet ꝙ assentiat sic fore ĩ re sicut significat articulus ipe. virtute eñ assensus rei significate ꝯplexũ significans cognoscitur ac iudicatur esse verũ. non ergo creditur rei significate ꝓpter assensuꝫ veritatis ipsius significãtis articuli. sed potius ecõuerso. quare ⁊c. ¶ Ad secũdũ apparet etiã ex dictis ꝙ nõ est vera maior assumpta: quoniã ꝓpositionũ alia significat rẽ extra: ⁊ alia nõ sed aliquã ꝓpositionẽ. ⁊ quia vniuersaliter oĩs assensus causatus mediante aliqua ꝓpositione supponit notitiã rei significate per eã nõ autẽ ipsius ꝓpositionis significãtis ⁊ assensum causantis. ideo falsum est qđ accipitur in maiore quãdo dicitur ꝙ nõ magis vn⁹ assensus q̃ ali⁹ dependet ab apphensione cõplexa: nec ipsum respicit vt obiectũ. quoniã aliquis est assensus cuius obiectũ nõ est cõplexum: sed eius significatũ. vt omnis assensus causatus ꝑ ꝓpositionẽ rẽ extra significantẽ. ⁊ talis licet depẽdeat a cõplexo: puta a ꝓpositione ipsa vt a causa: non tamẽ vt ab obiecto: nec per cõsequẽs est depẽdẽs ab ei⁹ apprehẽsione: sed tantũ ab apprehẽsione sui significati: cuius significati apphensio est ipsa propositio. alius aũt est assensus causatus: cuius obiectũ est cõplexũ. vt oĩs assensus causatus per vnã ꝓpositionẽ aliã significantẽ et talis dependet ab vno complexo puta a propositione significãte vt a causa. ab alio aũt vt a ꝓpõne alia significata sicut ab obiecto: ⁊ per ꝯsequẽs talis assensus depẽdet vt a causa ab apprehẽsione cõplexi: puta a propõne significãte. que quidẽ est apprehensio ꝓpõnis significate. ex quo apparet ꝙ nõ cõsimiliter se habẽt ad cõplexũ omnes cõsensus. quare ⁊c. ¶ Ad tertiũ respondetur ꝙ siue res significata per ꝓpositionẽ causantem cõsensuꝫ sit extra animã vel in anima existẽs siue non sit aliquid existens. sed si esset hoc in aĩa vel extra aĩa existeret: siue significatum sit omnino impossibile existere eo modo quo denominatur significatum ꝓpositionis ⁊ consensus ipsam ꝓpositionẽ cõcomitãtis. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est. ꝙ omnis ꝯsensus causatur ab aliquo cõplexo puta mediante aliqua ꝓpõne in mente formata. ¶ Hec apparet. quoniam constat ꝙ actus consentiendi vel iudicandi supponit notitiam cõplexam puta ꝓpositionẽ formatam. quero quomodo? quia aut presupponit eam vt eius obiectum aut vt eius principiũ quodãmodo effectiuũ. sed nõ potest poni primũ vt in precedẽtibus est ꝓbatũ. ergo ⁊c. ¶ Maior est euidẽs. nũq̃ eñ ĩtellectus est consentiens nec dissentiens: nec aliquid iudicans nisi sit affirmans vel negãs: ⁊ per cõsequens notitiã complexã puta propositionẽ formatã habens. nec enim post vnicũ simplicem actum intelligẽdi sequitur ĩ aliquo actus cõsentiendi seu iudicandi nec dissentiendi. quare ⁊c. ¶ Confirmatur per philosophũ dicẽtẽ. 2. poster. ꝙ demõstratio est syllogismus faciẽs scire: sed act⁹ sciẽdi vt dictũ est ĩ p̃cedẽtib⁹/ est actus ꝯsentiẽdi. Demõstratio aũt ẽ triplex propositio in mente formata. puta duplex premissa ⁊ cõclusio ex ipsa illata. ergo ꝯsensus scientificus est mediãte complexo causatus. Cõsimiliter potest argui de omni alio actu cõsentiendi: puta de cõsensu creditiuo ⁊ opinatiuo. qñ sicut se habet actus sciendi ad totam demõstrationẽ ⁊ ad ei⁹ conclusionem ita ⁊ consensus opinatiuus ad totam probabilem seu topicã rationẽ ⁊ ad ei⁹ ꝯclusionẽ: ⁊ cõsensus creditiuus ad rationẽ auctoritati innitẽtẽ/ ⁊ ad ei⁹ ꝯclusionẽ. sed ita se hꝫ assensus scientific⁹ seu ipe sciendi actus ad demõstrationẽ ⁊ ad ei⁹ ꝯclusionẽ: ꝙ ipsa ma

diante causatur. ⁊ ideo demõstratio ⁊ eius cõclusio dicit̃ ⁊ vocatur a philosopho eius causa. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie / ꝙ licet communiter distinguat̃ inter actũ intelligẽdi simplicẽ ⁊ cõplexum / nõ tñ est distinguẽdum inter actum consentiendi simplicẽ ⁊ cõplexum. quia nullus actus consentiendi est simplex / sed quilibet est complexus. qḋ apparet: quoniaꝫ actus complexus vt dictuꝫ est superius: vocatur propositio ipsa in mẽte formata ex diuersis actibus intelligendi simplicibus constituta. ⁊ ẽt actus eam p̃supponẽs põt dici actus cõplexus. Act⁹ autem simplex dicitur ille qui est pars ipsius propositionis mentalis: puta subiectum vel predicatum. ⁊ ꝑ consequẽs eam antecedens sicut pars oĩs p̃cedit nature ordine suum totũ: sed constat ꝙ actus consentiendi vel dissentiendi nõ p̃cedũt: sed post ꝯsequũtur propositionẽ formatam / nec per consequens sunt partes eius. nec enĩ propositio mẽtalis constat ex ꝯsensibus nec ex dissensibus: sed ex intellectionibus: sicut vocalis ex vocib⁹. ergo. ⁊c. ¶ Et tñ cõsensus vel dissensus est in se formalit̃ vnus act⁹ ⁊ simplex: q: nec plures icludẽs: licet plures p̃supponẽs propositio enĩ quã p̃supponit in eo nõ icluditur: cũ ab eo essentialiter distinguat̃. ideo potest dici sicut ⁊ est actus simplex formalit̃ seu quidditatiue: cum non sit ex diuersis actib⁹ vt totum ex partibus constitutus. dicit̃ aũt act⁹ complexus tantum originaliter / videlꝫ solum in ordine ad suam causam: puta ad propositionem immediate formataꝫ quã necessario exigit: q: nec aliter fit nec põt fieri per naturam nisi ea presupposita mediãte. ¶ Sed contra conclusionem istam arguitur: quoniam si consensus causentur ex propositionibus: ⁊ ꝯsensus alteri⁹ rationis erunt omnes illi qui causantur mediantibus ꝓpositionibus alterius rationis. sed hoc est falsuꝫ. quoniam propositio de preterito vel presenti. vt ista dei filius est vel fuit incarnatus de virgine natus: ⁊ similes: est alterius rõnis a propositione consimili de futuro. vt ab ista. dei filius incarnabitur vel erit incarnatus ⁊ nat⁹. nec tñ ex hoc act⁹ credendi causati mediãtib⁹ talibus propositionib⁹ sũt alterius rõnis. non enĩ fides patrum antiquorum est alterius rationis a fide omniũ modernoꝝ: ⁊ tñ constat ꝙ fides christum p̃cedentium antiquoꝝ q̃tuꝫ ad articulos christi humanitateꝫ respicientes erat in eis mediantib⁹ propositionibus: puta ipsis articulis affirmantibus aliquid in futuro fiẽdũ. articuli autẽ modernoꝝ annunciãt qḋ iam in preterito fuit factuꝫ. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc posset dupliciẽ respõderi. vno mõ negãdo maiorẽ: quia cũ ex causis alterius rationis posset sequi effect⁹ aliquis eiusdem rationis: vt apparet de calore a sole ⁊ ab igne ꝓducto. ꝑ cõsequens licet propositiones sint cause consensuũ eas sequentium: ex hoc tñ nõ potest argui diuersitas specifica consensuum propter diuersitatem specificam propositionũ. q̃re ⁊c. ¶ Secũdo arguit̃ ⁊ melius ad ꝓpositũ respõdetur ad minorem dicendo ꝙ ꝓpões predicte non sunt alterius rationis quantum ad aliqḋ extremoꝝ ipsoruꝫ sed tñ est diuersitas inter ipsas quantum ad copulam ꝑ dĩas temporis variatam. talis autem varietas propositionũ: quarũ vna non est euidentior seu notior alia: non arguit varietatem consensuũ. solum enĩ ille ꝓpões arguunt consensus alteri⁹ rationis: q̃ sic variant̃ ⁊ diuersificãtur quantum ad vtrũq; vel alterũ extremoꝝ ꝙ vna est euidentior altera. nõ sic autẽ est in ꝓposito: q: nec vna propositionũ p̃dictarũ ratione solius copule diuersaruꝫ est euidentior q̃ alia: nec enĩ ista ꝓpõ deus est passus vel incarnatus est euidẽtior nec notior q̃ ista deus erit incarnatus vel passus. ⁊ ita cũ talis variatio copule non variet ꝓpositiones q̃tum ad maiorẽ euidentiam vel minorem: nec per ꝯñs q̃tum ad consensus alterius rõnis. additur tñ hoc ꝙ q: propositiões predicte sunt aliquo mõ in essendo alterius ratiõis ꝙ per cõsequẽs ponẽtes fidẽ esse de eis vt de obiectis: nõ aũt de eoꝝ significatis: habẽt forte ꝯcedere consequẽter ꝙ fides antiquoruꝫ christi humanitatem seu articulos ipsam explicantes respiciens est alterius rationis a fide articuloꝝ cõsimiliũ modernorum. hoc autẽ est falsũ. qḋ quidẽ falsum nõ oportet cõcedere ponẽtes fidẽ non esse p̃dictorum articuloꝝ complexorum sed significatoruꝫ ipsoꝝ sicut sic esse ponendũ in precedentibus est ostensum. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum ꝙ non oportet hic distinguere inter actum intelligendi ⁊ actum credendi seu consentiendi: nec inter vnũ actum intelligendi: puta simplicẽ: ⁊ aliũ videlicet complexum seu propositionem formatam. nec oportet hic respondendo ad q̃stiõ an videlꝫ sit in actibus intelligẽdi ꝓcessus ĩ infinitum de predictis actibus licet distinctis distinctaꝫ facere mentionem: quoniã si in vno actu aliquo predictorum est ꝓcessus in infinitũ: ⁊ in aliis quibuscũq;. ⁊ hoc loquendo de huiusmodi abstractiuis actib⁹. q̃ enĩ rõne in actibus abstractiuis simplicibus intelligendi est ꝓcessus in infinitũ: eadẽ ⁊ in actib⁹ intelligẽdi cõplexis: puta in ꝓpositionib⁹ formatis: ⁊ in actib⁹ cõsentiẽdi ex eis causatis. non est aũt quantum ad hoc simile de actib⁹ intellectiuis abstractiuis ⁊ intuitiuis. nec enĩ vt dicetur ĩfra est ꝓcessus in infinitũ vniformit̃ in vtrisq; istorum. propter qḋ oportet hic de actu intelligẽdi abstractiuo ⁊ de ĩtuitiuo distinctam facere mentionem: non autẽ de actu intuitiuo simplici ⁊ complexo: nec de consensu tale complexum puta propositionem ex intuitiuis notitiis cõstitutam sequente: q: sicut ꝓcessus in infinitũ vniformiter est vel non est in actibus intelligendi simplicibus abstractiuis ⁊ complexis ac ĩ actibus consentiẽdi post istos sequentibus: ita ⁊ de actibus intelligẽdi simplicib⁹ intuitiuis ⁊ de complexis ac consensibus causatis eis mediantibus est dicendum. ¶ Secundum premittendum est ꝙ hic non queritur an in actibus intelligendi rectis abstractiuis vel intuitiuis sit processus ĩ infinituꝫ ꝓcedendo semper ab vno actu intelligendi recto ad alium. quia nec de hoc est aliqua dubitatio: nec ꝑ ꝯñs debet fieri questio quia constat ꝙ sicut nulla causa scḋa determinat sibi certũ numerũ effectuũ quoꝝ est virtualiter cõtẽtiua: immo potest in vnum effectum post alium successiue sine fine: ita nec intellectus creatus sibi determinat certam multitudinem intellectionum in ipso virtualiter cõtentarum. sed potest nõ simul in quãtũcũq;: sed in infinitum in vnam post aliã successiue. sicut ignis potest ĩ infinitos ignes ⁊ calor in infinitos calores. ⁊ sic de oĩbus aliis causis secũdis respectu effectuũ in eis ꝟtualit̃ ꝯtentoꝝ. nõ ergo hoc ẽ dubiũ: nec ꝑ cõsequẽs q̃rit̃ de ꝓcessu possibili in ĩfinitum in actibus isto mõ: ab vno videlicet recto ad alium respectu eiusdem obiecti vel alterius ꝓcedendo sed tñ de processu in infinitũ ꝓcedẽdo ab actu recto ad primũ reflexũ eius videlicet recti apprehensiuũ / ⁊ a primo reflexo ad secundum eius apprehẽsiuũ: ⁊ sic semper ab vno actu reflexo intellecto ad alium reflexum eius apprehensiuum vlterius procedendo. ⁊ hoc vel in actib⁹ intelligendi abstractiuis vel ẽt in actibus ĩtelligendi intuitiuis. lꝫ enĩ tales non habeam⁹ in presenti vt dictum fuit in precedentibus: habebimus tamen in sequenti: et etiã in presenti in eos possemus si ad ipsos producendũ omnia necessaria haberem⁹. ¶ Põt ẽt hic dubitari ⁊ q̃ri an sit possibilis processus in infinitũ non tñ procedendo ab actu intelligendi vno abstractiuo ad alium abstractiuum reflexum: ⁊ ab vno intuitiuo ad alium intuitiuũ: sed ẽt procedẽdo ab intuitiuo ad abstractiuũ ⁊ econuerso ab abstractiuo ad intuitiuũ. cũ enĩ omne existens sit intelli

gibile etiã ab intellectu creato tam intuitiue ꝙ etiam abstractiue: per consequẽs oĩs notitia tam intuitiua ꝙ etiam abstractiua põt intelligi quãtũ est ex se vtroqꝫ isto rũ modorũ videlicet intuitiue ⁊ etiã abstractiue. q̃re ⁊c. ¶ Tertium p̃mittendũ est: ꝙ esse processũ in infinitũ in actibus supradictis potest intelligi dupliciť. vno modo an talis ꝓcessus sit possibilis sup̃naturaliter. Alio mõ an sit possibilis naturaliter. ⁊ sic dupliciť: quia vno mõ an sit possibilis ꝓcessus huiusmodi naturaliť effectiue. Alio mõ an passiue: sic intelligendo ꝙ sicut intellect⁹ est quotcũqꝫ actuũ vnius post alterũ productiu⁹ effectiue: ita sit⁹ etiã receptiu⁹ passiue.

His premissis pono quantū ad istum articulum tres conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ creatura intellectualis est principium effectiuum actus vtendi. ¶ Hec ab omnibus conceditur vt per se nota ⁊ euidens: quoniam constat ꝙ creatura intellectualis potest omne obiectum diligere qd̄ potest intelligere: ⁊ eo modo ipsum potest diligere quo preintelligitur ⁊ sibi vt diligendum ostenditur. sed ens creatum quo tantummodo est vtēdū est naturaliter intelligibile. ⁊ potest esse intellectum seu dictatum/ ⁊ sic est de facto ab intellectu practico vero vt propter aliud diligendum modo quo diligi est vti. ergo et quocunqꝫ ente creato potest vti. sed non posset nisi talem actum virtualiter contineret. ergo ⁊c̄. ¶ Confirmatur. quia aut circa obiectum creatum intellectum ⁊ dictatum vt propter aliud diligēdum potest voluntas aliquem elicere actum vel nullum. sed non est dandum secundum quoniam omne intellectum potest esse volitum vel nolitum: qd̄ non esset nisi volūtas circa ipsum aliquem actum elicere posset. ergo relinquitur primum: videlicet ꝙ aliquem actum circa ipsum voluntas elicere possit: sed licet volūtas possit difformiter eligere dictamini practico intellectus/ nō tamē necessario. alias electio discordans a recto dictamine non esset mala moraliter nec vitiosa cum nō esset in volūtatis potestate eius opposita videlicet electio concors. ergo cum voluntas possit concorditer eligere recto dictamini intellectus ⁊ intellectus verus dictet ens creatum esse propter aliud diligēdum: ⁊ per consequēs eo esse vtendum: sequitur ꝙ volūtas ipsa effectiue poterit in hunc actū. ¶ Secunda conclusio. ꝙ creatura intellectualis est principium effectiuū seu productiuum actus fruendi nō beatifici. ¶ Hec apparet eodem modo sicut prima: quoniam voluntas creata potest velle naturaliter oē obiectum preintellectum eo modo quo sibi ostēditur ⁊ preintelligitur vt volendū alias vel nullum actum volendi elicere circa ipsum posset/ vel actum difformē a recto dictamine haberet elicere: qd̄ est falsum. sed aliquod obiectū puta primū est qd̄ intellectus verus intelligit ⁊ volūtati ostēdit vt propter se non propter aliquid aliud diligēdum. ergo ⁊ sic potest diligi: ⁊ per consequēs voluntas potest in actum fruēdi. ¶ Confirmatur. quia omnis actus vtendi supponit aliquem actum fruendi: vt dictum est in articulo precedēti: sed nec actus aliquis volendi nec intelligēdi homini naturaliter possibilis qualis est iste actus vtendi supponit actum aliquem sibi naturaliter impossibilem effectiue. ¶ Preterea ad idem secūdo arguitur. quoniam nullus actus volūtatis est meritorius nec moraliter bonus nec malus nisi a volūtate creata effectiue elicitus: sed act⁹ diligēdi deū propter se qui ē actus fruēdi possibilis viatori cum ad ipsum sit ex precepto obligatus/ est meritorius ⁊ moraliter bonus. ergo est volūtati create naturaliter possibilis effectiue. ¶ Confirmatur. quia actus diligendi aliquid propter deum non est perfecte moraliter bonus nec meritorius: nisi propter actū presuppositum coexistētē sicut quo actu fruēdi diligitur ipse deus. vnde ipse solus sine alio positus est perfectus: ⁊ complete moraliter bonus: non autē aliquis alius sine ipso. ergo non minus iste ꝙ̄ alius est in potestate volūtatis create/ maxime cum ad ipsum sicut ⁊ ad alium puta vsum sit obligatus quilibet ex precepto: ⁊ nullus sit ad actū aliquē sibi impossibilē obligatus. ¶ Nec valet qd̄ cōtra hoc aliqui obiiciunt. quia homo est obligatus ad merēdū/ ad precepta implendū/ ⁊ ad peccata vitandum: cū tamen ex se non possit in aliquod istorū sine diuina gratia mediāte. quia homo nō est obligatus ad merēdū: nec per consequēs ad precepta meritorie implēdum: nec ad peccata meritorie vitandum/ sic intelligēdo ꝙ peccaret mortaliter in non faciēdo quodlibet vel aliquod predictorum. quoniam cōstat ex fide nullum sine gratia posse mereri vitam eternam: nec per consequēs sine ipsa posse meritorie isto modo implere precepta: nec vitare peccata: nec tamē propter hoc sic tenetur peccata vitare/ ⁊ precepta meritorie implere: ꝙ nō vitando peccata nec implendo precepta isto modo videlicet meritorie peccet mortaliter nec etiam venialiter. non enim existēs extra statum merēdi puta in aliquo mortali peccato peccat mortaliter in vitando aliquod mortale vel veniale peccatum: nec in implendo aliquod preceptum: puta in honorando parētes. sed constat ꝙ talis nec implet preceptum meritorie nec vitat peccatum. ergo licet quilibet teneatur vitare peccatum ⁊ implere preceptum absolute/ non tamen sic videlicet meritorie: sic intelligendo ꝙ peccet precepta sic non implendo ⁊ peccata omnia non vitando: cum aliter ꝙ̄ meritorie possit sine peccato vitare. ¶ Tunc ergo dico ꝙ eo modo quo quilibet obligatur ad vitādum peccata ⁊ ad implendum precepta potest vtraqꝫ ex seipso in quodlibet istorum. ꝙ autem sancti dicunt nullum ex se naturaliter posse ista sine diuina gratia mediante/ est dupliciter verū. vno modo quia nullus potest ista meritorie/ licet absolute sine gratia existente: que impossibilitas precise oritur ex diuino statuto quo deus ipse vult solius existētis in gratia actum bonum acceptare vt vita eterna dignum. Alio modo potest intelligi dictum sanctorum ꝙ sine gratia nullus potest etiam absolute nō tantum meritorie implere precepta: nec vitare peccata faciliter sicut ipsa gratia mediante: immo licet hoc sit possibile simpliciter: tamen valde difficulter. ¶ Sed circa predicta posset queri ab aliquo que fruitio nō beatifica sit viatori possibilis effectiue: videlicet vtrū ordinata vel inordinata: et si ordinata/ an perfecta vel tā

tūmodo imperfecta. ¶ Ad hoc videtur esse dicendū primo: ꝙ ipsi est possibilis effectiue tā inordinata fruitio q̄ ordinata. secūdo/ ꝙ tam ordinata perfecte q̄ etiam imperfecte. ¶ Primū apparet. quoniam viator potest frui vtendis & vti fruēdis. ergo ipsi est possibilis tam actus fruendi q̄ vtendi inordinatus. ¶ Cōsequētia est euidēs. quia omnis actus est inordinatus cuius obiectum est indebitum. licet enim non omnis actus sit ordinatus cuius obiectum est debitum: cum aliunde q̄ ex obiecto possit esse inordinatus: tamen nullus actus transiens super obiectum indebitum potest existere ordinatus: sed obiectum quo est vtendum est fruitionis obiectum indebitum sicut & aliud quo fruendum ipsius actus vtendi. ergo &c. ¶ Antecedēs apparet tam ex sanctorum doctrina q̄ ex ratione etiā: quoniā cum voluntas possit eligere & cōformiter & difformiter recto vel erroneo rationis dictamini precedēti/ per ꝯsequēs potest vti eo quo intellectus dictat esse fruendū: & frui eo quo dictat esse vtendum. quare &c. ¶ Secundum videlicet ꝙ tam ordinata perfecte q̄ imperfecte sit viatori possibilis effectiue apparet. quoniaꝫ illa fruitio dicitur perfecte ordinata qua obiectum propter se diligibile diligitur propter se & perfectissime quantum diligens ex se potest. illa autem est imperfecte ordinata que est obiecti debiti puta dei propter se diligibilis: non tamen suprema in quam diligens ex se potest: sed cōstat ꝙ vtroqꝫ istorum modorum potest viator quilibet frui deo: videlicet suprema fruitione non absolute sed sibi possibili effectiue: & aliqua alia inferiori vel remissiori. ergo &c. ¶ Tertia conclusio est ꝙ creatura intellectualis non est principium productiuum alicuius actus fruendi/ nec vtendi in aliquo alio a seipsa. ¶ Hec apparet. quia vt in tertio & in quarto vbi ista conclusio prolixius ostēdetur postea declarabitur/ act⁹ huiusmodi nō possunt produci a creatura intellectuali: nisi actione immanente: nec magis intellectualis creatura potest extra se tales actus producere q̄ ignis calorem gignere nisi tantūmodo in seipso: vt videbitur in secūdo. ¶ Quarta conclusio est. ꝙ creatura intellectualis non est beatifice fruitionis principiū productiuū. ¶ Hec probanda prolixius in tertio & in quarto/ apparet hic breuiter: quoniaꝫ solius dei est pro meritis premiare seu beatificare/ non tātum obiectiue sed etiā effectiue. sicut & solus ipse habet effectiue pro demeritis condemnare. sed ab illo effectiue est beatitudo a quo est ista fruitio: quia nec beatitudo est aliud q̄ talis fruitio vt ostendetur in quarto/ ergo cū nulla creatura intellectualis sit sui beatificatiua: nec p ꝯñs talis fruitiōis beate virtualiter cōtētiua. ¶ Confirmatur. quia volūtas est libera respectu omnis actus sibi possibilis effectiue. sed respectu fruitionis beate nulla est ī volūtate beati libertas. ¶ Maior ē euidens. quia nullū actum voluntatis necessario/ sed sic contingēter & libere in se causat ꝙ potest ipsum nō causare: & postq̄ causatus est suspēdere seu ab ipso desistere. ¶ Minor etiam est euidens. quoniam non magis gloria est in potestate beati vt possit seipsa priuare beatus q̄ pena in potestate damnati: sed cōstat ꝙ nec damnatus potest a se penam expellere: nec beatus gloriam perdere. ergo nec in supposito respectu pene sue: nec in beato respectu sue glorie est libertas aliqua. quare &c. ¶ Sed cōtra istam conclusionem arguit quidam. primo: quia volūtas per fruitionē est perfecte quietata: sed nō esset si ad ipsaꝫ tantum passiue & nullo modo actiue se haberet. non enī plus modo voluntas quietaretur q̄ si per aliam realitatem foret actiua: & per aliam passiua. si autē sic esset nullo modo perfecte quietari posset nisi & passiue reciperet & actiue produceret. ergo &c. ¶ Secundo. quia actio aliqua voluntatis est ipsi magis conueniens q̄ alia. ex quo sequitur ꝙ voluntas nō tantū in recipiēdo: sed etiā in agendo magis ꝑficitur per vnam q̄ per aliam actionem. sed in talibus non potest poni processus in infinitū quia tunc sua actiuitas nō posset quietari. ergo oportet ponere statum ad actum aliqueꝫ quo perfecte quietetur actiue. sed talis nō potest poni ali⁹ a beatifico. ergo &c. ¶ Tertio. quia eo modo anima premiabitur quo meruit: sed actiue meruit. ergo &c. ¶ Tunc igitur ponit iste qui sic arguit tres modos dicendi. quorū vnus est ꝙ anima ipsa & omnis alia creatura beata actiue se habet ad fruitionem beatam: non tantum passiue. Hoc autē vt dicit tripliciter potest poni: vno mō dicēdo ꝙ licꝫ visio dei sit totaliter effectiue a deo/ tamen eius fruitio sequens efficitur a voluntate: & ab eius visione beatifica procedēte. & quia non cuicunqꝫ habenti meliora naturalia datur perfectior visio: ideo nec omnis perfectior in naturalib⁹ potest in fruitionem perfectiorem: cum in nullam fruitionē possit ex se sine visione secū causante. ¶ Secūd⁹ modus quē iste idem doctor ponit est/ ꝙ licet actus fruendi sicut & intelligendi sit a deo totaliter effectiue: tamē anima per ipsum quē recipit actiue in obiectum tendit. est enim amor motus anime ad rem/ nō tātū ī instāti ꝓ quo producitur: sed etiam toto tempore quo amor a quocūqꝫ ꝓductus manet in anima postq̄ ꝓductus. est enī amor quedam actio immanens per quā anima ipso informata amore actiue tendit in eius obiectū. ¶ Tertius modus quē ponit est: ꝙ licet fruitio non possit effectiue poni primo in esse nisi tantum a deo: tamen postq̄ de nō esse nouiter accipit esse ab ipsa potest ad eam agere effectiue ipsam necessario conseruando voluntas ipsa beata cui est a deo communicata. nec est inconueniens ponere aliquem effectum soli deo possibilem ad nouiter producendū: respectu cuius postq̄ est productus creatura aliqua habeat aliquā causalitatem: cum etiam anima respectu charitatis & aliarum omniū virtutum supernaturalium soli deo effectiue possibiliū habeat causalitateꝫ subiecti. dicit tñ finaliter ꝙ primus istorū modorum dicēdi est rationabilior inter omnes. ¶ Sed mihi videtur ꝙ omnes isti modi dicēdi sint irrationabiles & absurdi. Et ideo arguo contra ipsos. & primo ꝯtra primū quē reputat rationabiliorem. primo sic. non magis fruitio beatifica q̄ visio est in potestate beati nec per consequens effectiue ab ipso. ¶ Hoc statim apparet. quia vel fruitio est tota beatitudo vt ostēdetur in quarto: vel saltem ad beatitudinē non minus/ immo principalius pertinet q̄ visio: sed creatura intellectualis non potest ex se in visionem dei: nec etiam alicuius alterius rei: vt fuit ostensum in prologo qḋ etiam ipse concedit. ergo &c. ¶ Sed ad hoc ipse respōdet dicēs ꝙ non est simile de visione & de fruitiōe: quoniam fruitio ipsa est motus anime ad rem. non autem visio. ¶ Sed ista solutio dupliciter deficit. primo quia falsum accipit quando dicit ꝙ fruitio & non visio est motus anime ad rem. quoniam aut intelligit ꝙ fruitio sit vere & proprie motus: vel tantum metaphorice & similitudinarie pro quanto sicut per motum mobile tendit in terminū ita & per fruitionis actum voluntas fruens tendit in obiectum. sed constat ꝙ non potest ponere primum. non enim fruitio postq̄ facta & tota in esse posita/ dicitur esse motus. si autē accipiatur vt in fieri vna pars post aliam acquiritur successiue: vt sic non est motus anime ad rem videlicet ad eius obiectū: sed magis posset dici motus vel vnius partis ad aliam cum sit acquisitio partium successiua/ vel ipsarum partium ad earum subiectum: modo quo tam visio sic sumpta q̄ alia omnis forma cuius vna pars post aliam acquiritur successiue/ consimiliter dicitur esse motus. ergo relinquitur primū videlicet ꝙ motū hic accipiat secūdo mō. sed nec

sic potest accipere: quia non minus per visionem q̃ per
fruitionem anima tendit in obiectum: ⁊ ita si motus hic
dicitur omnis actus per quem habens ipsum tendit in
suũ obiectũ/ nõ magis fruitio q̃ visio dicitur esse motus
esto ꝙ sit ꝑfectior act⁹. sic ergo apparet ꝙ solutio supra
dicta primo deficit: quia falsum accipit quando dicit ꝙ
fruitio est motus anime ad rem: non autem visio. ¶ Se-
cundo deficit. quia esto ꝙ assumptũ sit verum sane intel-
lectum modo quo dicitur ꝙ dilectio non autem visio est
transformatiua amãtis in amatum/ tamen ex hoc nõ se-
quitur propositũ qd̕ infertur: videlicet ꝙ magis fruitio
q̃ visio sit effectiue in potestate nature create. nõ eñ oĩs
dilectio trãsformatiua amantis in amatũ est ĩ potestate
amãtis: esto ꝙ aliqua. sicut ⁊ aliqua visio est ĩ potestate
videntis: licet nulla sit transformatiua vidẽtis in suũ
obiectum. non enim quia visio nõ est sic in obiectũ vt di-
lectio trãsformatiua/ ideo sequitur ipsam visionẽ minus
q̃ fruitionẽ ꝯtineri effectiue in ꝑtãte nature create: cũ
fruitio licet transformatiua ⁊ nõ visio/ non sit ex hoc im
perfectior: immo perfectior visione: ⁊ in ipsa sit beati-
tudo: vel vt credo totaliter vel saltem principaliter: nec
magis natura intellectualis videatur esse vnius actus
beatifici q̃ alterius virtualiter contentiua. quare ⁊c̃.
¶ Confirmatur. quia non magis actus beatificus est in
facultate actiua seu potestate alicuius creature q̃ ha-
bitus glorie: sed iste habitus glorie non ponitur existere
effectiue ab alio q̃ a deo. ergo ⁊c̃. ¶ Secundo arguo cõ-
tra secundũ modum dicẽdi: quia cõsimiliter deficit dupli
citer sicut primus: videlicet primo q2 concedit qd̕ nega-
re ⁊ impugnare intẽdit. secũdo quia ad suũ propositum
ostendẽdum accipit vnũ falsũ. ¶ Primũ apparet. q2
ipse arguit contra illos qui dicunt fruitionem beatificã
esse effectiue tantum a deo: sed iste secũdus modus dicẽ-
di quẽ ponit/ hoc expresse concedit: videlicet taꝫ fruitio
nem q̃ visionem esse tantũ a deo effectiue: ⁊ non a beato.
quare ⁊c̃. ¶ Secũdum videlicet ꝙ falsum sit qd̕ accipit
ad ostendẽdum propositum qd̕ intendit/ apparet: q2 ipse
intẽdit ostendere ꝙ beatus se habeat ad suũ actum bea-
tificum aliqualiter effectiue. ad qd̕ declarãdum dicit ꝙ
per actum beatificũ ipse actiue tendit in eius obiectum
hoc siquidẽ nec est verum nec aliquid facit ad suũ propo
sitũ ostẽdendũ. ¶ Primũ apparet: quoniã nihil põt dici
actiuũ principiũ nec se habere actiue nisi in ordine ad ali
quid ab ipso productum: sed licet fruens per ipsum frui-
tionis actum tendat in obiectũ: nullum tamẽ ex hoc ha-
bet effectum a se productum magis q̃ si non tenderet in
obiectum. ¶ Hoc apparet: quia ex quo ipsa fruitio tota
liter hic conceditur esse a deo effectiue/ per consequens
ipsa non est effectus fruentis. nec potest dici ꝙ quia bea-
tus tendit in deum per huiusmodi fruitionẽ: ideo produ
cat aliquid aliud in seipso nec in aliquo alio a seipso. nõ
enim minus fruitione q̃ visione potest omni alio circũ-
scripto tendere in obiectũ. ergo ⁊c̃. ¶ Confirmatur. quia
aut beatum per fruitionis actum actiue tendere in ob-
iectum dicit in beato aliquid productuꝫ ab ipso: aut nõ.
sed primũ nõ potest poni: quia sicut/ vt dictũ est/ visione
informatus tẽdit in obiectũ oĩ alio a visione remoto: ita
et de fruitione consimiliter est dicẽdum. ergo relinquitur
secũdum. sed cũ nõ magis fruitio q̃ ipsa visio vt hic con
cedit sit effectiue a beato: nec magis per ipsam q̃ per vi
sionem tendat beatus in obiectum: per consequẽs si bea
tum se actiue habere ad fruitionis actum: ⁊ precise ten-
dere in obiectum/ sit idẽ: nõ magis debet negare beatũ
ipsum visionem q̃ fruitionẽ respicere effectiue: qd̕ tamẽ
facit. quare ⁊c̃. ¶ Secũdũ videlicet ꝙ esto ꝙ anima bea
ta actiue per fruitionẽ ⁊ non per visionem tendat in ob-
iectum/ ex hoc nõ sequatur propositũ/ puta ꝙ creatura
intellectualis beata se habeat ad fruitionẽ magis q̃ ad
visionem actiue/ apparet. quoniã nulla res quia produ-
cit aliquid realiter distinctũ ab aliquibus duobus in ipsa
virtualiter non contẽtis dicitur magis se actiue habere
ad vnũ illoꝝ q̃ ad alterum: sed visio ⁊ diuina fruitio sunt
duo: quorum vtrũq3 vt concedit est tantũ effectiue a deo
non ab aliquo beatoruꝫ. ergo per hoc ꝙ beatus aliquid
in se producit qd̕ ab istis duobus realiter est distinctum/
nõ magis ad vnũ illoꝝ q̃ ad alterũ potest se habere acti
ue: sed si per fruitionem ⁊ nõ per visionem tẽdit actiue in
obiectũ/ hoc habet eẽ vt dictũ est ꝓpter aliquid a se pro
ductum. impossibile enim est nullum habẽs productũ
esse actiuũ seu effectiuũ. tale autẽ ꝓductũ a beato fruẽ-
te quo mediante ipse tendat effectiue in obiectũ: licet nõ
possit poni: tamẽ si ponatur nõ minus a fruitione distin
guitur q̃ a visione. ergo nec propter ipsũ dicitur beatus
magis se habere actiue ad fruitionẽ q̃ ad visionẽ. qua-
re ⁊c̃. ¶ Et quando additur ꝙ amor est actio immanẽs/
si per actionem immanentẽ intelligas ipsum actũ alicui
precipue amanti actualiter inherẽtem/ cõcedo tam amo
rem q̃ intellectionẽ q̃ etiam sensationẽ esse actionẽ im-
manentem. si autẽ per actionem immanẽtem intelligas
aliquid ab amore distinctũ per se vnũ: talẽ actionẽ nõ de
bes ponere magis respectu amoris q̃ intellectionis. vel
esto ꝙ ponas/ ex ipsa nihil habes: quoniã siue talis actio
sit a volũtate beati effectiue siue non ꝓpter ipsam nulla
arguitur in beato actiuitas respectu fruitionis ab actiõe
ipsa realiter differẽtis. quare ⁊c̃. ¶ Tertio arguo cõtra
tertium modũ dicendi. quoniã cũ dicis ꝙ volũtas beati
potest ꝑ istũ q̃ fruitio est in ipsa a deo posita effectiue/ ad
eã agere effectiue: aut ꝑ agere effectiue itelligis tãtum
recipere subiectiue: aut aliquid in esse ponere/ aut in esse
positũ conseruare. sed non potes dicere primũ. primo q2
recipere formã aliquã subiectiue non est ad ipsam agere
effectiue: nisi dicas ꝙ materia ꝓducit effectiue formã sub
stantialẽ quã recipit subiectiue: qd̕ est falsuꝫ. ¶ Secũdo
quia nõ magis fruitionẽ q̃ visionẽ beatus recipit subie-
ctiue. ⁊ ita si ꝓ hoc dicitur fruitionẽ producere effectiue
quia ipsam recipit subiectiue/ vniformiter visionẽ ⁊ frui-
tionẽ elicit effectiue: qd̕ negas. ¶ Tertio. quia si idẽ est
fruitionem producere effectiue/ qd̕ ipsam recipere subie
ctiue/ nõ oporteret querere nec disputare an fruitio vel
visio beatifica sit effectiue a beato: cũ nullum sit dubiuꝫ
apud catholicũ quin sit subiectiue in ipso. ¶ Nec põt po
ni secũm videlicet ꝙ ꝑ agere effectiue hic intelligas ali-
quid in esse ponere. Primo. quia nihil in beato poni-
tur preter actum ⁊ habitum beatificum: sed nec habi-
tus glorie/ nec charitatis/ nec aliquis actus beatificus
ponitur in esse ab ipso: sed tantũ a deo. ¶ Secundo. quia
esto ꝙ aliquid ab istis distinctuꝫ poneretur in esse: seu fie
ret a beato/ ex hoc non sequeretur propter illud ab ipso
productum beatum se habere actiue magis ad fruitionẽ
q̃ ad visionem. quare ⁊c̃. ¶ Nec potes ponere tertium:
videlicet ꝙ ꝑ agere hic intelligas conseruare: quia non
aliter fruitio q̃ visio conseruatur in beato. ⁊ ita nõ plus
beatus agit ad vnũ istorum actum q̃ ad alterum effectiue:
supposito ꝙ agere non sit aliud q̃ cõseruare. ¶ Se-
cundo. quia aut beatus dicitur conseruare fruitionẽ ali-
quid ad ipsam agendo/ vel tantum ipsam recipiendo: sed
non potest poni aliquod istorũ vt apparet ex dictis. qua-
re ⁊c̃. ¶ Nec valẽt rationes eius adducte superius con-
tra oppositam cõclusionẽ ꝑdictam: vt apparet per singu
las discurrendo. ¶ Ad primã cũ dico ꝙ minor est falsa
nec valet ei⁹ ꝓbatio. qñ cũ dicit ꝙ si volũtas ꝑ aliã rea
litatẽ ꝓduceret effectiue ⁊ ꝑ aliam reciperet subiectiue
nũq̃ quietari posset nisi reciperet ⁊ eliceret: Dico ꝙ imo
si illa realitas q̃ tũ esset passiua quietaret ꝑ solã receptio-

nā. neutra enim per se sumpta vt distincta ab alia posset quietari per vtrūqꝫ istorū: cū neutri vt supponitur essent possibilis ista duo: videlicet recipere subiectiue ⁊ elicere effectiue: sed sic est in ꝓposito: quoniā creatura beatificabilis est ꝑcipue fruitiōis beate receptiua ⁊ nō actiua nihil autem potest per aliquid sibi impossibile quietari ergo ⁊c. ¶ Ad secūdum nego illud assumptū quando dicitur ꝙ in actionibus volūtatis non potest poni status in aliquo actu alio ab huiusmōi actu beato. est enī aliqs ab illo alterius rationis quo nullus superior seu perfectior beato effectiue possibilis potest esse: ⁊ de tali posset dici ꝙ beatus siue nō beatus in producēdo ipsum perficeretur actiue vocando naturam beatificabilē esse perfectam ⁊ quietatam ipsam actiue attingere sūmā possibilem sibi formam. quare ⁊c. ¶ Si quis etiam cōtēderet ꝙ imo in talibus actionibus est possibilis ꝓcessus in infinitum sic intelligēdo ꝙ omni actu volendi quē anima potest efficere actu posset alium perfectiorem producere in infinitum: illud qđ ex hoc infertur puta ꝙ sua actiuitas non posset quietari/ forte nō esset incōueniēs. nō enī est maius inconueniēs dicere suam actiuitatē quietari nō posse ꝙ̄ suam passiuitatem seu receptiuitatē: sed ista non potest sic quietari: videlicet ꝙ aliquis actus quātūcūqꝫ perfectus sit in ea receptibilis quo perfectior non possit in ipsa recipi subiectiue/ omni enī visione vel fruitione beata possibili alicui ꝯmunicata alia perfectior est possibilis ⁊ per consequens cōmunicabilis: cū omni forma intensibili qualis est fruitio ⁊ visio/ sit possibilis alia perfectior eiusdē rationis: nisi poneretur aliqua infinita possibilis: qđ est falsum. ergo ⁊c. ¶ Ad tertiū dico ꝙ voluntas nō meretur per actum vt ipsum recipit. quia nec vt sic in sua potestate existit: sed vt ipm̄ elicit modo quo dicit respectu eius habere libertatē: quia potest elicere vel suspendere: actum tamen elicitum non libere sed naturaliter ⁊ necessario recipit. ⁊ ita si cōsimiliter ꝑmiatur sicut meretur ⁊ nō aliter/ sequitur ꝙ eius premiū tōtum consistit in eliciendo ⁊ non in recipiēdo. hoc autem est falsum. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex predictis. licet enim oīs actus vtendi presupponat actum aliquem fruendi: non tamen necessario ordinatum qualis est fruitio dei: sed istum vel alium. quare ⁊c.

Ertio quero: vtrum vnus istorū actuū predictorum: videlicet fruendi ⁊ vtēdi sit alterius principium productiuū. ¶ Et videtur ꝙ sic: quoniam actus vtendi est amor vnius propter alterum predilectū actu fruēdi: sed amor illius propter quē preamatum aliud est amatum est causa illius amoris non alia vt videtur ꝙ̄ effectiua. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia actus libere productus nō videtur esse effectiue ab aliquo naturali agēte: sed omnis actus volūtatis in quē potest volūtas/ libere ꝓducitur quādo ꝓducitur. nullum autē aliud a voluntate est agens liberū sed naturale. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedā. primo enī inquiram quid sit istorū actuū obiectū debitum. Secūdo dicam ad quesitū: videlicet qđ sit ipsorū principium effectiuū. Tertio soluam vnū dubium: videlicet an possit demonstratiue probari nos obligari ad quēlibet istorum actuum.

Quātum ad primū est opinio cuiusdā dicentis ꝙ obiectum fruitionis tam cōꝑhēsorū ꝙ̄ viatorū est visio diuina: nō aūt ipsa essentia visa. ¶ Sed ista opinio est impossibilis ⁊ absurda. primo quia fruitio est obiecti ꝑintellecti: sed obiectū ante fruitionē preintellectum nō est visio nec aliqua alia res creata: sed diuina essentia sola. ergo ⁊c. ¶ Secūdo: quia fruitio cū sit amor obiecti amati propter seipsum est eius obiecti ⁊ non alicuius alterius qđ est propter se diligēdum. sed tale est solus deus: nō eius visio magis ꝙ̄ ipsa fruitio vel quecūqꝫ alia res creata. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia in nulla re creata vt in obiecto potest creatura intellectualis beatificari. nullum enim creatū est beatificatiuū obiectiue nec effectiue: sed fruitionis obiectū est beatificatiuū. ergo ⁊c. ¶ Quarto. quia obiectum fruitionis cōprehēsoris nō est imperfectius obiecto fruitionis viatoris: nec fruitio comprehēsorum est imperfectior fruitione viatorum: sed vtraqꝫ esset inordinata ⁊ imperfectior ⁊ imperfectioris obiecti si eius obiectum esset visio. nulla enim re creata est fruendū: sed tantūmodo increata: cuius videlicet dei est fruitio viatoris. hoc enim est sue fruitionis obiectum: de quo propter se diligendo super omnia est preceptū. ꝙ ⁊c. ¶ Quinto. quia omnis intellectio ⁊ dilectio sequens ipsam tam cōꝑhēsoris ꝙ̄ viatoris sunt eiusdē obiecti: cū nec dilectio sit vt cōmuniter dicitur nisi rei ꝑintellecte: sed visionis obiectum est solus deus. ergo ⁊ fruitionis obiectum nō est visio sed tantum deus. ¶ Et ideo quātum ad istum articulum aliter. est dicendum: videlicet ꝙ obiectum actus fruendi ordinati tam comprehēsorum ꝙ̄ viatorū est solus deus. obiectū aūt actus vtēdi est ens creatum. hoc probatur: quoniā illud est obiectum actus fruendi ordinati debitum: qđ est propter se diligibile. ⁊ illud est obiectum debitū actus vtendi qđ est diligibile ꝓpter alterum: sed solus deus est secundū rectū iudicium rationis ꝓpter se diligibilis. ens autē creatum est diligibile propter ipsum: vt in questione alia fuit dictū. ꝙ ⁊c. ¶ Confirmatur. quia omnis actus fruēdi aliqua re creata ⁊ vtendi increata sic est malus ⁊ vitiosus ꝙ nullo modo potest moraliter esse bonus: sed omnis actus habens obiectum debitū potest esse virtuosus ⁊ moraliter bonus ergo nec deus est obiectū debitū act⁹ vtēdi: nec aliquod ens creatū actus fruendi. sed ecōuerso. ergo ⁊c. ¶ Ex ꝑdictis apparet falsam ⁊ omnino improbabilē esse opinionē predictā dicētiū ꝙ tam fruitio patrie ꝙ̄ vie habet aliqđ vtile pro obiecto videlicet visionē dei que est obiectum vt dicunt actus fruendi beatorum ⁊ desiderij viatorum: cum quo tamen vt dicunt stat ꝙ tam isti ꝙ̄ illi diligunt deum propter se. ¶ Hec enim opinio ponit inconnexa ⁊ ex terminis repugnātia: puta ꝙ aliquis diligat deū ꝓpter se: ⁊ tamen ꝙ tantum diligat eius visionem ab ipso realiter differētem: quoniam si tam viator ꝙ̄ comprehensor diligūt deum propter se: ⁊ tantū obiectum fruitionis vtriusqꝫ est dei visio quā beatus obtinet ⁊ viator desiderat ⁊ expectat: ergo tā comprehensor ꝙ̄ viator tendit ꝑ actum aliquē volūtatis in vtrūqꝫ istorum: videlicet in deum/ ⁊ in visionis actum. Quero tunc vtrū eodē actu/ aut alio in vnum ⁊ alio in alterum? si alio/ ille quo beatus tendit in deum est beatificus: non autem ille quo tendit in visionem magis ꝙ̄ ille quo tendit in angelum/ vel in quodcūqꝫ aliud ens creatū. ille etiā quo viator tēdit in deū propter se est actus charitatis perfectus ad quē ex precepto est quilibꝫ obligatus: nō autē alius quo appetit huiusmōi visionē. Si autem dicatur ꝙ vtrūqꝫ istorum videlicet deus ⁊ visio sit eiusdem actus obiectū talis actus nec erit beatificus nec charitatiuus: vt est visionis: sed tantummodo vt est dei. quare ⁊c. ¶ Preterea quando dicitur ꝙ vtile est obiectum tam fruitionis comprehensorum ꝙ̄ desiderij viatorum/ aut per vtile intelligunt delectabile seu delectationem ipsam amore concupiscentie appetibilē: aut talis delectationis obiectū terminatiuū ⁊ principiū ꝓductiuū. si primū ꝙ nō debēt ponere visionē dei esse obiectū fruitionis beatorꝫ nec desiderij viatorꝫ: quia visio vt a fruitiōe distincta nō est

delectatio:nec per cōsequēs amore cōcupiscētie appetibilis:sed tota delectatio seu cōplacētia est ipsa fruitio: vt in q̄stione alia fuit dictum: ⁊ in quarto prolixius ostē detur. ¶Si autem ponant secūdū: videlicet ꝙ per vtile hic intelligant ipsius delectationis vtilis ⁊ cōcupiscibilis obiectum terminatiuū / ⁊ principium effectiuū: cōstat ꝙ delectabilis seu vtilis summe delectabilis obiectū nō potest existere nisi deus. ergo ⁊c. solus igitur deus est obiectum actus ordinati fruendi ⁊ creatura actus ordinati vtendi. ¶Hec de primo.

Quantum ad secūdum vbi est vidēdū an vnus istorum actuū predictorū sit alterius principiū effectiuū: Est sciendum ꝙ vnū esse alterius principiū effectiuū pōt dupliciter intelligi: videlicet proprie / mō quo ignis est causa ignis: ⁊ omnis causa alia sui effectus qui ab ipsa ponitur effectiue. Alio modo large vocādo causam effectiuam effectus alicuius oē illud qđ nō est finis eius: nec materialis nec formalis causa: ⁊ tamen sic est ad ipm̄ ꝓducendū necessario requisitū: ꝙ ipso posito mediante effectus est possibilis per naturā: non autem ipso circūscripto.

Hoc premisso pono hic quatuor conclusiones. ¶Prima est. ꝙ nec actus fruendi est actus vtendi: nec ecōuerso principium effectiuū ꝓprie sumptū. ¶Hec probatur. quoniā cū omnis actus voluntatis nobis effectiue possibilis de quo hic ē sermo: sit ī nostra potestate: vt videlicet fiat vel nō: quocūq; in anima existēte per consequēs solū illud videtur esse omnis talis actus principium productiuū proprie sumptū qđ est liberum et contingenter omnis actus sibi possibilis non necessario productiuū: sed sola intellectualis substantia nō aliqua forma accidētalis: nec per cōsequēs volitio ipsa est tale principium: videlicet contingenter et libere productiuū / et si nō cuiuscūq; actus sibi possibilis saltē omnis actus voluntarii. ergo nullus actus voluntatis potest esse proprie effectiue ab aliquo alio q̄ a voluntate. ¶Cōfirmatur. quia aliquis deum magis diligens propter se ipsum: ⁊ per consequens perfectiorem actum fruendi habens q̄ alius / quandoq; diligit proximū propter deum minus: ⁊ per consequēs habet actum vtēdi remissiorem sed si actus fruendi esset causa effectiua actus vtendi vel ecōuerso / hoc non esset: sed semper habens actum perfectiorem fruendi videretur habere actum perfectiorē vtēdi ⁊ ecōuerso: quoniā causa perfectior naturaliter agēs quale est omne aliud a volūtate ⁊ ꝑ ꝯsequens actus huiusmodi fruendi ⁊ vtendi / in perfectiorem potest effectū: immo necessario agit ad ipsum. ¶Nec valet si dicatur ꝙ licet vnus actus istorū sit perfectior ī vno q̄ in altero: et per consequēs quantū est ex se posset in effectū perfectiorem: quia tamen nō agit ad ipsum sine volūtate que est a geno liberū potens coagere imperfectiori cause ad perfectiorem effectum: ⁊ perfectiori ad imperfectiorem: ideo habens actum perfectiorem fruendi potest habere imperfectiorem actum vtendi. ¶Hoc non valet: quoniā licet voluntas sit libera respectu actus sui ab ipsa immediate causati: non tamen respectu alicuius causati in eo aliquo mediante ab ipsa realiter differente: ⁊ in ea formaliter existente. nō enim nūquā respectu alicuius talū est libera consequēter esto ꝙ antecedēter: sicut apparet euidenter de habitu ⁊ de actu saltem aliquo vt de tristitia ⁊ letitia. non enim est de potestate anime post actus electiuos nō acquirere ⁊ in se recipere habitū electiuū: nec est in sua potestate post obiectum nolitum non tristari: nec de volito non letari: cū tamē scđз cōmuniter loquētes tā tristitia q̄ letitia ab omni actu volendi ⁊ nolēdi realiter sit distincta. ergo consimiliter in proposito si vnus istorū actuū causaretur alio mediante posito priori actu antecedēte nō posset volūtas nō ponere nec etiā retinere cōsequentem. quare ⁊c. ¶Si quis tamen vellet tenere cōclusionem oppositā faciliter posset soluere ad predicta.

¶Secunda cōclusio est. ꝙ actus fruendi est actus vtēdi principium effectiuū aliquo modo: videlicet large sumptum. ¶Hec apparet. quoniam omne illud dicitur isto modo causa alterius effectiua qđ nec est eius causa finalis / nec materialis / nec formalis: ⁊ tamen ad ipsum ꝓducēdū naturaliter est necessario requisitū: sed sic se habet actus fruendi ad actum vtendi. ergo ⁊c. ¶Minor est euidens. quoniam constat ꝙ actus fruendi non est formalis nec materialis causa actus vtendi: nec etiam finis eius. q̄ñ actus vtēdi debitus est amor alicuius propter deum nō propter aliquid ab ipso distinctum. ⁊ ita per consequens solus deus est vltimus eius finis: ⁊ tamen actus fruendi est sic ad actum vtendi requisitus necessario ꝙ nō potest fieri sine ipso. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. quia vt dictum fuit in precedentibus / omnis actus vtendi presupponit aliquē actum fruendi: sed non presupponit ipsuз vt eius causam materialem formalem nec finalem: ergo vt efficientem. ¶Preterea ad idem arguitur. quoniam actus vtendi est amor vnius propter alterū predilectū: sed constat ex precedentibus in quadā alia questione huiꝰ dist. ꝙ ly propter importat aliquā causalitatem tam in obiecto predilecto q̄ etiam in eius dilectione presupposita que est actus fruendi / non aliam in dilectione a causalitate agentis vel finis. ergo ⁊c. ¶Confirmatur: q: cōstat ꝙ aliquis potest diligere duo aliqua absolute vt deum ⁊ proximum: neutrum propter alterum diligendo. ergo actus fruēdi deo propter quē presuppositū quis diligit proximū habet seu importat causalitatem aliquam super actum diligendi proximū. ¶Cōsequētia est euidēs. quoniam si nullam causalitatem vnus istorum actuū super alium importaret: nec magis proximus propter deū q̄ ecōuerso deus propter proximū esset dilectus: nec vnū diligere propter alteruз esset aliud q̄ diligere ambos simul: nec per cōsequēs posset aliquis diligere aliqua duo simul: quin vnū eorū diligeret propter alterū. hoc autem est falsum ⁊ cōtra antecedēs predictum. ergo ⁊c. ¶Tertia conclusio est ꝙ actus vtēdi nullo modo est causa effectiua: nec aliqua alia actus fruendi. ¶Hec apparet. ⁊ sequitur ex p̄dicta. quoniā qđ p̄supponit alterum iam productum nō est necessariū ad ipsum producēdum: nec per consequēs potest esse eius principiū productiuū etiam large sumptū. sed vt dictū est actus vtendi presupponit actum fruendi. ergo ⁊c. ¶Confirmatur. quia in causis ⁊ effectibus nō potest esse circulus: videlicet vt vnū sit causa alterius ⁊ econuerso. sed vt dictuз est / actus fruēdi est causa modo p̄dicto actus vtēdi. ergo ⁊c. ¶Q, etiam nō sit eius causa finalis / apparet: quia amoris presuppositi vt finis omniū post deū ⁊ motuū principium non potest aliquis amor alius esse finis: sed actus fruēdi ordinatus qui videlicet est amor solius dei ꝓpter se / est talis amor ergo ⁊c. Q, autē nō sit causa materialis nec formalis / apparet. ¶Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ p̄dilectio obiecti actus fruēdi est causa ipsius actus fruēdi ꝯsimiliter sicut actus fruēdi dicit esse causa actꝰ vtēdi. ¶Hec ꝓbat q̄ñ sicut vtēs diligit obiectū quo vtitur ꝓpter alterū: videlз ꝓpter illū quo fruitur: ita ⁊ fruens diligit illud quo fruit ꝓpter ipm̄: qđ quidē ꝓpter ipm̄ importat aliquam causalitatē respectu actus fruendi cōsimilem ei quā importat ly ꝓpter alterum respectu actus vtendi. nisi enī causalitatem aliquam importaret non posset dici deus ipse diligi propter se. esto ꝙ diceretur diligi absolute sed constat ꝙ deus non dicitur diligi propter se pre

dilectum:sed tātū ꝓpter se ꝑintellectum:vt taliter diligēdū. si enī propter se ꝑdilectū/oporteret ipsum esse dilectum per duplicem dilectionis actum ad hoc ꝙ esset ꝓpter se dilectus:vt in quadā alia questione arguebatur superius. Deus igitur propter se dilectus est dilectus ꝓpter se ꝑintellectum vt taliter diligendū.ergo sicut creaturā propter deum esse dilectam:supponit aliū dilectionis actum:ita ⁊ deū ꝓpter se eē dilectū ꝑsupponit actū diligēdi ipsum: vt taliter diligēdum. ⁊ ita per ꝯsequēs sequitur ꝓpositū: videlicet ꝙ cū deus similiter dicatur diligi ꝓpter se ꝑintellectum: sicut creatura ꝓpter eum dilectū:ꝙ ꝯsimilē hoc importat causalitatē ꝓpter se in preintellectione dei ꝑsupposita sicut ꝓpter deū in eius dilectione.¶ Confirmatur.quia aliquis potest deum intelligere ⁊ creaturā etiā absolute nō vt ꝓpter deum diligendā: nec deū etiā vt ꝓpter se diligēdum:sed tantūmodo absolute:sed eo modo potest deus diligi: quo ꝑintelligitur:⁊ ita ꝑ ꝯsequēs absolute: ergo deum diligi ꝓpter se importat sup eius intellectionē presuppositā causalitatem aliquā:vt videlicet ꝓpter intellectionē ipsā ꝑsuppositā qua deus percipitur ⁊ ꝑintelligitur vt taliter diligendus/moueretur animus ad ipsum conformiter diligendū:sed istam ⁊ nullam aliā causalitatem dicit ꝓpter deū respectu actus diligendi aliud ꝓpter ipsū in dilectione dei ꝑsupposita.ergo ⁊c.¶ Consequentia est euidens. quia nisi deum ꝓpter seipm diligi importaret causalitatem aliquā super intellectionē dei ꝑsuppositam: sed solum diceret actum diligendi ⁊ intelligendi ipsum absolute: cum omnis deum diligens sit eum intelligens: oīs eum diligens ipsum ꝓpter se diligeret:qḋ est falsum.ergo ⁊c.¶ Sed forte contra ꝑdicta arguitur. quoniam illud cuꝰ virtute mouetur homo ad aliud: videt̄ esse eius principium effectiuū: non tātum large: sed etiā proprie sumptū.sed vt nūc est concessum:⁊ etiā in questione alia quadā fuit dictū/amor dei est cuius virtute ille qui fruitur mouetur ad hūc actū vtendi:videlicet diligēdi creaturam ꝓpter deum:⁊ dei intellectio practica dictatiua: qua deus ipse dictatur vt propter se diligendus/est qua mediante mouetur animus ad ipsum ꝯformiter huic dictamini diligendū.ergo ⁊ dei intellectio presupposita est actus fruendi ⁊ eius dilectio actus vtendi causa nō tantum large/sed etiam proprie effectiua: cuius ꝯtrarium fuit dictum.¶ Ad hoc potest dici ꝙ maior assumpta nō est vniuersaliter vera. premisse enim sunt: quarū virtute intellectus assentit conclusioni ex eis illate siue rei ꝑ ipsam significate:nec tamen premisse ipse sunt cause effectiue talis consensus:accipiēdo ꝓprie causam effectiuā cum premissis ipsis non existentibus actu:sed precedentibus sequatur talis ꝯsensus: ⁊ nihil quo non existente aliquid sequitur/possit dici proprie causa eius: sed large pro quāto fit eo mediāte:licet non existente: sed precedēte/effectus sequitur:qui non fieret nisi illud quod dicitur causam eius antea precessisset. ⁊ ita consimiliter in proposito est dicendum.non enim amor dei mouet ad amorem proximi:nec cognitio dei ad amorem dei:tāꝗ motor mouet mobile ad possibilem ipsi formam:vt calidū calefactibile ad calorem. cum forma ista: puta amor dei vel proximi:non ab intellectione nec a dilectione alia presupposita/sed immediate ab ipso mobili puta ab intellectuali substantia inducatur. quia tamē talis substātia mediantibus talibus presuppositis puta intellectione et dilectione inducunt in se actus huiusmodi effectiue: ideo a talibus actibus presuppositis moueri dicitur effectiue:⁊ non aliter.quare ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: est opinio cuiusdam dicentis ꝙ deus potest diligi propter se super omnia dupliciter. vno modo:vt cadit sub ꝑcepto et vt sic constat non posse probari ratione naturali dilectionem dei sup omnia esse virtuosam:nec nos esse obligatos ad ipsam:cum dei dilectio sic accepta nō sit possibilis sine ꝑsupposita charitate.qḋ sola fide ⁊ sanctoꝝ auctoritate est notum:nō aliqua naturali ratione. Alio modo potest sumi:vt est naturaliter possibile modo quo nō tantum deum sed etiam aliud ens creatum potest naturaliter diligere plus ꝗ omnia alia: ⁊ nec sic potest probari demōstratiue istum actū esse virtuosum:nec ad ipm esse aliquem obligatum.¶ Sed licet conclusionē huius opinionis crediderim esse verā: non tñ hanc distinctionē quā ponit de duplici dilectione dei super omnia:quarum duarum illa que est ex precepto supponit charitatem et alia nō. Unde cōtra hoc arguo sic. omnis faciens ꝯtra aliquod preceptum peccat mortaliter. sed nullus extra charitatē existens in diligēdo deū sine charitate peccat mortaliter:nec etiā venialiter.ergo nō facit ꝯtra ꝑceptū nec per ꝯsequēs ex ꝑcepto ad diligendū deū sup omnia obligatur.¶ Confirmatur.quia nō tātum peccat mortaliter omnis qui omittit actum de quo exequendo habet preceptū:sed etiā exequēs ipsum si omittit aliqḋ cū quo in existente eum tenetur exequi ex precepto. ¶ Hoc apparet.quoniam non tantum omissio actus: sed etiā circūstantie alicuius debite actui est peccatum vt apparet de quocūq actu quātūcūq bono ex obiecto ad finē indebitum ordinato:sed exequi actū diligendi deū ꝓpter se ⁊ super omnia sine charitate in diligēte existēte nō est peccatum:ergo nec charitatis assistentia est ex ꝑcepto circūstantia ad hūc actū homini debitum requisita.quare ⁊c. ¶ Et ideo ꝑtermissa distinctiōe opinionis ꝑdicte dicēdū est ꝯformiter cū eius principali ꝯclusiōe. primo ꝙ hominem esse ad istū actū diligendi deū super omnia obligatū nō potest demōstratiue ꝓbari aliter ꝗ articuli fidei. esto ꝙ posse aliqualiter ꝓbabiliter persuaderi. Scd̄o ꝙ ꝯsimiliter est dicendum de actu vtendi videlicet diligendi alia ꝓpter deum. Tertio ꝙ nec potest etiā demōstratiue probari aliquē istoꝝ actuū existere virtuosū. ¶ Primū probatur.quā oīs ratio q̄ potest adduci ad ꝓbationē huius ꝯclusionis puta ꝙ debeā deū sup oīa diligere/habet arguere ex suprema dei perfectione ⁊ sua nobilitate vel ex eius causalitate. non enī potest arguere ex ꝑcepto:quia preceptū esse de sic diligendo deū / sola fide est notū. sed nulla rō ex aliquo istoꝝ duoꝝ arguēs seu īferēs deū esse super oīa diligēdū ꝯcludit:qꝛ maior falsū accipit.ꝗ ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur. ⁊ primo ꝙ maior rationis arguens ex dei nobilitate sit falsa:quia omnis talis ratio que ꝓbaret deum esse sup oīa diligendū esset ista. quāto vnūqḋq est ꝑfectius tāto est a quolibet diligēdum amplius. sed deus est perfectior omnibus.ergo est sup omnia diligendus.cōstat autē ꝙ maior istius rationis est falsa: nisi dicas ꝙ magis teneris diligere angelum ꝗ teipsū:qḋ nō est verū.quare ⁊c. ¶ Secundo hoc idē apparet de maiore rationis arguentis ex dei causalitate: quoniam ex dei causalitate sic haberet argui. magis quilibet tenetur diligere illud a quo habuit suum esse ꝗ aliquod aliorum:sed deus est causa omniū.ergo ⁊c. ¶ Constat ꝙ maior huius ratiōis est falsa. nisi dicas ꝙ magis teneor diligere parentes a quibus habeo esse meum ꝗ meipsum et magis etiā solē ⁊ alia superiora que sunt etiā aliquo mō cāe inferiorum/debeo diligere ꝗ angelū/nec aliquā alium meū ꝓximū:qḋ est falsum.quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ circūscripto diuino ꝑcepto nulla rō naturalis videt̄ ꝯcludere aliquē deo obligatū eē nisi sicut ꝑme cause vniuersi ⁊ totius cōitatis eius duci: sed naturalis ratio iudicaret me citius debere velle et eligere tam principem ꝗ omnes alios totius communitatis esse vitiosos ꝗ

me folum⁊ ꝙ ꝯſo magis me velle viuū viuere ⁊ diligere ꝙ omnes alios ſimul ſumptos.ꝗ ⁊c. ¶ Nec valꝫ ſi cōtra hoc inſtet.qꝛ ratio naturalis dictat hoīem ſe morti debere exponere pro re publica. qm̄ hoc eſt verum alia vita ſuppoſita vel obligationis ad hoc exiſte lege aliq̄ poſitiua:aliter non.niſi em̄ rō naturalis ex morte ad quā iudicat eſſe hominē exponendū premiū aliquod expectaret vel diuinum preceptum ad hoc obligatiuū ſupponeret: nunq̄ hominē ſe morti ꝓ alio exponere debere ꝓ re aliq̄ iudicaret.nullus em̄ ꝓpter ꝑnitum qḋ non credit futurū iudicat aliqḋ meritū exequendum: ſed aliā vitam eſſe vł diuinū preceptū de morte in caſu aliquo eligēda/nō eſt naturaliter notuꝫ ſed fide tm̄.ꝗ ⁊c. ¶ Qꝛ aūt nos obligari ad actum predictum poſſit demonſtrari: ſicut demonſtrantur omnes articuli fidei/ apparet.qꝛ ex eiſdem mirabilibꝰ que deus ſupernaturaliter exitit operatus mediātibus ſetis articulos fidei confitentibꝰ ⁊ aſſerentibꝰ ex qbꝰ ꝯcludiꝭ ꝟitas ipſorū articulorꝫ vt ſuꝑ ꝓlogū fuit dictum/concluditur ⁊ ꝓbaꝭ quēlꝫ eſſe obligatum ad iſtū actū/videlꝫ deū ſuꝑ oīa diligēdū:tū qꝛ ⁊ ipſi ſic deuꝫ ſuꝑ oīa dilexerunt:tū qꝛ ⁊ ad hoc ſe obligatos aſſeruerūt.qḋ ſi verum non eſſet non feciſſent vel ſi feciſſent eis mediātibus falſū aſſerētibꝰ nō fuiſſet deus talia mirabilia opatus.q̄re ⁊c. ¶ Sic ergo apꝑet primū:vꝫ quō poteſt ꝓbari ⁊ quomō nō hoīeꝫ ad actuꝫ fruendi deo exiſtere obligatum. ¶ Secundū vꝫ ꝙ ꝯſimiliter ſit dicenduꝫ de actu vtendi apparet.qm̄ per nullam rationē poteſt ꝓbari aliquem exiſtere obligatum ad aliquem actum neceſſario exigentem alium ad quem obligari hominem non eſt notum:ſed actus vtendi aliqua re creata:qui eſt actus diligendi ipſam propter deum ſupponit actū fruendi videlꝫ diligendi deum propter ſeipſum : ad quem actum nos obligari non poteſt a nobis demonſtrari ratione aliqua naturali alia q̄ illa qua ꝓbanꝭ fidei articuli vt probatuꝫ eſt.ꝗ ⁊c. ¶ Confirmatur.qꝛ cuicūꝙ eſt notū ſe eſſe obligatū ad aliqḋ/eſt notum ſe eſſe obligatuꝫ ad oē aliud qḋ illud neceſſario preſupponit:ſed actus vtendi ꝑſupponit actum fruendi/ergo eo mō ⁊ non aliter eſt notum ⁊ demōſtrabile nos obligatos exiſtere ad actuꝫ vtēdi q̄ ad actū fruendi quē actus vtendi neceſſario ꝑſupponit.q̄re ⁊c. ¶ Tertiū videlicet ꝙ nō poſſit demōſtrari aliquē actuū predictorū exiſtere virtuoſum/ ꝓbatur. quoniam nullus actus ꝓbatur virtuoſus niſi ꝓbeꝭ ꝙ eſt debite circumſtātionatus:ſed naturaliter nō videꝭ poſſe ꝓbari aliter q̄ ꝓbentur articuli fidei aliquē iſtorū actuuꝫ eſſe debite ⁊ ꝑfecte circumſtantionatū.ꝗ ⁊c.Minor probatur. quia inter ceteras circumſtātias actui debitas ſine qbꝰ nō pōt aliqs actus eſſe moraliꝭ virtuoſus eſt conditio agētis actū ipſū exequentis.qḋ apparet: qꝛ vnus ⁊ ideꝫ actus circa idem obiectum elicitus ⁊ ad eūdem finem ordinatus ac alijs circumſtantijs ſibi debitis informatꝰ/eſt vni bonꝰ ⁊ in alio vitioſus.qḋ eſſe non poteſt niſi propter circūſtantias ⁊ ꝯditiones varias agentum ſeu exequentiuꝫ actū ipſum:vꝫ qꝛ vni actus eſt debitus ⁊ alteri indebitꝰ. Ex quo ſeqꝭ ꝙ oīs actus q̄ ꝓbaꝭ eſſe alicui virtuoſus ꝓbaꝭ eſſe eidem debitus:ſed actū diligēdi deum ſuꝑ oīa ⁊ alia propter ipſū/nō pōt ꝓbari eſſe homini debituꝫ/eſto ꝙ ꝓbetur eſſe bonum eius obiectū ⁊ finē intentū.nulli em̄ aliter q̄ per fidem vel aliter q̄ ꝓbentur fidei articuli poteſt notum eſſe nec probari ipſum debere aliquid aliud diligere amoliꝰ q̄ ſeipꝫ. ꝗ nec ipſi pōt ꝯſtare aliter q̄ per fidē nec ꝓbari aliter q̄ ꝓbetur veritas oīm fidei articulorꝫ aliquē actuū ꝑdictorꝫ exiſtere virtuoſuꝫ. ¶ Cōfirmaꝭ.qꝛ nec vt videꝭ ex dictis pōt ꝓbari actum diligendi deū ſuꝑ oīa habere debitum obiectū:cū hoc aliter nō ꝓbeꝭ q̄ vł ex dei nobilitate vel ex cauſalitate:ex q̄rū neutro ſeqꝭ vt dictū eſt ꝯcluſio q̄ infertur.quare ⁊c. ¶ Sic ad queſtionē. ¶ Ad rationē in principio apꝑet ſolutio ex ꝑdictis.

Quarto quero: vtrum actus ꝑdicti videlicet fruēdi ⁊ vtēdi neceſſario ꝑſupponāt eorū obiectū ꝑexiſtere intellectū.

¶ Et videtur ꝙ ſic.qm̄ nō minus oīs actꝰ volēdi ⁊ nolēdi ꝑſupponit obiectū intellectuꝫ:q̄ actꝰ appetitus ſenſitiui obiectū ſenſatū:ſꝫ ſic actꝰ oīs appetitꝰ ſenſitiui ſupponit obiectū ſenſatū:qꝛ nullꝰ obiectū aliqḋ niſi actus ſentiendi aliq̄ appꝛehenſū pōt ſenſibiliꝭ reſpuere nec amplecti ſeu appetere.ergo ⁊c. ¶ Contra. quia nullus effectus poſſibilis videtur ad ſui fieri neꝙ eſſe neceſſario exigere niſi qḋ eſt ipſius aliq̄ mō cauſa.illud em̄ qḋ non eſt cauſa aliq̄ alicuius nō videtur eē neceſſariū ad ipm̄ ꝓducenduꝫ:nec ad ꝓductū poſtea ꝯſeruandū: ſed intellectio non eſt cā alicuius actꝰ volēdi vel nolēdi.ꝗ ⁊c. ¶ Riſio vbi ſic procedam. Primo em̄ inq̄rā an actus intelligendi obiectū volitū vel nolitū ſit volitionis vel nolitionis principiū ꝓductiuū. Secundo dicam ad q̄ſitū:vꝫ an omnis actus volendi ⁊ etiā nolendi exigat neceſſario obiectum volitū vel nolitū ꝑexiſtere intellectuꝫ.

Quantum ad primum eſt opinio quorūdā tenentiū ꝑteꝫ affirmatiuā.videlꝫ ꝙ intellectio obiecti eſt cauſa effectiua actus volendi vel nolendi obiectū ipſuꝫ qḋ volitio vel nolitio ꝑſupponit exiſtere intellectū. imaginantur enim ꝙ ſicut in diuinis ſecunda perſona tantum ꝓducitur a ꝑma: tertia autē a ſecūda inſimul ⁊ a prima:ita in creatura itellectuali ad imaginē dei facta cōſimiliter eſt dicendū:vꝫ ꝙ cū in ipſa intellectuali ſubſtātia notitia ⁊ amor ꝯſiſtat trinitatis ꝑſonarū imago:ſecūda ꝑs imaginis q̄ ē notitia verbi diuini repꝛeſentatiua eſt tm̄ a prīa vꝫ ab ipſa intellectuali forma ꝑſone prīs repꝛeſentatiua. ſicut ſecūda ꝑſona diuina tm̄mō eſt a prima. tertia autem videlicet amor repreſentatiuus ſancti ſpiritus eſt a ſecunda inſimul ⁊ a prima:videlicet a notitia ⁊ ab anima : ſicut tertia diuina perſona quā repreſentat vꝫ ſanctus ſpiritus inſimul a patre ⁊ a filio eſt ſpiratus. ¶ Pro iſta ꝯcluſiōe arguiꝭ.qm̄ vbicūꝙ reperiꝭ illud propter qḋ omne aliud eſſe ponitur ⁊ conceditur ꝓductiuū principiū alicuius/ipſū etiam debet poni eē principiū ꝓductiuū:ſed i intellectione reſpectu volitionis vł nolitionis obiecti intellecti reperiꝭ totuꝫ illud ꝓpter qḋ omne aliud qḋ eſt ꝓductiuū principium alicuius/arguiꝭ eſſe principiuꝫ ꝓductiuū eius.ꝗ ⁊c. ¶ Minor apꝑet.qm̄ non eſt via alia ad ꝓbandū aliquid eſſe prīcipiū alicuius actiuū ſeu ꝓductiuū niſi qꝛ ad poſitionē vnius ſequiꝭ ⁊ poniꝭ alterū: ⁊ illud ad cuius poſitionem ponitur alterū non eſt cauſa eius materialis nec formalis nec finalis.ſꝫ ꝯſtat ꝙ intellectio nō eſt cauſa formalis nec materialis nec finalis actus volūtatis. ⁊ tamen eſt ſic neceſſaria ad omnē eiꝰ actū ꝙ ipſa poſita pōt ſeq̄ ⁊ fieri actus ipſe volendi vꝫ vel nolendi:non aūt ipſa amota:cū nullus poſſit odire nec diligere niſi obiectū actualiꝭ itellectū.ergo ⁊c. ¶ Cōtra opinionē iſtā arguit q̄dam ſic. in quocūꝙ qḋ eſt ꝓductiuū principiū alicuius forme abſolute oportet ponere actionē aliquā reſpectiuā:qm̄ effectus abſolutus ſibi poſſibilis actualiꝭ fit ab eo:ſed talis actio reſpectiua actus voluntatis productiua non pōt in alio poni q̄ in intellectuali natura.ꝗ ſola ipſa eſt oīs actus voluntatis cauſaliter ꝓductiua. ¶ Maior ꝓbaꝭ.qꝛ qm̄ ad veritatem alicuius propoſitionis non ſufficiūt aliqua pauca oportꝫ ponere plura:ſed ad ꝟitatē huiꝰ ꝓpoſitiōis vnū ens abſolutum eſt ab alio effectiue/non ſufficiunt ipſa entia abſoluta quorum vnum dicitur alterius eſſe cauſa:cū eis quocūꝙ mō ſe habētibꝰ poſſit ꝓpoſitio eē falſa ſicut ⁊ eſt vtroꝙ ipſorum vel altero a ſolo deo producto ⁊ in

esse: posito. ergo ad hoc q sit vera oportet ponere in illo qd dicitur esse causa formam aliquam respectiuam: qua existente non possit ppositio esse falsa. ¶ Minor videlicet q talis actio respectiua nō possit poni respectu act⁹ volūtatis in intellectione nec in aliquo alio a natura intellectuali: pbatur. qm si aliqua forma alia ab aīa esset causa talis actionis/sp talis forā q̄diu ī aīa existeret ageret ⁊ causa talis actionis esset. qd poni non pōt: qr cū posita quacunq forma in aīa ipsa aīa posset velle vl' non velle: p ꝯñs si ī aliq̄ forma ī aīa existēte esset actio pductiua act⁹ volendi vel nolēdi: esset ibi actio sine aliq̄ pducto termino qd est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qr nullum non viuum quale est omne ab aīa ⁊ a q̄cunq natura intellectuali distinctum pōt esse principiū pductiuū alicui⁹ actus/cuius productio vel suspensio est in nr̄a ptāte: sed posita quacunq forma in aīa ipsa pōt libere actū volendi vel nolendi elicere ⁊ suspendere. g̃ talis act⁹ non pōt esse effectiue ab alio q̄ ab ipsa. ¶ Sed licet hui⁹ rationis ꝯclusionē reputē verā nō tñ valet/nec ꝯcludit ipsa rō q̄ pbat ⁊ ꝯclusio supradicta sibi ꝯtraria impugnatur. qm maior ē falsa quā accipit: ⁊ ēt minor hoc supposito qd cōcedit qui sic arguit. ¶ Primum vero q maior sit falsa in secundo ostendetur: vbi in prima q̄stione plixe pbabitur q nec productio actiua nec passiua est in re extra formam aliqua per se vna a pducēte ⁊ a pducto distincta. nō enim minus calor pōt pducere calorem/⁊ vnus calor fieri ab alio sine tali actione vel passione mediante ab vtroq calore realiter differente: q̄ talis actiua pductio vel passiua sine actiua pductione ⁊ passiua alia mediāte. qd tñ fieri oportet eū ꝯcedere ⁊ oēs tales formas respectiuas ponentes: vel ponere in eis pcessū in īfinitū: vt vero vna sit mediāte alia sine fine. hoc aūt poni non pōt. ergo ⁊c. ¶ Nec valet ratio quam adducit ad pbationē maioris pdicte: qm non tm̄ absolutum: immo etiā omnem respectū ab isto absoluto distinctum pōt deus totalit' facere per se ipsum. oē enī qd pducit mediāte causa secunda aliq̄ secū concurrēte: pōt imediate pducere per se. qd sic probo. oē illud qd postq̄ est destructū deus per se pōt reparare: potuit ⁊ per se primo pducere qn̄ noviter est pductum: sed quodcunq ens positiuum vt hic suppono ex dicendis in q̄rto/postq̄ destructū pōt deus idē in nūero reparare: ⁊ p se nō causa secunda aliqua mediāte: ⁊ cum naturalit' nihil interruptum sit reparabile. g̃ si talis actio regulatiua sit forma aliqua positiua ab extremis distincta/pōt fieri a solo deo: ⁊ per ꝯñs ad veritatem istius actio pductiua vel passio ignis est ab igne/non sufficit ignis ⁊ actio vel passio magis q̄ ad veritatē hui⁹ ignis est effectiue ab igne sufficiant duo ignes. ergo oportet ponere actionē esse ab agente mediante alia actiōe in infinitū. quod poni nō pōt quare ⁊c. ¶ Praeterea scd̄o cū habit⁹ est causa actus: nec tñ in habitu respectu act⁹ vt dicit est aliqua actio respectiua. g̃ ad hoc q aliq̄d agat ad effectum aliquē/nulla talis indiget actione seu actiua vel passiua productione.

¶ Secundum vero q minor etiam non sit vera supposito q omne agens agat tali mediāte actione quod ponit apparet. nō eī video vel saltē nō pbat rō q talis actio sit intellectioni īpossibilis respectu volitionis: nec est noti⁹ talem actionem non posse esse ab intellectione ⁊ in ipsa q̄ volitionem. immo videretur notius intellectionem nō posse in volitionē q̄ nō posse hr̄e huiusmodi actionē. ¶ Nec valet illud qd adducitur ad pbandum qm dicitur q semper intellectio q̄diu in aīa existeret talē actionem haberet. qr hoc non seq̄tur. qr cui est impossibilis effect⁹ ⁊ actio productiua huius respectiua eius. non hn̄s etiam semper effectum non habet semper actionem pductiuā sed cū intellectio si ponatur causa volitionis ponat causa partialis non totalis: p ꝯñs non pōt per se sine anima eius subiecto agente in talem effectum. anima autem ipsa ad talem effectum potest non agere quacunq intellectione fuerit informata. ergo nec oportet q intellectio ipsa licet sit volitionis ⁊ nolitionis partialiter pductiua semp habeat agere in anima q̄diu est in ipsa. quare ⁊c. ¶ Tunc igitur dico ad rationem in forma negādo maiorem ⁊ minorem. ¶ Ad cuius maioris pbationem dico q imo ad veritatē hui⁹ ignis ē effectiue ab igne/sufficiūt duo ignes sine aliq̄ media actione. Et qm contra hoc arguitur. qr ppositio potest esse falsa ipsis existentibus/cōcedo: sed ex hoc non seq̄tur q̄n ipsi ad veritatem huius ppositionis sufficiant. illa enim ad aliq̄d sufficiunt: qb⁹ solis existentib⁹ illud potest accidere vel pōt non accidere absq aliquo alio eis apposito vel amoto: sed sic est in pposito: qm hic ignis pōt nullo mediante respectu fieri ⁊ ab isto igne alio ⁊ a deo. si primum ppositio erit vera: si secundum/ppositio erit falsa. Hoc mō ⁊ non alio habes tu respondere ad rationem que consimilit' arguit cōtra ponentes huiusmodi actionem respectiuam: qr cum deus posset in omne possibile per se solū/poterit ī hmōi actionem vel passionem respectiuam: ⁊ ita p consequēs poterit fieri a deo actio seu actiua pductio illa qua vn⁹ ignis est natus pducere alium ⁊ facta poni in igne. quo supposito falsum erit dicere talem actionē seu actiuam pductionem esse ab igne. qd enim est a solo deo pductum non potest dici esse effectiue ab aliquo alio: esto q sit receptum subiectiue in eo. ex quo apparet q falsum dicit opinio cum ait: q contradictionem implicat. actionē ponere subiectiue in aliquo non agente ipsa mediante. qm nulla res potest dici agens nisi cui correspondet aliquid ab ipsa pductum ⁊ in esse positum: sed si actio seu productio qua ignis vnus pducit aliū/est forma aliqua ab vno igne realiter distincta/potest fieri a deo cū eius termino puta igne illo: qui ea mediante poterit fieri ab igne alio q̄ eadem productio potest vtiq cōicari illi igni a qua potuit cum suo termino fieri effectiue: sed cōstat q per hoc q sibi communicaretur ipse nullum haberet a se pductū qr quero qd̄ non huiusmodi actionē seu actiuā pductionem: nec eius terminū puta ignem: cum vtrūq istorū supponatur a deo tm̄mō esse factum: nec aliq̄d aliud ab istis distinctum. g̃ ⁊c. Cū igit' vt euidenter apparet/posset esse actio pductiua supposito q sit talis forma qualis ab ipso ponitur ppositione existēte falsa q̄ dicit actionem esse a tali principio absoluto. ergo si illa vt accipit non sufficiunt ad veritatem ppositionis quibus quōcūq existentibus ⁊ se habentibus potest ppositio esse falsa: p consequens nec ad veritatem hui⁹/gnātio ignis est ab igne effectiue/sufficit ignis ⁊ gnātio. ⁊ ita ponas inter ignē et generationē vnā aliam mediantē prioē ⁊ īter illā ⁊ ignem aliam in infinitū. quā cūq responsionē tu dabis hic eādē tibi dabo negando actionē respectiuam hmōi quā tu ponis. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. qr per te habitus ē actiu⁹ act⁹ absq actione aliqua mediāte: ⁊ tñ ꝯstat q idē act⁹ ī quē pōt habit⁹ simul cū potētia habita potest fieri a deo ⁊ factus cōicari potentie. q̄ posito ita ista esset falsa. habitus est causa effectiua actus. sicut ista/potentia est causa ipsius: ⁊ tñ vt ꝯcedis ad veritatē huius habitus est causa actus/nulla actio pductiua in habitu: sed tantum ī potentia est ponenda: nec etiam pōt poni. ergo lz ad veritatem huius habit⁹ est causa effectiua actuū/sufficiant act⁹ ⁊ habitus sine actione media vni⁹ ad alterū: propositio tñ ipsa potest esse falsa actu ⁊ habitu in anima existentibus. quare ⁊c. ¶ Ad confirmationem etiam quā apposuit/apparet q non concludit. quoniā esto q nihil ab aīa ⁊ ab omni intellectuali natura distinctū posset esse totale nec etiam principale actiuū principium actus libere pductū: tamen diceretur a multis q pōt esse talis act⁹

pͥncipium productiuum minus pͥncipale:⁊ hoc modo intellectio poneretur ab eis ad actum volendi ⁊ nolendi concurrere effectiue. ¶ Et ideo nō intendo predicte ratiōni nec sue confirmationi:sed ꝯcedēdo ꝯclusionēꝫ dico quantum ad istum articulum aliter.

Ad cuius euidētiam pono quatuor cō clusiones. ¶ Pͥma est:ꝙ nō potest euidēter ostendi seu probari intellectionem esse nec non esse pͥncipium productiuū actus volendi vel nolendi ipsum necessario exigentis. ¶ Hec probat̄.qm̄ nulla ratio adducit̄ nec etiāꝫ vt videtur adduci pōt ab aliquo pro vna pte nec pro alia q̄ concludat nec euidenter aduersariū ꝯuīcat.ḡ neutra pars pōt euident̄ probari:nec per consequens est ab aliquo ptinaciter asserenda. ¶ Consequentia est euidens:sꝫ antecedēs probat̄:⁊ pͥo ꝙ nulla ratio posset adduci ad probandum partem affirmatiuam:vcꝫ ꝙ sit pͥncipium productiuum:nisi a posteriori vcꝫ q2 videm̄ᵘ vnum sequi ad alterūꝫ.⁊ causa effectiua alicuius dicitur esse ad quā pͥsentem sequtur effectus:sed nō omne illud ad cuius p̄sentiam sequtur alterū qđ nō pōt ad absentiā eius seq̄:ē causa eius. ergo esto ꝙ posita intellectione possit sequi actus voluntatis non autem ipsa amota/ex hoc non sequitur nec arguitur euidenter ꝙ intellectio ipā sit actᵘ voluntatis pͥncipiū effectiuū:sed non pōt hoc ꝓbari ex alio. ergo ⁊c. ¶ Maior est euidens.constat enī ꝙ nullus posset scire calidum magis q̄ frigidū esse calefactiuum ⁊ caloris pͥcipiū ꝓductiuū sicut ⁊ frigidū infrigidatiuū nisi videret ad vnū calidū seq̄ alterū calidū ⁊ ñ frigidū:⁊ econuerso ad vnā frigiditatē seq̄ aliā ⁊ nō caliditatē:nec sciremus hominē magis q̄ equū esse risibilē nisi propter actū ridendi quē videmus seq̄ ad hoīem non ad equū.nō enī quia vnus calor est eiusdem rationis cum calore ⁊ alterius a frigore/ideo sequtur ꝙ calor non sit ꝓductiuᵘ frigoris:sed caloris.cum nō oē ens factum sit alterius eiusdem rationis secū pͥncipiū ꝓductiuū:⁊ aliqua imo multa sint pͥncipia productiua aliorū ab eis ⁊ alterius rōnis.quare ⁊c. ¶ Minor videlicet ꝙ ex hoc non posset argui saltē euidēter qđlꝫ esse cuiuslibet qđ sic ad ipsū seq̄t ꝙ non potest fieri sine eo/pͥncipium ꝓductiuum/appet in multis.non enī organū sensus:sed tm̄ aīa sensitiua ꝑ se vel simul cum specie est sensationis pͥncipiuꝫ ꝓductiuum.⁊ tamen nullus sentiendi actus pōt fieri naturalit̄ nisi sensus organo mediāte.assensus ēt ꝯclusiōis seu rei per eam significate non causat̄ nisi p̄missis mediantibᵘ ad ipsas aūt sequtur:nec tm̄ ipse p̄misse sūt cause assensus huiusmodi producti:cū eis non existentibᵘ assensus huiusmodi ꝓducatur. De aliis multis posset instari q̄ non sunt cause ꝓductiue quorūdam.q̄ tm̄ fiunt mediantibus ipsis nec possūt fieri naturalit̄ sine eis. ergo ⁊c. ¶ Scđo ꝓbatur ꝙ non possit euidenter ꝓbari alia pars:vcꝫ ꝙ intellectio non sit causa ꝓductiua actus voluntatis ipsam necessario exigentis. qm̄ nihil pōt ꝓbari non esse alicuᵘ pͥncipium ꝓductiuum in quo repit̄ respectu eius totuꝫ illud ex quo quodlibet alterum pͥncipiū ꝓductiuū arguitur ⁊ scit̄ esse effectus sibi possibilis pͥncipium ꝓductiuū:sed ī intellectiōe respectu actᵘ volūtatis repit̄ totū illud ex quo vnus ignis arguitur cā alterius effectiua:⁊ oē aliud agens arguit̄ esse causa sui effectᵘ.ḡ ⁊c. ¶ Maior apparet. quia vt dictum est ex nullo alio arguit̄ ꝙ vnus ignis sit causa alterius effectiua nisi q2 seq̄t̄ ad eius presentiam ⁊ non ad eius absentiam nec ad p̄sentiā alteriᵘ puta aque:sed sic est in ꝓposito:qm̄ oē intellectum pōt esse volitum vel nolitū:nō aūt aliqđ nō p̄intellectū.⁊ ita ad presentiam intellectionis potest seq̄ actus volūtatis ⁊ non ad absentiam.ḡ ⁊c. ¶ Ad istaꝫ rationem respōdet doctor ille cuᵘ alia rō superiᵘ īprobatur:⁊ dicit ꝙ non est vna ars vl̄r in omnibᵘ ad ꝓbandum qđcūq̄ esse alicuius pͥncipium ꝓductiuū. ⁊ posito ꝙ illud assumptū esset vtile medium ad probandum aliqđ esse alterius pͥcipium ꝓductiuum:puta quia ad vnum sequtur alterum oportet addere hoc:vcꝫ nisi aliunde īnotescat ꝙ tale ad cuius positionem sequitur alterum non sit causa ipsius vt accipiatur ista maior/oē illud ad cuᵘ positionē seq̄t̄ alterū ē ponēdū eᵘ pͥcipiū ꝓductiuū nisi ꝙ nō possit poni aliūde sit notū:sꝫ ī ꝓposito sic est ꝙ lꝫ ad intellectionē sequatur actus voluntatis tm̄ nobis notum est intellectionem non posse causam existere actᵘ volūtatis aliunde.puta ¶ Pͥmo ex hoc q2 posita omni intellectione ⁊ alia forma quacūq̄ in anima in eius potestate est diligere vel non diligere velle vel nolle.⁊ per ꝯñs cū pͥcipiū talium actuum sit contingent̄ ⁊ libere elicitiuū ipsoruꝫ nullum distinctum ab anima pōt poni eorū pͥncipiū ꝓductiuū:cū nullū ab aīa distinctū sit effectᵘ sibi possibilis libere sed mere naturaliter ꝓductiuū. ¶ Scđo.q2 nullū agēs naturale qualis est ītellectio pōt poni esse actiuū pͥncipium illius qđ aliqñ ꝓducitur intensius ⁊ ꝑfectiᵘ ipso existente debiliori siue remissiori.nunq̄ enī calidum nec aliud qđcunq̄ naturale agens debilius agit nec pōt agere ad effectū ꝑfectiorē:sed experimur interdū in nobis esse dilectionem ꝑfectiorem ⁊ intellectionē remissiorem/⁊ econuerso intellectionem ꝑfectiorē ⁊ dilectionē remissiorē.ergo ⁊c. ¶ Sed ista responsio dupliciter deficit. Pͥmo.q2 falsum accipit:qñ dicit ꝙ non est vnus modᵘ cōis in omnibus arguendi aliquid esse alterius pͥcipium ꝓductiuuꝫ. nec enī ipse dat nec potest viā aliā ad ꝓbandū vnū esse causam alterius effectiuā nisi q2 ad vnū seq̄t̄ alterum.non enī vt dictum est ꝓbari pōt ꝙ vnus ignis sit ꝓductiuus alterius ⁊ non aque q2 est cū ipso ⁊ non cum aqua eiusdem rationis:cum agentiuꝫ alia sint equiuoca ⁊ alia vniuoca.cū nec quodlibꝫ sit alterius eiusdem rationis secū pͥncipium ꝓductiuum:sed aliqua sint actiua ⁊ pͥncipia productiua aliorum ab eis alterius rōnis ⁊ non aliquorum cum eis eiusdem rōnis : vt sol est ꝓductiuᵘ caloris:⁊ non alterius solis.q̄re ⁊c. ¶ Secūdo deficit predicta responsio:q2 esto ꝙ regula seu ars p̄dicta ad ꝓbandum aliqđ esse alterius pͥncipium ꝓductiuuꝫ sit intelligenda cum illa modificatione seu specificatiōe per cū apposita tm̄ falsuꝫ est qđ addit postea quādo dicit ꝙ aliunde nobis innotescit ꝙ intellectio non pōt esse cā effectiua actuum voluntatis. hoc siq̄dem non est verum vel si est/nō ꝓbatur ꝑ eā. ¶ Unde ad pͥmū ꝑ qđ ꝓbat assumptum/Respōdeo ꝙ minor est falsa:vel saltem non est nobis euidēs ꝙ sit vera. Si eī euident̄ ꝯstaret ꝙ nullum ab anima distinctū esse posset taliū actuum q̄ libere ꝓducuntur pͥcipiū effectiuū nō oporteret q̄rere qđ hic q̄ritur/videlꝫ an intellectio esset actus volūtatis pͥncipium ꝓductiuum:qm̄ ꝯstat intellectionem ab aīa nostra ⁊ ab omni natura intellectiua realiter distingui:⁊ actuꝫ volendi vel nolendi in nobis ⁊ a nobis libere ⁊ contingenter produci. Et qñ dicitur ꝙ nullū ab aīa distinctum est effectus sibi possibilis libere sed naturalit̄ ꝓductiuū/cōcedo de illo qđ est totale pͥncipiū effectiuuꝫ intellectio autem non sic est causa videlicet totalis nec etiam pͥncipalis volitionis nec nolitionis:sed ꝑtialis ⁊ minᵘ pͥncipalis.⁊ ideo lꝫ ad ipsam q̄tū est ex se ꝯcurrat naturalit̄ ⁊ sic agat/tm̄ q2 causa alia pͥncipalis vcꝫ volūtas habꝫ in sua potestate non agere vel agere intellectione manēte:ideo actus ipse voluntatis libere dicitur ꝓduci absolute ⁊ simpliciter: esto ꝙ non in ordine ad intellectioneꝫ in cuius potestate non est vt actus seq̄tur voluntate nolente ad ipsum agere:nec vt non sequatur voluntate volente agere ⁊ agente.non est enī ꝑ se notum nullū agēs naturale posse concurrere ad effectum libere sic ꝓductū

cum secũdum multos obiectum q̃d̃cunq; intellectum ⁊ volitũ vel nolitũ ẽsse dicat tam actus intelligẽdi q̃ actus volendi vel nolendi. qd̃ quidẽ obiectũ ꝯstat ꝙ nõ minus sit agens naturale q̃ actus aliq̃s intelligendi. quare ⁊c.

¶ Ad secundum ꝯsiliter est dicendum: quia illa maior assumpta est vera de illo naturali agente: qd̃ vel est causa effectus totalis vel principalis concurrens cũ alia causa naturali vniformiter q̃tum est ex se semꝑ agente nec intẽsius vno tempore q̃ alio: vel circa vnũ obiectũ q̃ circa aliud agere valente / et omnib⁹ vniformit̃ se hñtib⁹ ad actum ꝓducendũ necessario requisitis. non aũt maior ista est vera de naturali ꝑtiali agente: cum quo hẽt ꝯcurrere ad effectum sibi debitum ꝓducẽdum agens alterũ liberũ ipsius effectus difformit̃: q: intensioris vel remissioris principium ꝓductiuũ quõcũq; se habente ipso naturali agente. hoc appꝫ clare in exẽplo sensibili de duobus vel q̃tcũq; necessarijs ad motuꝫ alicuius grauis. cõstat enĩ ꝙ vno eorũ existẽte fortioris virtutis motiue potest mouere si vult illud graue cũ alio secũ mouente debilioꝛ forti⁹ ⁊ cũ alio fortioꝛ q̃ fuerit primuꝫ concurrẽs secum debilius: sed sic est in proposito vt apparet euidẽter de voluntate ⁊ de intellectione ꝯcurrentibus effectiue ad ꝓducendum actum aliquem voluntatis. ergo ⁊c.

¶ Sed contra predicta potest argui ex q̃busdam dictis doctoris predicti. primo q: nullũ agens naturale põt existens in passo sibi debito carere naturaliter loquẽdo suo effectu cui⁹ dicit̃ esse naturaliter productiuum. ¶ Hoc apparet in euidenti exemplo de igne stupe vel cuicũq; alteri combustibili applicato: sed intellectio est agens naturale cuiuscũq; effectus sibi possibilis: ⁊ constat ꝙ non semper habet in anima actũ aliquẽ voluntatis. ergo ⁊c.

¶ Secundo. q: nulla res simplex causatur mediantibus duabus actionibus seu actiuis ꝓductionib⁹ respectiuis sed actus voluntatis est forma simplex ad quem si concurrerent intellectio ⁊ aĩa haberẽt agere duabus ꝓductionibus mediantibus: cum sint agentia realiter distincta. g̃ ⁊c.

¶ Ad primum respõdeo: sicut dictũ est in precedentibus: vꝫ ꝙ illa maior assumpta tantum est vera de naturali agente totali / vel etiam de ꝑtiali non depẽdente in agendo ab aliquo libero: sed tantũmodo ab aliq̃ naturali. non autem est vera saltꝫ euidenter de naturali agẽte ab agente libero dependente: sic ꝙ agente naturali in subiecto disposito existente effect⁹ ab ipso ⁊ ab alio agẽte libero dependens non ponat̃ vel non est totalit̃ in potestate agentis liberi ⁊ non naturalis: sed sic est in ꝓposito. non enĩ est simile de intellectione respectu volitiõis ad quam ꝓducendum habet ꝯcurrere agens liberuꝫ puta voluntas: ⁊ de igne respectu ignis vel caloris: ad cui⁹ ꝓductionem non concurrit aliqua secunda causa libera sed tantũmodo naturalis. quare ⁊c.

¶ Ad secundum respondeo primo: ꝙ nec vnam nec plures respectu alicui⁹ effectus oportet ponere actionẽ tanq̃ formã aliquam ꝑ se vnam a producente agente ⁊ ab effectu ꝓducto distinctã. Sc̃do ꝙ si tales actiones ponantur nõ est maius inconueniens concedere respectu eiusdem effectus simplicis concurrere tales actiones diuersas q̃ diuersa principia ꝓductiua: ⁊ ita q̃t agentia sunt necessaria ad effectũ aliquem simplicem vel compositum producendũ tot possunt ⁊ debent concedere ꝯcurrere actiões seu actiuas ꝓductiones ponentes ipsas. nec ex hoc q: vꝫ diuersis ꝓductionibus partialibus idem effectus ꝓducitur / sequitur ꝙ idẽ bis vel pluries ꝓducat̃ magis q̃ q: a diuersis agẽtibus ꝓducitur / hoc sequatur. quare ⁊c.

¶ Secunda cõclusio est. ꝙ rationabilius ⁊ probabilius est ponere intellectionem non esse q̃ esse actiuꝫ voluntatis videlꝫ volendi ⁊ nolendi principium ꝓductiuũ. ¶ Hec videtur posse ꝓbari ex hoc / q: lꝫ rationes q̃ adducũt ad ꝓbãdum vnã partem vel aliã non demonstrent nec euidenter ꝯcludãt quin ꝓbabiliter omnes ab aduersarijs solui possint: tñ ille q̃ adduci possunt ad ꝓbandũ partem istam videlicet negatiuam / puta ꝙ intellectio non sit causa volitionis effectiua / ꝓbabiliores sũt alijs q̃ ꝓ parte contraria adducũtur sicut posset ostendi (nisi ꝓpter ꝓlixitatẽ) ꝑ singula discurrendo. nulla enĩ ratio alicuius apparentie adducitur ad ꝓbandum partem affirmatiuam nec adduci põt nisi q: actus volendi vel nolendi possunt sequi post actũ intelligendi ⁊ nullatenus sine ipso. sed ex hoc vt dictum / est supius nõ sequit̃ euidenter ꝯclusio q̃ infert̃: videlicet ꝙ intellectio sit causa taliũ actuũ effectiua. pro parte autem alia adducuntur alia ꝓbabiliora vt oĩa supradicta q̃ licet vt ostensum est non arguant euidenter / ꝓbabiliora tñ sunt alijs q̃ ꝓ ꝑte alia arguunt̃. q̃re ⁊c.

¶ Confirmatur. q: qd̃ est ꝑfectionis in formis inferioribus non videt̃ sine ratione cogente formis supioribus ⁊ ꝑfectioribus denegandum: sed formam actiuam posse ꝑ modum cause totalis efficientis in effectuꝫ sibi debitum / est ꝑfectionis in forma ⁊ conuenit formis inferioribus. calor enim est caloris ⁊ frigus frigoris totale principium ꝓductiuum ergo cũ natura intellectiua sit forma ꝑfectissima cui⁹ effect⁹ ꝓprius est actus intelligendi ⁊ volendi vel nolendi respectu quoꝝ ipsam habere totalem causalitatẽ actiuã nulla appareat repugnantia: ꝑ ꝯñs nec hoc qd̃ est perfectionis est sibi sine ratione aliqua denegandũ. quare ⁊c.

¶ Preterea ad idẽ arguit̃: q: nulla vnica naturalis forma videtur esse cõtrariorum effectuũ totale nec etiã ꝑtiale principium ꝓductiuum. nec enĩ calidũ agit ad frigidum: sed tantum ad calidum: sicut nec frigidũ ad calidũ sed ad frigidum: ⁊ sic de quolibet aliorum agẽtiũ naturaliũ videt̃ esse dicendũ. sed post intellectionẽ rei eiusdem rationis sequitur actus volũtatis ꝯtrarij puta volendi ⁊ nolendi diligendi ⁊ odiendi. re enĩ intellecta ⁊ eius intellectione eiusdem rationis existente qñq; sequit̃ ⁊ elicitur circa ipsam velle ⁊ aliqñ nolle. ergo hmõi act⁹ ꝯtrarij non possunt esse effectiue ab intellectione cum sit agens naturale.

¶ Ex predictis infero corollarie ꝙ non est hec vna pars nec alia ꝑtinaciter asserenda / esto ꝙ vna sit ꝓbabilior q̃ altera: quia qd̃ nec est per se notum nec ex aliq̃ per se noto demonstrabile nec etiam fide certum non videtur eẽ ab aliq̃ pertinaciter asserendũ: sed neutra pars est in ꝓposito per se nota / vꝫ nec affirmatiua puta ꝙ intellectio sit actus voluntatis causa effectiua: nec negatiua vꝫ ꝙ non sit: nec demonstrabilis ex aliquo ꝑ se noto nec fide certa. g̃ ⁊c.

¶ Sed ꝯ ꝑdicta forsitã argueret̃: quia secundum ea nec ꝙ ignis sit causa ignis nec caloris calor nec aliqua alia causa secunda alicuius effectiua / est ab aliquo asserendum: cũ nec aliter cõstet q̃ q: ad vnuꝫ sequitur alterum.

¶ Respõdeo. ꝙ hoc / puta ad vnũ semꝑ sequi alterum / est cõueniẽs mediũ ad ꝓbandum vnũ fore causam alterius effectiuam in illis oĩbus in quibus nulla potest ostendi repugnantia euidenter nec ꝓbabilit̃ ponere vnũ esse causam alterius effectiuaꝫ: sicut est in proposito de ignibus ⁊ caloribus ⁊ multis alijs: quorum vnum sequitur ad alterum: nec põt ꝓbari euidenter nec ꝓbabiliter fore inconueniẽs seq̃ ad ipsũ vt ad sui principium ꝓductiuuꝫ sꝫ in ꝓposito non ẽ sic. quia volitio vl̃ nolitio q̃ post intellectionẽ sequitur / ꝓbat̃ ẽt si nõ euidẽter tñ ꝓbabilit̃ ꝙ non põt sequi ad ipsam vt ad eius principium effectiuum q̃re ⁊c.

¶ Tertia conclusio ẽ ꝙ vocando vniuersalit̃ causam effectiuã oẽ illud quod ad ꝓducẽdum effectum ẽ necessarium non vt eius forma nec vt materia nec vt finis / intellectio ẽ causa effectiua volitionis ⁊ nolitionis. ¶ Hec ẽ euidẽs. certum enim ẽ ꝙ intellectio ipsa non ẽ volitionis nec nolitionis forma nec materia neq; finis: ⁊ tñ ꝙ est ad ipsam saltẽ ad aliquam ꝓducẽdam vt dicetur in se

quenti articulo necessario requisita. ergo rc. ¶ Confirmatur. q2 non minus ppue pōt dici aliquid sine q̄ existente alteruz non pōt fieri/causa eius: q̄ aliqd dicatur causa effectiua illius qd fit ipso non existente: sed pmissis nō existentibus causat oclusionis assensus: cuius ipse pmisse dicuntur cause effectiue. ḡ non minus intellectio sine q̄ actualiter existente non causat actus aliqs voluntatis dici poterit causa eius. ¶ Quarta r vltima conclusio ē q aliculus actus voluntatis causa imediata ē actus itelligendi/r alicuius alterius causa immediata non ē act9 intelligendi pcedens: sed actus assentiēdi ipsum sequēs r inter actum volendi vel nolēdi r inter ipsuz actum intelligēdi medians. ¶ Hec pbat. qm̄ illū actū intellect9 hic voco causam actus volūtatis immediatā post q̄ imediate seqtur actus ipse volendi vel nolēdi: sed aliqua volitio vel nolitio est q̄ imediate seqtur post actum intelligendi ante actum assentiendi et dissentiendi: vt illa que sequitur post actū simplicem intelligēdi. cū solo em̄ actu simplici intelligendi nō pōt esse aliquis assensus nec dissensus intellectus: cuz tales act9 intellect9 semp supponant actus intelligendi complexos: puta ppositiones i mente formatas. nec tm̄ videtur ipossibile circa tale obiectum solo actu intelligendi simplici apprehensum voluntatē aliquem volendi vel nolendi elicere actuz. Alia autem est volitio vel nolitio sequens imediate post actū assensus vel dissensus: vt illa q̄ sequit post actum intelligendi complexum: qm̄ post actum opleτum intelligēdi immediatius seqtur actus intellectus assentiēdi vel dissentiendi q̄ aliqs volendi vel nolendi. actus em̄ ipse assētiendi vel dissentiendi mediat inter actum pcedentem intelligendi: r inter actū sequentē volendi vel nolendi. ergo rc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum ad euidentiam dicendorum: q obiectū volitū vel nolitū oportere preexistere intellectū pōt dupliciť itelligi. vno mō q hoc sit necessariuz simpliciter r absolute: sic q nec naturaliter nec supnaturaliť aliqd nō intellectū possit esse volitum nec nolitū. Alio mō q sit necessariū non simpliciter: sed tm̄ naturaliter: sic intelligendo q naturaliť nullus possit diligere nec odire nisi pintellectuz. r vt sic adhuc pōt intelligi dupliciť. vno mō q oporteat ipsū obiectum volitum vel nolitum esse pintellectū tm̄ hītualiť. Alio mō actualiť r vt sic dupliciť: q2 vel q hoc sit verū de omni obiecto volito vel nolito vez q oporteat esse ipsum actu pintellectum: vel tm̄ de aliq̄ r non de alio puta de obiecto volito vel nolito volenti r nolenti extrinseco r extra ipz existēte: nō aūt de actu pprio subiectiue existē i ipo. Et si de oī obiecto siue de aliq̄ itelligat itellectionē esse ad volitionem necessariam dupliciter pōt intelligi. vno mō q sit necessaria ad ipsam nouiť pducendā sic q nullus nouiter posset velle nec nolle nisi actualiter intellectum. Alio mō q sit necessaria non tm̄ ad ipsam nouiť pducendam: sed ad pductā etiam oseruandā sic q nullus possit naturaliter permanere sub volitiōe nec sub nolitiōe nisi intellectiōe obiecti voliti vel noliti i ipso actualiter remanente.

Hoc premisso pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est q obiectum non intellectum nec aliq̄ mō cognitum pōt esse supnaturaliter volitū vel nolituz. Hec quā alias plixius pbaui in qdā qlibz apparet mihi euidens r a quolibz theologo ocedēda. qm̄ actus volēdi r nolendi ab omni actu cognoscendi tam intelligendi q̄ sentiendi realiter sunt distincti: sed quorumcūq realiter distinctorū quodlibet potest supernaturaliť sine alio fieri: r factum subiecto eius naturaliter receptiuo cōicari. ergo omnis actus volendi r nolendi naturaliter possibilis mediante actu intelligendi pōt fieri r cōicari nature intellectuali supernaturaliter sine eo: sed omnis forma intellectiua hñs actū volendi vel nolendi vult p velle r odit p nolle: sicut intelligit p intelligere. ergo rc. ¶ Confirmatur. q2 nulluz vnū accidēs magis necessario exigit alterum: nec p ons volitio vel nolitio intellectionem q̄ suum subiectū: sed nec volitio vel nolitio nec aliqd aliud accidens exigit necessario suum subiectū simpliciter: cū possit sine ipso fieri supnaturaliter. ḡ rc. ¶ Secunda cōclusio est q obiectum actu primo intellectum r volitum vel nolitum potest postea saltez aliquo modico tempore naturaliter remanere volitum vel nolitum intellectiōe preuia desinente. ¶ Hec probat. qm̄ non magis volitio vel nolitio dependet ab intellectione q̄ notitia intuitiua a re visa: nec q̄ species rei sensibilis ab eius obiecto presente. sed non sic notitia intuitiua dependet a re intellecta nec species rei sensibilia ab obiecto qn naturaliter aliquo tempore tam notitia intuitiua sine sui obiecti presentia/q̄ species sensibilis possit esse. licet ei nec species nec intellectio intuitiua nec sensatio possit primo naturaliter fieri re absente/tm̄ vtrunq istorum postq̄ est factū potest aliquo tempore obiecto non existente naturaliter conseruari sicut r de facto accidit: vt in q̄dam questione super prologum fuit dictum. ḡ r in pposito de actu volēdi vl̄ nolendi comparato ad actum intelligendi cōsiliter pōt dici. ¶ Cōfirmat. q2 nec magis actus volendi vl̄ nolendi videtur necessario dependere ab actu intelligendi q̄ actus intellectus assentiendi vl̄ dissentiendi ab actu intelligendi: sed sic actus assentiendi vel dissentiendi depēdēt ab actu oplexo itelligendi: q lz si naturaliť sine ipso possint fieri: pñt tm̄ eo destructo aliquo tempore remanere. ḡ rc. ¶ Et si cōtra hoc arguatur. q2 null9 pōt diligere incognitū scdm August. Dico q eo mō ē intelligēdum nullum posse diligere incognitum: q̄ est verū nulluz posse intuitiue cognoscere aliqd non existens obiectum hoc aūt est verum duobus modis: r falsum aliis duobus. Si em̄ intelligas q supernaturaliter non possum sentire r intuitiue intelligere obiectum absens: r nullo modo existens/sic est falsum: vt super ploguz est ostēsum. Si ēt intelligas q nec naturaliter aliquo modico tēpore possum intuitiue cognoscere non existens/etiā est falsum vt ibidē ē pbatuz. Si aūt intelligas q obiectum non existēs anteq̄ intellectum non possit primo intuitiue naturaliter cognosci: nec existens qn̄ primo cognitū si postea desinat esse/potest naturaliter diu manere ituitiue cognitum: sic est verū. ergo r in proposito consiliter est dicendū vez q incognita possunt supnaturaliter diligi r etiā naturaliter aliquo paruo tempore/si qn̄ prio nouiter diligi incepere cognita extitere. non autem incognita possunt naturaliter primo nouiter diligi anteq̄ vnq̄ fuerit intellecta: nec postq̄ intellecta diu manere dilecta corū intellectione preuia circumscripta. ¶ Tertia conclusio ē: q si aliqd obiectuz nunq̄ intellectum potest eē volitū r nolitum tale videtur esse actus aliquis interior volentis vl̄ nolētis: puta actus intelligēdi vl̄ volēdi vl̄ aliqs aliorū. ¶ Hec probatur. qm̄ itelligens aliqd obiectum sibi displicēs pōt omni alia cognitiōe reflexa circūscripta delectari delectatiōe q̄ aut ē ipsa volitio aut aliqd eaz seqns sz talis delectatio non pōt esse de obiecto intellecto: qa supponit q sit displicēs/lz eius notitia sit accepta: nec pōt poni de aliq̄ alio q̄ de ipsa notitia q̄ supponit eē placens r cōueniēs: lz eius obiectū sit displicēs. ergo cuz notitia eius vt obiecti ē delectatio: r p ons volitio sit ignota seqtur ppositum: vez q actus itelligēdi nō itellectus pōt eē volitus. ¶ Consimiliter arguitur de actu volendi quoniam volēs aliquid volitione non itellecta pōt de vo

litiõe huiusmodi delectari:sed nihil insensibile est anime
intellectiue placens nec acceptum nisi volitum.ergo vo
litio non intellecta potest esse volita. ¶ Nec valet si dica
tur q̄ idem est actus voluntatis rectus ⁊ reflexus:⁊ ita
omnis volitio est non tantum obiecti:sed etiam suip
sius. propter quod ad eam volendum non est necessaria
alia intellectio ab illa q̄ est sui obiecti:q̄ꝛ si hoc eēt verū
videlicet q̄ idem esset actus voluntatis rectus ⁊ reflex⁹
sequeretur q̄ nullus sine petõ posset diligere deum ꝓpter
se. qḋ apparet.q̄ꝛ nullus sine peccato pōt diligere ꝓpē
se aliquam rem creatā:sed si idem est actus volūtatis re
ctus ⁊ reflexus/eodem actu fruitionis q̄ quis diligit deū
ꝓpter se diligit rem creatam vez actum ipsius:⁊ ꝑ ɔ̄hs eo
fruitur sicut deo.hoc autem non potest fieri sine peccato
ergo.⁊c. ¶ Consimiliter videt̄ posse argui de alijs acti
bus vez sentiendi anime coniuncte corpori.nisi forte di
catur q̄ non est simile de istis ⁊ de actibus intelligendi ⁊
volendi:q̄ꝛ lz aliq̄ intellectio obiecti displicentis ⁊ no
liti sit ɔuenīēs:⁊ ideo possit eē delectatio talis actus vt
obiecti ⁊ non obiecti ipsius:non sic tñ ē de actibus sentiē
di:cum tales non possint esse ɔuenientes anime nisi eoꝝ
obiecta sit conueniētia: nec disconueniētes nisi sint discō
ueniētium obiectorum. ¶ Sed hoc non obstat: quia nec
etiam volitio est nisi obiecti conuenientis ⁊ nolitio discō
uenientis:cū nihil apprehensum vt disconueniens sit vo
litum nec vt cōueniens nolitū.⁊ tamē pōt esse ⁊ sepe est
delectatio in volēte:non tñ de re volita:sed etiam de vo
litione ipsa non intellecta:sed ol ei⁹ notitia circūscripta.
⁊ ita cōsimilit̄ posset dici de actibus sentiendi tā appre
hensiuis q̄ appetitiuis/maxime si oēs actus hmōi tam
sensitiua vez q̄ intellectiua ponant̄ existere in eadem aīa
subiectiue. ¶ Et si queratur:quomō actus hmōi possint
esse voliti cum non sint intellecti: respondet q̄dā doctor
tenens conclusionem p̄dictam:q̄ lz actus huiusmodi nō
sint intellecti actualit̄: sunt tñ intellecti virtualiter:sic ī
telligendo/q̄ aīa recipiēs tales actus ex hoc q̄ recipit
eos puta actum intelligendi ex hoc q̄ ɔponit hoc ɔple
xum ego intelligo vel diligo / si dilectionē recipit statim
huic assentit.⁊ hoc vocat̄ hic actū intelligi virtualit̄: vez
posse aliqualit̄ experiri ipsū post formatū ɔplexū. ¶ Sz
ista responsio dupliciter deficit.p̄io/q̄ꝛ suppositum interi
mit.secūdo q̄ꝛ incompossibilia ⁊ cōtraria accipit. ¶ Pri
mum appet.q̄ꝛ hec p̄dicta conclusio q̄ est sua supponit
q̄ actus non intellectus sit volitus.hoc aūt ista respon
sio interimit:q̄ꝛ ponit q̄ ideo actus pōt esse volitus : q̄ꝛ
post ipsum habitum ⁊ ɔplexum formatū quo dicitur ego
intelligo vel diligo/intellectus pōt cōsentire. constat eñ
q̄ ꝓpositio non formatur in mente nisi ex actibus sim
plicibus seu incomplexis intelligēdi: q̄ vocantur ipsius
ꝓpositionis termini.ḡ istam ꝓpositionē/ego ītelligo vel
diligo/nullus format nisi eius significata/puta intelligē
di vel diligendi actum importatū ꝑ predicatum ⁊ alterū
importatum per ly ego subiectum intelligat:cuius oppo
situm supponebatur:vez q̄ actus sic erat volitus q̄ non
intellectus.quare ⁊c. ¶ Confirmatur.q̄ꝛ ꝓpositio mēta
lis non ɔstat nisi ex intellectionibus:sicut nec vocalis ni
si ex vocib⁹: ⁊ ita istius ꝓpōnis ego diligo/ predicatū nō
potest esse actus diligendi:sed intellectio ipsius actus di
ligendi vt obiecti.ex quo sequitur q̄ oīs diligens q̄ñ ꝓpo
sitionem istam/ego diligo/habet in mente formatā habz
suum diligendi actū: vt obiectum actualit̄ intellectum.q̄
re ⁊c. ¶ Consimilit̄ pōt argui de intelligente ⁊ ꝓpōnem
istam/ego intelligo / in mēte formātē.q̄ꝛ aut hmōi ꝓpō
nis p̄dicatū est intellectio recta/aut reflexa q̄ intelligit̄
ipsa recta.sed non pōt dici q̄ recta: q̄ꝛ sicut subiectum
eius qḋ est ego ē intellectio intelligētis: ita ⁊ predicatum
qḋ est intelligo habet esse notitia intellectionis recte p̄

supposite in intelligente.q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmatur.q̄ꝛ si hui
ius ꝓpōnis subiectū eēt notitia ītelligētis:⁊ p̄dicatum
eius recta notitia non reflexa/in nullo intelligēte se pos
set esse notitia alicuius obiecti recta sine ꝓpōne ista for
mata:sed hoc est euident̄ falsum .ergo ⁊c. ¶ Secundum
vez q̄ falsum accipiat solutio supradicta/apparet ex p̄ri
mo p̄dicto:q̄ꝛ dicit q̄ actus pōt esse volitus q̄ꝛ tantum
virtualiter non autem actualit̄ cognitus. hoc eñ appet
non eē cum primo connexū:immo ipsi cōtrariū:cū ex pri
mo sequitur/non est ꝓbatū/ actū ipsum actualiter p̄existe
re intellectum.quare ⁊c. ¶ Et ideo aliter ē dicēdum vez
q̄ tenēdo conclusionē p̄dictā:puta q̄ actus non ītelle
ctus possit eē volit⁹/nō pōt assignari alia causa possibili
tatis istius nisi q̄ꝛ actus est talis nature ⁊ in aīa ipsū reci
pitur subiectiue.plura eñ requiruntur ad volendum extrī
secus ⁊ a voluntate separatū q̄ ad volēdū nō quodcūq̄ si
bi intrīsecum obiectum/sed tñ ꝓprium sui actū. ¶ Si
autem hoc negetur:⁊ dicatur q̄ non magis actus q̄ aliud
obiectū pōt eē volit⁹ vel nolit⁹ añ q̄ sit actualiter intelle
ctus/tunc oportet negare alterum duorum assumptorū
supius vel vtrūq̄:vez q̄ actus non intellectus potest eē
delectabilis siue de ipso vt de obiecto potest eē delectatio
⁊ q̄ talis delectatio vel ē ipa volitio vl̄ aliquid eā seq̄ns
ac añ se p̄supponēs.Ex his duobus ꝓbatū ē sup⁹ actū
non p̄intellectū posse eē volitum.⁊ iō negato horum duo
rum altero vel vtroq̄:non sequitur cōclusio q̄ infert̄/vez q̄
actus non intellect⁹ possit eē volit⁹.sz primū horū nō vi
detur posse negari:cū illud possit in se quilibz experiri:vez
q̄ de intellectione alicuius obiecti noliti non pcepta po
test delectari: ⁊ similiter de volitione: cum de omni actu
conueniēti in anima posito ꝑ se solo possit sequi ī anima
delectatio seu letitia ⁊ de disconueniēti tristitia.lz eñ ob
iectū letitie beatifice beatoꝝ sit de⁹:tñ nihilominus ipsi
beati etiā videt̄ delectari de actu tam visionis q̄ fruitio
nis ipsorum tanq̄ de actibus eis conuenientibus:ꝓpē qḋ
eēt in eis delectatio de talibus esto q̄ non essent actua
liter ītellecti. ¶ Confirmat̄ p̄mo.q̄ꝛ volūtas pōt vt vide
tur velle animam non hr̄e aliquā intellectionē:q̄ volitio
ne stante nulla habetur intellectio:ita ꝑ ɔ̄hs erit in aīa
volitio:⁊ nulla intellectio. ¶ Secundo. q̄ꝛ stante quacū
q̄ vnica cognitione sola voluntas pōt velle vel nolle il
lam:cum possit ab ea auertere intellectū. non eñ ab ip
sa intellectum auerteret nisi eam nollet : nec vt ipsi con
traret imperaret nisi ipsam vellet:sed vbi est sola vna in
tellectio vel alia q̄cunq̄ cognitio/non potest esse ab illo
in q̄ ē ītellecta cū null⁹ act⁹ ītelligēdi possit intelligi nisi
actu ītelligēdi alio mediante . ergo ⁊c. ¶ Scḋo vez dice
re in aīa intellectiua esse delectationē obiecti insensibil̄
qualis delectatio ꝑtinet ad intellectiuā:sicut alia ad sen
sitiuam:q̄ quidem intellectualis delectatio non sit voli
tio:nec ipsam volitionem supponēs:est contra commune
dictum ⁊ suppositum ab omnibus tanq̄ verū.quare ⁊c.
¶ Quarta ɔclusio ē q̄ opinio ponens obiectum extrin
secum ab actu distinctum posse esse volitum vl̄ nolitum
post q̄ sensatum lz non intellectum/ non posset euident̄
improbari immo posset ꝓbabiliter sustineri. ¶ Hec ꝓba
tur:q̄ꝛ hec positio non posset vt videt̄ aliter impugnari
nisi aut ꝓpter auctoritates August.⁊ aliorum dicentium
q̄ incognita non possunt diligi:aut q̄ꝛ actus volēdi ⁊ no
lendi causat̄ mediante actu intelligendi:⁊ nec ꝑ consequns
potest naturaliter sine ipso causari.sed primum non ob
uiat:maxime ponendo eandem aīam esse subiectum re
ceptiuū cognitionis sensitiue ⁊ intellectiue.q̄ꝛ hoc suppo
sito obiectum sensatum non intellectū ab anima intelle
ctiua volitum non eēt ab ea totalit̄ incognitum.lz eñ nō
esset intellectione esset tñ sensatiōe cognitū.ex auctorita
tibus autē nō hētur nisi q̄ totalit̄ īcognita non pñt eē di

lecta volita: nec nolita. quare &c. ¶ Confirmatur. quia si act⁹ vno mō cogniti pñt eē voliti/nō min⁹ alia obiecta aliq̄ mō cognita intellectiōe vez vel sensatiōe pñt eē volita & nolita. ḡ &c. ¶ Et si dicatur: q̄ illud assumptum vez q̄ aliq̄d nullo mō cognitū possit eē volitum ē ꝯ auctoritatē August. & alioꝝ/dicitur q̄ nō est/q: itellect⁹ taliū auctorū dicentiū/q̄ incognita non possunt diligi/est q̄ oīs res dilecta est mō vel fuit prius cognita qñ nouit icepit esse dilecta: vel ē ipse actus cognitiuus aut appetitiuus. ¶ Sed ꝯ hoc arguit. primo/q: itellectio est volitiōis aliq̄ mō cā: cū ea mediante causetur vt dictum ē in alia questiōe. sz effectus nō pōt fieri naturaliter sine sua causa. ḡ nec volitio sine intellectione. ¶ Scdo. q: non minus dependēt volitio & nolitio ab intellectione q̄ assensus vel dissensus itellectus ab intellectione cōplexa/puta ꝓpositione in mente formata. sed nec assensus vel dissensus pōt esse nec fieri sine ꝓpositione huiusmodi in mente formata. ergo &c. ¶ Ad primū respōdet q̄ verū ē de illa volitione q̄ causat nō aliē q̄ mediāte priua intellectione: q̄lis est intellectio obiecti insensibilis alterius ab oī actu intelligentis & volētis. non autem de volitione actus intelligendi vel volendi: nec etiam obiecti sensati cuz taliū volitio sit nata causari sine preuia intellectione: vt dictū est. ¶ Ad scdm negat maior & minor. lz em̄ nullus p̄bcat assensum nisi prius formet complexū: aliq̄d tñ pōt velle q̄d nō p̄fuit intellectū. ergo plus depēdet assensus itellectus a complexo in intellectu formato q̄ volitio saltem oīs ab intellectiōe: & ita apparet q̄ maior ē falsa. ¶ Minor etiā negat: q: lz nec assensus nec dissēsus itellect⁹ possit fieri sine formatiōe ꝯplexi: tñ postq̄ fact⁹ pōt ipō ꝯplexo desinēte aliq̄ tpe ꝑmanere. q̄re &c. ¶ Sz nūq̄d alia obiecta isensibilia ab oī actu appꝛchēsiuo & appetitiuo distincta possunt eē volita vel nolita anteq̄ actualiter itellecta: Ad hoc videtur eē dicēdū: p̄mo q̄ talia nō pñt esse naturalit volita quousq̄ p̄fuerit intellecta. ¶ Scdo: q̄ postq̄ fuerit itellecta & volita pñt manere volita: esto q̄ n̄ remaneāt itellecta. ¶ Primū ꝓbat. q: si talia obiecta insensibilia nūq̄ itellecta nec ꝑ ꝯñs aliq̄ mō nota possēt naturaliter eē volita/seq̄ret q̄ dormiens posset diligere deum: & ꝑ ꝯñs mereri per talē dilectionis actū. hoc autē est falsum. ergo &c. ¶ Sz forte ista rō nō cōcludit: q: nec dormiens pōt diligere actus sentiēdi sibi inexistētes: nec eorum obiecta sensata: cū tñ forte/vt dictū est/dilectio taliū actuū & obiectoꝝ sensatorū non necessario p̄supponat itellectionē ipsoꝝ. q̄ aūt vigilans magis q̄ dormiēs pōt talia diligere vel odire hoc habet eē ex dēa vtriusq̄ q̄cunq̄ sit illa q̄ posset poni hui⁹ causa. Et iō illud assumptum aliter pōt ꝓbari. ¶ Primo. q: de talibus obiectis vidētur itelligēde esse auctoritates sanctorū dicētiū q̄ incognita non pñt esse volita nec nolita. ¶ Scdo. q: & q̄lz hoc in se experitur: vez q̄ nullum taliū diligit nec respuit quousq̄ ipsum p̄cepit. ¶ Sz ꝯ hoc arguit primo/q: voluntas potest velle oppositum eius q̄d recta ratio dictat & precipit esse volendum: sed tale est incognitū. ergo &c. ¶ Secundo. quia voluntas potest imperare intellectui vt consideret deum: q̄d non faceret nisi ipsum vellet quādo hoc imperat. sed quando imperat intellectionem dei exequendam non habet ipsam. ergo deus est volitus anteq̄ actualiter intellectus. ¶ Ad primum concedo maiorem: sed nego minorem. non enim oppositum eius quod dictatur esse volendum seu eliciendum est incognitū: imo est intellectum: & si non notitia dictatiua q̄ dictet non simpliciter eliciendū/tamen vel sola notitia simplici absoluta vel etiam dictatiua q̄ dictatur & volūtati obiicit non vt simpliciter: sed vt secūdum q̄d: puta quia delectabile eliciendum. eadem em̄ ratio q̄ dictat temperate viuere esse simpliciter eliciendum: dictat intemperate viuere eē se delectabile bonum: & ideo secundum quid eliciendum licet simpliciter respuendum. quare &c. ¶ Ad secundum dico dupliciter. primo q̄ voluntas imperat intellectui considerationem dei iā actu existentē. Secundo dico q̄ itellectui habēti aliquā cognitionē dei i vniuersali & i cōfuso imperat voluntas aliā ꝑfectiorem seu magis distinctam. facile est dare exemplū. ¶ Secundum videlicz q̄ p̄dicta insensibilia obiecta possint postq̄ fuerint intellecta & volita manere volita: esto q̄ desinant existere intellecta/ꝓbatur. q: nō plus req̄rit actus interior volūtatis intellectionem q̄ ꝓsecutio seu executio actus exterioris req̄rat actum voluntatis. sed libera meritoria executio exterioris actus: lz exigat p̄cedentem non tamen semꝑ manentē actū volūtatis. alias nullus vadens ad sctm̄ Jacobū vl' continuans quemcūq̄ exteriorem aliū actuz bonum quē ichoauit ꝓpter deū mereret in ꝯtinuādo ipz nisi semꝑ actu intelligeret & diligeret deū. hoc autem est falsum. ergo &c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio respondetur dupliciter. vno mō negādo maiorem: q: non est simile de actu sensitiuo & de actu itellectiuo: q: actus sensitiuus non causatur nisi ad trāsmutatione organi: nec etiā act⁹ sensitiui appetitus: cui⁹ cōtrariū est de actu intelligendi & volendi. Secūdo negando minorem. ad actuz eī imaginationis ꝯcurrentis alteratur organum appetit⁹ sensitiui: non tm̄ respectu rei imaginate: sed etiam respectu ipsius imaginationis. sed talis actus imaginationis non est appꝛehensus nec sensibiliter notus ergo. &c.

Quinto quero: vtrum viator vel comprehensor fruatur contingent an necessario deo distincte p̄intellecto. ¶ Et videt q̄ necessario: q: obiectū q̄d q̄s nō pōt odire videt necessario diligere: sed nullus obiectuz aliq̄d sibi ostensum sub ratione omnis boni & sub nulla ratione mali mō quo deus distincte intellectus ostēdit/potest odire. ḡ &c. ¶ Cōtra q: secūdū August. nihil est in nr̄a ptāte amplius q̄ voluntas hoc est actus volēdi: sed nullus act⁹ quē aliq̄s necessario elicit i sua libera potestate existit. ḡ nullum actum fruendi nec vtendi viator nec comprehensor elicit necessario: sed tm̄ mō ꝯtingenter & libere. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. Primo enim dicam ad q̄situm/videlicet an necessario an libere tm̄ viator vel comprehensor diligat deū p̄intellectum. Secundo inq̄ram an sic diligat contingenter deum q̄ posset odire ipsum.

Quantum ad primum est sciendum: q̄ duplex ponit dei fruitio & intellectio. oīs em̄ dilectio dei propter se est fruitio: dei autem dilectio ē duplex: vez beatifica & nō beatifica. q̄ est duplex: vna viatorū & alia btōrū. non em̄ beati q: deū clarius q̄ nos vidēt sunt ipotentiores nobis ad aliquem dilectionis actum eliciendum circa deum eis facialiter demonstratuz: sed talis dilectionis seu fruitionis actus eis effectiue possibilis nō pōt eē beatific⁹ q̄a ille ē solū⁹ dei effect⁹. igit ē aliq̄s ali⁹: & ita fruitio nō btīfica ē cōis tā cōprehēsoribus q̄ viatoribus & sicut comprehensorum est duplex fruitio ita & duplex intellectio respectu eiusdez obiecti videlicet dei. alia em̄ est dei intellectio intuitiua cui correspondet fruitio beatifica. & alia abstractiua: q̄ potest esse in eis & effectiue ab ipsis sicut & a viatoribus.

Hoc præmisso pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est q̄ beatus necessario fruitur deo fruitione beatifica. ¶ Hec probatur. quoniam illa fruitione beatus necessario fruitur deo in cuius potestate non est eius suspensio nec positio: sed fruitio beatifica est huius

modi.non enim eius productio nec suspensio est in po-
testate alicuius beati.ergo.⁊c. ¶Maior apparet.quia
nullus stante fruitiõe in ipso põt nõ frui talis fruitiõis ob-
iecto:sicut neceñõ intelligere vel sentire obiectũ ꝙdiu ha
bet in se intelligendi vel sentiendi actum. ergo omnis il
le necessario fruitur aliquo cuius fruitionem quam ha-
bet non põt tollere a seipso:sed in cuius potestate nõ est
fruitionis habite suspensio:nec eius a se amotio. quare
⁊c. ¶Minor est euidens:quia suppono hic ex alibi sepe
dictis:ꝙ nec fruitio beatifica nec visio potest fieri nec
destrui nisi a solo deo.quare ⁊c. ¶Sed contra hoc for-
sitan arguetur: quoniam licet supernaturaliter forma
non possit fieri nisi a solo deo/supernaturalit̃ tamen post
ꝙ facta est ⁊ subiecto communicata videt̃ in ipso posse
naturaliter conseruari:sicut apparet in euidẽti exemplo
de charitate ⁊ ceteris virtutibus supernaturalibus infu-
sis anime in baptismo.tales eñ licet supernaturaliter.fi
ant a deo videntur tamen naturaliter conseruari in sub-
iecto puta in anima nõ min⁹ nec aliter ꝙ scientia vł alia
quecunꝗ forma naturaliter acq̃sita.ĝ ꝯsimilit̃ in ꝓposito
de istis actibus beatificis puta visione ⁊ fruitione videt̃
esse dicendum:vꝫ ꝙ lꝫ fiant supnaturalit̃ a deo: nec pos
sint aliter fieri ꝙ ab ipso:ꝯseruãtur tñ naturaliter in bea
tis:sed diligens ⁊ intelligens per actus infse et a se con-
seruatos videtur posse ab huiusmodi actibus cessare:et
ꝑ consequens non necessario sed libere per ipsos in eorũ
obiectum tendere.ergo ⁊c. ¶Ad hoc potest dici ꝙ volũ-
tas nec actum a se ꝓductum nec a deo sibi infusum po-
test suspendere:nec ab ipso cessare deo non permittente:
posset autem ipso sinente. ⁊ ideo concedo ꝙ actus hmõi
beatifici a deo btĩs infusi ab eis naturaliter cõseruarẽt̃ si
deus sic eos infunderet ꝙ in ptãte btõꝝ eorũ cõtinuati
oñe vel suspensionem dimitteret:⁊ tunc possent vtiꝗ bt̃i
ex se ab hmõi actibus cessare:⁊ ꝑ ꝯñs lꝫ ꝑ eos vt a deo ꝓ
ductos ⁊ eis communicatos nõ libere:sed necessario in eo
rum obiectũ tenderent:non tñ sic:sed aliter:vꝫ libere et
ꝯtingenter per ipsos vt continuatos: qꝛ eorũ ꝯtinuatio
non aũt ipsoꝝ prima positio esset in eoꝝ libera potestate
nunc aũt est aliter:qm̃ deus vult ⁊ statuit semꝑ act⁹ hu-
iusmodi ꝑmansuros:⁊ ideo dñr non naturaliter sed sup-
naturaliter conseruari lꝫ in eorum subiecto naturalit̃ eo
rum receptiuo continue cõseruẽt̃.nõ eñ dñr supnaturalit̃
ter ꝯseruari mõ q̃ accidẽtia sine subiecto in eucharistia
ꝯseruant̃.ita eñ accidẽtia sic supnaturalit̃ ꝯseruant̃ ꝙ
nullo mõ vt sic ꝑmanẽtia possent naturalit̃ ꝯseruari: nec
sic aũt actus btĩfici:qm̃ ipsi nõ minus ꝙ alij actus intelli
gẽdi vel volendi aũc possibiles effectiue/vt albedo in sup-
ficie/sũt post ꝙ a deo cõicati cõseruabiles per naturã.sꝫ
qꝛ actus intelligendi vel volendi illi dñr ꝓpẽe natura-
liter ꝯseruari q̃ possunt a conseruante suspendi:⁊ isti non
pñt deo sic supernaturalit̃ statuẽte:ideo dñr supnatura-
lit̃ ꝯseruari. ¶Ex quo apparet:ꝙ aliter supernaturalit̃
creant̃ ⁊ aliter supnaturaliter ꝯseruant̃:qm̃ sic superna
turaliter ꝓducuntur ꝙ naturaliter ꝓduci non possunt
nõ sic aũt supnaturaliter conseruantur:cum post ꝙ ꝓdu
cti ⁊ subiecto impressi sũt possent ab ipso naturaliter cõser
uari:sed tñ dñr supnaturaliter ꝯseruari:qꝛ non possunt
naturaliter destrui ex statuto supernaturali dei. ¶Sed
ꝯtra hoc forsitã arguet̃:qm̃ nec charitas/nec aliꝗs ali⁹
habitus infusus vel naturalit̃ acq̃sit⁹ põt corrũpi natu-
ralit̃ ab aĩa.nõ eñ ei⁹ destructio ẽ in sua ptãte.nec tñ ex
hoc negat̃ ꝙ in ipsa naturalit̃ cõseruetur. esto ẽt ꝙ ignis
nõ possit suũ calorẽ a se expellere nec amouere nihilomi
nus dicit̃ ipꝫ naturalit̃ ꝯseruare.ĝ ⁊ in ꝓposito ex hoc ꝙ
hmõi act⁹ beatifici nõ pñt ab eoꝝ subiecto naturali cor-
rũpi nõ habet̃ ꝙ supnaturaliter ꝯseruent̃. ¶Respõdeo
ꝙ secus est de habitu ⁊ de calore ignis:⁊ secus de actib⁹
beatificis ⁊ alijs omnibus actibus intelligendi vel vo-
lendi ⁊ etiam sentiendi.quoniaꝫ charitas ⁊ oĩs alius ha
bit⁹ tam ĩfusus ꝙ naturaliter acq̃sit⁹/⁊ calor ignis sunt
forme a causis effectiuis ipsarũ depẽdentes in fieri nõ in
esse.omnis aũt actus intelligẽdi vel volẽdi naturalis vł
supnaturalis ẽ sicut lumẽ in medio depẽdens nõ tantũ
a subiecto:sed ẽt ab eius principio effectiuo. ⁊ esto ꝙ idẽ
sit talis actus naturalis subiectum receptiuũ ⁊ pncipiũ
ꝓductiuũ/tñ dependet continue in fieri ⁊ in esse ab ipso
sub vtraꝗ istarũ rationũ:vꝫ tã vt in ipso recipit̃ subiectiu
ue ꝙ vt ab eo ꝓducit̃ effectiue.⁊ ꝙ effect⁹ depẽdẽs a sua
effectiua causa in fieri ⁊ in esse sic in ipsa naturalit̃ ꝯseruat̃
ꝙ in ei⁹ potestate est ei⁹ suspensio seu destructio / vel ipsa
causa amota ⁊ absente si sit causa naturaliter agens vt
appet de sole respectu luminis ab ipso in medio gñati:vel
nõ amota nec mutata si sit causa libere effectum ꝯseruãs
vt appet de aĩa intelligente ⁊ volente:ideo oĩs actus in-
telligendi vel volẽdi siue supnaturaliter infusus siue na-
turaliter elicit⁹:cui⁹ suspensio nõ est in ptãte subiecti sui
sed solius dei/dicitur supnaturalit̃ ꝯseruari/sicut si deus
ergo rc. ¶ Minor apparet de multis ppositionibus in
mente formatis que sunt intellectiones cōplexe:quarū
nulla verificatur de aliqua persona:sed tantū de essen-
tia:vt essentia diuina nō producitur nec producit:essen-
tia diuina est eadē in tribus psonis/vel est ipse tres per
sone:per nullam istarum nec aliarum multarum propo
sitionum catholicarum significatur nec per cōsequens
intelligitur aliqua psonarum. Si enim subiectum alicu
ius predictarū propositionum duarum esset conceptus
alicuius personaruz significatiuus falsa esset ppositio
vtraq istarum:cum quelibet persona sit producens vel
producta/r nulla persona sit insimul tres persone.ergo
rc. ¶ Si dicat.q p tales cognitiōes seu propositiōes
complexas bene intelligitur tantū essentia r non perso
na:quia hoc credere compellit fides catholica:nō autē
per aliquā aliarum que non sunt in scriptura expresse.
¶ Cōtra.q nō est possibilius essentiā itelligi sine psona
vna intellectione cōplexa vel incōplexa q̄ alia:sed de fa
cto multis intellectionib⁹ cōplexis a quolibet catholi
cis cōcedēdis cōcipit essentia qbus nō cōcipitur aliqua
psona.ergo rc. ¶ Tertio arguit.q etiā ecōuerso intelli
gatur aliqua intellectione cōplexa psona/nō intellecta
essentia.qm cū dicit q pater est realiter distinct⁹ a filio
q̄ ppositio est vera r ab omni catholico cōcedenda:aut
subiectū isti⁹ est ɔcept⁹ essentie ɔsilr sicut psone:aut nō
sed solius persone.sed nō potest poni primū:qz tunc non
magis p̄dicta ppositio esset vera q̄ ista/essentia est dis-
tincta realiter a filio.hec autē est falsa r heretica.ergo
etiā ista similiter esset falsa/pater est distinctus realiter
a filio/supposito q subiectum eius esset ɔceptus essen
tie cōsimiliter vt persone:sed cōstat q nō est falsa/sz ve
ra r catholica.ergo rc. ¶ Et ideo quantum ad istū ar-
ticulū aliter est dicendū. Ad cuius euidentiā est sciendū
q essentiaz videri seu intelligi sine psona intellecta/vel
vnā personam intelligi posse alia non intellecta/dupli-
citer potest intelligi. Vno modo sic q vnū istorū intelle
ctum esset aliquid in re extra distinctum ab alio non in
tellecto:vt essentia intellecta a psona nō itellecta. r tūc
hoc modo intelligendo sensus questionis hui⁹ esset:an
ista/puta psone diuine/sint tam inter se q̄ ab essentia sic
in re extra distincte:q possit intelligi vna earū sine alia
r sine essentia/tāq̄ vna res sine alia ab ipsa distincta/mo
do quo dicit q pōt intelligi sortes sine platone:r omne
aliud sine illo qd est alia res ab ipō. Et hoc modo potest
intelligi dupliciter vnū istorum intelligi sine altero. vno
mō q intelligat sine ipso tāq̄ sine illo qd sic est ab ipso
realiter distinctū q nō est aliqua vna res cū ipso:vt ap
paret in exēplo p̄dicto de sorte r platone:r de alijs om̄i
bus creaturis realiter distinctis. Alio modo.q intelli-
gat sine ipō tāq̄ sine illo/qd licet ab eo realit sit distin-
ctum est tñ vnica r eadem res cū ipso. Alio modo tertio
posset intelligi vnū istorū videri seu intelligi sine alio:nō
tanq̄ vnaz rem sine alia ab ipsa distincta:sed sic intelli-
gendo q sit aliqua intellectio p quā constet intelligen
ti q res intellecta est vnū istorū:puta deitas:r nō cōstet
ipsi q sit reliquū:puta paternitas vel trinitas:esto q
paternitas r deitas sint in re totaliter indistincta.sicut
nō obstante q color r albedo in isto indiuiduo sit vnica
forma simplex omnino indistincta in re extra:tñ homo
dicitur a remotis videre colorē sine albedine:non tanq̄
vnaz rem sine alia:ita q color visus sit res alia ab albe
dine sine qua dicitur esse visus:nihil enim est in hoc in-
diuiduo a remotis viso quod non sit visum:cum nec co-
lor et albedo distinguantur in ipso.quia tamen visio hu
iusmodi a remotis est talis q per ipsam constat viden-
ti rem visam esse colorem: non autem constat ipsi per
eam an sit albedo: ideo dicitur videri color potius q̄
albedo.

Hoc p̄missō pono quatuor cōclusiōes

¶ Prima est. q impossibile est videri vnum istorum
sine altero: puta essentiam sine persona/vel vnam per
sonam sine alia/primo modo predictorum trium hoc
intelligendo. ¶ Hec est euidens. nec de ipsa est ali-
qua dubitatio nec questio apud catholicum:quoniam
illa quorum vnum potest intelligi sine alio isto mo-
do: sic realiter distinguuntur:q non sit aliqua res vni
ca ab eis indistincta: sed constat omnes diuinas per-
sonas esse rem vnicam: videlicet vnum deum essentia
liter:licet distinguantur personaliter.ergo r cet. ¶ Se
cunda conclusio est. q vna persona potest intelligi si
ne alia:non tamen essentia sine persona:nec econuerso
persona sine essentia secundo modo. ¶ Hec est euidens.
et primo quantū ad primam partem.quoniā cōstat per
sonas diuinas sic realiter esse distinctas q tamen sunt
vnica res ab eis oībus indistincta.cōstat aūt vnā psona
rū posse sine alia itelligi vt pbatū est supra.sz illoz vnū

intelligitur sine alio isto secundo modo: quorū vnum potest concipi sine altero: ⁊ tamen omnia licet inter se realiter distincta sunt vnica res omnino ab eis indistincta ergo ⁊c. ❡ Secunda pars: videlicet ꝙ nec essentia sine persona / nec persona sine essentia possit intelligi isto modo / apparet: quia ista nullo modo sunt realiter distincta sed indistincta totaliter in re extra: vt postea ostēdetur in sequentibus suo loco. ergo ⁊c. ❡ Tertia conclusio est ꝙ tam persona sine essentia q̄ econuerso ipsa essentia sine persona potest intelligi tertio ⁊ vltimo modo: ⁊ hoc notitia complexa. ❡ Hec apparet euidēter ex illis que cōtra opinionem aliam superius sunt argumētata. quoniam vt ibi dictū est multe sunt theologice ꝓpositiōes quarum alie sunt vere de aliqua vna ꝑsona tantum ⁊ nō de essentia / vt pater generat verbum / filius generatur / ⁊ spiritussanctus spiratur. alie sunt tantū vere de essentia ⁊ non de aliqua persona: vt essentia nō producit nec producitur: essentia est pater filius ⁊ spiritussanctus. sed nulla talium propositionū nec aliarū similium esset vera nisi essentia posset per aliquem cōceptum significari ⁊ intelligi sine aliqua persona significata et intellecta per eum. cum enim dicitur ꝙ essentia non producit nec ꝓducitur si per conceptum in ista ꝓpositione subiectum significatur ⁊ intelligitur eque primo ꝑsona sicut essentia: ⁊ similiter ꝑ subiectū huius / pater generat / idem importatur totaliter: ⁊ ꝑ subiectum istius / filius generatur: impossibile est omnes istas esse veras magis q̄ istas / pater generat ⁊ pater non generat. filius generatur ⁊ filius non generatur. essentia non producit nec producitur / essentia producit ⁊ producitur. ergo ꝑ contrarium cū cōstet propositiones illas primas ⁊ non istas alias esse veras nec cōpossibiles: sed vnam verā ⁊ aliam falsam: oportet ꝙ hoc sit quia per huiusmodi propositiones ⁊ extremo ipsarum significatur ⁊ per consequens intelligitur cum hic significari idem sit qđ intelligi / aliqua persona tantum sine alia: ⁊ per alias puta per illas que sunt vere de essentia ⁊ non de persona: econuerso significatur ⁊ intelligitur ita essentia ipsa ꝙ non aliqua ꝑsonarum. sed personam sine essentia intelligi vel ecōuerso essentiam sine persona non intelligi / non potest esse verum aliquo primorum duorū predictorum modorum: quia essentia nō distinguitur realiter a persona: nec ecōuerso persona ab essentia. ergo relinquitur ꝙ hoc sit intelligendū tertio modo tantum: videlicet ꝙ licet essentia ⁊ ꝑsona sint res vnica: quia tamen aliqua est possibilis intellectio ꝑ quā constat talem rem esse deitatem ⁊ non personam: et alia econuerso per quam constat esse ipsam personam nō autem deitatem: idco per hoc vnum horum dicatur sine alio intellectum. ❡ Quarta ⁊ vltima cōclusio. ꝙ etiā essentia potest intelligi sine persona ⁊ ꝑsona sine essentia modo predicto notitia incōplexa. ❡ Hec apparet. ⁊ sequitur corollarie ex predicta. quoniam notitia complexa que nō est aliud q̄ ꝓpositio in mēte formata constat ex notitijs incōplexis: quorū altera est ipsi⁹ ꝓpositiōis subiectū ⁊ alia ꝑdicatū: hmōi autē notitia cōplexa seu ꝓpositio formata illa eadem significat ⁊ nō alia que important eius extrema predicatū vel ⁊ subiectū que sunt notitie incōplexe. sed vt ostensum est alique sunt ꝯplexe notitie seu ꝓpositiones theologice que tantū significāt diuinā essentiā nō ꝑsonā: alie autē econuerso importāt nō essentiā sed ꝑsonā. ergo eadē ⁊ non alia per extrema ipsarum q̄ extrema sunt notitie incōplexe seu simplices / importanē ⁊ intelligunē. quare ⁊c. ❡ Cōfirmaē. qꝛ ꝑ notitiam cōplexā nō est aliud intelligendū q̄ diuerse notitie incōplexe quarū vna affirmaē de alia vel negaē. ex quo sequiē ꝙ nihil ꝑ ꝓpositionē seu cōplexā intellectionem significaē nec intelligiē distinctū a significatis ⁊ intellectis etiā ꝑ notitias simplices q̄ sunt ei⁹ extrema. quare ⁊c.

❡ Ad rationes in cōtrariū superius recitatas: ❡ Ad primā illius primi doctoris respondeē: ꝙ non est simile de creatione ⁊ de visione vel alia quacūq͂ intellectiōe: quoniā creatio est dei volitio qua vult creaturā poni in esse volitio autē ista est vnica ⁊ eadem omniū personarum. si autē posse creare cōueniret vni persone ⁊ non alteri / aliqua volitio qua videlicet res creatur cōueniret vni persone ⁊ nō alteri. qđ est impossibile: cum volitio huiusmodi sit deus. in proposito autem primam personam intelligi non intellecta aliqua aliarū non est aliud q̄ aliquā intellectionem esse in mente representantem rem illam que est eius obiectum esse primam personam ⁊ non aliā licet eadem res / puta deitas sit omnes persone: ita ꝙ hic affirmatio ⁊ negatio sunt ꝯditiones nō rei repēsentate sine significate ⁊ intellecte: sed intellectionis representātis. nec enim primam personam intelligi nō intellecta secunda est aliud q̄ intellectionem esse in mente: cuius veritas videtur per se ꝙ ei⁹ obiectū sit prima persona ⁊ non sic requirit ꝙ sit secunda: immo eius veritati non repugnaret ꝙ res illa non esset secunda persona. indifferēter enim actus huiusmodi esset verus: esto ꝙ res illa non esset filius: sed tantū pater: sicut modo est verus quoniam est simul pater ⁊ filius: ⁊ ita esse patrem ⁊ non filium intellectum est vnam intellectionem esse que representat suum obiectum esse patrem nō existente alia intellectione que nata est representare idem obiectum esse filium. sicut patet in exemplo de notitia qua intelligitur color non tamē albedo. ex quo sequitur ꝙ cum dicitur ꝙ pater intelligitur conceditur aliquid pro vno actu intelligendi: sicut cum dicitur / color videtur. cum autē additur filius nō videtur negatur idem qđ fuerat antea affirmatum pro alio actu intelligendi. non sic autem est nec dici potest cum dicitur / pater creat ⁊ filius non creat. ergo ⁊c. ❡ Ad secundum dicendū. ꝙ vna res potest intelligi diuersis conceptibus: per quorum vnum constat intelligenti rem ipsam esse hoc ⁊ non illud: licet sit vtrunq͂ illorum. sicut conceptu albedinis ⁊ coloris constat rem illam esse colorē ⁊ nō albedinem licet secūdū veritatem sit ipsa albedo. ergo multo magis in proposito cum persone diuine sic sint vna res ꝙ etiam sunt diuerse res: poterunt concipi diuersis conceptibus modo preexposito ⁊ seorsum. ❡ Ad tertium quando dicitur. ꝙ contradictoria non sunt concedenda nisi habeantur ex scriptura. Si cōtradictoria proprie accipiantur pro illis: quorum vno existente vero oportet alterū esse falsum: nec ambo possunt simul existere vera: nulla talia contradictoria continentur in scriptura: nec per consequens sunt cōcedenda ex ipsa. si autē ꝑ cōtradictoria intelligantur vniuersaliter omnia affirmatio ⁊ negatio que predicanē ⁊ verificantur de diuersis conceptibus eiusdem rei / sic falsum est qđ accipitur in minore: quādo dicitur ꝙ vnam personam vel essentiam videri non visa alia persona sunt talia contradictoria: ad que cōcedenda non compellis ex scriptura: quoniam scriptura ⁊ fides catholica concedit ⁊ asserit tanq͂ veras multas ꝓpositiones: ⁊ alias repellit vt falsas: sicut ꝯcedit istas pater generat / filius generatur / et spiritussanctus spiratur. negat autem istas / essentia generat vel generatur / essentia distinguitur a persona. sed hoc esset impossibile ponere et falsum vt superius est deductum / nisi aliquis conceptus esset ita vnius persone ꝙ non alterius / nec essentie: et aliquis econuerso esset ita essentie ꝙ non persone. ergo ⁊c. ❡ Cōfirmatur. qꝛ nullus catholic⁹ debet negare tanq͂ īpossibilia illa q̄bus fidis esse de facto ꝯsiteē q̄ etiā ad ea q̄ ī scriptura habenē necessario sequunē: sed ista / puta essentiā posse aliq̄ ꝯcepti

intelligi psona non intellecta per illam: et econuerso p-
sonā nō intellecta eēntia ipsa nec alia psona / sūt hmōi
ergo ꝛc. ¶ Minor apparet. et primo q̄tum ad primā p-
tem: vez q̄ predictis similia sint ab omni catholico ↄsi
derāda / apparet. constat enī omnem catholicum opor-
tere confiteri ista: vez filiuz esse incarnatū nō aūt patrē
nec spiritūsanctuz: sed huic ↄsimiliter est possibile filiū
esse cognitū et non patrez nec spiritūsanctū. nunq̄ enim
poterit aliqua ratio assignari quare aliter sit possibile
filium sine patre et spiritusancto incarnari q̄ intelligi
quare ꝛc. ¶ Ex eodem apparet secunda pars vez q̄ ad
illa que sunt ī scriptura expressa necessario sequūt̄ ista
vez q̄ vna persona potest videri sine alia seu intelligi: et
essentia sine psona et ecōuerso. qm̄ nisi subiectū huius ꝓ
positionis / filius est incarnatꝰ / esset conceptus solꝰ se-
cunde psone: non aūt prime nec tertie: ꝓpositio ipsa eēt
falsa / sicut et ista. omnes tres psone sunt incarnate. et iō
falsum est qđ assumitur cum dī q̄ iste ꝓpositiones non
habentur in scriptura. quia immo habentur et si non in
se saltem in suis similibus et in illis ad quarum verita-
tem oportet cōcedere et ponere istas veras. non enī iste
ꝓpōnes / prima psona ē pater / prima psona nō est filiꝰ /
nec secūda pater / plus possunt esse vere q̄ iste / pma pso
na cognoscitur aliquo conceptu et secūda nō cognoscit̄
eodem conceptu. nec enī tales ꝓpōnes theologice nec
multe alie ↄceduntur nisi ꝓpter diuersos conceptus. q̄
rum vno / vna psona tm̄: et alio / alia significatur et intelli
gitur. quare ꝛc. ¶ Ad quartum. qm̄ dī q̄ tunc sequeret̄
q̄ nunc videns essentiam et psonā posset manente eodē
actu videre alteruz tm̄: Dico q̄ falsuz est. non enī eodē
actu: sed alio ab isto posset postea videre alterum horuz
tm̄. sicut enī habens conceptū quo intelligit suum con
ceptū obiectum esse colorem et albedinē / non potest per
talem conceptū manētē sed bene per alium possibilem
intelligere alterum hoꝝ tm̄ puta tale obiectum esse co
lorem. ita consimiliter in proposito est dicendum: nisi
velis concedere q̄ p diuinaz potentiam posset manere
conceptus aliquis in mēte eius obiecto incognito exn̄-
te. ¶ Ad quintū appet q̄ maior est falsa. qꝛ essentia et p
sona sunt vna res totaliter indistincta: et tamen vnuz et
idem affirmat̄ de psona et negatur de essentia: qꝛ psona
est ꝓducens et ꝓducta / essentia autē non. et ecōuerso ali
quid affirmat̄ de essentia qđ negat̄ de psona. quia essen-
tia est pater filius et spiritussanctus non aūt aliqua pso
narum. et ita nō magis sequitur / si essentia videtur q̄ p
sona videatur: vel econuerso si persona videtur q̄ videa
tur essentia: q̄ si vna persona generat̄ vel generat q̄ ge-
neret̄ vel generet alia / nec essentia. q̄re ꝛc. ¶ Ad illud
verbum Augustini. respōdetur: q̄ Augustinus intelli-
git vnam psonam non posse ostendi sine alia: hoc est qn̄
ostendatur res ipsa que est eadem essentialiter cū alia.
non sequit̄ aūt videns vnam psonam videt rē q̄ est alia
ergo videt aliam. sicut non sequitur videns a remotis
colorem videt rem que est albedo. ergo videt albedi-
nem. qꝛ nullus dī videre albedinē nisi habeat visionem
qua discernat et sciat rem visam esse albedinem. pōt aūt
habere visionem cuius obiectum licz sit albedo et color
non tamē per ipsam discernitur nec intelligitur nisi q̄ ē
color. cōsimiliter in proposito est dicēdū. quare ꝛc. ¶ Ex
hoc appet falsuz esse qđ doctor iste infert corollarie: qm̄
dicit q̄ infideles trinitatē negantes et vnū deū tm̄ essen
tialiter agnoscentes intelligunt tres psonas. nullus eī
dī intelligere tres psonas nisi habeat notitiā earum re
p̄ntatiuā. et ideo licz res quā ipsi cōcipiunt sit tres psone /
qꝛ tn̄ notitia ista coꝝ hoc eis nō rep̄sentat: ideo nō dicū
tur p ipāz itelligere tres psones. sicut nec vidēs a remo
tis colorem dī videre albedinem licz res visa veraciter sit

albedo. quare ꝛc. ¶ Ad rationes alteriꝰ doctoris. Ad
p̄mam concedo q̄ intellectione qua intelligit̄ sola diui
na essentia nō intelligit̄ aliquid distictū a patre. nec ta
men ex hoc sequitur qđ infert̄: vez q̄ pater intelligat̄. si
cut nec sequit̄: visione qua aliquis videt colorē aliquē
a remotis nō videt̄ aliquid distinctū ab albedine. g̃ vi-
detur albedo. qꝛ p istaz albedo videt̄ nō tm̄ est intelligē
dum q̄ albedo siue res q̄ est albedo sit obiectum visum
sed q̄ hmōi obiectuz discernatur p talē notitiā vt albe-
do. ↄsimiliter est dicēdū in ꝓposito. et ideo qꝛ potest ha
beri aliqua notitia qua eius obiectum ita discernit̄ esse
deus q̄ nō psona licz vere sit psona: et ecōuerso alia qua p
sona et nō deitas ipsa: ideo p aliquem conceptum dī itel
ligi vnū hoꝝ et p alium alterum licz vtriusq̄ obiectum sit
vnicū et indistinctū. sicut p aliam visionē dī videri color
et p aliam albedo licet eadem res oīno sit vtriusq̄ obie
ctum. ¶ Et si q̄ras: ex quo inter albedinē et colorem vel
psonam et essentiaz nulla est distinctio ī re / quō aliquis
actus pōt esse magis vnius istorum rep̄sentatiuus q̄ al
terius et p ↄn̄s potest cōstare obiectum esse magis vnū
hoꝝ q̄ alterum puta colorem q̄ albedinem vel essentiā
q̄ psonam. ¶ Ad hoc dicēdum est q̄ actus ille videndi
dī esse coloris et nō albedinis. qui est talis cōditionis q̄
nō requirit suum obiectum esse albedinē. immo eiusdez
rationis actus ipse existeret si suum obiectū albedo nō
esset: sicut appet de visa albedine a remotis. nō enī vide
tur visione alterius rationis ab illa qua videt̄ nigredo
similiter a remotis. et iō p talem actū non potest videns
apprehendere rem visam esse albedinem: sed tm̄ colorē
hoc enī pcipit ipsum esse qđ exigit ipsum esse. nō exigit
aūt ipsū esse aliud q̄ colorē. g̃ nec pcipit nisi colorē. alrꝰ
aūt est actus sic albedinis vt obiecti q̄ non posset actꝰ
manere eiusdem ratiōis si obiectū visuz esset aliud q̄ al
bedo. et p talem exigētem suum obiectū esse albedinem
dī pcipi albedo: nec tm̄ ex hoc est inter albedinem et colo
rem: sed tm̄ inter vnum conceptū et aliū intelligendi ali
qua distinctio in re extra. Cōsimiliter est dicēdum in ꝓ
posito. qm̄ aliquis pōt esse actus intelligendi diuinam
essentiam q̄ non requirit ipsam esse cum psona eandem
immo si per impossibile essentia esset a persona realī-
ter distincta / per eundez actū app̄henderetur ipa essen
tia p quā modo. alrꝰ aūt actꝰ est alterius rōnis vez ille
quo app̄hendit̄ essentia et psona. quare ꝛc. ¶ Confirma
tur. qꝛ non magis sequit̄ essentia visa non est aliud q̄ p
sona nec albedo aliud q̄ color. ergo psona vl̄ color vide
tur. q̄ sequatur econuerso psona generās et genita non
est aliud q̄ essentia. ergo essentia est generans et genita.
vel essentia q̄ nō est generās nec genita est idē cū psona.
ergo nec psona est generās nec genita. quare ꝛc. ¶ Ad
secūdam appet: q̄ cōsimiliter potest argui si valet illa
ratio ad ꝓbandū q̄ essentia generet sicut pater. qꝛ aut
pater potest generare et nō eēntia nec aliqua alia perso
na: qꝛ pater ipe est potētior q̄ essentia. aut qꝛ est ab ipa
distinctꝰ. sed neutrum hoꝝ est dandum. ergo consimili-
ter in ꝓposito est dicēdum vez q̄ pater potest intelligi
nō intellecto filio nec essentia / nō qꝛ prius beatꝰ nec qꝛ
ab essentia distinctus: sed hoc sic est ponēduz qꝛ et ad ta
lia cōcedēdū ↄpellit fides catholica et scriptura. ¶ Ad
tertiā respondetur et bene: q̄ nec scđm logicaz philoso
phorum nec scđm regulam catholicorum tenet plꝰ for
ma syllogistica in illis paralogismis q̄ in istis. oīs es
sentia diuīa est improducēs et īproducta: q̄libz psona
est eēntia diuīa. g̃ q̄libz ē īproducēs et īproducta. vl̄ sic.
hec diuīa eēntia ē nō generās nec genita: hec eēntia di
uina est hic pater et hic filius. g̃ nec pater est generans
nec filius genitꝰ. constat q̄ cōclusio est falsa et heretica
nōminꝰ q̄ illa q̄ infert̄ in illis paralogismis de qbꝰ ar

guit.⁊ ꝑ ↄ̄ñs oportet dicere ꝙ nec illa nec ista seq̄t ex ꝓ
dictis ꝓmissis / ⁊ propter cõsimilez defectum in istis et
in aliis syllogismis:⁊ ita consimili modo possunt solui
illi sicut ⁊ isti.quomõ aũt ad talia sophistica sit soluen-
dũ dicet in dist.sequenti. ¶ Ad ꝓmam ratione alterius
doctoris apparet ꝙ falsũ illis imponit ꝯ quos arguit
nõ eñ ponẽtes essentiã posse videri sine ꝑsona ⁊ ecõuer
so intẽdũt dicere nec ↄcedere ꝑsonã esse q̄d ex aliq̄bus
seorsum conceptibus in re extra distinctis constitutum
sed tñ ꝙ eiusdem rei intellecte possunt esse plures con
ceptus quorum vnus rep̄sentet rẽ illã esse deum ⁊ nõ ꝑ-
sonam ⁊ alius econuerso.ꝯ hoc aũt ratio nõ cõcludit:q̄z
nec talis ↄceptuum possibiliũ multitudo aliquã cõpo
sitionem nec rerũ vel formalitatuz diuersitatez dicit in
aliqua ꝑsonarum.quare ⁊c. ¶ Ad secũdam cõsimiliter
est dicẽdũ.non eñ est intelligẽdum nec est dictum rela
tionem seu ꝑsonam ⁊ essentiam esse seorsum conceptibi
lia sicut aliqua plura in re extra distincta:ꝯ qõ ꝓcise ar
guit ista ratio sicut prima:sed ꝑ essentiam esse intelligi
bilem sine ꝑsona non est aliud intelligẽdum q̄ esse pos-
sibilem aliquã intellectionẽ rep̄sentãtẽ suũ obiectũ eẽ
deitatem ⁊ nõ paternitatem. ¶ Ad tertiã consimilr est
dicẽdũ.ↄcedẽdũ eñ est ꝙ nihil a diuia essentia distictũ
est obiectuz beatificũ nec ad beatitudinis obiectũ per
tinẽs.ex quo sequit̃ ꝙ ꝑ ↄceptũ diuine essentie cõcipit̃
totum obiectũ beatificũ.nõ tamen oportet tale obiectũ
beatificũ intelligi esse patrẽ nec filiũ ꝑ omnem eius con
ceptum.põt eñ haberi cõceptus cuius obiectum intel
ligetur tñmodo esse deus / nõ pater nec filius nec spiri-
tussanctus:nec tamẽ ex hoc sequitur ꝙ ꝓprietates / ꝙ
relatiue / ab obiecto beatifico sint distictie nec extra ob
iectum beatificũ.Et ideo qñ dr̃ ꝙ ꝑ conceptũ eẽntie cõ
cipit̃ quicquid ꝑtinet ad obiectũ beatificũ seu est ipsuz
ista est duplex:⁊ ĩ vno sensu est vera ⁊ in alio falsa.sicut
ista.ꝑ omnez cõceptũ coloris istiꝰ cõcipit̃ quicq̄d est hic
color.si eñ intelligatur ꝙ quicq̄d realiter est hic color
sit absolute talis cõceptus obiectuz / sic est vera:si aũt ĩ
telligat̃ ꝙ quicq̄d realiter est hic color sit sic talis con
ceptus obiectum ꝙ intelligit̃ esse tale ꝑ ipsum / sic est
falsa.q̄z albedo est hic color.nec tñ ꝑ actum vidẽdi oẽz
quo velut obiectum visum app̄hẽditur coloratũ / ap-
p̄hẽditur esse album.⁊ ita consimiliter in ꝓposito est di
cẽdum. ¶ Ad quartã dicẽdum est ꝙ nullum est incõue
niens ↄcedere ↄ̄ñs qõ infertur:vez ꝙ volũtas creata pos
sit frui etiam naturaliter essentia non fruẽdo aliq̄ ꝑ-
sonarum.nec infideles trinitatẽ ꝑsonarum negãtes et
deum vnum ponẽtes ac ꝑ se diligẽtes fruuntur tribꝰ ꝑ-
sonis:cũ nec eas intelligãt:sz tñmodo vno deo.fideles
etiaz viatores possunt frui essentia diuina nõ fruẽdo ali
qua ꝑsonarum.qñ omne obiectum intellectũ põt eẽ di
lectione eius intellectioni ꝓ̄ue practice dictatiue con-
formi dilectum:sz viator potest iam incõplexa notitia
q̄ ↄplexa intelligere vnum deũ nõ intelligẽdo aliquam
ꝑsonarũ:sicut ⁊ de facto intelligit ꝑ istam ꝓpositionem
in mẽte formataz / essentia nõ generat nec generat̃ nec
spirat nec spirat̃.nec eñ ista ↄplexa intellectio rep̄sen-
tat nec significat aliquã ꝑsonarũ:sz tñmodo vnũ deum
ẽ post istam intellectionem ↄplexam q̄ intelligit solum
deũ põt elicere aliquẽ sibi ↄformẽ fruitionis actuz q̄ ꝑ
ↄ̄ñs fructur deo tñ ⁊ non aliqua ꝑsonarum.quare etc̃.
¶ Ad quintã dico ꝙ ille q̄ primo intellexit essentiã tñ
non incipit aliquid intelligere qñ incipit intelligere ꝑ-
sonaz qõ q̄dẽ nouiter intellectũ ab illo qõ intelligebat
antea sit distinctum:sz incipit nouã intellectionẽ habe-
re ꝑ quã illud idẽ obiectuz qõ ꝑ intellectionẽ priorẽ tã
tum intellexerat esse deũ / nũc intelligit eẽ patrẽ vel ali
quã alterã ꝑsonarum.nec sequitur:quicq̄d ꝑ secũdaz in
tellectionẽ intelligit̃ ꝓfuit ꝑ primam intellectũ:sz ꝑ se-
cũdã itelligitur filiꝰ vel aliqua alia ꝑsona:ergo ⁊ ꝑ pri
mam.sicut nec sequit̃ / q̄cquid ꝑ secũdam ꝓductionẽ di-
uinam puta ꝑ spirationẽ producitur ꝓfuit cõmunicatũ
ꝑ primam.ꝓfuit eñ essentia q̄ est ois ꝑsona.sed spiritus-
sanctus scd̃a ꝓductione ꝓducitur:q̄z spiratione spirat̃
ergo ⁊ generatiõe generat̃ vel cõicatur. Vel aliter pos-
set responderi vt patet ex dictis in precedẽtibꝰ. ¶ Hec
de primo.

Quãtum ad secundum licet appareat
ex ꝓcedentibus q̄d dicenduz:ad maiorẽ tñ euidẽtiã est
sciendũ : ꝙ supposito ꝙ aliquẽ frui essentia nõ fruẽdo ꝑ
sona vel vna ꝑsona nõ fruendo alia posse intelligi oĩbꝰ
bus supradictis tribus modis quibꝰ dictũ est ĩ articu-
lo ꝓcedẽti posse intelligi aliquẽ videre essentiã nõ vidẽ
do ꝑsonam vel vnam ꝑsonam sine alia / põt hic q̄ri aut
de fruitione ordinata aut de fruitiõe absolute sumpta
siue de iordinata.⁊ siue de vna puta ordinata siue de ior
dinata siue de absolute sumpta q̄lis esset illa quã nõ ꝓ
cederet dictamẽ debite rõnis supposito ꝙ talis natura
liter sit possibilis põt hic q̄ri vel de fruitiõe viatoꝝ vel
de fruitione comprehensorum.

Hoc premisso pono quatuor cõclusio
nes. ¶ Prima est ꝙ viator põt frui fruitione ordinata
vna ꝑsona nõ fruẽdo alia:⁊ eẽntia ñ fruẽdo ꝑsona:⁊ ecõ
uerso ꝑsona nõ fruendo essentia. ⁊ hoc illo modo quo di
ctum est in articulo ꝓcedenti qõlibet ꝓdictorum posse ĩ
telligi sine alio intellecto. ¶ Hec ꝓbatur.qñ oĩs frui
tio est ordinata q̄ est cõformis recto ⁊ practico dictami
ni rationis:sed tali fruitione vez conformi recte ratio-
nis dictamini potest viator frui quolibet ꝓdictorũ non
fruendo alio.ẽ ⁊c. ¶ Minor appet.qñ cõstat ex articu
lo ꝓcedẽti viatorem ꝑ aliquam ꝓpositionem in mente
formatam vt ꝑ istam pater generat / intelligere solũ pa
trem:⁊ ꝑ aliam vt ꝑ istam essentia non producit nec ꝓ-
ducitur / solam essentiam non aliquam ꝑsonam:sz cũ cu
iuslibet taliũ intellectionis obiectũ sit summũ bonũ et
super omnia diligendum potest intellectꝰ viatoris vnã
ꝑsonam sine alia intellectam dictare vt sup omnia dili-
gẽdã:quã notitiã dictatiuã sibi possibilẽ constat esse ve
ram ⁊ rectam.potest aũt viator conformiter eligere cui
cũq3 dictamini rationis.ẽ ⁊c. ¶ Confirmatur.q̄z omne
intellectum põt esse dilectũ:⁊ sine quocũ ꝙ aliquid põt
esse intellectum / ⁊ dilectũ dilectione conformi ꝓ̄ue in
tellectioni ⁊ ꝑ ↄ̄ñs ordinata:sz quelibet ꝑsonarũ potest
intelligi sine alia / ⁊ essentia sine ꝑsona modo ꝓ̄expositio
in alio articulo.ẽ consimiliter potest diligi ⁊ ꝑ ↄ̄ñs or-
dinate. ¶ Preterea ad idẽ arguit̃.qñ volẽs ordinate
credere in aliquã ꝑsonarum tñ vult ordinate aliquam
ꝑsonarũ tñ:sz quilibet viator põt ⁊ debet credere ⁊ vel-
le credere / cũ nõ possit credere nisi volẽs / in omnes ꝑso
nas de quibꝰ sunt diuersi articuli:quoꝝ vnꝰ est notitia
tñ vnius ⁊ alius alterius sic ꝙ vnus esset vnius etiã ꝙ
alius nõ eẽt alteriꝰ / posset etiã viator credere vnũ negã
do alterũ.nec oportet credẽtẽ vniꝰ significatũ actu cre
dere nec intelligere alterũ:cũ possit q̄s itelligere patrẽ
generãtẽ non intelligẽdo filiũ genitũ nec spiritũsanctũ
spiratũ.ẽ ⁊ ↄ̄sir põt diligere. ¶ Scd̃a ↄclusio ẽ.ꝙ ei...
ↄprehensor potest cõsimiliter ordinate frui fruitione nõ
beatifica vno ꝓdictorum nõ fruẽdo alio. ¶ Hec proba-
tur eodem medio sicut prima.qñ sine quo aliquid est ĩ-
telligibile / ⁊ diligibile nõ minus a ↄprehẽsore q̄ a via-
tore:sz nõ minus ↄp̄hẽsor q̄ viator põt notitia abstracti
ua intelligere vnũ hoꝝ sine alio intellecto modo preex
posito in precedenti articulo:⁊ taliter intellectum põt

ꝑcipere ꝛ dictare ipsum eē sicut ꝛ est super oīa diligē dum. ꝗ ꝛ potest ipso frui fruitione cōformi tali dictamini ꝛ ꝑ ꝯñs ordinate. ¶ Minor apparet. qm̄ nō tm̄ viator: sed etiā cōꝑhensor format huiusmodi ꝓpōnes ꝑ quarū aliquas sola essentia sine aliqua ꝑsonarū / ꝛ ꝑ aliquas vna ꝑsona tm̄ itelligit̄ ꝛ significatur: que sunt iste. essentia nō generat nec generat̄. essentia est vnica nāe: ꝛo: essentia est ꝑncipium omniū creaturā. ꝛ alias multas format ꝑ quas sola diuina essentia intelligit̄ nō aliqua ꝑsonarum. alie aūt ꝑ quas non significatur nec intelligit̄ essentia: sꝫ persona nō omnis / sꝫ tm̄ aliqua / sunt iste. pater generat: filius generatur: spiritussanctus spirat: pater distinguitur a filio: filiꝰ est incarnatus. et alie multe sunt cōmunes viatoribꝰ ꝛ cōprehēsoribꝰ: ꝑ quas nō essentia sed ꝑsona aliqua significatur ꝛ intelligitur. cū igitur quilibet possit frui re intellecta fruitione ꝯformi suo dictamini: ꝛ intelligens vnū ꝑdictorum sine altero nō possit dictare esse fruendū qđ ꝑ ipsū non est intellectum: sꝫ tm̄ illo quod actu itelligit / ꝑ ꝯñs sequitur ꝓpositum vcꝫ ꝙ sicut ꝯꝑhēsor vnum ꝑdictorum sine alio intelligit ꝛ vt intellectū sic dictat ipso esse fruēdum: ꝙ potest vtroꝙ frui vno istorum sine alio ordinate. ¶ Nec valet si ꝯ hoc obijciatur: qꝛ comꝑhensor notitia beatifica intuitiua intelligit simul oīa: ꝛ sic percipit nullo illorum ꝑse sine alio esse fruendum. qm̄ illi intuitiue notitie nō correspondet ista fruitio nō beatifica: sꝫ alia beatifica: que est eorūdem quorum est ipsa notitia beatifica. hmōi aūt fruitio de qua est hic sermo non ꝓducitur mediāte intuitiua notitia sꝫ abstractiua / ꝛ ita ex cōformitate ad ipām hꝫ existere ordinata. quare ꝛc̄. ¶ Sed nunquid intelligens simul omnia puta tres ꝑsonas ꝛ essentiam posset frui vno istorum nō fruendo alio ordinate? ¶ Ad hoc videtur esse dicēdum ꝙ sic / cōparādo vnā ꝑsonam ad aliā: secꝰ ꝙ nō cōparando essentiam ad ꝑsonam. ¶ Primū apꝑet. qm̄ realiter distinctorū siue vno actu siue diuersis intellectorū vnum videt̄ posse diligi alio non dilecto. nec talis dilectio videt̄ necessario esse inordinata: cū vnuꝫ illorum possit dictari vt actualiter diligendū altero non sic actu dictato lꝫ actualr̄ sit intellectum. nō eīm omne obiectū intellectū qđ est diligendum oportet semꝑ intelligi vt actualr̄ diligendū. sed diuine ꝑsone realiter sunt distincte. ꝗ eis oībus itellectis nō videt̄ impossibile frui vna tm̄ ipsarum actu sine alia ēt ordinate. ¶ Scđm / vcꝫ ꝙ nō sic sit possibile frui eēntia sine ꝑsona vel ecōuerso ꝑsona sine essentia / ex hoc videt̄ qꝛ ista nō ponunt innumerū: sꝫ sunt vnicū omnino obiectum illius actꝰ quo ipm̄ obiectum hmōi intellectū apꝑhendit̄ sic essentia ꝛ ꝑsona puta deꝰ ꝛ pater / ꝙ eodem actu mediāte nō potest apprehendi alterum hoꝝ tātū sicut nec actu vidēdi quo obiectum visum percipit̄ color existens ꝛ albedo posset videri vnuꝫ istoꝝ tm̄. nec ista apprehenduntur vt duo: sed vt vnicum sicut ꝛ vere sunt vnum tm̄modo in re extra. sꝫ dilectio maxime ordinata nō videt̄ posse esse alicuius obiecti vt vno modo conceptibilis qn̄ sit eiusdē sub alio modo cōceptibilis: qm̄ vtroꝙ illorum siue sub vtraꝙ illarū rationum actualiter est cōceptū. qꝛ nec taliter cōcipiens pōt dictare vere ipso vt vno modo cōceptū est siue sub vna ratione fruendum: sicut videns istam albedineꝫ non pōt ꝑcipere talē colorem istū ꝛ nō albedinem esse diligendū. q̄re ꝛc. ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ beatꝰ nō pōt frui fruitione beatifica vno ꝑdictorum alio nō fruendo. ¶ Hec apparet. qm̄ huiusmodi fruitio beatifica nullo modo est in potestate beati: non enim pōt ipā nō frui: sꝫ necessario fruitur ꝑ ipsam omni illo qđ est eius obiectuꝫ: nec per cōsequens potest frui vno ꝛ non alio eorum que sunt ipsius obiectum. sed tam essentia ꝙ quelibet personarum est eius obiectuꝫ. ergo quilibet comprehēsoruꝫ habet frui necessario q̄libet ꝑdictoꝝ. sicut eīm visio ipsoꝝ ita ꝛ beatifica fruitio est omnium horuꝫ: nec magis beatus posset frui vno horum ꝛ nō alio ꝙ videre vnum puta viaꝫ personam non visa alia. ¶ Sꝫ nunquid per diuinam potētiaꝫ posset cōmunicari beato visio beatifica ꝛ fruitio alterius rationis ab actibus istis beatificis quos nūc hꝫ q̄ quidem eēt alicuius personarum tm̄ non omnium / vl̄ essentie ꝛ non persone / vel ecōuerso persone ꝛ non essentie? ¶ Ad hoc videt̄ esse dicēdum ꝙ nō. qm̄ notitia itutiua nō potest eē alicuius qn̄ sit etiā cuiuscūꝙ qđ est vl̄ totaliter idē secū: vel est aliqua res que est totaliter idē secū: sꝫ persona est cū essentia idē totaliter. q̄ quidem essentia est cū qualibet alīarū personaruꝫ idē. ꝯsimiliter ꝗ visio non potest esse essentie ꝛ non persone: qꝛ sunt vna res: nec vnius persone ꝛ non alterius: quia etiā oēs persone sunt vna essentia: q̄ quidem habet videri visa quālibet personarū. ꝗ ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est ꝙ fruitiones beatoꝝ q̄bus ipsi possunt frui vno ꝑdictoruꝫ sine alio sunt alterius rationis in essendo a fruitionibus viatorum. ¶ Hec apparet. qꝛ cōsimiliter differre vident̄ fruitiones istorum ꝛ illorum: sicut ꝛ absolute notitie dictatiue quibus mediātibus ꝓducunt̄. sed hmōi notitie abstractiue beatoꝝ sunt in essendo lꝫ nō ī significādo alterius rōnis ab abstractiuis notitijs viatorum lꝫ eīm ꝓpōnes easdem importantes formet viator ꝛ comꝑhensor / vt pater generat filium / pater ꝛ filiꝰ spirāt spiritū / essentia non ꝓducit nec ꝓducit̄ / ꝛ alias oēs theologicas ꝛ ab omni catholico confitendas: alterius tamen rōnis existūt in essendo ꝓpositiones huiusmodi in comprehēsoribus ꝛ alterius in viatoribꝰ: qꝛ ꝛ euidētiores notitias complexas ꝛ incomplexas habent beati ꝙ viatores vt super ꝓlogū fuit dictū. quare ꝛc̄. ¶ Sic ad q̄stionem. ¶ Ad rationem patet solutio ex ꝑdictis.

Circa distinctionē secūdam in qua magister ꝓbat ꝑ scripturas diuine essentie vnitatē / ꝛ ꝑsonarum pluralitatē q̄ sunt res q̄bus tm̄modo est fruendū / quero primo vtrū deuꝫ esse sit ꝓpō ꝑ se nota: an demōstrabilis euidenter? ¶ Et videt̄ ꝙ sit ꝑ se nota. qꝛ idem verum ꝯplexum est per se notū qđ apud nullū intellectum formantē ipsum est dubiū: sꝫ tale est istud / deꝰ est. ꝗ ꝛc. ¶ Cōtra. qꝛ deꝰ est trinus essentialiter ꝛ vnꝰ ꝑsonaliter: sed esse aliquod vnum tale ens videlꝫ trinum in ꝑsonis ꝛ vnū in eēntia nec est ꝑ se notum nec etiā demōstrabile ex aliq̄ ꝑ se noto. ꝗ ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedaꝫ. Primo inquirā. an ista ꝓpō deꝰ est / sit ꝓpositio ꝑ se nota. Scđo supposito ꝙ nō / saltēꝫ illa q̄ format̄ ab intellectu viatoris: videbit̄ an sit demonstrabilis.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ ꝑ ꝓpōnē ꝑ se notā: nō est intelligēdū ꝙ ꝓpō sit ꝑ se nec aliquo mō obiectum notitie qua dr̄ ꝑ se nota: nec ēt est intelligendum ꝙ ꝓpositio aliqua dicat̄ per se nota qꝛ est per se notitie vel assensiua sequētis notitiaꝫ ꝑncipiū ꝓductiuū: sꝫ per propōnē per se notam est intelligēduꝫ ꝓpōnē sic euidentē ꝙ statim per ipsam formatā natꝰ est causari assensus cuiꝰ obiectū est nō ꝓpō ipā formata: sꝫ res per eā significata. quo mediāte assensu intellectus assentit ꝓpōnē hmōi esse veram. ¶ Primū istoꝝ: vcꝫ ꝙ ꝓpō per se nota nō dicat̄ qꝛ est per se nec aliquo alio modo notitie alicuiꝰ obiectū / apparet. qm̄ omnis propositio in mēte formata est intellectio ꝯplexa: q̄ nō pōt esse suijpsius: sꝫ alicuius notitie alteriꝰ obiectū. nō eīm itelli

git nisi per actũ reflexũ. Si ꝗ ꝓpõ aliqua diceret per se
nota q̄ꝛ ꝑ se eẽt obiectũ notitie alicui⁹ / aut igit̃ suipsi⁹
aut alteri⁹. sꝫ nõ põt poni ꝑmũ: q̄ꝛ ĩpossibile est aliquã
ꝓpositionẽ nec aliquã aliã rẽ quãcũq̧ intelligi ab aliq̄
intellectu creato nisi mediãte aliquo actu intelligendi
a se realiter differente: nec ꝑ ꝯñs obiectũ aliquod intel-
lectum põt suipsius esse obiectũ. ¶ Nec põt poni scdꝫ
primo. q̄ꝛ nõ plus vna ꝓpõ q̄ alia põt esse obiectum al
teri⁹ notitie a seipsa: cũ oĩs ꝓpõ sit ĩtelligibilis actu
reflexo: ⁊ ita vna ꝓpõ nõ posset dici magis ꝑ se nota q̄
alia isto modo. ¶ Secũdo. q̄ꝛ oĩs ꝓpõ ꝑ se nota / est per
se nota statim vt est formata anteq̄ sit actualiter intel-
lecta. statĩ eñ vt format̃ ista ꝓpõ totũ ẽ mai⁹ sua pte añ
q̄ intelligat̃ actu reflexo q̄ sit vera dr̃ ꝑ se nota nõ in or
dine ad seipsam adhuc ignotam: sed in ordine ad rẽ co-
gnitã ꝑ ipsam significatã. ¶ Tertio. q̄ꝛ ꝓpõ ꝑ se nota nõ
exigit aliquã aliã ꝓpõnem nec incõplexã reflexã intel
lectionẽ: sꝫ ipsa nõ põt eẽ obiectũ cognitũ nisi ꝑ notitiã
reflexam ꝯplexam vcꝫ ꝑ aliam ꝓpõnem formatã vel ĩ
complexã. ergo sequit̃ ꝓpositum: vcꝫ q̄ ꝓpõ nõ dr̃ ꝑ se
nota q̄ꝛ est alicuius notitie obiectũ: cũ anteq̄ sit cogni-
ta possit dici ꝑ se nota. quare ⁊c̃. ¶ Scdm vcꝫ q̄ nec di
cat̃ ꝓpõ ꝑ se nota q̄ꝛ causatiua ꝑ se sue notitie nec assen
sus ipsam sequẽtis / appꝫ. q̃m ꝓpõ nõ est causatiua no
titie q̄ est ipsa. nihil eñ eẽ potest suipsi⁹ cã: nec notitie
reflexe qua ipsa ꝓpõ potest intelligi nisi eo modo quo
q̄dlibet obiectũ intellectũ est cã sue notitie dicente Au
gustino q̄ oĩa rea quã cognoscim⁹ cõgenerãt in nobis
notitiam sui. q̄d quõ sit intelligendũ alibi est ostensũ. ꝗ
propositio non dr̃ ꝑ se nota aliter q̄ q̄dlibet aliud obie-
ctum q̄ꝛ notitie principium effectiuũ nec q̄ꝛ assensus ea
mediante causati obiectum terminatiuũ. q̄ꝛ assensus q̄
ipsa mediante causatur nõ respicit vt obiectum ꝓposi-
tionẽ ipsam: sꝫ rem ꝑ eam significatam: vt sup ꝓlogũ
fuit dictũ. quare ⁊c̃. ¶ Ex ꝑdictis sequit̃ tertium ⁊ vlti
mum: vcꝫ q̄ per propositionem per se notã non sit aliud
intelligendũ q̄ propositionem sic ꝑ se sine ꝓpositione
alia euidentem q̄ ipsa formata statim sine oĩ alia cau
satur nõ notitia aliqua: cũ ꝓpõ in mẽte formata sit ipsa
notitia causata: sed assensus non ipsius ꝓpõnis: sed rei
per eam significate. virtute cuius assensus statim intel
lectus q̃n sup ꝓpõnem se ꝯuertit eius veritati assentit.
⁊ ꝑ hoc distinguit̃ ꝓpositio ꝑ se notã ab omni alia nõ ꝑ
se nota lꝫ vera. q̃m ꝓpositio nõ ꝑ se nota lꝫ vera nõ est ꝑ
se sine alia causatiua: vel illud quo solo mediãte causat̃
assensus rei significate ꝑ ipsum. nec sibi intellectus as-
sentit q̃n se sup eam ꝯuertit ipsaꝫ sicut ꝑ se notã credẽs
esse veraꝫ. sicq̧ ꝓpter duo aliqua ꝓpõ vt ista / totũ ẽ ma
ius sua parte / dr̃ ꝑ se nota: quorum vnũ sequit̃ ad alte
rum. ¶ Primũ est. q̄ꝛ est notitia complexa qua sola me
diante sine omni alia intellectus causat assensũ sui ob
iecti ꝑ intellecti. Scdꝫ est q̄d sequit̃ ad ꝑdictũ: q̄ꝛ ipsaꝫ
intellectus absq̧ omni alia formata eã ꝓbante intelli-
git q̃n se ad eam conuertit esse veram. lꝫ eñ eam veram
intelligat ꝑ aliam propositioneꝫ / tñ ꝓpositio illa ipsaꝫ
non probat: sed tñ significat esse vel annunciat eam ve
ram. His duobus duo ꝯria sunt in omni ꝓpositione non
ꝑ se nota vt in ꝯclusione illata. nec enim intellectus as-
sentit rei per eã negat eã sola mediante lꝫ ipsa sit eius
notitia cõplexa sicut ꝓpõ ꝑ se nota: sed assentit sibi me
diantibus ꝑmissis ea notioribus ex q̄b⁹ infertur: nec as
sentit etiã sine credit ipsam esse veram vt per se absolu
te formatam: sed tantum vt ex ꝑmissis illatam.

His præmissis pono quantum ad istũ
articulum quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ ista
ꝓpõ deus est / formatur tam a viatore q̄ etiã a ꝯꝑhenso

re. ¶ Hec appꝫ. q̃m propositio ista est articulus fidei ĩ
symbolo explicat⁹: sed oẽs fidei articulos format taꝫ
viator q̄ etiã ꝯprehẽsor. ergo ⁊c̃. ¶ Minor appꝫ quan-
tum ad primã partẽ: vcꝫ de viatore: q̃m constat q̄ viator
omnis catholicus credit oĩa significata ꝑ quẽlibet fi
dei articulorum: sed omnis actus credendi qui non est
aliud q̄ actus assentiendi / ꝑsupponit notitiam ꝯplexã
vcꝫ ipsam propositionem in mente formatam. nec eñ alĩ
ter q̄ ipsa mediante talis credendi seu assentiendi act⁹
potest naturaliter causari. nec eñ assensus nec etiã dis-
sensus aliquis intellectus põt esse vt dictum fuit in ꝑce
dẽtibus alicuius ignoti: nec etiam obiecti sola simpli
ci notitia seu in cõplexa intellecti. ꝗ ⁊c̃. ¶ Scda pars
vcꝫ q̄ etiaꝫ articulos formet beatus / apparet. q̃m lꝫ in
beatis non oporteat ponere actus credendi / tñ ipsi dei
⁊ aliorũ q̄ vidẽt in ipso possunt formare notitias abstra
ctiuas. possunt eñ vt dictum fuit in ꝑcedentibus circa
deum obiectũ eoꝝ beatitudinis aliquẽ elicere tã frui-
tionis q̄ intellectiõis nõ intuitiue sꝫ abstractiue actuꝫ.
potens eñt aliquid abstractiue intelligere intellectiõe
incomplexa / ⁊ complexa puta ꝓpositione formata ex
diuersis abstractiuis intellectionibus constituta. ꝗ ⁊c̃.
¶ Confirmatur. q̄ꝛ non minus ꝯꝑhensor immo ma-
gis q̄ viator potest intelligere aliqua vna notitia sim-
plici abstractiua diuinam essentiaꝫ actu visam / ⁊ alia si
militer abstractiua ꝑsonas: sed habens duas notitias
abstractiuas vnam de essentia ⁊ aliaꝫ de ꝑsonis potest
formare istam ꝓpositionem in mẽte vnam illarum noti
tiarum de alia affirmãdo: tres ꝑsone sunt vnus de⁹. po
test etiã quilibet beatoꝝ intelligere similiter abstracti-
ue solũ patrẽ vna notitia ⁊ filium alia / vel solum filium
⁊ hominem assumptuꝫ: ⁊ formare istas propositiões: so
lus filius est a patre generatus: ⁊ solus filius est huma
natus: ⁊ sic de alijs omnibus fidei articulis tam ad hu-
manitatem q̄ ad diuinitatem pertinentibus siue neces
sarijs siue contingentib⁹. quare ⁊c̃. ¶ Secũda ꝯclusio
est: q̄ ista ꝓpositio / de⁹ est / formata a cõprehẽsore ẽ eiuꝫ
ipsa formata a viatore eiusdem rationis in significãdo
sed omnino alterius in essendo. ¶ Hec appꝫ quantũ
ad primam partẽ. q̃m constat q̄ ꝑ istam ꝓpõnem in mẽ
te tam viatoris q̄ ꝯꝑhensoris formatam idem omni
no ꝯprehensor intelligit q̄d viator: sꝫ ille ꝓpões in mẽ
te formate sunt idẽ in significando quarũ obiectũ ꝑ eas
intellectum est idẽ. nec eñ ꝓpõ mẽtis significat nisi suũ
obiectum ꝑ eam intellectum. ꝗ ⁊c̃. ¶ Secunda pars vi
delicet q̄ sint alterius rationis in essendo / ꝓbat̃. q̃m il
le ꝓpões mentis sunt in essendo alteri⁹ rationis qua-
rum vna quantũcũq̧ ꝑfecta nunq̄ posset alteri adequa
ri: sed ista propositio deus est / a viatore formata nunq̄
quantũcũq̧ perfecta posset adequari ꝓpositioni consi
mili in significando formate a comprehensore. ergo ⁊c̃.
¶ Minor ꝓbatur. q̃m nullam de re aliqua habens no
titiam intuitiuam non potest habere de ipsa aliquam
ita euidentem nec perfectam notitiam abstractiuã nec
per consequens propositionem formatam ex ipsis abs
tractiuis notitijs constitutam: sicut ille qui rem ipsam
faciali ter intuetur. ¶ Hoc apparet ꝑ exemplum de ce-
co ⁊ de vidente. non enim cecus potest de colore habere
aliquam notitiam abstractiuam eque euidentem sicut
videns: cuius nulla est alia ratio nisi q̄ꝛ videns coloꝝ
format notitiam abstractiuam de ipso mediante visio-
ne q̄d non potest facere cecus. notitia autem abstractiua
mediante intuitiua formata est euidẽtior quacũq̧ alia
sine ipsa naturaliter habita. sed cõprehẽsor habet dei
notitiam intuitiuam qua mediante format istius ꝓpo
sitionis / de⁹ est / subiectum ⁊ ꝑdicatum: q̄ sunt due noti
tie abstractiue. taleꝫ autem notitiã intuitiuã nõ habet

viator de deo: nec ꝑ ꝯsequēs eius virtute potest forma
re abstractiuas notitias que sunt subiectū ⁊ predicatū
propositionis predicte. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia o-
mnes propositiones sunt in essendo alterius rationis ꝙ̄
rū oīa extrema vꝫ subiectū ⁊ ꝑdicatū sūt alteri⁹ rōnis
ꝙ̄ subiectū ⁊ predicatuꝫ propositionis ꝑdicte / vt viato-
ris sunt alterius rationis a subiecto ⁊ a predicato ipsi⁹
vt formate ab intellectu cōprehensoris. ergo ⁊c. ¶ Mi-
nor apparet. q꞉ notitia abstractiua mediāte ītuitiua for
mata est alterius rōnis a notitia abstractiua: licet eius-
dem obiecti: sine ipsa notitia intuitiua formata: sed sub
iectū ⁊ predicatū huius ꝓpositiōis quā format beatus
sunt notitie abstractiue de deo formate ꝟtute notitie ī-
tuitiue: subiectū aūt ⁊ ꝑdicatū ipsi⁹ quā format viator
sunt notitie similr̄ simplices abstractiue formate sine
aliqua precedente notitia intuitiua. ergo sicut scientifi
cus creditiuus ⁊ opinatiuus assensus quia ex diuer-
sis medijs causatus arguiꝛ alterius rationis: ita pro-
pter consimilem rationem notitie abstractiue incōple-
xe ⁊ per consequens cōplexe / videlicet propositiones
ex eis formate de deo a viatorib⁹ ⁊ a beatis / sunt ⁊ argui
possunt esse alterius rationis. Ex quo sequiꝛ. ꝙ nō tan
tum iste fidei articulus / deus est / sed etiā omnis alius a
beatis mediante visione formatus est in ipsis ⁊ in via-
toribus alteri⁹ rationis. Quod pōt ex hoc iteruꝫ cōfirma
ri: q꞉m̄ mediante notitia ꝯplexa: puta ꝓpōne ī mēte for
mata eiusdē ratiōis: semꝑ sequiꝛ assens⁹ eiusdē rōnis. ꝙ̄
ille propositiones mētis sunt alterius rationis quibus
mediantibus sequitur in formantib⁹ ipsas cōsensus al
terius rationis: sed consensus beatoꝝ significatis arti-
culorum in eis ꝓducti mediāte formatione ipsoꝝ est al
terius rationis a consensibus viatoꝝ. cōsensus eñi via-
toꝝ significatis articulorū est creditiu⁹: nō aūt est talis
cōsensus beatoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ ista ꝓ
positio / deus est / quā format viator non est ꝓpō per se
nota. Hec ꝓbatur. q꞉m̄ ꝓpositio per se nota est precise il
la vel dictū est que per se sine alia est causatiua assensus
rei significate ꝑ eam ⁊ terminatiuaꝫ assensus veritatis
sue vbicꝫ aliq̄ alia ꝓbatione: sꝫ ista propositio quā for-
mat viator non habet aliqđ istoꝝ. ꝙ̄ ⁊c. ¶ Minor appa
ret. q꞉ sola propositio ꝑ se euidēs ⁊ ex notitijs euidenti
bus incōplexis ꝯstans / est talis vꝫ causatiua assensus
rei significate in intellectu formāte ipsam ⁊ terminati-
ua assensus eiusdē vꝫ intellectus ipsam formantis sue
veritatis sine alia ꝓbatione: sed ista ꝓpositio de⁹ est / vt
a viatore formata nō est euidens: q꞉ nec ex euidentibus
sed ex ineuidētibus notitijs incōplexis ꝯstans puta ex
abstractiuis notitijs rei non vise. ergo ⁊c. ¶ Confirma
tur. q꞉ non magis ista propositio de⁹ est / formata ab illo
q̄ deū non intueꝛ / est ꝑ se nota ꝙ̄ alia q̄cunq; in q̄ existe-
re ꝑdicaꝛ de aliq̄ alio a deo sibi nō viso. sed nulla ꝓpō in
q̄ existere ꝑdicaꝛ de angelo vl' de aliq̄ q̄cūq; alio a deo
formata ab illo qui rē que esse affirmatur non intuetur
est per se nota. lꝫ enim si vidēs rem aliquam puta albe-
dinem formet istam ꝓpositionem albedo est: talis pro-
positio sit ꝑ se nota: non tamē propositio talis formata
ab aliquo rem ipsam non intuente potest existere ꝑ se
nota. ergo ⁊c. ¶ Si forte dicatur ꝙ nō est simile de deo ⁊
de alijs entibus: q꞉ deus est ens necessarium impossi-
bile non esse: quodlibet aliorū est possibile nō esse q꞉ con
tingens. notius aūt est ens necessarium existere ꝙ̄ cōtin
gens. q̄re ⁊c. ¶ Hoc nō valet ꝑmo. q꞉ alius conceptus
est necessarium ens vel necesse esse ⁊ alius deus. ⁊ ideo
alia ꝓpositio est illa in qua ꝑdicaꝛ esse de deo: ⁊ alia in q̄
ꝑdicaꝛ esse de ente necessario siue de necesse esse. ꝓpter
quod non sequitur: si ista ens necessarium vel quod est
necesse esse et impossibile non esse est, / est per se nota ꝙ
ista sit per se nota deus est. ¶ Secūdo. quia nec ista / ne
cesse esse est / videtur etiam existere per se nota vt a via-
tore formata: q꞉ conceptus in ipsa subiectus nō est via-
tori euidens nisi fide: ⁊ ideo licet ꝑdicatum includatur
in ratione subiecti / sicut ꝑdicatū hui⁹ maius deo ē / nō
tamē ex hoc sequitur ꝙ sit ꝑ se nota: sicut nec ista / mai⁹
deo est. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est ꝙ ista
ꝓpositio deus est / quā format ꝯprehēsor / est ꝓpositio ꝑ
se nota. ¶ Hec ꝓbatur ꝑ rationem cōtrariam ei que fa
cta est ad ꝯclusionem aliā. q꞉m̄ illa oīs ꝓpositio est ꝑ se
nota q̄ est in formante ipsam ꝑ se sine alia causatiua cō-
sensus rei per eam significate: ⁊ etiā terminatiua assen-
sus veritatis sue: sed ista ꝓpositio deus est a comp̄hēso
re formata est talis. nulla eñi alia ꝓbatione mediante
quilibet beatoꝝ assentit rei significate ꝑ ipsum ⁊ credit
existere ipsaꝫ veram. ꝙ̄ ⁊c. ¶ Confirmaꝛ. q꞉ oīs ꝓposi
tio est ꝑ se nota que sic est euidens intellectui in quo est
ꝙ nullo modo cōtingit dubitare de ea: sed ista ꝓpositio
est talis apud omnem beatū diuinam essentiā intuentē
sicut ⁊ oīs alia in qua ꝑdicaꝛ esse de re ītuitiue cogni
ta. est eñi ꝓpō cōstans ex notitijs incōplexis euidētib⁹
q꞉ mediante visione causatis. ꝙ̄ ⁊c. ¶ Preterea ad idē
arguiꝛ. q꞉ omnis notitia experimentalis vel ea mediā
te causata videꝛ esse alicuius actualiter existentis: sed
beatus experimētaliter cognoscit diuinā essentiā exi-
stere sicut ⁊ omnis alius rem illam quā intuetur: cū no
titia intuitiua naturaliter habita ꝑsupponat saltēꝫ q̄n̄
fit nouiter / existentiā sui obiecti. ꝙ̄ ⁊c. ¶ Confirmaꝛ. q꞉
nullus vidēs intuitiue rem aliquā existentem pōt dubi
tare de ꝓpositione aliqua ꝑ eum formata de tali re ītui
tiue cognita sue actualis existētie ꝑdicante: sed omnis
ꝓpositio de cuius veritate non ꝯtingit dubitare eā for-
mantem / ē ꝑ se nota. ergo ⁊c. ¶ Preterea. q꞉ illa ꝓpō
est in beato per se nota de deo qua nulla alia est notior
sibi ꝙ̄ nec ꝑ cōsequens ꝓbatur ex alijs: sed mēte alie de
mōstrātur ex ipsa: sed talis est ista: nulla eñi ꝓpō est no
tior rem existere intuenti illa in qua de ipsa seu eius cō
ceptu conceptus actualis existentie ꝑdicatur. ergo ⁊c.
¶ Ex ista conclusione apparet veritas secūde partis se
cūde conclusionis: vꝫ ꝙ ista ꝓpositio est in beato alte
rius rationis in essendo ꝙ̄ sit in nō beato. omnis eñi ꝓ-
positio ꝑ se nota est alterius rationis a ꝓpōne non ꝑ se
nota: ⁊ hoc in essendo esto ꝙ nō in significando q̄n̄ sunt
eiusdem rei significatiue: sed tales sunt iste due proposi
tiones / quarum vna formatur a beato ⁊ alia a non bea-
to vt ꝓbatū est. ergo ⁊c. ¶ Sed nunquid si de⁹ infunde
ret viatori speciem aliquam deum rep̄ñtanteꝫ / ista pro
positio ꝑ eum formata existeret ꝑ se nota? ¶ Ad hoc po
test dici ꝙ sic: dum tamen species illa sibi infusa sic vicē
visionis diuine siue causalitatē suppleret ꝙ ea median
te causari possēt abstractiue notitie euidētes ex quib⁹
talis ꝓpositio in qua ꝑdicaretur cōceptus existētie de
cōceptu diuine essentie / formaretur. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est viden
dum an deum esse sit demonstrabile euidenter / est scien
dum ꝙ ꝑ deum potest intelligi vel ens primum tm̄ vel
ens infinitum vel ens necessarium vel ens trinuꝫ ⁊ vnū.
quodlibet eñi istorum est conceptus complexus seu cō
positus solius dei significatiuus. Nō accipio autē nūc
in questione ista deū pro ente necessario nec pro trino et
vno nec pro ente infinito q꞉ de hoc erit sequens questio
vꝫ an deum esse infinitum sit per se notum: sed ꝑ deum
hic tantum intelligo ens primum: vt idē sit dicere deuꝫ
esse q̄d ens primū esse. Et tale ens primuꝫ posse demon
strari existere potest dupliciter intelligi. vno modo pro
prie videlicet ꝙ sic demonstretur ꝑ rationem euidentē

ꝙ nullus ad ipsam posset soluere cum colore. Alio mo-
do vocando demõstrationẽ large omnem rationem cui
cūq; etiā indifferenti ⁊ indeterminato ad alterā ptē hu
iꝰ q̄stiōis euidētiorē ꝙ eēt solutio q̄ posset dari ad ipā3.

Hoc p̄misso pono quatuor cōclusiōes

¶ Prima est. ꝙ ista ꝓpositio / deꝰ est / formata ab intel
lectu viatoris nō est demōstrabilis demōstratione, pmo
modo accepta. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ ꝑ nullam viā aliam
primum ens esse est demonstrabile ꝙ ꝑ statum in causis
⁊ causatis ab ipsis omnibus sic arguēdo. aliqd est pro-
nitas. quia quelibet triū ꝑsonarum est illa res videlicꝫ
substantia/essentia/seu natura diuina: ⁊ illa res nō est ge
nerans nec genita nec ꝓcedens: sed est pater qui gene-
rat/filius q̄ gignitur/⁊ spiritussanct⁹ qui ꝓcedit. vt disti
ctio sit in personis ⁊ vnitas ī natura. In ista ecclesie de-
terminatione duo inter alia tangunt̄ ex quorum vtroq̄
apparet veritas illius minoris ꝓbande. Primū est ꝙ
in diuinis non est quaternitas: sed tm̄ trinitas. Scd̄m
ꝙ distinctio est in personis ⁊ vnitas in natura. ¶ Ex p̄i
mo istorū arguo p̄imo sic. vbicūq̄ est maior pluralitas
q̄ꝫ trium ibi est ad minus quaternitas. ¶ Hoc est de se
euidēs. omnis eñ minor pluralitas q̄ꝫ quaternitas est
trinitas vel dualitas. nulla autem talis est maior q̄ꝫ tri
nitas: sed si essentia diuīa ⁊ ꝓprietas relatiua sunt plu
ra in re extra/in diuinis est maior pluralitas q̄ꝫ sit trini
tas: quia sunt tres relationes originis seu ꝑsone ⁊ quar
tum qd̄ concessum ab istis omnibus distinctū est essen-
tia ipsa diuina. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. q: nulla in re ex-
tra distincta vident̄ esse minus eē numerata ⁊ plura q̄ꝫ
illa q̄ sic sunt distincta ꝙ tm̄ sunt res numero vna: sed di
uine ꝑsone sic distinguuntur in re ꝙ tamē sunt vna res
quo non obstante conceduntur esse plures res quia dis-
tincte: ergo omnia quōcūq̄ in re extra distincta habēt
poni plura. ⁊ ꝑ cōsequens si essentia ⁊ relatio sunt in re
extra distincta. sunt plura: ex quo sequit̄ quaternitas ī
possibilis ī diuinis. q̄re ⁊c. ¶ Nec valet hic solutio aliq̄
rum dicentiū ꝙ licet relatio ab essentia sit distincta sūt
tamē vna res/nec per ꝯñs sequitur quaternitas reruꝫ
cū essentia non ponat innumerum contra relationem.
¶ Primo siquidē hoc nō valet. q: etiā ꝑsone seu ꝓprie-
tates relatiue qd̄ idē est sunt vna res/⁊ tm̄ plures q: dis
tincte: ergo consimiliter in ꝓposito esto ꝙ essentia ⁊ re
latio sint res vna/ex quo tamē ponūtur distincta esse ī
re extra/habent poni plura. ¶ Secundo. q: qn̄ dicis ꝙ
essentia ⁊ relatio sunt vna res nec ponūt ī numerū: aut
intelligis ipsa esse vnum sicut idē sibi/nec ponere innu
merum magis q̄ꝫ idem contra seipsum vt essentia ꝯtra
se vl̄ relatio. aut nō sic in re extra ista intelligis eē vnū.
Si p̄imum: ergo negas qd̄ dixeras: vꝫ essentiam ma
gis in re extra distinctam esse a relatione q̄ꝫ a seipsa. qd̄
est ꝓpositum nostrum. Si autem concedis secūdum: q̄
ponis relationem ⁊ diuinam essentiam simul esse plura
⁊ ꝑ cōsequēs numerata. vbicunq̄ eñ sunt aliqua q̄ non
sunt tm̄ vnum in re extra sicut qd̄libet ipsorum est sibi
ipsi idē: ibi sunt plura q̄ꝫ vnuꝫ in re. q̄ ⁊c. ¶ Tertio. quia
quando dicis relationē ⁊ essentiam esse vnam rē: aut in
telligis ipsa eē rem vnam ab eis aliam: aut vnam rem
que est tm̄ essentia aut tm̄ relatio ipsa ⁊ nihil aliud in re
extra: aut vnam rem q̄ est relatio ⁊ essentia: sed ꝯstat ꝙ
non potes intelligere p̄imum. nulla enim est ī diuinis
res alia a relatione ⁊ essentia. ⁊ esto ꝙ esset/nec relatio
nec essentia esset illa: cum vnum distinctorum non sit al
terum: ergo oportet ꝙ intelligas relationem et essen-
tiam esse vnam rem aliquo aliorum modorū. sed quocū
q̄ illorū modorꝫ intelligēdo sequit̄ ꝙ essentia ⁊ relatio
in re extra sint īdistīcta totaliter: qd̄ tu negas. ergo ⁊c.
¶ Assumptū probatur. qm̄ illud qd̄ nihil ē in re extra

nisi sola diuina essentia vel sola ꝓprietas relatiua nul-
lo modo distinguit̄ ab ipsa ꝓprietate relatiua nec ab es
sentia in re extra: sꝫ si eētia ⁊ proprietas relatiua sunt
res vna ab eis totaliter indistincta: q̄ quidem res ē tm̄
essentia/relatio nō est aliquid nisi p̄cise essentia in re ex:
vel si illa res est tm̄ relatio/essentia nihil est nisi ipsa re
latio in re extra: ergo essentia ⁊ relatio nullo modo dis-
tinguūtur inter se magis q̄ꝫ quodlibet a seipso: ergo ⁊c.
¶ Idem sequit̄ si intelligat̄ ꝙ essentia ⁊ proprietas re
latiua sunt vna res vltimo illorum p̄dictorum modorū
videlicet vna res que est essentia ⁊ relatio. qm̄ aut hu-
iusmodi res vna de relatione ⁊ essentia ipsa dicta est sic
vna sicut idē sibi/vt essentia vl̄ relatio sibiipsi: vel non.
Sed non potest poni secūdum: q: tūc talis res nō tātuꝫ
nō esset vna: sꝫ aliq̄ mō plures: q: vt dictū est vbi est vnū
⁊ vnū ibi nō est vnū tm̄: sꝫ vbi sunt aliq̄ que nō sic sunt idē
sicut qd̄libet sibiipsi/ibi est vnū ⁊ vnū/⁊ ꝑ ꝯñs plura nō
vnū tm̄: q: vnuꝫ tm̄ nō potest eē distīctū a seipso mō ali-
quo in re extra. ergo relinquit̄ p̄imum: vꝫ ꝙ res hm̄ōi
que dicitur de relatiōe ⁊ essentia sit tm̄ vnica in re extra
sicut qd̄libꝫ sibiipsi. ex quo sequitur ꝓpositū: vꝫ ꝙ eēn
tia ⁊ ꝓprietas relatiua nō sint distincta aliqualiter in
re extra. qm̄ nihil est in re extra a seipso distinctū. sed si
essentia ⁊ relatio sunt tm̄ vnū a se totaliter indistīctum
sicut qd̄libet a seipso: nō magis est essentia a relatione
q̄ꝫ a seipsa distincta: ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicat̄ ꝙ ꝑ
eādē rōneꝫ ꝓbat̄ ꝙ ꝑsone diuine non sint plures res cū
sint vnica ab eis omnib⁹ totaliter indistincta. qm̄ licet
ꝑsone diuine ⁊ proprietates relatiue sint vna deitas ab
eis omnibus totaliter indistincta/tamē ipse vꝫ ꝑsone
vel ꝓprietates relatiue inter se realit̄ sunt distincte licꝫ
ab essentia indistincte: ⁊ ita ꝑ ꝯsequens nō tm̄ sunt vna
res: sed plures. sꝫ hoc nō pōt dici in ꝓposito. qm̄ sic rela
tio ⁊ essentia sunt vna res ꝙ nec a tali vna re nec inter
se distinguūt̄. quia si inter se distinguūt̄ ⁊ numerāt̄ quā-
tūcūq̄ sint ab vno aliquo indistincta. sicut diuine ꝑsone
numerantur quia inter se distinguūtur licet sint indistī
cte ab essentia totaliter in re extra. quare ⁊c. ¶ Nec va
let qd̄ hic tertio dicunt aliqui concedentes relationeꝫ
esse non rem aliquam: sꝫ formalitatem seu quidd⁹tatem
aliam ab essentia. Primo siquidē hoc non valet: q: ista
omnia sunt nomina synonyma eadē penitus importan
tia: puta forma formalitas quidditas ens entitas res
⁊ realitas. nec potest poni aliquid in re extra qd̄ dicat̄
forma vel formalitas vel quidditas: qd̄ cōsimiliter nō
possit dici realitas et entitas. quidditas enim realitas
⁊ entitas sunt nomina synonyma ⁊ eque trāscendentia
ac conuertibilia. ⁊ ita vbicunq̄ est alia formalitas vel
q̄dditas ⁊ alia entitas ⁊ realitas ⁊ ens ac res. q̄re et c̄.
¶ Secundo. quia ecclesia in determinatione predicta
ponit solam trinitatem in diuinis: ⁊ negat seu excludit
omnem quaternitatem ab eis non tantum rerum sed q̄
rūcunq̄ aliorum quōcūq̄ vocentur distinctorum aliq̄lī
ter in re extra: sed ponens relationem ⁊ essentiam eē di-
uersas quidditates seu formalitates siue rationes for
males ⁊ plures in re extra/concedit et ponit expres-
se in diuinis quaternitatem ⁊ si non rerum saltem alio-
rum aliter vocatorum in re extra animam distinctorū.
ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia constat ꝙ quelibet relatio ori-
ginis ē res sic ꝙ tres relatiōes originis sūt tres re[s] ...
sentia etiam diuina dicitur vere res: alias nisi ipsa di-
retur vere res proprietates relatiue seu persone diuine
non possent dici vna res: cum non dicantur vna res ni
si illa que est deitas siue essentia diuina. sed pluralitas
⁊ diuersitas quorūcūq̄ in re extra animam distinctorū.
quorū qd̄libꝫ est res/est pluralitas ⁊ diuersitas rerū: ꝙ
si essentia ⁊ proprietas relatiua sunt in re eꝰ distincta-

ꝛ plura / pluralitas ꝛ diuersitas ipsoꝝ erit pluralitas
ꝛ diuersitas rerum extra. quare ꝛc. ¶ Quarto. qꝛ si eēn
tia diuina ꝛ proprietas non possunt dici plures res licꝫ
distinguanꝫ ꝛ ꝯcedantur esse plura in re extra: aut hoc
est qꝛ ambo ipsa sunt vna res: aut quia neutrum est res:
aut quia vnum tantum ipsorum est res ꝛ non alterū. sꝫ
primum non obuiat: quia ēt ꝑsone diuine siue ꝓpueta-
tes relatiue sunt vna res: ꝛ tñ sunt et dicunꝫ plures res
quia distincte inter se / lꝫ ab essentia indistincte: ꝛ ita oīa
in diuinis distincta quoꝝ q̄libet est vera res possunt
ꝛ debent dici plures res esto ꝙ sint vna res. secūdū aūt
non potest poni / nec tertium: qꝛ vt dictum est tam essen
tia diuina est vera res increata q̄ etiam proprietas re-
latiua. ergo ꝛc. ¶ Nec valꝫ si dicas ꝙ ideo ꝓprietates
relatiue dicuntur plures res qꝛ realiter inter se distin-
guunꝫ / nō autem ab essentia: qꝛ aut intelligis relationē
hmōi seu ꝑsonas distīgui realiter qꝛ sunt sic diuerse res
ꝙ non sunt aliqua vna res: aut qꝛ licet sint vna res sunt
tñ diuerse. sed non potes dare primū qꝛ hoc est falsuꝫ et
hereticū vt apparet ex determinatione ecclesie supra-
dicta: ergo relinquiꝫ secūdum: sed cū tam essentia vt di
ctuꝫ est sit res vera q̄ proprietas relatiua / nō minus q̄
ꝑsone possunt ꝛ debent dici diuerse res: supposito q̄ ꝯ
cedis: vcꝫ ꝙ sint aliqua plura ꝛ in re extra distincta. er-
go ꝛc. ¶ Confirmaꝫ. qꝛ nulla in re extra animam distī-
cta numerata ꝛ plura possunt magis esse idē ꝛ minꝰ dis
tincta q̄ illa q̄ sunt vna res ab eis oībus lꝫ inter se dis
tinctis indistincta totaliter in re extra: sed diuine ꝑsone
sunt huiusmodi ꝛ tamē realiꝫ distīguūtur licet sint res
vnica. ergo et alia quecūqꝫ plura in re extra animā dis-
tincta nō minus q̄ persone / nec ꝑ consequens minus q̄
realiter sunt distincta. quare ꝛc. ¶ Ex hoc videꝫ corol-
larie inferendum: ꝙ ꝯcedentes tam essentiam ꝛ relatio
nē q̄ etiam attributa diuina distīcta esse formaliꝫ in re
extra sint diuersa aliqua positiua quocūqꝫ appellata /
habēt ꝯcedere vt videtur talia oīa esse distincta rea
liter. ¶ Hoc apparet. quoniam vt dictuꝫ est / omnis plu
ralitas ꝛ diuersitas eoꝝ quorum quodlibet est res / ē plu
ralitas ꝛ diuersitas rerū: sꝫ tā eēntia q̄ ꝓprietas relati
ua q̄ q̄libet attributū est res vera increata: ergo ponē
tes ꝛ concedentes pluralitateꝫ ꝛ diuersitatem īter ista
extra animam / ponūt pluralitatem ꝛ diuersitatē reruꝫ:
sed plures res ꝛ distincte extra animā non possunt mi-
nus distingui q̄ persone ꝛ ꝓprietates relatiue que sunt
vna res ꝛ tamē distincte realiter: ergo ꝛc. ¶ Confirmaꝫ
quia ꝙ alique res plures ꝛ distīcte extra animā sint mi
nus distincte ꝛ magis idem q̄ ꝑsone que realiter distin-
guunꝫ / hoc habet esse qꝛ tales plures res licet distīcte
extra alaꝫ inter se magis tamē ꝛ intimius sunt vna res
ab eis indistincta q̄ ꝑsone: sꝫ hoc est falsum oīno ꝛ im
possibile. nulle eñ res diuerse extra animā quātūcūqꝫ
modicum possunt esse magis vna res nec intimius q̄ ꝑ
sone diuine sint vna essentia īcreata: cū huiusmodi eēn
tia increata diuina sit ab omnibꝰ diuinis personis et a
qualibet ipsorum totaliter indistincta sicut idē penitꝰ
a seipso. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet. qꝛ sicut diuine ꝑso-
ne realiter distincte nō sunt magis idē q̄ alia distincta
realiter in creatis / nisi quia oīa creata realiter distin
cta sic sunt diuerse res ꝙ nō sunt vna res. diuine aūt ꝑ-
... ꝛ seu ꝓprietates relatiue cuꝫ hoc ꝙ sunt diuerse res
sunt etiam vna res ab eis omnibus indistincta. ita con
similiter nulle alie res diuerse a ꝑsonis seu a ꝓprietati
bus relatiuis possunt esse magis idem nec minus distī-
cte nisi magis ꝛ intimius sint res aliqua vnica q̄ ꝑso
ne: sed hoc est impossibile vt dictum est. ꝑ ꝛc. ¶ Sic er-
go probata est minor illius rationis: vcꝫ ꝙ relatio et
essentia diuina nō sunt plura in re extra / ex primo cōten

to in determinatione ecclesie supradicta / vcꝫ ex sola re
rum trinitate posita in diuinis. ¶ Secūdo ꝓbaꝫ eadeꝫ
minor ex alio in eadem determinatione expresso: q̄ est
ꝙ distinctio est in ꝑsonis ꝛ vnitas in natura. Quero eñ
quō intēdit dicere ecclesia vnitatem esse in diuina natu
ra: aut enim intendit dicere vnitatem esse diuine essen-
tie ad seipsam tantum: aut ad quālibet ꝑsonarum ꝛ re-
lationum. Sed nō potest poni primuꝫ. ¶ Primo. quia
si ecclesia intenderet dicere ꝙ vnitas est essentie ad se
ipsam tantum / ꝛ non ad aliquam ꝑsonarum seu relatio
num: sed distinctioneꝫ eius ab omnibus istis: hoc esset
contra primum q̄ dicit: videlicet in diuinis esse tantū
trinitatem et nullo modo aliam maiorem pluralitatē.
qm̄ vt superius est ostensum / ex hoc quaternitas seque
retur. ¶ Secundo. qꝛ vniformiter vnitas ꝛ indistinctio
est cuiuscūqꝫ ad seipsum non tantum diuine essentie
sed etiam proprietatis relatiue et cuiuscūqꝫ rei crea-
te. et ita si ecclesia intelligeret essentiam diuinaꝫ esse ab
omnibus proprietatibus relatiuis ꝛ personis distīctaꝫ
in re exª / non magis diceret vnitatem esse in diuina eēn
tia isto modo / vcꝫ ad seipsaꝫ / q̄ in relatiuis proprietati-
bus omnibus seu personis: cum non minor sit vnitas
cuiuslibet persone seu proprietatis relatiue ad se q̄ di-
uine essentie ad seipsam. ergo sequitur ꝙ per huiusmo-
di essentie vnitatem ꝛ personarum diuersitatem eccle-
sia intendat dicere essentiam a personis esse totaliter i-
distinctam: ipsas autem personas esse inter se distīctas
licet ab ipsa essentia sint totaliter indistincte. sic ꝙ īdis
tinctio quā ponit sit essentie a q̄libet personarum ꝛ ab
omnibus simul sumptis: distinctio autem ꝑsonarum in
ter se. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia non est minor vni
tas ꝑsonarum cum essentia q̄ sit diuersitas ipsorum ꝑ-
sonarum inter se. consimili modo etiaꝫ ecclesia videtur
intelligere vnitatē esse in natura diuina / sicut ponit dis
tinctioneꝫ existere in ꝑsonis ad se: sed distinctio quā tri
buit ꝑsonis / nō est alicuius ꝑsone ad se: sed vnius ad al-
teram: ergo ꝯsimiliter vnitas quā attribuit essentie / nō
tantum est ipsius ad se: sed etiam ad quālibet persona
rum. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ ex quo essentia nō plus
distīguiꝫ ab aliqua ꝑsonarū in re extra q̄ a seipsa / ꝑ ꝯñs
idem est dicere vnitatem esse in natura diuina siue essen
tie ad proprietatem relatiuaꝫ siue personā ꝛ ad seipsaꝫ
ꝛ ita non magis oportuit dicere vnitatem esse in natu-
ra diuina ad personā q̄ ad seipsam vel q̄ cuiuslibet ꝑso
narum etiam ad seipsam. ¶ Hoc siquidē non valet. qm̄
licet assumptum sit verū / puta ꝙ essentia non magis ē
distincta ab aliqua persona q̄ a seipsa / tamē quia essen
tia est vnica ꝛ persone sunt tres realiter distincte: ideo
potuisset aliquis credere essentiam non tantum cum ꝑ
sonis esse idem quantum cum seipsa: sed distinctam esse
ab eis omnibus aliqualiter in re extra. ꝛ ideo ad errorē
huiusmodi excludēdū ecclesia posuit vnitatē esse in na-
tura diuina non maiorem in re extra ad seipsam q̄ ad
quālibet ꝑsonarum inter se realiter distinctarū. ¶ Nec
valet si dicas secūdo: ꝙ si vniformiter est sumenda ꝛ in
telligenda vnitas in natura diuina / sicut distinctio in ꝑ
sonis: ergo cum distinctio sit inter diuersa in re extra: et
vnitas etiam erit inter diuersa. ꝛ ita cum sit inter essen
tiam ꝛ personam seu relatiuam proprietatem per conse
quens ista erunt diuersa in re extra: cōtra q̄ hic argui
tur. quia ꝙ vnitas sit inter diuersa vt diuersa hoc est i-
possibile: sicut ꝙ distinctio seu diuersitas sit eiusdē ad se.
Et ita q̄ dictū est supra: vcꝫ vnitatē vniformiꝫ esse intelli
gendam in essentia / ꝛ distinctionem in personis / non de
bet intelligi quasi ꝙ vnitas sit essentie ad aliquid distī
ctum ab ipsa in re extra: sicut est distinctio in personis.
quia talis vnitas perfecte est impossibilis: videlicet

inter aliq̃ in re extra distincta solis dūtaxat diuinis ꝑsonis exceptis: quarū vnitas ⁊ diuersitas ē ꝑfecta: sꝫ qꝛ vt dictum est propter essentie vnitatem ⁊ personarum pluralitatem aliqua diuersitas potuisset credi esse inter personas ⁊ essentiam / ideo ecclesia hoc remouēs dicit vnitatē esse in natura vt comparata ad quālibet ꝑsonarū: qꝛ ad illud qđ poterat reputari ab ipsa in re ex̄ distinctuꝫ: sicut persone ipse adinuicem sunt distincte. ⁊ ita quātum ad hoc est intelligendum ecclesiam vnitatem attribuere ꝯformiter essentie siue diuine nature / et distinctionem ꝑsonis. qꝛ sicut ponit diuersitatē seu distinctionem inter ꝑsonas q̃ veraciter distinguunt: ita et vnitatē inter essentiam ⁊ ꝑsonam non tanq̃ inter distincta: qꝛ tunc nō esset ponēda vnitas sed diuersitas inter ipsa: sed tanq̃ inter illa que poterant videri distīcta cū tamē nō sint: sed penitus idē sunt q̄libet sibiipsi vt apparet ex supradictis. quare ⁊c. ¶ Sic ergo appet minor p̄dicta probata ex auctoritate ecclesie. ¶ Secūdo ꝓbatur etiā diuersis rationib⁹ a diuersis. Arguit enī p̄mo sic. nō sunt plura necesse esse: sꝫ tm̄ vnū. sꝫ si p̄rnitas vel alia q̄cūq; relatiua ꝓp̄etas ⁊ diuina ēntia sūt plura i re ex̄ distincta: vel plura erūt necesse eē: vel nulla ꝓprietas relatiua vt ab essentia distincta erit necesse esse: sꝫ ꝯstat q̄ vtrūq; illorum est incōueniēs. ergo ⁊c. ¶ Falsitas ꝯsequētis ē euidēs: qꝛ nihil est de⁹ nisi qđ est impossibile non esse / ⁊ ꝑ ꝯn̄s necesse eē: sꝫ quelibet proprietas relatiua est verissime de⁹. quare ⁊c. ¶ Nec valet si dicat q̄ ꝓprietas relatiua est diuina essentia nō formalit̄ seu quidditatiue sed idētice / itelligēdo ꝑ hoc aliquā diuersitatē in re extra inter essentiā ⁊ relatiuā ꝓprietatē. qm̄ q̃ vniformit̄ realr̄ sunt necesse eē / vniformit̄ realit̄ sunt de⁹ siue d̄itas i abstracto: sꝫ q̄lꝫ relatiua ꝓp̄etas ē realr̄ ⁊ vniformit̄ ⁊ eq̄lit̄ necesse eē: sicut ip̄a deitas: qꝛ nec ē īpossibilius deitatem nō esse q̃ p̄rnitatem vel aliā quācūq; relatiuam ꝓprietatē. ergo ⁊c. ¶ Consequentia ꝓbat. quoniā aut sola diuina essentia est necesse eē: aut nō / sed aliquid distīctū ab ipsa. si ponatur p̄mū ita q̄ nihil a diuina essentia in re extra distinctum sit necesse esse: ergo nulla proprietas relatiua erit necesse esse: supposito q̄ sit alia ab essentia in re extra. si aūt ponat secūdum vcꝫ q̄ necesse esse nō sit essentia tantū: sed aliqđ in re extra ab ipsa distinctū: ergo plura sūt necesse esse. ¶ Confirmat. qꝛ necessitas diuine essentie in nullo distīguitur ab ip̄a ⁊ ita sicut ꝓprietas relatiua est alia a diuina essentia i re extra / ita ⁊ a sua necessitate: sed nullum ab altero distinctū est formaliter necessariū ꝑ ipsum: qꝛ sicut q̄lꝫ ens ꝯtingens est ꝯtingens formalit̄ ꝑ se solū nullo alio mediāte / ita m̄lto magis om̄e necessariū est necessariū ꝑ seipsum formaliter nō ꝑ aliquid a se quōcūq; in re ex̄ distinctū. ergo ꝓprietas relatiua si ab essentia diuina ē formaliter alia ⁊ distīcta / nō est formalit̄ necessaria ꝑ diuinam essentiā: sed tātūmō ꝑ seipsam. ⁊ ita sequit̄ q̄ erūt duo necesse esse in re extra distincta quoꝝ q̄libet erit necesse esse seipso nō alio mediante. hoc aūt est om̄ino impossibile. ergo ⁊c. ¶ Nec valꝫ si dicas: q̄ cū sint tres ꝑsone quarū quelibet est necesse esse q̄ ꝑ ꝯn̄s erūt tria necesse esse. qꝛ ita etiaꝫ quelibet ꝑsona est de⁹ nec tn̄ ꝓpter hoc sunt tres dij sed vn⁹ solus: qꝛ omnes tres sunt vna deitas ab ea indistincte totaliter in re extra: ⁊ ita ꝓpter eādē rōnē dicuntur vnū necesse eē. nō sic aūt possunt hoc ponere nec saluare ponētes ꝑsonam siue relatiuā ꝓprietatem ab essentia diuina in re extra esse distinctam. qm̄ tales nō possunt dicere q̄ aliqua proprietas relatiua vt a deitate formalit̄ distīcta sit de⁹ nec sit necesse esse per deitatem: cum nullum necesse esse nec de⁹ sit necesse eē nec de⁹ formaliter ꝑ aliquid a se distinctū: sꝫ tm̄modo ꝑ seip̄ꝫ. ⁊ ita vel nulla erit relatiua ꝓp̄etas ⁊ de⁹ nec necesse eē: vel erūt plures dij ⁊ plura necesse eē. quorū vtrūq; ē īpossibile ⁊ absurdū. q̄re ⁊c. ¶ Preterea secūdo arguo sic ad idē. si ēntia diuina ⁊ ꝓp̄etas relatiua sunt duo in re extra distīcta / aut sunt eq̄ ꝑfecta aut nō. sꝫ nec pōt poni p̄mū nec sc̄dm: ergo nullo mō ista possunt poni vt duo aliqua in re extra. ¶ Minor ꝓbat qm̄ si dicat q̄ essentia diuina ⁊ ꝓprietas relatiua sint duo eque ꝑfecta. ergo sūt duo dij ⁊ duo necesse eē. ¶ Cōsequētia est euidēs. qꝛ nec ꝑ deū hic est aliud intelligendū vt in p̄cedētibus fuit dictū / nisi ens p̄mū ꝑfecti⁹ oībus alijs possibilib⁹ etiā simul sumptis: sꝫ si diuina ēntia ⁊ ꝓprietas relatiua sint duo eque ꝑfecta q̄libet ipsorū erit ens sic p̄mū ꝑfectius alijs oīb⁹ simul sumptꝫ ergo ⁊c. ¶ Si aūt dicat q̄ nō sint eque ꝑfecta: sꝫ ēntia sit ꝑfectior ꝓprietate relatiua vl̄ ecōuerso / tūc sequunt̄ duo absurda. Primū est: q̄ mag̃ distinguunt̄ ꝓprietas relatiua ⁊ essentia q̃ ꝑsone. Scđꝫ q̄ nulla relatiua ꝓp̄etas est deitas vel q̄ deitas nō est deitas. ¶ Primū apparet. qꝛ ꝑfectius magis distinguit̄ ceteris ꝑibus ab imꝑfectiori q̃ distinguunt̄ duo eque ꝑfecta maxime perfectione ab eis totaliter indistincta: sed oēs diuine ꝑsone sunt eque ꝑfecte ꝑfectiōe a q̃ sunt totalr̄ indistincte: ergo si essentia ⁊ proprietas relatiua sint inequaliter ꝑfecta magis q̃ persone ⁊ per cōsequēs essentialiter distīguūtur. nulla enim videntur magis esse distincta q̃ realit̄ mō quo distinguunt̄ ꝑsone nisi tm̄ distincta essentialit̄ ergo ⁊c. ¶ Secundum appet ⁊ sequit̄ ex p̄mo. qm̄ nullum a deo essentialiter distinctū nec imꝑfectum est de⁹ siue deitas in abstracto: sꝫ si diuina essentia ⁊ ꝓprietas relatiua sint inequaliter ꝑfecta sunt essentialiter distincta vt est ꝓbatū. eorum etiam alterū puta qđ est altero imperfectius est imꝑfectū. oē enī illud d̄r imꝑfectum q̄ est perfectius aliqđ alteruꝫ ab ipso distīctū. ergo cū nihil a deitate essentialiter distinctū sit essentialiter de⁹ nec relatiua ꝓprietas erit de⁹: cū nullū etiā imꝑfectum vel aliquo alio imꝑfectius sit deus nec relatiua ꝓprietas erit de⁹: supposito q̄ sit imꝑfectior q̃ ēntia. si aūt ꝑfectior ip̄a diuina ēntia / nō poterit esse de⁹. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ aut deitas ⁊ relatiua ꝓprietas puta p̄rnitas sunt eiusdē aut alteri⁹ ratiōis. Si eiusdē: ergo sunt eq̄ perfecta. omnia enī eiusdem rationis existētia non intēsibilia nec remissibilia qualia habent poni ista / sunt eq̄liter ꝑfecta: ⁊ ita ꝑ consequens erunt plures dij vt superius est ꝓbatū. Si aūt sint alterius rationis: ergo erūt inequaliter perfecta saltē secūdū m̄ltos ponētes (de q̄rum numero est ipse cuius est opinio supradicta) q̄ illa que sunt alterius rationis nō possunt esse equalis ꝑfectionis. ergo ⁊c. ¶ Cōsimiliter pōt argui de omnib⁹ relatiuis ꝓprietatib⁹ adinuicē ꝯparatis. qm̄ ex quo oēs ab essentia distinguunt̄ aut vt distincte ab essentia ipsa sunt inter se eiusdē vel alterius rationis. sꝫ non pōt iste dicere q̄ eiusdē. ¶ Primo qꝛ ponit q̄ paternitas ⁊ filiatio min⁹ ꝯueniūt q̃ plures paternitates vel filiatiōes inter se cōuenirent si per impossibile ibi essent. ¶ Secūdo. qꝛ vt dicit omne qđ est in diuinis est de se hoc implurificabile in plura eiusdeꝫ rōnis. quia qua rōne possent ibi esse aliqua eiusdem rationis plura eadem etiā infinita. ¶ Tertio. qꝛ scđm principia eiusdeꝫ nō eēt maior rō q̄re vna ꝓprietas relatiua eēt paternitas ⁊ filiatio q̃ econuerso ex quo om̄es essent eiusdē rōnis. ergo ⁊c. ¶ Nec potest secundo dicere q̄ sint alterius rationis qꝛ cū nulla alterius rationis esse possint vt cōcedit eq̄lis ꝑfectionis / ꝑ ꝯn̄s haberet dicere consequēter q̄ persone diuine nō sunt perfecte eq̄liter. hoc aūt ē īpossibile euidēter. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicat ꝯ rōnē p̄dictam obijciendo q̄ ꝑ ipsam consilr̄ ꝓbaret q̄ vel non oēs ꝑsone sūt de⁹ vel sūt p̄res: ⁊ hoc arguēdo sicut de relatiōe

et essentia est argutũ. qꝛ aut omnes psone sunt pfecte eq̃liter: aut inequaliter. Si pmum. ergo plures dij. Si secũdum. ergo psona alia impfectioꝛ: nõ erit deꝰ. ❡ Respõdeo ꝙ ista ratio hꝫ nullã hꝫ euidẽtiã nec ꝯcludit. qm̃ concedo ꝙ diuine psone oẽs sunt pfecte equalit᷑: nec tamẽ ex hoc sequit᷑ ꝙ sint plures dij / sicut supius sequebatur. et ratio huius est qꝛ pfectio oĩm psonarũ est nũero vnica ab ipsis lꝫ inter se distictis totaliter indisticta. et ideo qꝛ earum omniũ pfectio tota q̃ est deitas ipsa / est vna et a psonis indistincta / p ꝯñs licet omnes psone sint pfecte non tamẽ sunt nec dici possunt plura pfecta: sꝫ tãtum vnum et p ꝯsequẽs vnus deus propter vnitatẽ perfectionis totalis vꝫ deitatis ab eis indistincte totalit᷑ in re extra. hoc autẽ nõ possunt illi dicere q̃ ꝯcedũt deitatem et relatiuam ꝓprietatem esse duo aliqua in re extra distincta: qꝛ vt ꝓbatum est supra nõ minus hoc supposito distinguũt᷑ ꝙ psone inter se: nec p ꝯsequens magis ꝓprietas potest dici deitas nec econuerso q̃ vna psona dicatur alia. et ita relatio et eẽntia hoc supposito nõ possunt dici vnum pfectuꝫ sicut psone: sed plura et disticta. quare etc. ❡ Alie rationes efficaces et meo iudicio isolubiles a catholicis scd̃m illa q̃ sunt tenenda et credenda de diuinis possent ꝯ predictam opinionẽ adduci / q̃s omitto causa breuitatis et etiaꝫ quia caruꝫ ali q̃ in seqũti articulo adducẽtur. ❡ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi ad q̃stionem istam est aliter respondẽdum / pono quatuoꝛ ꝯclusiones. ❡ Prima est ꝙ si ꝓprietates psonales eẽnt distincte a diuina essentia in re extra / necessario esset quaternitas in diuinis. ❡ Hec iam est probata in articulo pcedẽti / vbi est argutũ cõtra opinionẽ primaꝫ. qm̃ vbicunqꝫ sunt tria inter se realiter distincta et aliquid vltra ipsa distinctum ab eis omnibus quantũcũqꝫ modicum in re extra / ibi sunt quatuoꝛ in re extra distincta: sed ĩ diuinis scd̃m veritatem fidei sunt tres ꝓprietates relatiue seu psone realiter distincte: ergo si vltra omnia ista tria est aliquid puta essentia distincta ab eis oĩbus ĩ re / sequit᷑ euidẽter quaternitas in diuinis. ❡ Cõfirmatur. qꝛ omne positiuũ distinctũ in re extra ab aliquibus ponit in numerũ cũ ipsis. ergo vbi sunt tria inter se distincta et aliquid vltra ipsa distinctum ab omnibus in re extra / ibi sunt quatuoꝛ numerata: sed in diuinis sunt tres psone q̃ nõ dicunt᷑ tres siue numero ternario numerate nisi qꝛ in re extra disticte: ergo si pter ista essentia ipsa est distincta a psonis tribꝰ oĩbꝰ in re extra / ibi erũt tria / vꝫ supposita / et quartũ qd̃ est eẽntia diuina et p ꝯñs quaternitas: cũ tria et vnũ faciant quatuoꝛ: esto ꝙ vnum qd̃ est quartuꝫ nõ tm̃ distinguat᷑ ab illis tribꝰ quãtũ ipsa inter se distinguunt᷑. lꝫ eñ plus diuine psone distinguant᷑ a qualibet re creata q̃ ĩter se: qꝛ tñ nõ tm̃ a creatura sꝫ etiã inter se distinguunt᷑ in re extra / ideo verũ est dicere ꝙ tres psone diuine et quelibet res creata sunt quatuoꝛ in re extra. ꝯ cõsimiliter in ꝓposito esto ꝙ deitas minus distinguat᷑ a qualibet psonarum q̃ vna psona ab alia: si tamen ab eis omnibus distiguitur in re extra / sequit᷑ ꝙ nõ tm̃ sit trinitas: sꝫ etiã quaternitas in diuinis. ❡ Nec valꝫ si dicas ꝙ deitas nõ ponit in nũerum cũ psonis nec p ꝯñs habet᷑ quaternitas. qm̃ si non [illegible] in numerũ: ꝯ nõ est aliq̃d ab eis in re extra distincta. oĩa eñ in re extra distincta positiua sunt plura et p ꝯñs numerata seu numerabilia. ꝯ etc. ❡ Confirmat᷑. qꝛ aut deitas est precise psonalis ꝓprietas: aut aliq̃d distinctum ab ipsa in re extra. Si pmũ. ꝯ nõ est aliq̃d ab ipsa ĩ re distinctuꝫ. et sic bene est verum ꝙ nõ ponit nec potest ponere in numerum. idem eñ nõ numeratur nec diuiditur ꝯ seipsum. Si autem ponas secundum: ꝯ habes cõcedere numerũ. eque eñ ẽ ĩpossibile disticta in re extra positiua nõ esse plura et numerata p ꝯñs seu numerabilia sicut vnũ indistinctũ esse cõtra seipsum numeratum et distinctũ. qm̃ nec p aliqua esse numerata est aliud ĩtelligẽdum q̃ ipa esse plura. impossibile aũt est esse aliqua in re extra distincta q̃ nõ sint plura. et ita si deitas est distincta ab oĩbus ꝓprietatibus relatiuis quantũcũqꝫ modicũ in re extra / plura sunt tres ꝓprietates relatiue seu psone cũ diuina essentia q̃ sine ipsa. non essent autẽ plura nisi essent quatuoꝛ in re extra. ꝯ etc. ❡ Nec valet si dicas ꝙ persone non possunt sumi sine essentia. qm̃ si ĩtelligas ꝙ nõ possunt sumi hoc ẽ esse sine essentia: cõcedo. sed ex hoc nõ sequitur ꝙ nõ sit maioꝛ pluralitas essentie cũ psonis q̃ psonarum sine essentia. qꝛ nec etiam aliqua personarum potest esse sine alia et tamen maioꝛ pluralitas est earum omnium puta trium q̃ duaruꝫ vl̃ vnius tm̃. Si autẽ intelligas ꝙ nõ possunt sumi hoc ẽ intelligi sine essentia / hoc est falsuꝫ vt in pcedẽtibus est ꝓbatũ. ostẽsum eñ est in alia dist. ꝙ tam visio q̃ fruitio potest esse persone et non essentie et econuerso. et hoc maxime debent cõcedere ponentes deitatẽ esse in re extra distinctam a qualibet personarũ. omne eñ ens taꝫ creatũ q̃ etiã increatũ videtur esse intelligibile et diligibile ab alio sine illo a quo distiguitur in re extra / nõ minus si non potest q̃ si potest existere sine eo. q̃re etc. ❡ Preterea esto ꝙ istud assumptũ sit verũ: vꝫ ꝙ psona nõ possit sumi hoc est intelligi vel diligi sine essentia / ex hoc non sequitur ꝓpositum qd̃ intẽdis: vꝫ ꝙ non sit maioꝛ pluralitas essentie et psonarũ q̃ psonarum tantum. qm̃ nec scd̃m multos vna psona põt intelligi nec diligi sine q̃libet aliarũ: cum quo tamẽ oportet eos ponere ꝙ maioꝛ est pluralitas oĩm psonarũ q̃ duarũ vel vnius tm̃. ꝯ cõsimilit᷑ in ꝓposito potest dici. ❡ Cõfirmatur. qꝛ pluralitas maioꝛ vel minoꝛ aliquoꝝ in re extra non attenditur nec accipitur ex compositione ipsorum ad intellectuꝫ: videlicet ꝙ sunt sic vel aliter intelligibilia puta seorsũ vel non / sed oĩa simul tm̃. sed omnia in re extra distincta quõcũqꝫ intelligibilia sunt plura et per consequens numerata vel numerabilia. quare etc. ❡ Secunda conclusio est ꝙ si ꝓprietates personales seu persone essent distincte a diuina essentia in re extra / esset quaternitas rerum ẽt distinctaruꝫ realiter ĩ diuinis. ❡ Hec quãtum ad primam partem cõsimiliter est ꝓbata in articulo pcedẽti. qm̃ p rem nõ ẽ aliud ĩtelligẽdũ q̃ aliqd̃ positiuum qd̃cũqꝫ exñs actualiter in re extra: et ita oĩs quaternitas quoꝛũcũqꝫ in re extra aliam distinctoꝝ est quaternitas reruꝫ: sꝫ si deitas esset distincta in re extra a tribus ꝓprietatibus relatiuis / in diuinis esset q̃ternitas aliquorum positiuorum increatorum puta trium diuinorum suppositorum et essentie existẽtiũ et differẽtiũ in re extra. ergo etc. ❡ Confirmatur. quia constat ꝙ q̃libet persona est res: nec minus deitas potest dici res q̃ aliqua personarum: sed vbicũqꝫ sunt quatuoꝛ ĩ re extra distincta quoꝛuꝫ qd̃libet est res vera ibi necessario sunt quatuoꝛ res: ꝯ etc. ❡ Secunda pars conclusionis vꝫ ꝙ huiusmodi quaternitas eẽt rerũ realit᷑ distictaꝝ / ẽt fuit ꝓbata superius. quoniã vt ibi ĩ articulo pcedẽti fuit dictum nulle res plures distincte in re extra animaꝫ possunt esse minus disticte q̃ ille que sunt vnica res ab eis omnibus indistincta: sed persone diuine sunt vnica res quia vnꝰ deitas ab eis omnibus indistincta: et tamẽ qꝛ licet sint vna res sunt etiam plures / ideo realiter distinguũtur. ergo quecunqꝫ res plures distincte in re extra realiter sunt distincte: sed diuina essentia est res: ergo si est distincta a qualibet psonarum nõ minus q̃ realiter est distincta. quare etc. ❡ Confirmatur. quia non magis plures res disticte extra aĩaꝫ possunt eẽ ĩdisticte realit᷑ q̃

vna res possit esse distincta seu plures res realiter. sed cõstat secundum esse impossibile. nulla enim res vna realiter põt esse plures quarũ quelibet sit ab ipsa distincta realiter. vnde nec deitas posset esse aliqua personarũ si persone ipse essent ab ipsa realiter distincte. ergo &c. ¶ Nec valet quod hic aliqui somniãdo dicũt quod proprietas relatiua seu quelibet persona est idẽtice licet nõ formaliter essentia. quia immo formaliter est ab ipsa alia in re extra. vna autem persona nec formaliter nec idẽtice est alia: et ita plus distinguitur vna persona ab alia quam ab essentia. ¶ Hoc siquidem nõ potest stare. quoniam vt dictum est nulla potest esse maior idẽtitas inter aliqua distincta in re extra quam inter illa que cum hoc quod sunt distincta sunt res tãtum vna: sed talia sunt diuine persone. ergo nulla alia distincta possunt esse magis eadẽ in re extra: nec per consequens essentia potest dici magis identice proprietas relatiua quam vna persona dicatur alia. ¶ Cõfirmatur. quia quero quid tu intelligis quãdo dicis quod deitas est idẽtice paternitas. aut enim per hoc intendis dicere quod paternitas et deitas sunt idem totaliter in re extra sicut quodlibet sibiipsi: vt per aliquid esse tale identice intelligas esse idẽ sibiipsi. aut intelligis quod paternitas est identice deitas quia est idem secundum nõ tamen totaliter in re extra. Si primum intelligis: ergo ponis ista esse in re extra totaliter indistincta. ¶ Si autem secundum: contra primo: quia consimili modo deberes concedere vnam personam esse identice aliam. quoniam constat quod quelibet persona est res que est altera. nullo autem alio modo magis identice vnum ab aliquo distinctum potest esse ipsum quam isto modo: videlicet quod sit res ab illo penitus indistincta. ¶ Secũdo quia nullum ab aliquo equaliter distinctorum potest dici illud magis identice quam alterum ab eo non plus distinctum: sed supposito quod deitas et relatiua proprietas distinguantur sicut duo aliqua in re extra non minus distinguuntur quam persone inter se vt patet ex dictis tã in isto articulo quam alio. ergo nõ magis idẽtice deitas est paternitas quam paternitas sit filiatio vel quam pater sit filius. ¶ Cõfirmatur. quia per paternitatem esse deitatem idẽtice nõ potest intelligi paternitatem esse cum deitate vnum et idem totaliter in re extra: supponendo vt concedunt quod distinguãtur nec per hoc videtur quod possint aliud intelligere sic dicentes nisi quod licet paternitas et deitas sint duo distincta tamẽ cum hoc sunt vnũ: sed ex hoc nõ magis paternitas et deitas possunt dici vnũ seu idem identice quam persone: quia etiam ipse persone sunt ens vnicum tantum: videlicet vnus deus. nec plus seu intimius paternitas potest esse deitas supposito quod sit ab ipsa in re extra distincta quam vna persona sit altera cum equalis distinctio vt probatum est habeat vtrobique poni. ergo &c. ¶ Ex predictis concludo corollarie primo: quod si deitas et relatiua proprietas distinguerentur in re extra in diuinis esset quaternitas personarum. Secũdo: quod nullo modo est possibilis imaginatio aliquorum dicentiũ quod infinitas est ratio propter quã illorum que in diuinis distinguũtur formaliter in re extra vnum verificatur de alio in abstracto. ideo enim vt dicunt paternitas est deitas nõ autem filiatio in abstracto: quia licet paternitas distinguatur a deitate deitas tamen infinitas idẽtificat sibi ipsam: quod nõ potest facere filiatio cum nec sit formaliter infinita. ¶ Primum apparet. quoniam omnis res increata est persona: et quot ponuntur res increate tot cõceduntur et persone licet non tot dii: cum omnes persone sint essentialiter vnus deus: sed vt probatum est si deitas et relatiua proprietas distinguuntur in re extra in diuinis habent poni quatuor res. quot enim sunt distincta tot sunt res. ergo et persone. ¶ Secũdum de quo alias in sequentibus suo loco prolixior erit sermo apparet. ¶ Primo. quia infinitas nihil est in re nisi deitas vt in precedentibus est ostensum: et ita non plus potest dici quod deitas sit paternitas propter infinitatem quam quod sit infinitas propter deitatem. esto etiam per impossibile quod infinitas deitatis esset ab ipsa deitate distincta non esset propter ipsam deitas paternitas nec paternitas deitas in abstracto. nullo enim mediãte alio a deitate ipsa deitas est quelibet personalis proprietas seu persona: tum quia vltra diuinam essentiam et proprietates personales nihil est in diuinis: tum quia esto quod esset puta talis infinitas nulla põt ratio assignari quare magis deitatis infinitas seipsa esset proprietas personalis quam deitas. si autem deitas propter infinitatem suam esset idẽtice quelibet proprietas personalis ipsa deitatis infinitas esset seipsa quelibet talis proprietas personalis. quia si nõ seipsa vel non esset: vel si esset non nisi alio mediãte. sed nõ potest poni primum: quia illud quod non est proprietas personalis formaliter nõ potest esse causa essendi ipsam alicui alteri. nec secundum: quia tunc sequeretur processus in infinitum. ergo &c. ¶ Secũdo: quia quanto magis aliqua sunt idẽ in re extra tãto magis vnũ eorum potest dici identice alterũ in abstracto: sed magis sunt idẽ illa que sunt aliquod vnum seipsis sic quod illud vnũ est ab eis totaliter indistinctũ quam illa quorum vnum dicitur alterũ propter aliquod tertiũ ab vtroque distinctum. persone autem diuine sunt seipsis vnũ ab eis totaliter indistinctũ videlicet vna deitas. ergo magis sunt idẽ: et per consequens magis vna potest dici alia quam deitas et personalis proprietas sint vnũ: supposito quod sic in re extra distinguantur quod sint diuersa positiua quorum vnũ nõ dicatur alterũ nisi propter tertium ab vtroque distinctũ puta propter infinitatem distinctã tam a deitate quam etiam a qualibet personali proprietate. hoc autem videlicet deitatem magis distingui a persona quam vnam personam ab alia et magis personã vnam esse aliam identice quam diuinam essentiam est impossibile. ergo &c. ¶ Confirmatio. quoniam si infinitas deitatis est a deitate distincta in re extra non põt idẽtificare proprietatem deitati. duorum enim distinctorum in re extra animam vnũ non potest identificare tertiũ ab vtroque distinctum alteri magis quam sibi. sed proprietas personalis non minus distinguitur a deitate quam ab infinitate si talia ponantur esse distincta. ergo infinitas non magis identificat personalem proprietatem deitati quam sibi: sed sibi non identificat: quia vt dicunt ipsa non est infinita formaliter nec finita. ergo &c. ¶ Nec valet si dicant quod licet nõ sit infinita formaliter est tamẽ infinita idẽtice. Primo quia nec secũdum eorum principia essentia debet dici formaliter sed tãtum idẽtice infinita: cum infinitas vt cõcedũt sit extra conceptum deitatis diffinitiuum: et tamẽ dicũt quod essentia est infinita non autem proprietas relatiua. ¶ Secũdo: quia nõ magis proprietas personalis est infinita idẽtice quam deus. equaliter enim est idem deitati et infinitati: esto per impossibile quod infinitas et deitas distinguantur. ergo nõ magis infinitas identificat proprietatem personalem deitati quam deitas infinitati. ¶ Preterea aut intelligis quod infinitas deitatis idẽtificat deitati proprietatem personalem formaliter vel realiter. sed nõ potes ponere primum quia per te deitas et personalis proprietas semper manẽt distincta formaliter in re extra. nulla autem distincta sunt eadẽ seu idẽtifica eo modo quo distincta. Nec secundum primo: quia vt predictũ est quecunque distinguuntur in diuinis in re extra realiter distinguuntur: et ita si deitas et personalis proprietas distinguuntur in re extra realiter sunt distincta. realiter autem distincta non possunt esse realiter identica. ¶ Secũdo. quia esto quod sint distincta formaliter et idem realiter adhuc nõ possunt dici esse idẽtifica realiter. que enim semper fuerant eadẽ nec possunt esse diuersa nõ videntur posse dici esse identifica maxime mediante aliquo alio a seipsis quo tamen ipsa non sunt idem sed tãtummodo semetipsis. ¶ Hoc apparet: nisi dicas quod vnumquodque sibi idẽtificat semetipsum. quod nihil est dictu. sed si deitas et perso-

nalis proprietas sunt idem realiter ⁊ distincta formali-
sunt eadē ⁊ distīcta seipsis ⁊ semꝑ eternaliter extiterūt
sic eadem ⁊ distincta. ergo nō magis aliquo ab eis alio
mediāte possunt dici nec sunt identificata realiter ꝙ di
uersificata formaliter. quare ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est
ꝙ deitas ⁊ quelibet ꝑsonalis ꝓprietas sunt in re extra
oībus modis idem sicut q̄libet sibiipsi. ¶ Hec seq̄
tur corollarie ex p̄dictis. quoniam constat ꝙ in diuinis
est tm̄ trinitas ⁊ vnitas. iuxta illud p̄me cano. Joan. v.
Tres sunt qui testimonium dant in celo: pater verbum
⁊ spiritussanctus: ⁊ hi tres vnum sunt. cui ⁊ cōcordat de
terminatio ecclesie in p̄cedenti articulo explicita. sed
vt ꝓbatum est si deitas ⁊ ꝑsonalis ꝓprietas distingue
rētur in re extra sequeretur quaternitas in diuinis etiā
ꝑsonarum vt videtur secūdum predicta: vel esto ꝙ non
ꝑsonarum saltem aliquorum in re extra distinctorū. quo
rūcūq; autem maior pluralitas ꝙ trinitas est omnino i
possibilis in diuinis. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia cū
dicitur in auctoritate Joā. p̄dicta ꝙ tres diuine persone
sunt vnum / aut ꝑ huiusmodi vnum intelligitur aliquid
ab omnibus tribus in re extra distinctum / aut non, sꝫ ab
eis omnino indistinctum. sed nō pōt poni primum: quia
tūc nō tm̄ essent tres sed quatuor in celo testimoniū ꝑ
hibētes. tris eīm ⁊ vnum ab eis distinctum faciunt qua
tuor vt in p̄cedentibus est argutum. relinquitur secūdū
qđ est propositum. ¶ Preterea arguo sic ad idē. ꝓprie
tas relatiua est idē cum deitate summa idētitate. ergo non
est inter ipsa distinctio aliq̄ in re extra. ¶ Cōseq̄ntia est
euidens. quia inter nulla in re extra aliquo modo distīcta
potest esse identitas summa: cum nec ista sit nisi euius-
dem ad se. Antecedens ꝓbatur. quoniam si proprietas
ꝑsonalis non est cum deitate idem summa identitate. ergo
inter ipsa est aliqua non identitas realis quia proprie-
tas ⁊ deitas non sunt idē. sed ꝯñs est falsum: quia illa que
nō sunt idē oīm idētitate, reali distinguunt̄ aliqua diuer
sitate reali: sed inter ꝓprietatem: ⁊ deitatem nulla con-
ceditur esse realis diuersitas. ergo ⁊c. Cōsequētia ꝓba
tur. quia ad negationē inferioris sequit̄ negatio superioris
indefinite ⁊ singulariter lꝫ nō vniuersalit̄. sicut bene se-
quitur: si nullus homo est albus: ergo animal nō est al-
bum. sed summa identitas est inferius ad realē identi-
tatē. vbicūq; eīm est summa idētitas / ⁊ realis. nō tamē
ecōuerso / vt dicunt qui huiusmodi formalē diuersitatē
inter proprietatem ⁊ deitatem in re extra ponunt. ergo
sicut vbi deficit hō: ibi deficit aliquod aīal ita ⁊ quibus
deficit summa idētitas etiā deficit aliq̄ realis idētitas.
quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia si deitas ⁊ proprietas eēnt
in re extra distincta nihil posset esse idem cū aliqua re-
latiua ꝓprietate summa idētitate: sꝫ hoc videtur incō-
ueniēs: quia vt dictum est inter que non est summa idē
titas est aliqua realis diuersitas. ergo ⁊c. ¶ Consequē
tia probatur. quia nihil pōt eē magis idē cum ꝓprieta
te ꝑsonali ꝙ deitas: sed deitas vt supponitur non ē idē
cū ea summa idētitate. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguit̄ sic
ad idē. nihil a deitate distīctū ē beate fruitiōis obiectū
sꝫ q̄libet ꝓprietas ꝑsonalis est eiꝰ obiectū. ergo ⁊c. ¶ Ma
ior appet. quia fruitiōis obiectū est vnicū sup oīa diligen
dū. licet eīm tribꝰ ꝑsonis sit fruēdū tm̄ illic nō sunt plura:
sed vnicum visionis ⁊ fruitionis obiectuꝫ: qđ poni non
posset si relatio ꝑsonalis a deitate differret. ergo ⁊c. ¶ Mi
nor apparet. quia omne illud quo non est vtendum est de-
situm fruitionis obiectum: sed constat ꝙ nulla ꝑsona
seu personali proprietate ē vtēduꝫ. ergo ⁊c. ¶ Cōfirma
tur. quia solo deo est fruendum: ⁊ quocūq; alio ab ipso
quocunq; in re extra distincto vtendum: ⁊ ita si ꝓprie-
tas ꝑsonalis ab ipsa deitate in re extra aliquo mō dif-
ferret / ipsa vtendum non autem fruendum esset. hoc au

tem est falsum. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est
ꝙ deitas ⁊ ꝑsonalis proprietas non sunt idem per se in
primo modo dicendi ꝑ se. ¶ Hec probatur. Ad cuiꝰ eui
dentiam est sciendum ꝙ per istā nō idētitatem deitatis
⁊ proprietatis in primo modo dicendi per se / non ē intel
ligēda aliqua inter ista diuersitas in re extra: alias ista
cōclusio contradiceret p̄cedētī: sed tm̄ est intelligēda di
uersitas diffinitionū seu conceptuū: quoꝝ significatū li
cet sit vnicum in re extra: conceptus tamen ipsi diffini-
tiui illiꝰ rei significatiui sic sunt diuersi in aīa ꝙ vnus
non est alius: nec significato vnius repugnat distingui
a significato alterius quantum est ex talibus diffiniti
uis conceptibus sic distinctis licet aliunde sit repugnā-
tia: sicut licet res significata per deitatē ⁊ ꝑ paternita-
tem sit vnica ⁊ totaliter indistincta tamē nō repugnat
ipsi vt significatur ꝑ conceptum diffinitiuuꝫ vel descri
ptiuū deitatis distingui a significato ꝑ cōceptum aliuꝫ
vcꝫ paternitatis. ⁊ ideo quia ex hoc ꝙ ipsa res extra si
gnificata est talis qualem requirit seu exprimit descri-
ptio deitatis non requirit seu exigit licꝫ de facto sit ta
lis qualem exprimit descriptio paternitatis / dicuntur
ista in primo modo dicendi ꝑ se esse distincta: vocādo il
la esse distincta vel nō eadē in primo modo: q̄ sunt diuer
si conceptus: quoruꝫ vnus non exigit alium: nec res vt
significata per vnum requirit ꝙ sit eadem cum re si-
gnificata ꝑ alterum. requirit dico ex parte talium con
ceptuū: quia bene aliūde requirit. ⁊ est repugnātia tūc in
re extra ꝙ etiā in secundo modo dicendi per se non esse
vnam rem per tales cōceptus huiusmodi importataꝫ.
Hoc modo intendit doctor subtilis ponere diuinaꝫ es-
sentiam esse non eandem formaliter cum relationibus
originis nec etiam cum attributis / intelligendo per nō
identitatem formalem non diuersitatem aliquam in re
extra vt alij p̄cedentes intelligunt: sed tantum diuersi-
tatem cōceptuum / quorum vnus non dicitur de alio in
primo modo dicendi per se. sicut ꝑ contrarium illa ipse
vocat esse formaliter eadē quorum vnuꝫ cadit in diffini
tione alterius. Ista eīm duo simul stant: videlicet ꝙ ali
qui conceptus sint eiusdem rei ⁊ tamen ꝙ vnus non po
natur in diffinitione alterius: nec sit repugnantia ex ꝑ
te ipsorum ꝙ eis correspondeant diuersa significata: ⁊
licet hoc sit impossibile aliunde. ¶ Hec conclusio sic in
tellecta probatur primo sic. descriptio significans rem
illam increatam esse paternitatem non cadit in diffi-
nitione significante ipsam esse deitatem: nec econuerso
diffinitio seu descriptio deitatis in diffinitione paterni-
tatis. ergo ex hoc ꝙ res est talis qualem requirit pri-
mo et per se diffinitio deitatis ipsi non repugnat a pa-
ternitate distingui: ⁊ per consequēs ista formalit̄ sunt
non idem. non autem debent dici formaliter diuersa ꝓ
pter malum intellectum quo aliquis posset intellige-
re diuersitatē huiusmodi existere in re extra. ⁊ hoc ē ꝓ-
pter quod doctor licet dicat deitatem ⁊ proprietatem
eē non idē formaliter nunq̄ tamē concedit ꝙ formalit̄
distinguantur. ¶ Antecedēs probatur. quoniam si diffinitio
seu descriptio deitatis requireret per se primo modo ꝙ
res quā significat esset pr̄ / nulli posset cōpetere descri
ptio deitatis cui non competeret descriptio paternita-
tis: ⁊ ita cuicūq; persone diuine competit ꝙ sit deus / ve
re conueniret ꝙ esset iste pater. hoc autem est falsum. quia
filius ⁊ spiritussanctꝰ realiter a pr̄e distinctus est deꝰ. ergo
si aliquid a patre distinctū realiter est deus / sequit̄ pro
positum vcꝫ ꝙ pater sit a deo indistinctus. hoc nō sibi
ꝯuenit ex diffinitione deitatis. si eīm ex descriptione dei
tatis repugnaret patri a deo distingui ⁊ esset necessario
secuꝫ ideꝫ: cuicunq; qđ est deus repugnaret distingui a
patre: quod est falsum. ergo ⁊ cetera. ¶ Confirmatur.

nō abstrahit̄: cū nec vl'e abstrahi sit aliud ꝙ̄ cōceptū cō-
munem plurib⁹ realiter generari. quare ⁊c. ¶ Ad quar
tum quo ꝓbat ꝙ non est talis qualitas / cōcedo. qr̄ nec
talis qualitas est ponēda: ipse tamen licet ꝓbet ꝙ non
sit / cā ponit: cū nec tale ens obiectiuū qd fingit aliud ꝙ̄
qualitas esse possit. ¶ Ad quintū cōcedo ꝙ nō oē vl'e ē
ex institutione: sed aliqua sunt vl'ia naturalia, ⁊ alia ar-
tificialia seu ex institutione. nō tn̄ vl'e a natura seu na-
turale est aliquod fictum ens sed verum ens / puta con-
cept⁹ in mēte subiectiue exn̄s. ¶ Ad alia que arguunt̄
ꝓ principali ꝓposito: vȝ ad ꝓbandum tale ens fictum
distictū ab omni alio ente vero. ¶ Ad primū dicēdū ꝙ
ens in aīa diuisum ꝯ ens extra aīam nō est aliquod tale
esse obiectiuum: sed est omne ens possibile esse vel ēt nō
ens seu impossibile vt intellectuȝ. vnde diuisio entis in
ens in aīa ⁊ in ens extra aīam est eadem cum ista: entiuȝ
quoddaȝ denominat̄ ens denominatione intrinseca ex
hoc ꝙ ipsum est vel natū est esse in rerū natura siue itel-
ligat̄ siue non intelligat̄. ⁊ aliud ðr ens denominatione
sola extrinseca ⁊ metaphorica ex hoc solum ꝙ est conce-
ptus alicuius aīe obiectum. ⁊ ita conceditur ꝙ ens in
aīa contra qd diuiditur ens extra animaȝ sumitur non
pro ente existente in anima subiectiue sȝ tm̄ modo obie
ctiue qd tn̄ ens obiectiuū n̄ ē vt arguis aliqd eē positiuū
sequens intellectiōis actum: sed ē obiectum intellectū
sic denoīatum denominatione extrinseca: vȝ obiectū
intellectuȝ vel ens obiectiuū qr̄ intellectionis obiectū.
sed non sequitur / est ens intellectum: ergo ens aliqd po
sitiuuȝ verū nec fictum ab intellectione distinctū. si enī
respectu cuiuscunq; obiecti intellecti esset aliquod tale
esse obiectiuuȝ vt aliquid positiuum ab actu distinctū:
cum hmōi ens obiectiuū si poneretur esset intelligibile
ꝑ ꝯn̄s respectu eius esset ponendum alterū in infinituȝ.
quare ⁊c. ¶ Ad secūdū de chimera ⁊ de artificialib⁹ cō
similiter est dicendū. tam chimera enim ꝙ̄ artificialia
dicuntur habere in mente artificis anteꝙ̄ fiant esse ob-
iectiuū. qr̄ lȝ nihil sint sunt tamen actus intelligēdi ob
iectuȝ quia actualiter intellecta: nec magis dom⁹ ante
ꝙ̄ fiat quia ab artifice intellecta ꝙ̄ quia volita arguit̄

habere in mente artificis esse obiectiuum aliquod siue
fictum. omnino enim est absurdum ens aliquod positi-
uum a deo distinctum eternū de facto ponere: cū etiam
secūduȝ aliquos hoc sit impossibile: vȝ fieri aliquid ab
eterno. constat aūt ꝙ omnis creatura lȝ in tempore siue
a pricipio ꝓducta fuit a deo eternaliter intellecta. ita
si obiectum ab artifice intellectum haberet eē aliquod
obiectiuū positiuum ab actu artificis distinctū / multa
fuissent entia sempiterna. quare ⁊c. ¶ Ad illud qd dici
tur de ꝓpositionibus ⁊ syllogismis / apparet ꝙ non cōclu
dit qr̄ falsum supponit: vȝ talia nō esse vera entia. est ei
enim ppositio mētalis notitia complexa multas in
cludēs notitias incomplexas successiue in mēte forma
tas / sicut formantur termini ꝓpositionis vocalis. syllo
gismus aūt est ex multis ꝓpositionibus constitutus: ⁊
ita tam syllogismus ꝙ̄ ꝓpositio vocalis ⁊ mentalis est
verum ens non fictuȝ. ¶ Confirmatur. qr̄ ꝓpōnes ⁊ syl
logismi non tm̄ sunt ex terminis vl'ibus sed etiā ex sin-
gularibus. sed scḋm eū respectu singulariū nō est ponē
dū tale ens fictū: ergo nec tales propositiones vel syllo
gismi constantes ex terminis singularibus possunt po
ni constitui ex talibus fictis entibus obiectiuis. quare
⁊c. ¶ Ad aliud qd arguitur de respectibus rōnis respō
det̄: ꝙ aut ꝑ rōnis respectū itelligi aliquē ꝯceptū respe
ctiuū existentē in aīa cui non correspondet aliqs respe
ctus realis extra. aut respectuȝ qui nō est possibilis eē
in re: sed tantum cogitatur esse: aut respectum illū q po
test esse nondū tn̄ est sed cogitatur esse. sed propter ratio
nis respectum acceptum quocūq; istoꝝ modoꝝ non est
necessarium ponere tale ens fictum. qr̄ nec tale etiam si
poneretur magis respectus rationis ꝙ̄ absolutuȝ ens
diceretur. ergo ⁊c. ¶ Ad tertium apparet ꝙ illa ꝯn̄a
que assumitur ē falsa. quia licet nulla res extra sit deo
⁊ creature cōis: est tamen ⁊ esse potest eis idem conce-
ptus / puta entis vniuoc⁹ ⁊ cōis. Nec magis qui sic ar-
guit potest ponere deo ⁊ creature esse vniuocū ⁊ cōmu-
ne vnum ens fictū ꝙ̄ istū entis cōceptū verū. sicut enim
ipse ponit illud ens fictum esse singulare in essendo / et
tamen in representando vl'issimum / quia dei ⁊ creature
quibus nihil est commune in re significatiuum: ita ⁊ de
hmōi entis conceptu consimiliter est dicendum. quare
⁊c. ¶ Ad quartū consimiliter cōsequētia illa que assu
mitur est neganda. qr̄ nec tale ens fictum si poneret̄ es-
set nec dici posset scḋa intētio: nec per consequēs si non
ponit̄ tollitur dr̄a intentionis secunde a prima. de qua
diuersitate vȝ secunde intentionis a prima dicet̄ in se-
quentibus suo loco. ¶ Ad quintum apparet ꝙ nō con
cludit. primo. qr̄ non magis ens fictum est idē in nume-
ro in pluribus ꝓpositionibus subiectum nec p̄dicatuȝ
ꝙ̄ idem conceptus. ¶ Secundo. qr̄ consimiliter hoc ar
gumentum arguit ens fictū esse ponendum respectu sin
gularis sicut respectu vniuersalis / cum non minus idē
terminus singularis sit in pluribus ꝓpositionibus pre
dicabilis ꝙ̄ idem terminus vl'is: sed ipse qui sic arguit
respectu singularis tale ens fictuȝ nō ponit vt in p̄cedē
tibus dictum fuit. ergo ⁊c. ¶ Tertio. qr̄ falsuȝ est qd as
sumitur quando dicitur ꝙ nec idem non variatum pōt
p̄dicari de pluribus nec vnicum genus poni respectu
pluriū specierū. idem enim numero terminus vocalis
vel mentalis vl'is p̄dicatur ⁊ verificatur de subiecto ꝓ
plurib⁹ supponente in eadē ꝓpositione vl'i affirmatiua
vt cum dicit̄ oīs homo est aīal. ꝙ aūt in diuersis ꝓpōni
bus accipiatur alius ⁊ ali⁹ terminus / hoc nō est quin ill
le idem numero qui fuit prioris ꝓpositionis p̄dicatum
vl' subiectū posset eē alteri⁹: cū sit verificabilis nō min⁹
ꝓ re significata ꝑ scḋam ꝓpositionem ꝙ̄ ꝓ re significa
ta ꝑ primam: sed qr̄ idem termin⁹ nūero post ꝙ̄ format⁹

⁊ destructus nõ põt naturaliter reparari. Si eñ posset
idẽ vocalis vel mẽtalis terminus repari eadem nume
ro vox p̄dicata in ista ꝓpositione hõ est aïal p̄dicaretur
in oĩ alia subsequẽte. hoc aũt est impossibile. ⁊ iõ tñ in
diuersis ꝓpositionibus successiue formatis vocalib⁹ ꝙ̄
mẽtalib⁹ in qb⁹ p̄dicat̃ de diuersis terminus q̃ est gen⁹
accipitur idẽ genus nõ numero / qꝛ hoc est naturalit̃ im
possibile / sed tñ specie: ipsum tñ genus scdm̃ se est idē
in numero p̄dicabile de diuersis. ⁊ sicut dictũ est de gñe
ita consimiliter de omni alio p̄dicabili est dicẽdũ. ⁊ hoc
sufficit ad ꝓpositum. quare ⁊c. ¶ Ad sextum appet. ꝙ
non sequit̃ illud qd̃ assumit̃: qꝛ subiectũ ꝓpõnis vl̃is est
terminus vl̃is vel singularis distributus p aliqd̃ signũ
vl̃e vt qlibꝫ fortes currit. subiectũ aũt ꝓpõnis singularꝭ
est terminus singularis sine hmõi signo sumpt⁹. nec est
incõueniẽs cõcedere eũdẽ terminũ taliter variatũ pos-
se eẽ ꝓpõnis vl̃is ⁊ singularis subiectũ. ¶ Ad vltimum
respondet̃ ꝙ dicẽtes intellectũ fingere talis / puta aliq̃
impossibilia vel abstrahere vl̃ia / non intelligunt ipꝫ ꝓ
ducere nec posse i esse ponere talia entia ficta positiua
a suo actu intelligendi distincta: sed intellectum finge-
re impossibilia est intellectum intelligere ipsa. intelle-
ctum abstrahere vel causare vl̃ia est ipsum causare in se
cõceptus cões de pluribus p̄dicabiles ⁊ a singularib⁹
abstrahibiles: qꝛ mediãtibus cõceptibus singularibus
formabiles. lꝫ eñ sine ꝯceptibus inferiorib⁹ possint su-
periores haberi / tñ inferioribus ⁊ minus cõib⁹ habitis
facilius cõmuniores habent̃: sicut habito conceptu co-
loris facile est habere ꝯceptũ qualitatis ⁊ entis. cogni
to eñ de aliquo ꝙ est color statim põt itelligi ꝙ est ens
⁊ qualitas: non sic aũt econuerso. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secũdum licet appareat
ex p̄cedentibus qd dicẽduꝫ: ad maiorẽ tñ euidẽtiam est
sciendũ ꝙ duplex posset intelligi esse vl̃e: vꝫ vnũ forma
liter in essendo: ⁊ alterũ quodãmõ virtualit̃ in repñtan
do. Vl̃e formaliter ĩ essendo adhuc posset imaginari du-
pliciter: vꝫ vel qꝛ nõ esset vnũ aliqd̃ singulare / vl̃ qꝛ licꝫ
esset vnũ numero in seipso formalit̃ / esset tñ plura disti
cta numero inter se realiter: mõ quo diuina essentia põt
dici vl̃e. qꝛ cũ hoc ꝙ est numero vna ⁊ singularissima est
tamẽ plures ꝑsone inter se realiter distincte: sed ab ipsa
totaliter indistincte. Uniuersale aũt virtualit̃ in repre-
sentando dr̃ oẽ illud qd̃ lꝫ formalit̃ sit ĩ se vnicũ est tamẽ
signũ plurium repñtatiuũ ⁊ significatiuũ. ⁊ tale vl̃e po
test poni duplex: vꝫ vnũ qd̃ non est p̄dicabile nec subij-
cibile in aliqua ꝓpõne vt species sensibilis vel intelligi
bilis ⁊ habitus ⁊ qd̃cũqꝫ aliud ab actu itelligẽdi exñs
in aïa. nulla eñ ꝓpositio format̃ ĩ mẽte nisi ex actib⁹ co
gnitiuis. ⁊ ita nl̃la forma alia ab eis lꝫ vl̃is qꝛ signũ plu
riũ / est p̄dicabilis nec subijcibilis sicut nec imago pluri
um rerũ extra repñtatiua etiã est p̄dicabilis nec subijci
bilis magis ꝙ̄ res quas significat lꝫ sit isto mõ vl̃is. Al
terum aũt est vl̃e p̄dicabile ⁊ hoc ẽ vl̃e proprie sumptuꝫ
⁊ a philosopho descriptũ / qd̃ est mltiplex. qꝛ quoddã p̄
dicabile ⁊ subijcibile in ꝓpõne mentali: ⁊ tale vl̃e est in
tellectuale. aliud qd̃ est p̄dicabile ⁊ subijcibile in ꝓpõ-
ne / exteriori aliquo sensu / puta vi su perceptibili. vt nu-
tus vel alia qd̃cũqꝫ signa quocũqꝫ sensu ꝑceptibilia qui-
bus mediãtibus aliqui possunt mutuo sibi loqui: ⁊ p ꝯñs
formare aliquas ꝓpõnes. Uniuersale tñ p̄dicabile sum
ptum magis vsitate ⁊ ꝓprie est vocalis ⁊ mentalis ter
minus / vox vꝫ ⁊ conceptus / pluriuꝫ significatiu⁹: ⁊ de
isti vniuersali specialiter est hic sermo.

Hoc p̄misso pono quatuor cõclusiões

¶ Prima est. ꝙ vl̃e formaliter in essendo sumptum pri
mo mõ duorum p̄dictoꝝ est impossibile in oĩb⁹. secundo
aũt modo est necessario in diuinis: sed est impossibile in
creatis. ¶ Hec est euidens quo ad primam partem. qm̃
constat ꝙ omne ens possibile eẽ vt possibile diuidit̃ cõ-
tra impossibile / sub quo ente possibili continet̃ necessa-
rio esse / est singulare significatum: nec aliquod ens crea
tum nec increatum est nec esse põt qd̃ nõ sit aliquod de
terminatũ ⁊ in essendo singulare significatũ: sed vl̃e sũ-
ptum primo mõ in essendo formaliter esset illud vt sup-
ponit̃ qd̃ nõ esset aliquod singulare. ergo tale ẽ simplicit̃ ⁊
vl̃r impossibile. ¶ Scd̃a pars: vꝫ ꝙ vl̃e formaliter in
essendo sumptũ scdõ mõ sit necessario in diuinis / appa
ret. qm̃ oĩs vnica res numero in seipsa a pluribus distin
ctis rebus inter se realiter totaliter indistincta est vl̃e
formaliter in essendo sumptum scdõ mõ in p̄cedentib⁹
explicato: sꝫ diuina essentia ẽ talis res necessario. est eñ
vna res q̃ est tres res inter se distincte: sꝫ ab ipsa totaliter
indistincte. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc appet falsitas opiniõis di
centiũ diuinã essentiã esse in re extra distinctam a qua
libet ꝑsonarũ. hoc eñim supposito diuina essentia nõ es-
set aliqua ꝑsonarum: nec p ꝯñs esset vl̃e hoc mõ: qꝛ ita
esset vna res ꝙ non plures sicut oĩs alia res creata. tũc
etiã necessario esset quaternitas in diuinis: q̃ ⁊ alia mul
ta sunt absurda / q̃ ad opinionẽ illam sequi in dist. alia ẽ
ostensum. quare ⁊c. ¶ Tertia ⁊ vltima pars ꝯclusionis
p̄dicte: vꝫ ꝙ vl̃e modo p̄dicto scdõ sumptũ nõ sit possi
bile in creatis appet. qꝛ impossibile est dare vnicã rem
creatam a pluribus distinctis realiter indistinctã tota
liter. hoc enim diuina essentia habet solũ vt singularissi
mũ ⁊ stupẽdũ. oĩs res alia preter ipsam est distincta rea
lit̃ ⁊ essentialiter ab oĩbus inter se distictis in re extra.
sed vl̃e hoc modo sumptũ est precise illa res singularis
vnica que est plures ⁊ ab eis totaliter indistincta. ergo ⁊c.
¶ Ex hoc apparet falsitas opiniõis quorũdã dicẽtiuꝫ
ꝙ preter vnitatem numeralem qua qd̃libet singulare
est idẽ sibi est dare aliam in re extra / vꝫ specificam qua
omnia eiusdem rationis indiuidua ꝯueniũt ⁊ sunt idẽ
in aliquo eis cõi ⁊ intrinseco ⁊ in re extra aliquo modo
vno. qꝛ partici patiõe speciei plures hoïes sunt vn⁹ hõ
qui q̃dem vnus homo cõis oĩbus singularibus est vt di
cunt conceptus specifici imediatũ ⁊ primum obiectuꝫ.
¶ Hec inquã opinio quã aliq̃ doctori attribuunt / cũ tñ
nunq̃ eam ipse posuerit: sed ꝯtrarium totum dixerit ⁊
scripserit vt alias ostendi: est omnino falsa et impossi-
bilis vt est ostensum aliqualiter ĩ quadã questione dist.
precedentis: ⁊ ostẽdetur prolixius in secundo. Unde et
ista opinio videtur tale vl̃e ponere in creatis quale est
in diuinis vel saltem nimis ei conforme: videlicet vnã
rem que sit plures. ¶ Qd̃ apparet. quoniã aut ille vn⁹
homo communis ⁊ intrinsecus omnibus singularibus
est in eis numero vnus: aut non: sed alius in vno ⁊ alius
in alio. sed ipsi non possunt dicere ꝙ sit alius in vno et
alius in alio. quoniam ponunt ꝙ homines singulares
conueniunt realiter in homine eis communi ⁊ intrinse-
co / ⁊ distinguuntur proprijs indiuidualibus differẽtijs
sed si alius homo numero esset in vno homine singula-
ri ⁊ alius in alio hoc stare non posset: tunc enim nõ ma-
gis conuenirent in homine ꝙ̄ in differentijs ipsoruꝫ: cũ
non magis differentia indiuidualis vnius sit alia a dif
ferentia alterius ꝙ̄ humanitas vnius ab humanitate
alterius. non enim hoc possunt negare dicentes ꝙ dif-
ferentie hmõi sunt alterius rationis non autẽ humani
tates / sed eiusdeꝫ ⁊ ideo licet diuersoruꝫ humanitates
sint diuerse nõ tñ tm̃ quantũ ipsorum indiuiduales dif-
ferẽtie. hoc siquidem ipsi non possunt dicere. Primo. qꝛ
ponunt ꝙ homo cõmunis singularib⁹ est eis oĩb⁹ sic in
trinsecus ⁊ de ipsis in p̄mo modo dictus ꝙ est ab ipsis

⁊ eorum indiuidualibus differētijs realiter indistinctus omnia autem creata alterius rationis existentia realiter ⁊ essentialiter sunt distincta. ¶ Secūdo. q: ponit ꝙ oēs homines singulares sunt idem realiter in homine eis cōi: qui homo omnibus singularibꝰ intrinsecus est in re extra aliquo mō vnus: sed nulla realiter ⁊ numero distincta in creaturis habēt talem vnitatē. ¶ Tertio. q: ponit ꝙ obiecta ꝯceptus specifici puta hois pluribus cōis non sunt plura singularia: q: tunc ꝑ talem cōceptum essent actualiter intellecta indiuidua infinita: sed si alius homo numero est in vno hoie singulari ⁊ aliꝰ in alio cū concedant conceptū specificum terminari ad hominem vt ad obiectum: ⁊ non possint dicere ꝙ magis terminetur ad hoiem qui est in vno ꝙ̄ ad aliū q̄ est ī alio singulari: ꝑ ꝯñs oportet eos concedere ꝙ terminatur ad obiecta numero distincta ⁊ singularia īfinita: puta ad tot homines seu hūanitates quot sunt hoies singulares. hoc autem negant: cum dicant cōceptum specificum habere tm̄ obiectū vnicum cōmune pluribus in re extra. ꝗ videtur ex omnibus supradictis ⁊ ex alijs multis ab eis positis ⁊ cōcessis ꝙ ipsi habeāt ponere vnum hoiem numero esse in omnibus singularibꝰ. De isto autem vno homine oībus singularibus intrīseco q̄ro an sit idem realiter cū omnibus / an distinguat̄ realiter ab eis: nō possunt dicere ꝙ realiter distinguatur q: ponunt ꝙ est aliquid intrinsecū oībus ⁊ de esse omniū. nulliū aūt realiter distinctoꝝ est alteri intrinsecū nec ipsi essentiale: ergo videtur ꝙ habeant concedere ꝙ est ab oībus singularibus realiter indistinctus iste homo vnicus. ex quo sequit̄ ꝓpositum assumptum declarādū vz ꝙ ista opinio ponit vnicā rem creatā eē realiter plures singulares numero distinctas: ⁊ ꝑ consequēs ponit vl̄e formaliter in essendo in rebus creatis tale quale est necessario ī diuinis. hoc aūt est oīno impossibile ⁊ absurdum. ergo ⁊c. ¶ Secūda conclusio est. ꝙ vl̄e sumptum virtualit̄ quocūq; p̄dictoꝝ modoꝝ superius est possibile ⁊ formaliter singulare. ¶ Hec apparet quantū ad primam partem. qm̄ constat vnum ⁊ idem esse posse et de facto esse plurium rerum signū. qd̄ appet ꝑ exemplū tam de conceptibus cognitiuis ꝙ̄ de vocibus significatiuis ꝙ̄ etiā de alijs sensibilibꝰ signis. vnꝰ em̄ ⁊ idē numero conceptus entis est oīm entiū singularium / sicut vnus conceptus animalis omnium aīalium / ⁊ vnus cōceptus hominis oīm hominū singulariū in re extra / q̄rum omniū eorūdem est terminus vocalis tali ꝯceptui correspondēs vt ista vox ens ⁊ ista aīal ⁊ hec hō. qd̄ potest ꝓbari ex dictis in p̄cedentibus euidēter. ¶ Prio. q: hmōi vocales termini ⁊ mentales sunt signa illoꝝ omnium de quoꝝ terminis ꝓprijs vocalibus vel mētalibus p̄dicant̄: sed ipsi ⁊ alij oēs vniuoci termini sunt p̄dicabiles de terminis ꝓprijs oīm singularium rerū q̄bus sunt cōmunes: vt ens de omni ente: aīal de oī aīali / ⁊ homo de omni hoīe singulari hoc est de termino ꝓprio mentali ⁊ vocali cuicūq; homini singulari. terminus em̄ cōis mentalis vt cōceptus est p̄dicabilis de ꝓprijs singularium conceptibus in ꝓpositionibus mētalibus. terminus aūt cōmunis vocalis de ꝓprijs vocibꝰ diuersorum singularium significatiuis supponentibus pro suis significatis in ꝓpositionibus ex vocibus constātibus. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. q: aut huiusmodi ⁊ quicūq; alij cōmunes termini sunt significatiui diuersoꝝ singularium: aut alicuius tm̄ eorum: aut alicuius vniꝰ eis omnibus intrinseci vel extrinseci communis esse subiectiuum vel tantum obiectiuum habentis: sed non potest poni vt apparet ex predictis tam in ista questione ꝙ̄ superius in alijs in quibus est actum de vniuocatione entis / nisi tm̄ primum istoꝝ. omnia em̄ alia in p̄cedentibus sunt exclusa. ergo ⁊c. ¶ Tertio. q: non magis vnus actus sentiēdi ꝙ̄ vnus actus intelligendi pōt esse indifferenter plurium rerū signum: sed vnus actus ⁊ idem numero sensitiuꝰ potest esse indifferēter pluriū singulariū. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet in exēplo de actu vidēdi aliquod visibile a remotis: qd̄ visibile ꝑ actū sentiendi apphensum solū discernitur coloratū. constat siquidem talem actū posse esse indifferenter quorūcūq; colorum omnium specierum. qm̄ actus qui est ita vnꝰ obiecti apprehēsiuus ꝙ non potest esse alterius / puta albedinis ꝙ non potest esse nigredinis / est albedinis a nigredine actu consimili apphense vz ꝓprio distinctiuus. ꝑ ipsum etiā constat obiectum apprehensum eē tale videlicet album. sed nec per actum sentiendi visibile remotum apprehenditur visibile esse albū nec a nigro esse distinctū nec ab aliquo alio colore alterius speciei. ergo ⁊c. ¶ Quarto. q: constat oēm cōmunem terminū posse distribui pro omnibus singularibus quibus dicit̄ esse cōis: vt homo pro oī homine ⁊ ens ꝓ oī singulari ente. alias nūꝙ̄ ex terminis cōibꝰ posset formari aliq̄ vl̄is: sed tm̄ particularis vel indefinita ꝓpositio: nec fieri aliq̄a debitus syllogismꝰ: qd̄ est euidēter falsum: sꝫ cōmunes termini nō distribuunt̄ nisi vel pro seipsis vt dicendo omnis homo est vox: vel ꝓprius pro eorum significatis. vt dicēdo omnis homo est aīal siue currens. cōstat aūt singularis existētia ⁊ ꝑmanētia in re extra ab huiusmodi terminis esse distincta: ergo cum ꝓ eis terminis ipsi distribuāt̄ hn̄t esse eorū significata. q̄re ⁊c. ¶ Quinto. q: nisi conceptus hmōi ponerentur: quorum vz quilibet sꝫ vnus esset signum pluriū indistincte / de nulla re posset haberi aliquis conceptus nisi sibi soli ꝓprius et ipsius ab omni alia distinctiuus: sed hoc est euident̄ falsum. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quia omnis conceptꝰ vnius tm̄ singularis non alicuius alterius expressiuus siue significatiuus est ei proprius ⁊ eius ab omni alio distinctiuus. sed nisi esset possibilis vnus cōceptus plurium singularium indifferenter significatiuus / oīs cōceptus possibilis esset vnius tm̄ vel alteriꝰ singulariū: nō em̄ vt supponit̄ posset esse plurium: ergo quilibet esset alicui singulari proprius ⁊ eius ab omni alio distinctiuus. ¶ Minor: vz ꝙ hoc sit falsū apparet prio ad sensum de actu videndi album vel nigrum aliquod multū distans: qd̄ quidem ꝑ talem actū nec apprehendit̄ esse album nec distinguitur a nō albo. Scd̄o. q: tunc nullū esset vl̄e p̄dicabile in aliqua propōne: cum nec tale vl̄e sit aliud ꝙ̄ signum intelligibile vl̄ sensibile plurium singulariū indistincte. hoc autem est falsum: ergo oportꝫ ponere vnicum ꝯceptum ⁊ ꝑ ꝯñs etiā vnicum sibi correspondentem vocalem terminum vt plurium singulariū rerū signū. quare ⁊c. ¶ Secūda pars: vz ꝙ tale vl̄e in repñtādo / qd̄ ꝓbatū est eē possibile / sit singulare formaliter in essendo / appet: q: vt ꝓbatū est supra sola diuina excepta essentia nullum aliud vl̄e est possibile formaliter in essendo. ¶ Cōfirmat̄. quia qd̄ est realit̄ vnū numero est singulare formaliter in essendo: sed quodlibꝫ tale vniuersale est vnum numero sicut quodlibet aliud singulare. non minus enim hic terminus vocalis ens ꝙ̄ iste terminus sortes / nec minus entis cōceptus cōis ꝙ̄ cōceptus ꝓprius sortis est formaliter numero in se vnꝰ. ꝗ ⁊c. ¶ Tertia conclusio est ꝙ vl̄e in repñtādo acceptū quocūq; p̄dictorum modorum est de facto. ¶ Hec ē euidens. constat enim esse de facto multa singularia formaliter in essendo: quorum quodlibet existens formalit̄ numero in se vnum / est signum plurium singularium realiter distinctorum: sed qd̄libet talium est vniuersale hoc modo sumptū. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet tam in spēbꝰ ꝙ̄ in conceptibus ꝙ̄ in terminis vocalibus ⁊ alijs si-

gnis sensibilibus cõibus. quodlibet em̃ talium est pluriũ rerũ signum / est tñ in se formaliter in essendo nõ minus vnũ numero singulare q̃ qõlibet suorũ significatorũ. q̃re ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est. q̃ omne vl'e h₃ esse subiectiuum verũ vel in re ex̃ vel in aĩa. ¶ Hec apparet. qm̃ omnis substãtia vel accidẽs realit̃ in aĩa vel extra ipsam existens est verũ ens esse subiectiuũ hñs: s₃ vlium vnũ tñmodo est vl'e formaliter in essendo puta substãtia increata: alia oĩa sunt vniuersalia in representando: quorum alia sunt vera accidẽtia in aĩa existẽtia vt conceptus p̃dicabiles ⁊ subijcibiles in ꝓpõne mẽtali: alia extra aĩa₃ vt voces ⁊ alij termini sẽsibiles p̃dicabiles ⁊ subijcibiles in ꝓpõne formabili extra mẽtẽ. alia etiã possunt esse substãtie vt imagines corporales que sunt pluriũ rerũ signa: s₃ nõ p̃dicabilia nec subijcibilia sicut p̃ma: ve₃ accidẽtia. nulla em̃ ꝓpositio est cõponibilis ex substãtijs: s₃ tñ ex accidẽtibus: s₃ ꝯstat q̃ qõlib₃ vlium p̃dictorum est verũ ens subiectiuum exñs: qm̃ est realiter vel in se vt substãtia vel in aĩa vt conceptus vel extra ipsam vt vocalis vel alius oĩs. p̃dicabilis terminus a ꝯceptu exñs in aliquo alio subiectiue. ĝ ⁊c. ¶ Cõfirmat̃. q: qd̕ in se nullũ h₃ esse verum nõ põt esse aliorũ signum: sed vl'e oẽ in repñtando est aliorũ a se signum: ĝ ⁊ in se est aliqd̕ ens verum. ¶ Preterea oẽ realiter productum vt signum plurium vel ex institutione vel ex natura sua est aliquod verũ ens esse subiectiuũ nõ tñ obiectiuũ seu fictũ hñs: sed oẽ vl'e in repñtãdo est realit̃ ꝓductũ vel ab aĩa vt ꝯcept⁹ q̃ est signũ pluriũ a natura vel ab alio vt termin⁹ vocalis vel ali⁹ qui est signũ plurium talium: ve₃ singulariũ ex institutione sola. q̃ eñ ista vox hõ sit significatiua pluriũ ⁊ ista sortes vni⁹ tñ illorum / hoc nõ est ex alio q̃ ex institutiõe. secus aũt est de ꝯceptu cõi hoĩs ⁊ de conceptu ꝓpo sortis. primus eñ nõ ex institutione aliqua sed ex natura sua est pluriũ: ⁊ secũd⁹ vnius tñ illorum. ⁊ hĩc est q̃ vniuersalia mẽtalia sunt eadẽ apud oẽs non aũt vocalia nec aliqua alia ex institutiõe significãtia. qd̕ eñ est a natura est idẽ apud oẽs. qd̕ aũt ex istitutiõe ⁊ ad placitũ / nõ est idẽ apd̕ oẽs oĩa tñ vniuersalia tã naturalia q̃ artificialia sunt aliq̃ vera entia ⁊ non ficta. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nĩ si vniuersalia predicabilia ⁊ subijcibilia essent vera entia / ꝑ hoc q̃ aĩa nouiter actu simplici vel ꝯplexo intelligeret nulla res de nouo sibi adueniret. quod est falsum ⁊ erroneũ. ergo ⁊c. ¶ Consequẽtia ꝓbatur. q: aĩa nõ intelligit nisi vel per cõceptum cõmunẽ plurib⁹ vt ꝑ conceptum hominis q̃ cõceptus ẽ vl'e qd̕ est species / vel ꝑ conceptum ꝓprium alicui singularium vt ꝑ conceptu₃ sortis tñ / vel per ꝯceptũ ex plurib⁹ talibus constitutu₃ vt per ꝓpositionem in mente formata₃: sed si vl'e nõ est aliquid exñs alicubi subiectiue: nec cõceptus cõmunis pluribus: cũ nec vl'e in ꝓpositione mẽtali p̃dicabile sit aliud q̃ talis ꝯceptus / nec per ꝯñs ꝓpositio ex talib⁹ conceptibus ꝯstans erit aliquid exñs in mente. nõ magis aũt ꝯceptus ꝓprius quo concipitur aliqd̕ singulare tñ est aliquod ens in mẽte exñs q̃ ꝯceptus cõis pluribus vt cõceptus hoĩs: sicut nec magis terminus vocalis vnius tñ singularis significatiuus vt sortes / est aliquid in re extra q̃ alius terminus vocalis vt hic terminus hõ significatiuus plurium rerũ simul: ergo a p̃mo ad vltimu₃ si vl'e nõ ẽ aliqd̕ ens alicubi subiectiue exñs nihil aĩe aduenit ꝑ hoc qd̕ nouiter intelligit. falsitas cõsequẽtie est euidẽs. ĝ ⁊c. ¶ Ex predictis oĩbus sequitur q̃ omne vl'e p̃dicabile est distinctũ realiter tam ab illis de quibus p̃dicat̃ q̃ ab illis pro quib⁹ verificatur de eis de quibus p̃dicatur: ⁊ hoc quando est in ꝓpositionib⁹ suppositio terminorũ non pro seipsis: sed pro suis significatis. ¶ Hoc apparet. qm̃ vl'e non est p̃dicabile proprie nisi de illo qd̕ est in ꝓpositione subijcibile. nihil autẽ est in propositiõe subijcibile sicut nec predicabile nisi terminus vocalis vel mẽtalis. terminus aũt respectu cui⁹ terminus vl'is ẽ vniuersalis ⁊ de quo est p̃dicabilis est tñ terminus singularis: sed oẽs termini singulares siue sumpti pro vocibus siue pro proprijs singulariu₃ cõceptibus sunt distincti a terminis vniuersalibus consimili modo sumptis. realiter em̃ est distinctus ꝯceptus hoĩs a conceptu sortis ⁊ cuiuslibet alterius singularis sicut ⁊ ista vox homo ab ista que est sortes vel plato: ergo vl'e realiter est distinctu₃ ab omnibus illis terminis singularibus de quibus est p̃dicabile: ⁊ respectu quorũ ⁊ cuiuslibet significati ipsorũ ẽ vl'e. Q₃ etiã realiter distinguat̃ ab illis pro quibus verificatur de p̃dictis supponentibus nõ pro seipsis / appꝫ. q: ꝓpositio affirmatiua vl'is de singulari vt hoĩs de sorte vl' platone nõ est vera nisi terminis talis ꝓpositionis mẽtalis vel vocalis supponentibus ꝓ rebus extra eorum significatis: s₃ cõstat q̃ nõ minus vl'is terminus est distictus ab omnib⁹ suis significatis q̃ a terminis singularibus de quibus est p̃dicabilis eorũdem significatiuis. ergo ⁊c. ¶ S₃ cõtra. q: vl'e est intrinsecũ suo cuilibet singulari nec aliqd̕ singulariu₃ potest ꝑfecte seu distincte intelligi sine vniuersali suo ⁊ superiori q̃libet intellecto: sicut sortes nõ potest intelligi distincte nisi hoĩe itellecto: s₃ qõlib₃ realiter distictorũ potest disticte itelligi sine illo a q̃ realit̃ est distinctũ: q: nec ipm̃ põt ei esse intrĩsecũ. ĝ ⁊c. ¶ Respõdeo q̃ vl'e dicit̃ esse singulari intrinsecũ nõ tanq̃ aliquid eius: cum sit terminus ab ipso essentialiter distinctus: sed quia est eius diffinitiuus. omnis enim conceptus superior ⁊ vniuersalior cadit in diffinitione cuiuslibet conceptus inferioris ⁊ per consequens singularis. ⁊ hoc modo non alio est intelligendum ⁊ est verum illud qd̕ additur quando ẽ q̃ singulare nõ põt itelligi distincte sine vniuersali. rem enim distincte intelligi vt hic sumitur est eius diffinitiuã notitiam haberi. omnis autẽ singularis diffinitiua notitia integratur ex omnib⁹ cõceptibus superioribus vt diffinitio sortis ex conceptu hominis / animalis / corporis / substãtie / ⁊ entis. ⁊ iõ qñ dicit̃ q̃ sortes nõ potest disticte intelligi sine hoĩe / verũ est sic intelligendo q̃ non põt haberi sine conceptu hominis cõi eius ꝓpria diffinitio: q̃ hic vocat̃ sua disticta cognitio. Ex quo apparet q̃ minor ve₃ q̃ oĩ₃ realit̃ distinctorũ vnum potest intelligi sine alio / sub intiore p̃dicta sic intellecta nõ est ad ꝓpositu₃: q: verum est q̃ qd̕libet talium potest intelligi sine alio intellecto / non tñ sine ipso intelligente posito. ⁊ ita concedo q̃ sortes põt intelligi sine hoĩe hoc est sine conceptu hominis intellecto nõ tñ sine ipso posito. q: sicut res nõ põt indistincte ĩtelligi sine eius notitia indistincta posita / cũ quo tñ stat q̃ intelligi potest sine ea intellecta / ita nec disticte sine notitia distincta que hic vocatur diffinitio. ad cognoscẽdum autem rem distincte licet oporteat diffinitionẽ habere / non tamen oportet ipsam nec aliqua₃ eius partẽ cognoscere. ⁊ ideo cum cõceptus hominis vl'is sit pars diffinitionis sortis / ad cognoscendum sortem distincte oportet ipsum habere non tamen eum cognoscere: cu₃ nec notitia reflexa qua potest cognosci diffinitio ipa vl' pars eius aliqua / aliquid faciat ad rectam cognitionẽ rei distinctam vel indistinctam. quare ⁊c. ¶ Sic ad q̃stionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

OCtauo & vltimo quantum ad distinctionem istam q̃ro: Utru₃ partes vestigij ⁊ imaginis distinguant̃ aliqualiter .n. re extra. ¶ Et videt̃ q̃ sic. q: ꝑtes tã imaginis

q̃ vestigiū repn̄tant distīcte realiter distincta puta diuina supposita: sed vnum ⁊ idem totaliter ī re extra nō videtur esse signum distincte expressiuum plurium distinctorum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q: partium tā imaginis q̃ vestigij vna repn̄tat vnam psonam et altera altam: sed hoc poni non posset si vna nō differret aliquo modo ab alia in re extra. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. q: memoria intellectiua ⁊ volūtas sunt partes imaginis: ⁊ veritas vnitas ac bonitas partes vestigij: sed ista sunt penitus idem in re extra. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedā. Primo enim inquiram an potētie creature rationalis puta memoria intellectiua ⁊ voluntas sint idem in re extra totaliter vel distincta. ¶ Secundo inquiram de actuum harum potentiarum puta intellectionis ⁊ dilectionis differentia vel indifferentia. Tertio ex dictis inferam solutionem questionis.

Quantum ad primum est opinio quorūdam dicentium ꝙ p̄dicte aīe potentie ⁊ oēs alie sunt idem realiter: sed distinguuntur formaliter in re extra: sicut diuersa quedam que sunt diuersorum principia ꝓductiua ⁊ subiecta receptiua: vt intellectus possibilis ē tantum receptiuus actus intelligendi cuius agens est productiuus: voluntas aūt est productiua ⁊ receptiua odij ⁊ amoris ⁊ sic de alijs omnibus potentijs diuersis diuersorum actuum ꝓductiuis ⁊ receptiuis. ex hoc sequitur ꝙ necessario distinguuntur taꝫ inter se q̃ ab anima nullius talium actuū ꝓductiua nec receptiua aliqualiter in re extra: sed non realiter. quia tunc essent separabilia. ergo tm̄ formaliter. ¶ Sed quia iste modus dicēdi est omnino impossibilis: nec vnq̄ fuit de mēte doctoris licet hoc ipsi attribuant omnes cōmuniter moderni ipsum tenentes / ideo eo pretermisso in secundo prolixius reprobando dico aliter quantum ad istum articulum.

Ad cuius euidētiam pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est: ꝙ si potentie anime vel cuiuscūq: alterius rōnalis creature distinguerentur mō predicto tam ab aīa q̃ inter se: realiter ⁊ essentialiter eēnt distincte. ¶ Hec probatur. q: oīa illa realiter ⁊ essentialiter sunt ⁊ argui possunt esse distincta: quorū vnū nullius effectus est immediatū effectiuum p̄ncipium: nec receptiuū subiectū. alia aūt ab ipso sic sunt diuersorum realiter effectuum ꝓductiua pricipia ⁊ receptiua subiecta / ꝙ neutruꝫ est effectus alterius ꝓductiuū principiū nec receptiuum subiectū: sꝫ essentia rationalis creature ⁊ p̄dicte eius potētie puta voluntas ⁊ intellectus sunt hm̄ōi scd̄m opinionē p̄dictā. ergo ⁊c. ¶ Maior est euidēs. impossibile eñ est vnā rē eē alicuius effect⁹ possibilis ꝓductiuā ⁊ nō ꝓductiuam: receptiuaꝫ ⁊ nō receptiuā. Si ista negatur ⁊ dicatur ꝙ sufficit talia esse formaliter distincta: nunq̃ q: scīa est receptibilis in aīa et non in lapide / ⁊ ecōuerso albedo in lapide ⁊ non in aīa / arguitur aīaꝫ a lapide realiter esse distinctā: nec calorē a frigore / q: calidū est calefactiuū ⁊ nō infrigidatiuū: et frigidū ecōuerso est infrigidatiuū ⁊ nō calefactiuū. sed hoc est falsum. ergo necessario est cōcedēdū. oē illud qd̄ est alicuius realis effectus ꝓductiuum pricipiū vel receptiuum subiectum esse realiter distinctū ab omni illo qd̄ non est talis effectus ꝓductiuuꝫ principiū nec subiectum. quare ⁊c. ¶ Minor appet. q: scd̄m eos essentia intellectualis creature nullius act⁹ puta intelligendi nec volendi vel nolendi est immediatū pricipiū ꝓductiuum nec receptiuū subiectū. ⁊ esto ꝙ aliqui eoꝝ ponāt ꝙ immo essentia agit simul cū potētia immediate concurrēte ad quēlibet talē actū / nullus tm̄ eoꝝ ponit nec potest scd̄m sua principia ponere essentiā ipsam / sed tm̄ potentiā esse alicuius talis actus immediatū subiectū. potētie aūt puta volūtas ⁊ intellectus sic vt dicunt se hn̄t ad actus ipsarum puta ad actuꝫ intelligendi ⁊ volendi ꝙ intellectus est intellectionis ⁊ nō volitionis: ⁊ voluntas econtrario est volitionis ⁊ nolitionis nō aūt intellectionis ꝓductiuū pricipiū ⁊ receptiuū subiectū. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q: magis illa argui possunt esse distincta: quorum vnum est alicuius forme seu effect⁹ realis effectiuum principiū ⁊ receptiuum subiectum ⁊ alterum nō / q̃ illa quorum vtrūq: est eiusdē act⁹ seu effectus ꝓductiuū principiū ⁊ receptiuuꝫ subiectū: tm̄ de facto vnum eoꝝ ⁊ nō alterū ꝓducit ipsum effectiue vel recipit subiectiue: sed quecūq: talia quoꝝ vcꝫ vnū actus ꝓducit vel recipit aliquid qd̄ nō ꝓducit vel non recipit alterū lꝫ posset / realiter ⁊ essentialiter arguūt esse distincta. ꝯstat eñ ꝙ oē subiectū albedine informatū est realiter distinctum ab omni alio ipsa nō informato licꝫ informabili. omne etiā illud a quo effectus aliq̇s realis est ꝓductus / est distinctū essentialiter ab omni illo a quo non est ꝓductus de facto lꝫ potuerit ꝓduci: ergo multo magis omnia illa realiter sunt distincta: quoꝝ vnuꝫ est forma aliqua informatū qua non est nec esse potest alterum informatū / cuius etiā forme illud eā informatū fuit principiū ꝓductiuum ⁊ nō alterū: sed scd̄m opinionē p̄dictam sic se hn̄t potētie rōnalis creature ⁊ essentia ad act⁹ diuersos. ergo ⁊c. ¶ Scd̄a ꝯclusio ē: ꝙ nō oportet ponere hm̄ōi potētias rōnalis creature esse īter se nec ab essentia distinctas aliqualiter in re extra. ¶ Hec apparet: q: vnū ⁊ idē pōt eē principiū effectiuū ⁊ subiectū receptiuum actuuꝫ diuersorū: sed sola diuersitas actuū creature intellectuali possibiliū est mediū arguendi diuersitatem potentiarum tam inter se q̃ ab essentia ī re extra. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q: potissimum medium ex quo alij arguunt huiusmodi potentias puta intellectum ⁊ voluntatem esse distinctas tam inter se q̃ ab essentia in re extra / est q: actus volendi producitur libere ⁊ contingēter: actus aūt intelligēdi necessario ⁊ modo nature. sed ex ista minori non sequit̃ conclusio que infertur: vcꝫ huiusmodi potentiarū diuersitas in re extra quia maior ante minorem istam assumpta: vcꝫ ꝙ ab eodem pricipio indistincto totaliter in re extra nō potest esse vnus effectus libere ⁊ alius modo nature ⁊ necessario: non est vera in diuinis nec ēt secundum eorum principia in creatis. constat enim ꝙ vnū ⁊ idem est principiū spirandi libere nō necessario spūm ⁊ generandi mō nature verbum ⁊ creandi contingent̃ qd̄libet ens creatū. in creaturis etiam non videtur secundum eorum principia esse vera: q: ꝯcedūt ꝙ oē obiectū intellectū est cōcausa sue intellectionis: sed volūtas si ab intellectu distinguitur / potest esse obiectum intellectum: ergo ⁊ pōt agere effectiue ad actum intelligendi. sed talis non ꝓducit̃ libere vt dicunt: sed modo nature: ergo voluntas agit libere ad vnū actū puta ad volitionem vel nolitionem: ⁊ ad alterum necessario ⁊ modo nature: videlicet ad intellectionem. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est ꝙ huiusmodi potētie nō sunt / nec esse possunt inter se nec ab essentia distincte mō aliquo in re extra: ⁊ hoc sumendo quālibet potētiarū istarū pro principio effectiuo et subiecto receptiuo actuū a quib⁹ ipsum vniuocū principiū ⁊ subiectū p̄dictū diuersimode denoiat̃. ¶ Hec apparet. q: oīa distīcta ⁊ maxīe ī creaturis in re eē sūt distīcta realr̄: immo hec e est vera ī diuinis etiā vt fuit declaratū in quadā q. dist. p̄cedētia. vt eñ appet ex declaratis ibi oīa distīcta quātūcūq: libet modicū in re eē siue ī creatis siue in diuinis sunt distincta realiter: ⁊ ī creatis essentialit̃: nō aūt in diuinis nisi psone distīguūt̃ realit̃ ⁊ sūt idē eēntialit̃. ī creatis aūt q̄cūq: sūt distīcta / realit̃ ⁊

essentialiť.nec eñ ĩ creaturis sicut in diuinis est dare ali
quam essentiam a pluribus rebus totaliť indistinctam
ꝫ potẽtie hmõi non possunt inter se nec ab essentia disti
gui essentialiter nec realr.ergo nec ĩ re extra aliqualiť.
¶ Minor appet.qꝛ oĩa sic distincta sunt ꝑ diuinam po-
tentiam separabilia.⁊ ita si illud qd̓ est in aĩa ꝓncipiuꝫ
ꝓductiuũ ⁊ subiectũ receptiuũ intellectionis esset distĩ
ctũ realiť ab aĩa ⁊ ab illo qd̓ est ꝓncipiũ ꝓductiuũ ⁊ sub
iectum receptiuum volitionis aĩa posset esse sine intel
lectu ⁊ voluntate ⁊ intellectus sine volũtate/ita ꝙ pos
set fieri aliqua creatura q̃ posset intelligere ⁊ non dilige
re nec odire:⁊ alia econuerso puta voluntas que posset
non intelligere sed amare:hoc autem ⁊ multa alia que
sequerentur sunt impossibilia ⁊ absurda.ergo ⁊c.¶ Cõ
firmatur.qꝛ impossibile est dare vnam aliquam rẽ crea
tam esse plures/vel ecõuerso plures esse vnam.hoc eñ
est solũmodo in diuinis.sed omnia in re extra distincta
sunt plura.qꝛ nec vnũ vt vnum est distinctũ.omnia aũe
in re ex̃ plura sunt plures res qꝛ q̃libet eorũ est ens vel
res:nec magis oĩno possunt dici vna res vel vnum ens
q̃ plures singulares homines vnus homo:ergo si potẽ
tie aĩe sunt distincte in re extra sunt plura entia seu plu
res res q̃ nõ possunt eẽ vna res.oẽs aũt plures res que
non sunt vna res ab eis totaliter indistincta sunt distin
cte essentialiter.ergo a ꝓmo ad vltimum si potẽtie aĩe
distinguunť in re extra aliqualiter/et essentialiter:hoc
aũt est impossibile.ergo ⁊c.¶ Et si dicať:cũ potẽtie sint
plures quõ possunt esse cũ essentia q̃ est vnica idẽ essen-
tialiter in re extra:¶ Ad hoc est dicendũ ꝙ ipsa essen-
tia lꝫ vnica est omnium actuuꝫ sibi possibiliũ naturaliť
immediatũ principiũ ꝓductiuum ⁊ subiectum recepti
uum.sicut eñ essentia caloris est effectiua caloris ita ⁊
essentia creature rõnalis potest esse per se non median-
te aliqua potẽtia,ab ipsa distincta effectiua intellectio
nis ⁊ dilectionis ⁊ aliorum actuũ diuersorum:a quibus
sortitur diuersa vocabula. dꝛ eñ potẽtia intellectiua vt
intellectiõis/volitiua vt volitionis/⁊ sensitiua vt sensa
tionis productiua ⁊ receptiua.⁊ ita per talem diuersita
tem potentiarum non est intelligenda diuersitas prin-
cipiorum ꝓductiuorꝫ ⁊ subiectorꝫ receptiuorum talium
actuum:sed p̃cise diuersitas actuuꝫ ipsorum eidem sub-
iecto receptiuo possibilium ⁊ principio ꝓductiuo . qua
re ⁊c.¶ Quarta ⁊ vltima cõclusio est ꝙ hmõi potentie
sunt distincte formaliter seu quidditatiue licet sint in re
extra totaliter indistincte.¶ Hec ꝓbatur.qꝛ illa omnia il
la dicuntur formaliter seu quidditatiue esse non eadeꝫ
sed distincta/quorum vnum non cadit in diffinitione al-
terius lꝫ significet idem secũ totaliter ĩ re:sed hmõi po-
tentie sic se habent tã inter se q̃ respectu essentie ꝙ nul
la cadit in diffinitione alterius nec essentie.nec eñ itel-
lectus est volũtatis diffinitiuus nec essentie aĩe nec ecõ
uerso.ergo ⁊c.¶ Cõfirmať.qꝛ vbicũq; aliqua res est ta-
lis ꝙ licet vnica est significabilis tñ seu conceptibilis
diuersis conceptibus quorum vnus non est alterꝰ diffi
nitiuus/dicũť esse isto modo distĩcta:ergo ⁊c.¶ Et hoc
modo intendit doctor subtilis ponere differentiam in-
ter illa quando dicit ꝙ potẽtie sunt idem realiter nõ tñ
sunt idem formali p̃dicatione.non eñ per istam forma-
lem nõ identitatẽ intelligit vt alij ipsi ĩponũt aliquã in
re extra diuersitatẽ.qꝛ vt exponit in primo dist.secunda
⁊ in .8.de dist.relationis ⁊ essentie in diuinis/ꝑ nõ eẽ idẽ
formaliter non intelligit nisi ꝙ vnũ non cadat in diffini
tione formali alterius.ad hoc autem nõ sequiť ꝙ talia
dicant aliqua in re extra diuersa.⁊ sic ĩ proposito ꝑ hoc
ꝙ dicit potẽtias differre seu non esse idem formaliter in
telligit ꝙ natura anime est talis ꝙ licet sit intellectus
⁊ voluntas ⁊ quelibet aliarum potẽtiarũ:qꝛ principiuꝫ
ꝓductiuum ⁊ subiectum receptiuum oĩm talium actuũ
tñ ex hoc ꝙ est vnum istorum puta intellectus/qꝛ intel
lectionis principium ⁊ subiectum/non repugnat sibi in
primo modo distingui ab alio puta a voluntate nec ecõ
uerso:qꝛ nec diffinitio formalis intellectus includit dif
finitionem voluntatis nec econuerso.aliunde tamẽ sibi
repugnat hmõi distĩctio:repugnat inquã et reali repu-
gnantia non tamẽ in primo modo/nec etiã in secundo:
cum nec vnuꝫ horꝫ cadat in diffinitione alterius/nec nõ
distingui ab eo sit passio eius.nec eñ intel lectus requi
rit ex sua descriptione specifica ꝙ non distĩguatur a vo
luntate nec econuerso.quare ⁊c. ¶ Sed cõtra hoc põt
argui dupliciter. Primo.qꝛ qñ dicis ista puta intellectuꝫ
⁊ voluntatẽ esse formaliter nõ eadem vel diuersa/aut ꝑ
intellectum ⁊ voluntatem intelligis diuersũ cõceptũ
in aĩa formatũ:aut talis conceptus obiectum.si primũ
sic est verũ vnũ horꝫ cõceptuũ non eẽ alterꝰ diffinitiuũ
tñ vt sic ista sumpta realiter ⁊ essentialiter sunt distĩcta
sicut diuerse forme accidẽtales eidẽ subiecto accidẽta
liter ĩherẽtes.Si aũt ponať scdꝫ/sic nõ videť posse dici
horꝫ vnũ ab alio esse distinctũ siue ipsi nõ idẽ formaliter
hoc est diffinitiue:qꝛ nõ cadit in diffinitiõe alterꝰ.tũ qꝛ
ista vt sic sumpta nõ sunt plura:nec ꝑ ꝯñs vnũ ⁊ alterũ:
sed vnũ tñmodo in re extra.tum qꝛ conceptus obiectũ
extra significatũ nec sui nec alterꝰ est diffinitiuũ:cũ dif
finitio nõ nisi ex cõceptibus cõponať.ergo ⁊c.¶ Secũ
do.qꝛ doctor ꝑ hoc probat intellectum a voluntate for-
maliter esse distinctũ.qꝛ eidẽ nõ possunt oppositi modi
agẽdi ꝯpetere cuiusmõi sũt agere libere sicut agit volũ
tas ⁊ modo nature quo agit intellectꝰ:sꝫ ꝑ istã rõnẽ ex-
p̃sse doctor ponere videť inter ista ⁊ probare diuersita-
tem aliquã in re extra.quare ⁊c.¶ Ad ꝓmum concedo
ꝙ intellectus ⁊ voluntas vt pro conceptibus accipiũ-
tur essentialiter distinguuntur.licet enim conceptus q̃
concipitur essentia anime vt priuatiua ⁊ receptiua in-
tellectionis ⁊ conceptus quo concipitur vt priuatiua ⁊
receptiua volitionis sint conceptus eiusdem rei/reali-
ter tamẽ ⁊ essentialiter sunt distincti nec ꝑ consequẽs ꝑ
intellectum ⁊ per voluntatem que dicunť distingui tñ
diffinitiue seu formaliter siue quidditatiue/ꝑ que oĩa
idem exprimitur/intelliguntur actus huiusmodi sic di-
uersi:sed ipsorum obiectum vt diuersimode intelligibi
le per tales diuersos actus.Et est sensus cũ dicitur ꝙ ĩ
tellectus est diffinitiue a voluntate distinctus ꝙ res il
la vt obiectum vnius istorum actuũ puta vt ĩtelligitur
tanq̃ intellectionis principium ⁊ subiectum/nõ req̃rit
ꝙ ipsa eadem sit alterius actus obiectum:vꝫ ꝙ sit vo
litionis effectiuum principium nec receptiuuꝫ subiectũ
qꝛ si per impossibile alia res esset illa que est intellectio
nis principium ⁊ subiectũ ab illa que est volitionis pri
cipium similiter ⁊ subiectum/vtriusq; talium esset eadẽ
diffinitio que modo est vnius tñ.quia eisdem diuersis
conceptibus diffinitiuis est nunc ista vnica res cõcepti
bilis/quibus essent tunc cõceptibiles ⁊ diffinibiles res
diuerse.Et quando dicitur ꝙ intellectus ⁊ voluntas vt
sic nõ sunt aliqua plura:sed vnũ tñ q̃ nõ est alicuiꝰ dif-
finitiuũ/cũ nihil sit diffinitiuũ nisi cõceptꝰ tñ.Dico ꝙ
lꝫ sit vnum in re est tamẽ diuersimode conceptibile ⁊ di
uersis diffinitiõibꝰ diffinibile.⁊ iõ in ordine ad tales di-
uersos eius diffinitiuos conceptus de ipso lꝫ vno loquĩ
mur vt de pluribus:⁊ licet ipsum non sit diffinitiuuꝫ/qꝛ
tamen est diuersarum diffinitionum obiectũ ⁊ vt est vni
us accidit ei ꝙ sit obiectum alterius/ideo ipsiꝰ vt vniꝰ
talium diffinitionum obiectum dꝛ q̃dditatiue distĩgui
a se vt alterius obiecto.vel ipse diffinitiones dicuntur
tñ q̃dditatiue distĩcte nõ vt scdꝫ se sũpte/qꝛ vt sic essen
tialiť sũt distĩcte/sꝫ ĩ ordine ad ipsarꝫ idẽ obiectũ.¶ Ad

n iij

scdꝫ dicendū ꝙ ex hoc ꝙ aīa pōt agere illis duob⁹ oppositis modis agendi / bene sequitur ꝙ eius natura sit talis ꝙ sibi ex diffinitione formali qua est intellect⁹ / quia agens modo nature ad intellectionē / non repugnat distingui a volūtate. ex hoc aūt non sequit̄ aliqua iter ista diuersitas ī re extra. Et tō quādo doctor dicit ꝙ p̄dicti modi agendi ꝯ̄rij nō possunt ꝯuenire eidem non intelligit ꝙ cōueniāt diuersis in re extra de facto vt vꝫ illud q̄ď est ꝯ aīa libere agens ad volitionem sit distictū ab illo q̄ď agit modo nature ad itellectionē: sed ꝙ illi essentie q̄ est vtriusqꝫ istoꝝ actuū pͥncipiū nō ꝯuenit vt principium vnius ꝙ sit pͥncipium alterius: nō ꝯuenit dico in p̄mo mō dicēdi p se nec etiā in scdo. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdum pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est ꝙ dilectio ⁊ intellectio sunt forme reales tam inter se q̄ a creatura intellectuali cui sunt possibiles / realiter differētes. ¶ Hec pbat̄. ⁊ pͥo quantū ad pͥmā ptē: vꝫ ꝙ sint forme inter se distincte. qm̄ experimur ꝙ multa intelligimus q̄ tn̄ nō diligim⁹ g̊ intellectio ⁊ dilectio distinguunt̄. ¶ Cōsequentia est euidēs. q2 oppositū ꝯn̄tis infert euidenter oppositum aītis. Si enim intellectio ⁊ volitio essent idem / in quocūqꝫ esset intellectio foret volitio: cum omnis intellectio esset volitio ⁊ econuerso: sed oīs ille est volens in q̄ volitio est existens: ergo oīs intelligens esset volens seu diligēs obiectū intellectū. hoc aūt q̄libꝫ experit̄ eē falsum. g̊ ⁊c. ¶ Confirmatur. q2 nō minus respectu obiecti creati q̄ respectu increati pōt esse intellectio sine omni volitione ⁊ nolitione: sꝫ respectu obiecti increati intellectio ⁊ volitio realiter distinguunt̄: ⁊ vnū istoꝝ fuit de facto separatū ab alio ⁊ positū sine ipo / vt visio sine fruitione in Paulo vsqꝫ ad tertium celum rapto. g̊ ⁊c. ¶ Secūda pars ꝯclusionis: vꝫ ꝙ distinguantur ab omni intellectuali substātia sequitur ex pͥma. qm̄ aīa ⁊ q̄cūqꝫ alia intellectualis creatura est res vnica: itellectio autem ⁊ volitio plures ⁊ realiter differentes: sed impossibile est plures res creatas realiter distinctas esse ab aliqua tn̄ vna realiter indistinctas. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q2 tam actus meritorij viatoꝝ q̄ beatifici compreh̄esoꝝ sunt distīcti realit̄ a subiect[is] ipsoꝝ: sꝫ act⁹ meritorij viatoꝝ sūt act⁹ diligēdi ⁊ credēdi: act⁹ āt btīfici sunt visio ⁊ fruitio sēpiterna g̊ ⁊c. ¶ Preterea nō min⁹ act⁹ q̄ habitus distinguunt̄ a subiectis eorum: sed habit⁹ intellectiui ⁊ appetitiui tāꝫ naturales q̄ supernaturales ab aīa essentialit̄ sunt distīcti: alias nec fides nec spes nec charitas possent dici in baptismo necvnq̄ īfūdi: q̄ď est contra determinationem ecclesie. nunq̄ etiam aliquis habitus virtuosus posset remitti nec intēdi sicut nec aīa: q̄ď est euidenter falsum ⁊ contra illam orationem apostolorum dicentiuꝫ. Matthei. xx. Dn̄e adauge nobis fidē. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄. q2 constat habit⁹ adquiri et adquisitos augeri p actū: vt charitatē per actū diligendi ⁊ fideꝫ per actū credendi: sed hoc esset impossibile nisi actus hmōi essent ab eorum subiecto distīcti. non magis enim mediāte vno actu q̄ alio generaretur nec augeretur habitus / nec magis vnus habit⁹ q̄ ali⁹ nisi sicut vnus habitus distinguitur ab alio / ita ⁊ vnus actus ab altero: ⁊ per ꝯn̄s quilibet a subiecto. g̊ ⁊c.

uinis ab vna numero essentia totaliter īdistincte.nec se-
cūdū.q: nihil est in aliqua ꝑsona existēs ab ea differēs
nisi qḋ est in se subsistēs:tm̄ eñ q̄libet ꝑsona est in quali-
bet sicut videbit̄ qñ de hoc aget̄:oīs alia ꝑsona est in se
subsistēs.ergo ⁊c̄.¶ Cōfirmat̄.q: nō minꝰ in diuinis ꝙ̄ ī
creatis ꝓductū pōt esse a ꝓducente oīm ꝓductione cir-
cūscripta ab ipso ꝓducēte ⁊ a ꝓducto distincta:sꝫ ī crea-
turis vt supra ꝓbatum est nulla est actiua ꝓductio nec
passiua a ꝓducēte ⁊ a ꝓducto distincta.ergo ⁊c̄.¶ Pre-
terea nihil distinctū in re extra ab oīm persona est ī vna
ꝑsona magis nec aliter ꝙ̄ in alia:sed si in diuinis esset
actiua ꝓductio ⁊ passiua isto mō:vꝫ tāꝙ̄ aliq̄d distictū
ab oībus ꝑsonis/ipa nō posset poni indifferēter in oībꝰ:⁊
tantū eñ actiua poneret̄ in ꝑsona ꝓducente ⁊ passiua ī
ꝓducta.hoc aūt non pōt poni.ergo ⁊c̄.¶ Cōfirmat̄.q:
aut hmōi actiua ꝓductio esset in ꝓducente ꝑsona ante
productā:aut post ipsam:vel simul.sed nō primū nec se-
cundū nec tertiū:q: nihil ꝑsona producens cōsequit̄ pro-
pter ꝓductuꝫ.nihil eñ pater habet a filio/sed tm̄modo
a seipso:a quo nihil habet qḋ distinguat̄ ab eo ⁊ ab aliis
ꝑsonis oībus in re extra ⁊c̄.¶ Sed contra hoc forsitan
arguet̄.q: prima persona ita est generās ꝙ nō genita:⁊
scḋa ecōuerso nō est generās sꝫ genita.ergo aliq̄d puta
generatio actiua est in prima ꝑsona ⁊ nō in secūda:⁊ pas-
siua in secūda ⁊ nō in prima.¶ Respondeo:⁊ cōcedo an-
tecedens:sed nego cōsequētiā:nō eñ prima ꝑsona dicit̄
generās nec secunda genita nisi q: prima est a qua scḋa
nō autē secūda est a qua prima.hoc aūt nō est ꝓpter dis-
tinctū aliq̄d ab vtraꝗ̄.quare ⁊c̄.¶ Secunda ꝯclusio ē.
ꝙ ī diuinis ē actiua ⁊ passiua ꝓductio scḋo mō sumpta.
¶ Hec est euidēs apud catholicū.qm̄ vbicūꝗ̄ ē vna res
a qua ē altera ab ipa realr̄ disticta/est actiua ⁊ passiua
ꝓductio isto mō.¶ Hoc apparet.q: nec actiua ꝓductio
vt sic sumpta importat nisi rē a qua est altera ipsaꝫ/que
est ab ea secūdario cōnotādo:sicut ⁊ passiua ꝓductio im-
portat p̄cise primo rē q̄ est ab alia ipsaꝫ a qua ē scḋario
cōnotādo:sꝫ in diuinis sunt tres ꝑsone vt tres res distin-
cte:a quaꝝ prima sola/est secūda:⁊ a prima ⁊ a secūda si-
mul tertia:hec nō est demonstrabilis vt postea ī sequē-
tibꝰ ondet̄:sed catholico fide certa ⁊ nota.ꝗ̄ ⁊c̄.¶ Sed
cōtra ꝯclusionē istā forsitā arguet̄.q: ꝑsona ꝓducēs dis-
tinguit̄ a ꝓducta ꝓductiōe actiua:sicut ⁊ ꝓducta a ꝓdu-
cēte ꝓductiōe passiua.ergo actiua ꝓductio est aliq̄d in
persona ꝓducente ⁊ passiua in ꝓducta distinctū ab ea.q̄-
re ⁊c̄.¶ Rn̄deo:ꝙ si intelligas ꝑsonā ꝓducētē distictā
esse a ꝓducta ꝑ ꝓductionē tāꝙ̄ ꝑ aliq̄d sibi ꝓpriū a se in
re extra distictū/accipis falsū.nulla eñ ꝑsonarū est dis-
tincta ab alia aliquo alio a seipsa.Si aūt itelligis per
ꝓductionē actiuā p̄cise ipsaꝫ ꝑsonā a qua est alia:⁊ ꝑ ꝓ-
ductionē passiuā ꝑsonā q̄ est ab alia:sic ꝯcedo ꝑsonā ꝓ-
ductā differre a ꝓducente ꝓductione passiua/⁊ ecōuerso
ꝑsonā ꝓducentē ab ipsa esse distinctā ꝓductione actiua
qḋ nihil aliud est dicere ꝙ̄ ꝙ vna ꝑsona istarū ꝑ hoc ar-
guit̄ distincta ab alia:q: vna est a qua altera:puta ꝓdu-
cēs ⁊ ꝓducta:que quidē est ab alia.ex hoc aūt nō sequi-
tur ꝯñs qḋ infert̄.quare ⁊c.¶ Tertia cōclusio est.ꝙ in
diuinis est actiua ꝓductio ⁊ passiua quātū ad aliq̄d cō-
similiter sicut in creaturis:⁊ quātū ad alia dissimiliter.
¶ Hec apparet:⁊ primo silitudo.qm̄ sicut in creatis nō
est actiua productio nec passiua tanꝙ̄ forma aliqua a
ꝓducta ⁊ a ꝓducēte distincta:sed p̄cise ꝓductio in crea-
tis importat aliqua plura:quorū vnū est immediate ab
alio:vt in alio articulo est ꝓbatum:ita ꝯsimili modo est
actiua ⁊ passiua ꝓductio in diuinis:vꝫ nō vt aliq̄d dist-
ctū in re extra ab extremis ꝓducēte vꝫ ⁊ ꝓducto:sꝫ vt
ꝓductio importat plura realiter distincta:quoꝝ vnū est
ab alio.ergo ⁊c.¶ Scḋa pars conclusionis vꝫ dissimi-
litudo productionis in diuinis ⁊ in creatis apparet:qm̄
in creaturis oīe ꝓducēs ab oīm suo ꝓducto est distin-
ctū nō tantū realiter sed etiā essentialiter:sic intelligen-
do ꝙ impossibile est reperire aliqḋ ꝓducēs creatum qḋ
sit cū ꝓducto ab eo vna essentia aliqua indistincta:sed
modo ꝯtrario est actiua ⁊ passiua productio in diuinis:
quoniā licet ꝑsona ꝓducēs a producta sit realiter distin-
cta:sic tamē est idē essentialiter cū ea ꝙ est vnica res cū
ipa:licet eñ oēs ꝑsone inter se realiter sint distincte sūt
tamen essentialiter indistincte:⁊ ꝑ ꝯñs licet sint plures
res personaliter sunt tñ vnica res essentialiter ab eis oī-
bus indistincta totaliter ī re extra.quare ⁊c.¶ Sed cō-
tra ꝯclusionē istā forsitā arguetur/⁊ primo cōtra primā
partem.quia omnia predicamenta sunt realiter distin-
cta:sed productio in creaturis est alterius predicamen-
ti a suis extremis.ergo est distincta ab eis.¶ Secundo
contra secundam:quia impossibile est vnam rem esse ꝓ-
ductam ⁊ non productam/producentem ⁊ non produ-
centem:sed omnis persona diuina est producens vel
ꝓducta ipsa autem essentia nec est producens nec pro-
ducta.ergo ab omnibus personis realiter est distincta:
nec per consequens persone omnes sunt vna essentia.
quare ⁊c.¶ Ad primum concedo ꝙ omnia predicamē-
ta vt quidditatiue sumpta:videlicet vt p̄dicamētū im-
portat collectionem ⁊ multitudinem diuersorum conce-
ptuum predicabilium realiter sunt distincta:nō aūt oīa
sed tantummodo aliqua sunt distincta vt significatiue
hoc est pro rebus per ipsa significatis accepta.et ita
licet predicamentum actionis formaliter seu quiddita-
tiue acceptum sub quo vel in quo vt signatum in signo
est omnis actiua productio creature/sit distinctum ab
omni p̄dicamēto alio absoluto cōsimili mō sumpto:in q̄

predicamento similiter vt signatum in signo est omnis creatura absoluta producēs ⁊ ꝓducta: nō tamē ex hoc sequitur aliqua diuersitas ex parte rerū significatarū: vt alias est prolixius declaratū. quare ⁊c. ¶ Ad secundū cōcedo maiorē sic intelligēdo ipsā: ꝙ omne producens ⁊ productū est essentialiter nō tantū realiter distinctū ab illo qd nō est realiter ipsū ꝓducens suppositū nec ꝓductū. ¶ Tūc ad minorē quādo dicitur ꝙ essentia diuina nec est producēs nec ꝓducta: dico ꝙ ista vt sub maiore modo ꝑexposito intellecta accepta est falsa: quoniam constat ꝙ ipsa diuina essentia est pater generās: filius genitus ⁊ spiritussanctus spiratus: qz tamen diuine essentie vt indifferenter se habet ad tres ꝑsonas nō cōuenit ꝑ se primo generare nec generari/ nec ꝓducere nec ꝓduci: adeo dicitur isto modo ꝙ nec est ꝓducēs nec ꝓducta: nec tamē ex hoc sequitur ꝙ a personis realiter sit distincta. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: ꝙ ista ꝓpositio sane intellecta ē vera ⁊ a catholico cōcedēda/ omnis diuina ꝓductio est eliciens seu ꝓducēs vel elicita seu producta. ¶ Hec probatur. quoniam actiua generatio non est aliud in re extra ꝙ pater: nec enim pater est aliquid ab actiua generatiōe distinctū: generatio etiā passiua est idē cōuertibiliter cū filio: spiratio actiua idē cū patre ⁊ filio: ⁊ passiua idē cū spiritusancto ergo nō minus videtur ista cōcedēda/ generatio actiua vel paternitas generat/ ꝙ ꝙ pater generat. ⁊ sic de alijs. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. qz subiectū huius ꝓpositionis/ generatio actiua vel paternitas generat/ non videtur ꝓ alio posse supponere ꝙ pro patre: sicut nec subiectum huiusmodi spiratio actiua spirat/ pro alio ꝙ ꝓ patre ⁊ filio. nec subiectū huius/ generatio passiua generatur/ pro alio ꝙ pro filio nec subiectū huius/ passiua spiratio spiratur/ pro alio ꝙ ꝓ spiritusancto. sed omnis illa propositio est vera in qua generare predicatur de subiecto supponēte ꝓ patre: ⁊ generari de alio supponēte pro filio. ⁊ sic de alijs. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si cōtra rationē istā instetur: qz nec diuina essentia est aliquid distinctū a ꝑsona: nec tamē sequitur ꝙ generet nec generetur: qz licet diuina essentia nō sit distincta a persona aliqua: est tamē alia ꝑsona distincta ab illa: cuius cōtrariū est in ꝓposito: qz nec diuina generatio actiua distinguitur a patre: nec est aliqua alia persona ab ipsa distincta: ⁊ ita de generatione passiua respectu filij ⁊ de spiratione passiua respectu spiritussancti consimiliter est dicēdum. quare ⁊c. ¶ Sed cōtra istā conclusionē aliqui arguūt dicētes: ꝙ nullo modo aliqua productio potest dici in diuinis elicita seu producta. Quod probāt primo. qz nec actionis est actio nec productiōis productio: sed omnis producti est productio. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. qz nulla origo primi ꝑsuppositi originati est originata seu ꝓducta: sed generatio passiua in diuinis est origo primi suppositi originati. ergo ⁊c. ¶ Maior probatur. quia nullū prius primo originato est originatū: sed generatio passiua cum sit primi originati videlicet filij cōstitutiua/ est aliquo ordine prior ipso: sicut constituens constituto. ergo non potest esse producta. ¶ Consimiliter per eandē rationē probaretur: ꝙ nec generatio actiua posset dici generans seu producens: quoniam nullū prius primo producente est producens: sed actiua generatio cum sit constitutiua patris primi producentis est aliquo ordine prior ipso. ergo ⁊c. ¶ Preterea ad idem potest argui: quia vt dictum fuit in precedentibus tam actiua productio ꝙ passiua dicunt vtrumqz extremorum producens videlicet ⁊ productum. ergo cū generatio actiua ⁊ passiua distinguāt patrem ⁊ filium: non magis hec erit vera/ generatio actiua generat vel passiua generatur: ꝙ ista pater ⁊ filius generant vel generantur. ¶ Ad primum concedo ꝙ generationis seu productionis accepte pro aliquo a producente ⁊ a producto distincto nō est productio: quia nec talis productio est possibilis in diuinis nec etiam in creaturis: bene tamen productionis passiue pro producto sumpte est productio actiua: videlicet res illa a qua est res alia producta: sed hoc modo sumitur tam in creatis ꝙ in diuinis actiua productio ⁊ passiua. ergo ⁊ cetera. ¶ Ad secundum concedo maiorem: intelligendo per originem aliquid ab originante ⁊ ab originato distinctum: sed tunc minor sub maiore sic intellecta accepta est falsa: vt probatū est supra. ¶ Nec valet ratio que pro ipsa adducitur: quia accipit duo falsa: quorum primum est ꝙ persona diuina sit realiter cōstituta: hoc siquidem non est verum: vt in distinctione .ij. superius fuit dictum. ¶ Secūdum est. ꝙ generatio passiua sit prior filio. nihil enim est prius filio nisi pater: ⁊ ita si per generationem passiuam intelliges aliquid a patre distinctum: falsū est qd accipis. quare ⁊c. ¶ Ad tertium qd arguit de generatione actiua consimiliter est dicēdum. qz nec prima persona est realiter cōstituta magis ꝙ cōposita: nec generatio actiua est prior ipsa: sed ab ea totaliter distincta. quare ⁊c. ¶ Ad vltimū dico ꝙ non magis generatio actiua ꝙ pater connotat filium vt suū terminum correlatiuum: ⁊ ita sicut pater in ista propositiōe: pater generat filiū: supponit pro prima ꝑsona tātum: alias propositio esset falsa: ita ⁊ de ista/ generatio actiua vel paternitas diuina generat: vel generatio passiua vel filiatio generatur: consimiliter est dicendum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis tā in vltimo ꝙ in primo articulo questionis.

Secūdo quæro. Vtrum hęc propositio/ deus generat deum/ sit vt vera a quolibet catholico cōcedenda. ¶ Et videtur ꝙ sic. qz pater generat filiū/ sed pater generās est deus: ⁊ etiā filius genitus est deus: ergo deus generat deū. pater etiā ⁊ filius spirant spiritumsanctū: sed vtraqz persona spirās vel ⁊ spirata est deus. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. qz deus est tres ꝑsone/ sed tres ꝑsone nec ꝓducūt nec ꝓducuntur. ergo ⁊c. ¶ Responsio vbi sic procedā. primo enim premittā de propositione ⁊ terminorum eius suppositione vnam distinctionem. Secūdo dicā ad questionē.

Quantū ad primum supposito ex alijs sepe dictis: ꝙ propositio non constat ex rebus signatis sed ex signis siue terminis vel vocalibus vt vocalis: vel mētalibus puta cōceptibus vt mētalis. distinctio premittenda de propositione et terminorum eius suppositiōe est ꝙ propositio est duplex ⁊ eius suppositio multiplex. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum ꝙ quedā propositio est cuius termini licet sint numero distincti quia impossibile est aliquam propositionē constare ex solo vno termino numero: sunt tamen eiusdem speciei. ⁊ talis propositio dicitur oīs illa in qua idē predicatur de seipso vt homo est homo/ vel albedo est albedo: nō enim idē numero dicitur predicari de seipso: qz hoc est impossibile: tūc enim propositio constaret ex solo vno termino/ cum idē numero terminus esset predicatum ⁊ subiectum: qd fieri non potest: sed dicitur idem specie predicari de seipso quia videlicet subiectum ⁊ predicatum sunt duo vocales vel mentales termini eiusdē speciei ⁊ eiusdē rei numero significatiui. Alia est propositio cuius termini sunt voces vel conceptus alterius speciei vt oīs illa in qua non sic idem predicatur de seipso/ vt homo ē animal/ sortes vel deus est ens: ⁊ similes: quarum cuiuslibet predicatum ⁊ subiectum tam secundum se sumpta ꝙ etiam aliquo mō vt comparata ad ipsorum significata dicuntur esse alterius rationis. licet enim conceptus superior significet idem numero qd importat cōceptus

inferiora/vt cōceptus entis illud idē qd̄ significat conce-
ptus dei/ꝛ ꝯceptus aīalis illud idē qd̄ cōceptus hoīs ꝛ
sortis:nō tn̄ significat illud p̄cise/sed multa alia ab illo al-
teritus rōnis:cuius ꝯtrariū est de prima ꝓpōne: in q̄ idē
specie dicit̄ p̄dicari de seipso hoc est de alio eiusdē spēi cū
ipso.tales em̄ termini idē oīno significant adequate/nec
aliqd̄ ꝑ vnū nisi qd̄ ꝑ alterū īportat̄.Et ideo ī tali ꝓpōne
dicit̄ p̄dicari idē de seipō:qꝛ licet p̄dicatū sit realiter diffe
rēs a subiecto:tn̄ vtriusq̄ p̄dicati vez ꝛ subiecti significa
tū est oīno idē numero: rōne cuius significati solū est ve-
ra oīs talis ꝓpō.nulla em̄ talis affirmatiua ꝓpō pōt eē
vera eius ēminis vez p̄dicato ꝛ subiecto supponētibus ꝓ se.
ipsis:sed tn̄ ꝓ significato ipsoꝝ.qd̄ apparet/qm̄ īpossibi
le est ꝓpōnes cōtradictorias simul existere veras.ergo
oīs illa affirmatiua est falsa cui cōtradictorie opposita
negatiua est vera: sed oīs ꝓpō negatiua in q̄ idē p̄dicat̄
de seipso mō p̄expositio est vera eius ēminis supponētibus
pro seipsis:sicut ista/hō nō ē sortes/sortes nō est sortes:ꝛ
sic de alijs: qm̄ cū vt dictū est subiectū taliū oīm sicut et
quarūlibet aliarū sit realiter a p̄dicato distictū/licet eius-
dē rei cū ipō significatiuū: ꝑ ꝯñs oīs ꝓpō in q̄ vnus taliū
terioꝝ negat̄ ab alio/est vera:sed talis est oīs illa in qua
idē p̄dicat̄ negatiue de seipō eius teris supponētibus ꝓ
seipsis.ergo nulla affirmatiua ipsi ꝯtradictoria est vera
eius terminis supponētibus cōsimiliter:sed aliter puta ꝓ si
gnificato tn̄ ipsoꝝ/rōne cuius dicit̄ ꝓpue idē p̄dicari de
se nō rōne terioꝝ:cū vnus terminus nō sit alius sed sit ab ipō
numero distinctus:licet specie īdistinctus: ꝓpō affirmati
ua est vera.❡Ex hoc sequit̄ corollarie ꝙ ī nulla ꝓpōne
in qua idē dicit̄ p̄dicari de seipō vere affirmatiue esse pōt
suppositio materialis. ❡Ad cuius euidentiā est sciēdū
ꝙ licet sit tn̄ in vlī duplex supradicta ꝓpō: triplex tn̄ di
cit̄ eē ī propōnibus suppositio: vez materialis/simplex/ ꝛ
personalis. Suppō material' est ī oī illa ꝓpōne cuius ter
minus subiectus supponit nō pro suo significato extra
distincto ab oī signo/sed vel pro seipō vt ī propōne vocali
qua dicit̄ ꝙ hō ē nomē/vel pro alio signo ꝑ ipz significato
vt ī ꝓpōne formata ī mēte qua dicit̄ ꝙ cōceptus entis est
qualitas vel trāscēdēs.talis em̄ mētalis propōnis subie
ctū nō pōt esse cōceptus rectus deo ꝛ creature cōmunis:
sed cōceptus reflexus teriatus ad rectū conceptū vt ad
eius obiectū. qd̄ pōt euidēter ꝓbari.qm̄ de nulla re nisi sit
p̄intellecta aliqd̄ p̄dicat̄ ī propōne formata ī mēte:q̄ q-
dē res intellecta siue sit cōceptus siue aliud nō est talis
propōnis subiectū/sed ipa eius intellectio qua dicit̄ exi-
stere intellecta.nullus em̄ mētis ꝯceptus pōt esse seipso
sed tn̄ mediāte actu alio intellectus. ꝙ ꝯceptus entis deo
et creature cōis ī mēte formatus:licet nō intellectus sit ve-
raciter p̄dicabilis ꝛ subijcibilis ī aliq̄ propōne ī mēte for
mata.pōt em̄ aliqd̄ obiectū īcognitū eē propōnis mētis
subiectū sicut ꝛ p̄dicatū.qꝛ nec sbiectū nec p̄dicatū opor-
tet eē p̄cognitū:sed eē ipm̄ ꝯceptū quo īntelligit̄ vtrūq̄ si
gnificatū.tn̄ de nulla pōt verificari p̄dicatū alicuius ꝓpō-
nis mētalis nisi de p̄cognita ꝑ eius subiectū.sed hoc p̄di
catū qd̄ ē q̄litas vel trāscēdēs verificat̄ ī ꝓpōne p̄dicta
de ꝯceptu entis cōi deo ꝛ creature.nullus em̄ alius est trā-
scēdēs.ꝙ oportet istū ꝯceptū eē īntellectū a formāte istaꝫ
propōnē ꝑ ipm̄ propōnis subiectū.ex quo sequit̄ ꝓpositū
vez ꝙ huius ꝓpōnis subiectū/ꝯceptus entis est trāscēdēs/
est cōceptus reflexus teriatus ad ens trāscēdēs ꝛ ꝓ ipō
supponēs:cū si pro seipō supponeret propō falsa esset: qꝛ
nec cōceptus reflexus q̄lis est ipe/dicit̄ esse trāscēdēs:ꝛ
tn̄ hoc nō obstāte est hec suppositio materialis sicut ꝛ in
ista/hō est nomen:vel esto ꝙ aliter q̄ ī ista:qꝛ huius subie
ctū supponit pro seipō:illius aūt subiectū supponit ꝓ alio
vez ꝓ ꝯceptu recto eius obiecto:tn̄ vtraq̄ ē materialis:qꝛ
vtrobiq̄ ē suppositio pro signo. Unde duplex pōt distin-
gui suppositio materialis.vna in qua terminus supponit
pro signo nō significato ꝑ ipsum terminū supponētē:tn̄
esto ꝙ per alium puta per predicatum de eo:vt cum dici
tur/homo est nomen.hic enim homo supponit pro seipō.
q̄ videlicet homo ī ista propositione terminus subiectus,
est signū non significatū ꝑ seipsum ī esto ꝙ ꝑ p̄dicatum.
Alia aūt suppositio materialis est in qua terminus sup-
ponit pro signo alio a seipō et ꝑ seipm̄ significato: vt cū
dicit̄ ens est transcēdēs. Ex quo apparet illud assumptū
supius declarādū:videlicet ꝙ in nulla propōne affirma-
tiua in qua idē p̄dicatur de se vere/pōt eē suppositio ma
terialis.qm̄ oīs propō talis in qua esset suppositio ma-
terialis eēt falsa:cū nūq̄ sit vera nisi p̄cise rōne eiusdē rei
ꝑ vtrūq̄ propōnis terminū p̄dicatū vez ꝛ subiectū signi-
ficate.quare ꝛc̄. ❡Sic ergo apparet prima suppositio
vez materialis duplex.Etiā ꝙ hoc sit verū vez ꝙ non tn̄
illa suppositio possit dici materialis in q̄ terminus suppo
nit pro seipō:sed etiam illa in qua supponit pro alio/tn̄ si
gno ꝑ eū significato: ꝛ ꝑ ꝯñs ꝙ possit poni duplex sup-
positio material'/ pōt declarari ex hoc. qm̄ si materialis
suppositio requireret ꝙ oīs subiectus ꝛ p̄dicatus termi
nus supponeret tm̄mō pro seipō:oīs propō ī qua esset ta
lis suppositio eēt falsa.qm̄ cū oīs propōnis termini rea-
liter sint distincti et scdm̄ se quidditatiue sumpti: ꝑ ꝯñs
oīs propō affirmatiua est falsa ꝛ negatiua ipsi ꝯtradicto
ria vera:eius subiecto ꝛ p̄dicato supponētibus pro seipsis.
cōstat em̄ ꝙ hic vocalis terminus homo ab isto q̄ ē nomē
vel vox realiter est distinctus.ergo vtroq̄ istoꝝ supponē
te pro seipo hec ꝓpō hō est nomē vel vox erit falsa ꝛ ne-
gatiua ipsi ꝯtradictorie opposita erit vera. ergo ad hoc
ꝙ ista sit vera/hō ē nomē vel alia oīa ipi similis/oportet
dicere ꝙ licet subiectū supponat pro seipso:nō tn̄ p̄dica-
tū supponit pro se:sed pro alio puta pro signo ꝑ ipz signi-
ficato in ista propōne subiecto:ꝛ ideo qꝛ nō supponit pro
re extra:sed pro eius signo licet alio a seipō/dicitur mate
rialis suppositio.Ex quo sequitur ꝙ materialis supposi
tio nō requirit ꝙ oēs termini propōnis supponāt pro se
ipsis:imo oīs talis propō affirmatiua ī qua eēt talis sup-
positio esset falsa vt dictū est.ergo licz quādoq̄ subiectū
in aliqua suppositiōe tali supponat pro seipō:possit etiā
supponere q̄nq̄ pro alio:semꝑ tn̄ in oī tali propōne mate
rialē suppōnē habēte videt̄ eius termini supponere ꝓ eo
dē:vez tā ī illa cuius subiectū supponit ꝓ seipō:vt in ista/
hō ē nomē.huius em̄ p̄dicatū nō videt̄ supponere ꝓ alio q̄
ꝓ hoīe in ipa subiecto supponēte etiā ꝓ seipō:q̄ etiā in
illa cuius subiectum supponit pro alio a seipō: vt in ista
ens est trāscēdēs.huius em̄ p̄dicatū vez transcēdēs nō vi
detur supponere ꝓ alio nec verū esse q̄ ꝓ ipō entis con-
ceptu deo ꝛ creature cōmuni:pro quo etiā solo supponit
huius ꝓpōnis subiectū.vnde ꝛ vlr̄ hoc videtur esse verū
videlicet ꝙ oīs affirmatiue ꝓpōnis subiectū et p̄dicatū
supponūt ꝓ eodē.omnis em̄ affirmatiua ꝓpō videt̄ esse
falsa cuius subiectū supponit pro alio ab illo ꝓ quo sup
ponit p̄dicatum: q̄re ꝛc̄. ❡Suppositio autem simplex
dicitur esse illa in qua terminus subiectus supponit vel ꝓ
seipō non absolute sumpto sed in ordine ad significatum
vel pro suo significato quolibet singulari extra: sic tamē
ꝙ p̄dicatū non est natum verificari de ꝓprio eius ꝯceptu
sed tm̄modo de ꝯmuni:vt ponitur exēplū in multis ꝓpō
nibus in pōrīa concessis:quarum prima est ista:homo est
substātia scdā. Secūda.hō est magis substātia q̄ aīal.
Tertia.hō est substātia que dicit̄ de subiecto ꝛ non est in
subiecto.q̄ quidē tres ꝓpōnes ponūtur a pħo in p̄dica-
mētis:quarū omniū p̄dicata nō vidētur eē vera nisi vel
de subiectis ipsarū supponētibus ꝓ seipsis:nō tn̄ vt quid
ditatiue pro seipsis: sed vt significatiue in ordine ad eo-
rum significata acceptis : vel pro ipsorum significatis

videlicet pro rebus significãtibus extra sumptis ꝛ supponẽtibus: de quoꝝ ꝯceptib⁹ ꝓprijs nõ sunt nata verificari: sicut etiã apparet ĩ ista ꝓpõne / hõ est species vel p̃dicabil̾ de plurib⁹ dr̃ntib⁹ nũero. cõstat eñ ꝙ hõ nõ p̃dical̾ de sorte nec de platone / nec verifical̾ de ipsis singularibus hoĩbus ĩ re extra: nec ipse homo supponit pro se ipso. non eñ hec est vera / sortes est homo / homine ipso p̃dicato supponẽte ꝓ seipõ: sed ꝓ singulari significato. sed hoc mõ spẽs vel qđ idẽ est p̃dicabile de plurib⁹ dr̃ntib⁹ nũero p̃dicatur ꝛ verifical̾ de homine in ꝓpõne p̃dicta qua homo ipse verifical̾ de singularib⁹ qñ p̃dical̾ de eis. Dico eo modo quantũ ad hoc ꝙ sicut de sorte vel de platone nõ p̃dical̾ hoc supponẽs ꝓ seipso absolute sumpto ita nec species vel p̃dicari de pluribus differẽtib⁹ nũero verifical̾ de hoĩe vt supponẽte isto mõ. ergo aut verifical̾ de eo vt supponẽte ꝓ se nõ absolute: sed vt sumpto significatiue: vel qđ videl̾ veri⁹ verifical̾ de ipõ vt supponẽte pro re extra q̃libet singulari vt ꝓ platone ꝛ sorte: de cuius tñ ꝯceptu ꝓprio nõ verifical̾. nõ eñ sortes est species nec substantia scđa. ¶ Tertia suppositio est ꝑsonalis vel ol̾s illa in qua terminus subiectus sic supponit ꝓ aliquo indiuiduo singulari ꝙ p̃dicatũ talis ꝓpõnis natũ est de cõceptu ei⁹ ꝓprio verificari: vt cũ dicil̾ homo currit. Sola aũt prima īter suppositiões tres p̃dictas est q̃ nõ põt esse in aliqua ꝓpõe in qua idẽ p̃dical̾ de seipso: vt probatum est prius. ex quo sequil̾ ꝙ in tali propõne habet esse suppositio ꝑsonalis vel simplex. ¶ Sed cõtra hoc qđ dictũ est de suppositione simplici / arguitur / ꝛ ꝓbal̾ dupliciter ꝙ quãdo in ꝓpõe terminus supponit simpliciter vt in ista / homo est species / vel est p̃dicabilis de plurib⁹ numero differẽtibus / homo nõ supponit ꝓ re extra: sed tñ mõ ꝓ seipso. ¶ Primo. qꝛ res extra significata nec põt esse ꝓpõnis subiectũ nec p̃dicatũ. ergo nec hui⁹ ꝓpõnis subiectũ / cõcept⁹ hoĩs est p̃dicabilis de plurib⁹ / põt supponere ꝓ alio q̃ ꝓ se. ¶ Scđo. qꝛ p̃dicari de pluribus et esse speciẽ est intentio scđa que nõ cõuenit rei extra. ergo hoc p̃dicatũ qđ est species vel p̃dicabil̾ de plurib⁹ nõ verifical̾ de hoĩe vt supponẽte ꝓ re: sed magis vt supponẽte ꝓ se. ¶ Ad primũ respõdel̾: ꝙ licet res ipsa extra nõ p̃dicel̾: sed eius cõceptus: ꝛ etiã subijcial̾: tñ ꝯceptus p̃dicat⁹ verifical̾ de ꝯceptu subiecto aliqñ vt supponẽte ꝓ re eẋ significata: aliqñ vt supponẽte ꝓ seipõ absolute / ꝛ aliqñ vt supponẽte ꝓ se ĩ ordine tñ ad suũ significatũ vt supra ẽ dictũ. ¶ Ad scđm̃ rñdel̾ ꝙ dupl̾r põt dici aliqđ eẽ p̃dicabile. Uno mõ dr̾ predicabile ꝛ subijcibile oẽ illđ qđ põt esse ps ꝓpõnis. pars eñ ꝓpõnis q̃ p̃cedit copulã: est subiectũ: ꝛ illa q̃ ipsã sequil̾ / p̃dicatũ. ꝛ sic est verũ ꝙ res extra nõ est p̃dicabilis nec subijcibilis in aliqua ꝓpõne. Alio mõ aliqđ põt dici p̃dicabile vel subijcibile qđ est ꝑ p̃dicatũ vel ꝑ subiectũ ꝓpõnis significabile: ꝛ p̃dicatuꝫ et subiectũ qđ est ꝑ ptes ꝓpõnis significatũ: ꝛ vt sic ꝯuenit rei extra. ꝛ ideo qñ dr̾ ꝙ p̃dicari de plurib⁹ vel spẽs qđ est idẽ / ẽ scđa intẽtio: verũ est vt p̃dicari de plib⁹ vel etiã de vno solo accipil̾ primo mõ: nõ aũt vt scđo mõ. nec tñ ex hoc videlꝫ qꝛ hõ vt supponẽs ꝓ seipso est p̃dicabil̾ de plurib⁹ illo mõ: videlicet vt ps ꝓpõnis / sequil̾ ꝙ p̃dicatũ verificel̾ de ipso vt absolute sumpto: sed vt ad significatũ potius ꝯpato: pro quo p̃cise nõ pro seipso supponẽs verifical̾ ipse hõ de sorte ꝛ de quolibet alio homine singulari. quare ꝛc̃. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respon

dendũ ad q̃stũ / pono quatuor ꝯclusiones. ¶ Prima est. ꝙ subiectũ huius ꝓpõnis / deus generat vel spirat deũ / qđ q̃dẽ subiectũ est ꝯceptus dei / habet in diuersis ꝓpõnibus oẽs tres suppositiões p̃dictas: videlicꝫ simplicẽ materialẽ ꝛ ꝑsonalẽ. ¶ Hec apparet. qꝛ ol̾s ille termin⁹ habet tres suppositiones istas qui in aliqua ꝓpõne supponit ꝓ seipso: tũc eñ habet suppositionẽ matialẽ: ĩ alia ꝓ suo significato de cui⁹ cõceptu ꝓprio ẽ verũ ꝓpõnis p̃dicatũ: tũc eñ habet suppõnẽ ꝑsonalẽ: ꝛ ĩ alia pro aliquo suo significato de cui⁹ ꝯceptu ꝓprio nõ est verũ talis ꝓpõnis p̃dicatũ. tũc eñ habet suppõnẽ simplicẽ. sed talis termin⁹ est deus. g̃ ꝛc̃. ¶ Maior apparet ex dictis ĩ articulo p̃cedẽti. ¶ Minor declaral̾ ꝛ exẽplifical̾ ĩ trib⁹ propõnibus: quarũ prima est ista / deus est q̃litas. Scđa ista deus est generãs. Tertia / deus est creans: vel tres ꝑsone et q̃libet ipsarum. Cõstat eñ ꝙ prime ꝓpõnis subiectũ est cõceptus dei supponẽs tñmõ ꝓ seipso. Scđe aũt subiectum est idẽ ꝯcept⁹ supponẽs ꝓ aliquo suo significato puta ꝓ sola p̃ma ꝑsona. de cui⁹ ꝯceptu ꝓprio est verũ hui⁹ ꝓpõnis p̃dicatũ. hec eñ ẽ vera: p̃ma ꝑsona siue pater generat / cui⁹ subiectũ ẽ ꝯcept⁹ propri⁹ soli illi ꝑsone. Tertie aũt ꝓpõnis subiectũ est idẽ dei ꝯcept⁹ supponẽs pro re significata. de cui⁹ tñ ꝯceptu proprio nõ ẽ verũ tal̾ propõnis p̃dicatũ. ꝯcept⁹ eñ dei propri⁹ hic sumil̾ ꝓ cõceptu alicui⁹ ꝑsonarũ tñ. cõstat aũt ꝙ nulla ꝑsona sola est creãs / nec tres ꝑsone. g̃ in p̃ma propõne istarũ / deus habet suppõnẽ materialẽ: ĩ scđa ꝑsonalẽ / ꝛ in tertia simplicẽ. q̃re ꝛc̃. ¶ Scđa ꝯclusio est: ꝙ ista propõ / de⁹ generat vel spirat deũ: esset falsa: supponẽte materialiter vel simpl̾r deo ei⁹ subiecto. ¶ Hec apparet. qñ ꝯstat ꝙ nec cõceptus dei in mẽte format⁹ g̃nat neq₃ spirat / nec etiã tres ꝑsone diuine ꝑ ꝯceptũ hm̃õi ĩportate. sed propõ supradicta ei⁹ subiecto supponẽte pro seipso significaret p̃mũ: vꝫ ꝙ ille ꝯcept⁹ g̃naret deũ. eius aũt subiecto ꝓ suo significato simpl̾r supponẽte significaret scđꝫ / vꝫ ꝙ oẽs tres ꝑsone nõ aliq̃ tñ ipsarũ g̃naret deũ / vt apparet ex p̃declaratis. g̃ propõ ista eẽt falsa / altero istoꝝ modoꝝ ei⁹ subiecto supponẽte ĩ ipõ. ¶ Tertia ꝯclusio ẽ: ꝙ ista ꝓpõ supradicta ẽ vera ꝛ necessaria vtroq₃ eius termio p̃dicato vꝫ ꝛ subiecto ꝑsonaliter supponẽte. ¶ Hec ẽ eadẽs. qñ ol̾s illa propõ ẽ vera isto mõ cui⁹ p̃dicatũ ẽ verũ de subiecto supponẽte pro aliquo suo ꝓprio significato. de cuius cõceptu propõ ẽ verũ etiã ipm̃ p̃dicatũ. sed tal̾ propõ ẽ ista / deus g̃nat deũ. ei⁹ eñ p̃dicatũ qđ ẽ g̃nare deũ ẽ p̃mo verũ de p̃ma ꝑsona seu de ꝯceptu ei⁹ proprio supponẽte pro ea cui⁹ ꝯcept⁹ hic dicil̾ propri⁹ cõcept⁹ rei significate ꝑ deũ hui⁹ propõnis subiectũ. vnde nec deus dicil̾ g̃nare deũ / nisi qꝛ p̃ma ꝑsona g̃nat scđaꝫ / ꝛ tã p̃ma q̃ scđa est deus. g̃ ꝛc̃. ¶ Quarta ꝛ vltima ꝯclo est: ꝙ ista ꝓpõ sepe dicta ẽ vera ꝛ absolute ab oĩ catholico cõcedẽda. ¶ Hec apparet. ꝛ seql̾ ex p̃dicta. qñ ol̾s illa ꝓpõ absolute ẽ vera ꝛ sine distinctiõe aliq̃ cõcedẽda: de cui⁹ subiecto ꝑsonaliter supponẽte p̃dicatũ ẽ verũ: sꝫ talis ẽ ista vt ostẽsuꝫ ẽ. g̃ ꝛc̃. ¶ Cõfirmal̾. qꝛ sicut ol̾s propõ ĩdefinita: vt ista / hõ currit / habꝫ duas causas veritatis siue põt dupl̾r esse vera: vno mõ / oĩ hoĩe singulari currẽte: ꝛ alio mõ solo vno: nec minus est vera / nec magis distinguẽda / nec min⁹ ꝑ ꝯñs absolute cõcedẽda scđo mõ q̃ primo: ita cõsil̾ter potest dici de omni alia propõne: cuius subiectũ est termin⁹ indefinite acceptus pluriũ rerũ nõ tñ essentialiter sed tñ ꝑsonaliter diuersarũ significatiu⁹: vꝫ ꝙ ẽ absolute vera et cõcedẽda siue p̃dicato ꝯueniẽte cuilꝫ subiecti significato siue vni ipoꝝ tñ. sed cõstat ꝙ g̃nare cõuenit ꝛ si nõ oĩ ꝑsone ꝑ cõceptũ dei hui⁹ propõnis subiectũ / tñ alicui vꝫ prime ꝑsone / ꝛ spirare prime ꝛ scđe. ergo nõ minus est absolute vera ꝛ cõcedẽda ista / deus g̃nat deũ / q̃ ista / de⁹ est infinit⁹ vel creauit mũdũ: sicut nec min⁹ ista est absolute vera / hõ currit solo sorte currẽte q̃ quocũq₃ hoĩe singulari. ¶ Sed ꝯtra cõclusionẽ istã arguil̾ multipl̾r. Primo. qꝛ ꝓpõ ĩ vno sensu vera / ꝛ ĩ alio sẽsu falsa / nõ ẽ absolute sine distinctiõe aliq̃ p̃us ꝯcedẽda: sed ꝓpõ supradicta ẽ hmõi vt pꝫ ex alijs ꝯclonib⁹ ĩ q̃b⁹ dictũ ẽ ꝙ ei⁹ subiectũ p̃t h̾r=

tres suppositiones: & q ipso habente suppositionẽ materialẽ vel simplicem/ ꝓpõ ipsa est falsa. si aũt ꝑsonalem est vera. ḡ nõ est absolute cõcedẽda: sed ꝑmo distinguẽda. ❡ Scðo. qr ꝓ illo hic in ipsa supponit eius subiectũ qð primo significat̃ ꝑ ipm: sed dei cõceptus in ea subiectꝰ primo significat deitatẽ seu deũ qui est ꝑsonaliter trinus sed nec generare est verũ de deitate/ nec de deo ꝑsonaliter trino. ergo &c. ❡ Tertio. qr cũ cõcretũ & abstractũ idẽ significẽt/ idẽ est dicere/ deũ generare deũ/ & deitatẽ generare deitatẽ. sed ꝯstat q scða ꝓpõ qua dicit̃ q deitas generat deitatẽ/ est falsa. ergo &c. ❡ Quarto. qr oĩs ꝓpõ indefinita qualis est ista/ habet esse vera ad minꝰ ꝓ aliquo indiuiduo ꝓprio sui obiecti: sed sicut indiuiduũ hoĩs nõ est nisi hic homo singularis: ita nec dei nisi hic deus. oĩs aũt hic deus est trinus: de quo nõ ẽ verũ generare/ qð est huius ꝓpõnis ꝑdicatũ. ergo &c. ❡ Ad primũ dico q si illud qð assumitur ĩ maiori est verũ/ nulla ꝓpõ est absolute cõcedẽda: sed antea distinguẽda. qm̃ nec ista ꝓpõ/ deꝰ est ens infinitũ/ nec trinus & vnus/ nec homo est aĩal vel risibilis/ nec aliqua alia est vera in omni sensu intellecta nec quomodocũqȝ supponẽtibus eius extremis subiecto videlicet & ꝑdicato: imo quelibet ꝑdictarũ est falsa: earũ subiectis & predicatis supponẽtibus materialiter pro se ipsis: vera aũt ipsis supponẽtibus ꝓ rebus significatis nec tñ ex hoc sequitur q aliqua ipsarũ sit distinguenda anteqũ cõcedẽda: qr apud cõmunẽ vsum omniũ ꝓpõnes tales intelligũtur & sic cõcedũtur earũ terminis supponẽtibus ꝓ rebꝰ significatis: sicut & iste/ homo est nomẽ vel vox/ terminis supponẽtibus econtrario ꝓ seipsis: nec in istis aliter q̃ materialiter ꝓ seipsis/ nec in aliis aliter q̃ ꝑsonaliter ꝓ significatis terminũ supponere intelligũtur a sane ĩtelligẽtibus. ex quo seq̈t̃ q nec ꝓpositionẽ veram eius subiecto supponẽte materialiter ꝓ seipso vt hõ est nomẽ/ nec aliã verã eiꝰ subiecto supponẽte ꝑsonaliter pro significato oportet distĩgui: qm̃ talis suppositio est nota oĩbus cõtẽt: sed põt q̃libet taliũ absolute negari vel cõcedi. quare &c. ❡ Ad scðm respõdet̃: q sicut cõceptus hoĩs specificus licet nõ significet primo sortem vt absolute sumptus: tñ primũ eius significatũ pro quo ipse hoĩs cõceptus supponit in ista ꝓpõne/ homo currit/ est sortes: cũ & pro ipso nõ pro alio sit vera. ꝓ illo aũt supponit ꝓpõnis subiectũ: & illud vt ꝓpõnis subiectũ primo significat: cũ nec supponere hic sit aliud q̃ significare pro quo ꝑdicatũ est de ipso verũ: ita licet dei cõceptus specificus vt absolute acceptꝰ primo significet absolute deũ nõ tñ aliquã ꝑsonarũ: tñ vt huius ꝓpõnis subiectũ/ deꝰ generat deũ/ pater est primũ eius significatũ. pro quo ꝓpositio ipsa est vera. ❡ Ad tertiũ respõdet̃ q deitas vel essentie ĩ abstracto significat rẽ ipsam siue naturã ĩcreatã vt tribus ꝑsonis ꝯmunẽ: propter qð nõ põt de ipsa ꝑdicari aliquod notiõale qð ꝯuenit tñ alteri vel aliquibus personis: nõ oĩbus. deus aũt in concreto põt supponere indifferẽter vel pro oĩbꝰ ꝑsonis vel tñ pro vna. quare &c. ❡ Ad quartũ respõdet̃ q qm̃ vnũ indiuiduũ est plures ꝑsone sufficit q ꝓpõ indefinita verificet̃ pro vna illarũ tñ: nec oportet q verificet̃ pro illo indiuiduo inquantũ est oẽs ille ꝑsone simul. sed sic est in proposito. ergo &c. ❡ Sic ad q̃stionẽ. ❡ Ad rõnẽ in principio apparet solutio ex ꝑdictis: qm̃ licet deus sit tres ꝑsone: non tñ in ista propõne/ deus generat deũ/ huiusmõi subiectũ supponit pro tribus oĩbus/ sed tñ pro vna ipsarũ. q̄re &c. ❡ Sed cõtra primo: qr scðm istã expositionẽ etiã posset concedi ista/ deus est distinctus seu alius a deo/ eius subiecto & ꝑdicato supponẽtibus ꝑsonaliter: qð est falsum. ❡ Scðo quia si deus generat deũ/ vel se vel aliũ: sed nõ se: qr nihil generat semetipm̃: nec aliũ deum: qr tũc essent plures dii. ergo &c. ❡ Ad primũ dicitur q non est simile de ista & de alia propositione. quoniã negatio quã signat distinctio negat vniuersaliter & distributiue ẽminũ ꝑdicatũ ipsam sequentẽ ab omni significato ꝑ subiectũ. & ideo ista/ deus distĩguit̃ a deo/ equipolleret isti/ deus nõ est idem alicui deo. hec aũt est falsa. quare &c. ❡ Ad scðm cõcedi põt q genuit se deum sic intelligẽdo quia genuit personã que est idẽ deus secũ: nec tñ ex hoc sequitur q genuit se absolute: quia generans & genitum personaliter distinguũtur. quare &c.

CIrca dist. quintã: in qua magister ostendit & determinat q diuina essentia nõ generat/ nec generat̃: Quero primo de hoc: vtrũ videlicet diuina essentia possit dici generare & generari. ❡ Et videtur q sic. quia oĩe illud qð est res generans & res genita/ põt dici vere generare & generari. sed constat q diuina essentia est res generans & res genita cũ sit a ꝑsonis oĩbus totaliter indistincta. ergo &c. ❡ Contra. quia omne generans est a genito & vniuersaliter oẽ producẽs distinctũ realiter a producto. sed diuina essentia est ab oĩ persona tã producẽte q̃ producta indistincta totaliter ĩ re extra. ergo &c. ❡ Responsio. vbi supposito tanq̃ certo et ꝑ ecclesiã determinato extra de sum. tri. & fi. cath. cap. damnamus. q ipsa essentia nec generat nec generat̃ nec aliquo modo producit̃ nec producit ad intra/ sic ꝓcedã. Primo enĩ inquirã quomodo hoc sit intelligẽdũ. Scðo inquirã an filius possit dici generari de substãtia patris et an semper generetur.

Quantũ ad primũ est sciendum q ista propositio/ essentia nõ generat nec generat̃/ põt habere duplicẽ ĩtellectũ: videlicet vnũ q essentia nõ sit res que generat nec q̃ generat̃: sed q ab omni re generãte & genita distinguat̃: vt ista/ essentia nõ generat nec generat̃/ sit vera sicut ista/ homo non est angelus: vel alia quecunqȝ negatiua: ꝑ cuius ꝑdicatũ & subiectũ importãtur distincta in re extra: ratione cuius distinctionis significatorũ ꝑdicatũ negat̃ a subiecto. Aliũ intellectũ potest habere videlicet q essentia dicatur esse non generãs nec genita in primo modo dicendi per se.

Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ❡ Prima est: q ista ꝓpositio/ essentia nõ generat nec generat̃/ primo modo ĩtellecta posset ab illis cõcedi qui ponunt ipsam essentiã distingui a ꝑsonis oĩbus in re extra. ❡ Hec probat̃. quoniã cũ tñ diuine persone alique ꝓducãt & alie producãtur: nihil ab eis in re extra distinctũ est res producẽs nec producta. ❡ Hoc apparet qr nulla res alia ab oĩ ꝑsona diuina est ꝓducẽs aliquã ꝑsonã: nec ꝑsona ꝓducta. sed cũ oĩa ĩ re extra distĩcta sint res diuerse vt in ꝑcedẽtibus est ostẽsuȝ/ cũ nulla res alia sit ibi producẽs nec ꝓducta nisi sola ꝑsona diuina: ꝑ ꝯñs si diuina essentia esset ab oĩbus ꝑsonis distincta in re extra/ esset res alia ab eis. ḡ nec posset nec deberet cõcedi seu dici aliqua res producẽs nec producta. ❡ Cõfirmat̃ qr nullũ realiter distinctorum potest dici alterum. sed si diuina essentia est distincta a personis oĩbus in re extra est ab eis omnibus realiter distincta: vt probaui in dist. scða. ergo nõ est aliqua personarũ/ nec per ꝯñs res producẽs nec producta. ❡ Preterea esto q nõ distinguentur ab eis realiter sed tantum vt dicunt formaliter in re extra/ adhuc non videt̃ q essentia ipsa possit dici ꝑsona que generat nec persona que generatur: qm̃ scðm eos sic essentia est ab oĩ ꝑsona distĩcta q est aliã quidditas alia

ab omni persona:siue formalitas sicut intellectus anime est formalitas alia a volūtate: licet realiter secū idē. sed cōstat ꝙ licet intellectus ⁊ volūtas ⁊ aīa sint res vna/ex quo tñ sunt plura in re extra quomōcūq; distincta/ nō pōt dici ꝙ intellectus sit illa formalitas seu quidditas q̄ elicit ⁊ recipit actū volendi/nec ecōuerso videlicet ꝙ volūtas sit illa que elicit ⁊ recipit actū intelligēdi:licet dicat̄ realiter idē secū.ergo ⁊ ī ꝓposito ꝯsimilit̄ est dicēdū:videlicet ꝙ cū nō minus generare sit solius ꝑsone prime ⁊ generari scdē: vel ipsa scda/⁊ generare prima:ꝙ dicere ⁊ recipere verbū creatū sit intellectus: ⁊ spirare ⁊ recipere amorē sit volūtatis:nō magis diuina essentia poterit dici illa res q̄ generat nec illa q̄ generat̄ ꝙ intellectus creatus illa volūtas q̄ spirat amorē: nec ecōuerso voluntas ille intellectus qui dicit ⁊ recipit verbū. ¶ Cōfirmat̄.qꝛ nullū in re extra distictoꝝ est alterū in re extra vt ab ipso distictū: sed diuina essentia est/vt dicūt/distīcta a ꝑsonis oībus in re extra:ergo vt sic in re extra distincta non est aliq̄ ꝑsona:nec ꝑ ꝯñs res generans nec genita. ¶ Scda cōclusio est:ꝙ ꝓpō ista ꝑdicta/essentia nō generat nec generat̄/in ꝑmo intellectu ꝑdicto ītellecta est falsa/nec ab aliquo ꝯcedēda. ¶ Hec ꝓbat̄.qm̄ oē illud qd̄ est a re generāte ⁊ a re genita īdistictū realiter in re extra/est vere res generans ⁊ res genita. ¶ Hoc apparet ex opposito. qm̄ qd̄ nō est res q̄ generat nec res q̄ generat̄ oportet ꝙ tā a re generāte ꝙ a re genita sit distinctū. sed diuina essentia est a ꝑsona tā generāte ꝙ genita indistincta totaliter in re extra:qꝛ si esset distincta ab ipsa in re extra aliqualiter/⁊ realiter.nō pōt aūt distingui realiter.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄.qꝛ in diuinis nō sunt plures res ꝙ tres.sed nisi diuina essentia esset res ꝓducēs/⁊ alia res ꝓducta: ibi essent quatuor res:videlicet vna q̄ est generās vt prima ꝑsona:alia q̄ est genita vt scda:⁊ tertia que est spirata:quarta q̄ esset distincta a tribus predictis:videlicet ipsa essentia:supposito ꝙ non esset res aliqua trium ꝑdictorū videlꝫ nec ꝓducēs nec ꝓducta.oē eñ qd̄ est ī re extra ⁊ nō est res talis est distinctū ab ipa ⁊ ꝑ ꝯñs ponit in nūerū cū eis:qꝛ oīa in re extra distīcta sūt plura:⁊ ꝑ ꝯñs numerata.ergo ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguit̄.quia illud qd̄ sic est realiter pater/filius/⁊ spiritus sanctus ꝙ est ab ipsis oībus indistinctū totaliter in re extra/vere est res que generat ⁊ res q̄ generat̄ ⁊ alia q̄ spiratur:sed diuina essentia est huiusmodi.ergo ⁊c. ¶ Minor habetur extra de sum.tri.⁊ fid.cath.c.damnamus.vbi sic dicitur: Nos sacro approbante concilio credimus ⁊ confitemur cum Petro ꝙ vna quedā summa res est incōprehēsibilis q̄dē ⁊ ineffabilis que veraciter est pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus tres simul persone ac singillatim quelibet earūdem.et ideo in deo solūmodo trinitas est non quaternitas.ergo cum scdꝫ istā ecclesie dētminationē sic diuina essentia sit oēs tres persone ⁊ quelibet earū ꝙ nō ponit innumerū cū eis/quia tantū est ibi trinitas nō quaternitas/per ꝯñs sequitur euidenter ꝙ essentia oīno est indistincta a personis oībus in re extra.ex q̄ sequit̄ ꝓpositū videlicet ꝙ ipsa vere est res generās ⁊ res generata:⁊ ꝑ ꝯñs ꝙ ꝓpō huic opposita qual̄ est supradicta/est falsa. ¶ Confirmatur ꝑ illud qd̄ vbi supra subdit ecclesia: vbi ait ꝙ diuina essentia est pater qui generat/⁊ filius q̄ generatur/⁊ spiritus sanctus qui procedit. ergo ꝓpositio ista/essentia non est res que producit:nec res que producitur/est vt falsa ⁊ determinatiōi isti ecclesie cōtraria ab omni catholico neganda. ¶ Ex predictis duabus cōclusionibus infero corollarie nō esse tutū dicere ꝙ essentia diuina sit distincta ab omnibus personis quātūcūq; modicū in re extra. quoniā vt apparet ex prima cōclusione sic dicētes habēt cōcedere ꝙ essentia nō est pater qui generat/nec filius qui generatur/nec spiritus sanctus qui procedit/cū sit distincta ab istis omnibus in re extra. et esto ꝙ dicāt ꝙ imo est realiter q̄libet ꝑsonarū/ nō tamē possunt dicere que sit q̄libet earū totaliter in re extra:cū ponāt ipsam esse distinctā ab oībus aliqualiter in re extra.sed hoc videtur esse contra determinationē ecclesie supradictā.ergo ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio est: ꝙ ista ꝓpō supradicta/diuina essentia nō est res q̄ generat/nec q̄ generatur/nec q̄ spiratur/ scdo modo intellecta est vera et a catholico cōcedēda. ¶ Hec ꝓbat̄.qm̄ nihil pōt dici vere aliquid in primo mō dicēdi ꝑ se nisi illud qd̄ cadit in sua diffinitione : sed ꝑdicatū huius ꝓpōnis/diuina essentia est pater qui generat vel filius qui generat̄:non cadit in diffinitione subiecti. ergo ipsa non est vera primo modo. ¶ Maior est euidēs. nulla eñ ꝓpō affirmatiua est vera in ꝑmo mō:nisi illa cuꝰ ꝑdicatū ē sui subiecti diffinitiuū. ¶ Minor ꝓbat̄.qm̄ subiectū ꝓpōnis huius est ꝯceptus diuine essentie. ꝑdicatū aūt est conceptus ꝑsone. ꝙ aūt ꝯceptus ꝑsone nō cadat in diffinitione cōceptꝰ essentie sic ꝓbat̄.cuicūq; cōpetit ꝙ sit talis res qualis īportat̄ ꝑ conceptū diffinitiuū diuine essentie/ ei cōuenit ꝙ sit tal̄ qualis importat̄ ꝑ oēm cōceptū q̄ est pars diffinitionis essentie. ¶ Hec est euidēs in exēplo.qꝛ eñ cōceptꝰ aīalis corporis substātie ⁊ entis est ps diffinitionis hoīs ꝓpter qd̄ ista ꝓpō est vera in ꝑmo mō: hō est aīal corpus substātia ⁊ ens:ideo cuicūq; ꝯuenit ꝙ sit tal̄ res qualē importat diffinitio hoīs/necessario cōuenit ꝙ sit tal̄ q̄lē importat quilibet ꝑdictoꝝ cōceptuū ipsam hoīs diffinitionē ꝯstituētiū.sed cōstat ꝙ nō oīs res īportata ꝑ diffinitionē siue descriptionē diuine essentie ē res importata ꝑ cōceptū talē puta alicuius determinate ꝑsone.filius dei eñ est vere essentia diuina: nō tñ pater:nec pater est filiꝰ nec spiritus sanctus.ergo nullius ꝑsone determinate cōceptus est deitatis diffinitiuus:nec ꝑ ꝯñs de eiꝰ ꝯceptu predicabilis ꝑmo mō. ¶ Confirmat̄.qꝛ oē ꝑdicatū dictū de aliquo primo mō dicit̄ de quocūq; de quo dicit̄ eiꝰ subiectū:sicut de quocūq; ꝑdicat̄ homo/ ꝑdicant̄ aīal corpꝰ substātia:quoꝝ qd̄libet dicit̄ de hoīe ꝑmo mō:sed diuina essentia dicit̄ de tribus ꝑsonis realiter distinctis: quarū nulla dicit̄ de altera.licet eñ deꝰ sit realiter ⁊ totaliter ī re extra pater/filius/⁊ sp̄us sctūs/nulla tñ ꝑsona istarū est altera.ḡ nec aliqua ꝑdicat̄ de diuina essētia ꝑmo mō. quare ⁊c. ¶ Et si cōtra hoc arguat̄: qꝛ cū nulla ꝑsonarū sit distincta ab essentia ī re extra/ ꝯceptus ꝑsone nō īportat nisi illud idē qd̄ īportat cōceptus essentie.ḡ ē de ipso ꝑdicabilis ꝑmo mō. Dico ꝙ añs est verū:sed ꝯña nō valet.qꝛ nec oīm cōceptuū idē importātiū in re extra vnus est alterius diffinitiuus nec ꝑ ꝯñs de ipso ꝑdicabil̄ ꝑmo mō:sed tñ illoꝝ cōceptuū diuersoꝝ vnus est diffinitiuus alterius ⁊ ꝑ ꝯñs de ipso ꝑdicabilis primo modo: cuiꝰ videlicet conceptus diffiniti obiectū significatū quodcūq; oportet esse tale q̄le est res significata ꝑ eius diffinitiuū cōceptū:cuius ꝯtrariū est in ꝓposito.⁊ ideo licet qꝛ ꝯceptus ꝑsone ⁊ ꝯceptꝰ essentie idē significāt totaliter in re extra vnꝰ ꝑdicetur de alio idētice: non tñ primo modo. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est:ꝙ ista ꝓpō/diuina essentia generat ⁊ gñat̄ vel spirat ⁊ spirat̄/vt sic absolute sumpta/est falsa:nec est ab aliquo catholico ꝯcedēda. ¶ Hec probat̄ ⁊ infert̄ ab aliquibus ex tertia supradicta:qm̄ vt dicūt:nulla ꝓpō in qua de vltimate abstracto ꝑdicat̄ aliquid natū ꝑdicari de subiecto eiꝰ sic vltimate abstracto tm̄ in ꝑmo mō dicēdi ꝑ se/est vera nisi sit vera ī ꝑmo mō: et ita ꝑ ꝯñs oīs talis in primo modo falsa est simpliciter falsa:sed in ista ꝓpōne:diuina essentia generat vel generatur:ꝑdicatū est natū tm̄ ꝑdicari ī primo mō ⁊ subiectū de q̄ ꝑdicat̄ ē vltimate abstractū.ḡ cū ista ꝓpō scdꝫ ꝯclusionē tertiā supradictā nō sit vera imo falsa ī ꝑmo mō:nec simpliciter ⁊ absolute sumpta poterit esse vera. ¶ Sed

Hoc premisso: pono quatuor conclusiones. ❡ Prima est: ꝙ deus est oīno ĩmutabil'. ❡ Hec apparet. quia qḋ ē immutabile tā essentialiter ꝙ̄ accidētaliter/ est immutabile vl'r: sed deus est immutabil' vtroq; istoꝝ modoꝝ. ergo ⁊c. ❡ Scḋa ɔclusio est: ꝙ deū esse substātialiter seu essentialiter immutabilē/ potest ꝓbari per rationē naturalē vel aduersariū cōuincentē/ vel saltē per rationē que ꝓbabilior esset ꝙ̄ solutio que ad ipsam ab aliquo dari posset. ❡ Hec ꝓbatur. qm̄ ad ɔclusionem istā ꝓbandā potest argui tam ex creditis ꝙ̄ ex alijs notis naturaliter sine fide: sed ratio ex ꝑmis ꝓcedēs videt' ɔclusionē euidēter inferre: ⁊ ꝑ ɔ̄ñs aduersariū cōuincere. alia aūt ꝓbabilior ⁊ euidētior videt' eē viro indifferēti ꝙ̄ eius solutio. ergo ⁊c. ❡ Minor declaratur. et primo quātum ad primā partē videlicet ꝙ euidenter possit ꝓbari predicta ɔclusio ex aliquo credito arguēdo. qm̄ constat oē illud essentialiter esse immutabile qḋ nec potest incipere nec desinere esse: sed deus est huiusmodi. ergo ⁊c̄. ❡ Minor assumpta ꝓbatur ex credito: videlicet ex hoc ꝙ deus est necesse esse. ɔstat eñ ꝙ nullū ens necessarium qḋ est impossibile nō eē/ potest incipere nec desinere esse ex primo celi ⁊ mūdi in fine/ sed deus est ens necessarium qḋ impossibile est non esse. hoc est creditū a catholico fideli: non tñ cōcederet' ab alio infideli. ergo ⁊c. ❡ Scḋa pars minoris: videlicet ꝙ etiā ex naturaliter notis possit ad ɔclusionē p̄dictam adduci euidētior ratio ꝙ̄ esset aliq̄ ei⁹ solutio/ apparet sic arguēdo. primū ens a nullo alio ente ꝓductū sed oīz alioꝝ causaliter ꝓductiuū est ĩmutabile essentialiter. ❡ Hoc ꝓbatur. q: qḋ non pōt ab aliquo ĩ esse poni nec destrui est essentialiter immutabile. omne eñ annihilabile est ab alio ꝓducibile: sed ens primū cū sit non factū ab aliquo nō potest ab aliquo fieri: ꝗ̄ nec destrui. sed qḋ nō potest fieri nec destrui est essentialiťter immutabile: cū nec possit mutari a nō esse ad esse/ nec ecōuerso ab esse ad nō esse. ergo ens primū ē essentialiter immutabile. sed est dare aliquod tale ens primū a nullo factum: sed alioꝝ omniū a se principiū effectiuū. ❡ Hoc probatur sicut ꝓbatū fuit supius in distictiōe prima/ per per hoc. quia constat ꝙ tota multitudo ꝓductoꝝ siue sit finita siue infinita est ꝓducta. sed illud a quo est ꝓducta non potest esse aliqua pars talis multitudinis: alias idē esset a seipso ꝓductū. ergo cū omne ens ꝓductū sit pars talis multitudinis sequit' ꝙ est dare aliquod ens primū improductuz a quo alia omnia sunt producta. quare ⁊c. ❡ Tertia ɔclusio est: ꝙ deū esse accidētaliter immutabilē potest ꝑsuaderi ⁊ ꝓbabiliter declarari: nō tñ naturaliter demōstrari. ❡ Hec apparet adducēdo ratiōes secūdū quas ɔclusio ista ꝓbatur: q̄ vt videbitur: licz sint ꝓbabiles ⁊ alique etiā ꝓbabiliores ꝙ̄ ipsarū solutiones: non tamē sunt euidēter aduersarium cōuincētes. ❡ Arguit' quidē primo. q: scḋm ph'm. 7. physi. omne qḋ mouetur ab alio mouetur. sed nō est dare processum infinitū in talibus motis ⁊ mouentibus. ꝗ̄ oportet deuenire ad aliqḋ mouens immobile primū. ❡ Secūdo. quia qḋ est actus primus nō existēs in potētia ad aliquid qḋ nō habet: est

accidentaliter immutabile. sed primū ens qđ est deus: est tale ens. ergo ⁊c. ¶ Tertio. q: si primū ens esset mutabile maxime argueretur tale quia est mouens: sed ex hoc nō sequitur ꝙ moueatur q: mouet ꝑ modū ītellecti ⁊ desiderati. qđ aūt est mouēs taliter nō est motum. ḡ ⁊c. ¶ Quarto arguitur ꝑ cōmē. 35. quia aliqđ est ī vniuerso motū ⁊ nō mouens ⁊ aliqđ motū ⁊ mouēs. ḡ etiā est dare aliquid mouēs / ⁊ nullo modo motum. ¶ Quinto arguitur ex ꝯmē. 31. 11. metaphysic. sic. quāto aliquid plus distat a materia / tāto est minus mutabile. ergo illud qđ distat ab ipā in infinitū sicut deus / nullo modo potest eē mutabile. ¶ Sexto quia deo cōuenit omnis ꝑfectio simpliciter quā melius est habere ꝙ̄ nō habere. sed immutabilitas totalis est ꝑfectio talis. ergo ⁊c. ¶ Predicte rationes oēs accepte ex diuersis cōmētis ⁊ principiis Aristotelis / licet sint ꝓbabiles: nō sunt tñ aduersariū euidēter cōuincētes: quia nec ꝯclusionē euidēter inferētes vt apparet ꝑ singulas discurrendo. ¶ Ad primā eñ diceretur ꝙ maior illa ꝓbi est vera de motione qua aliquid mouetur ab aliquo sicut a causa finali / ⁊ etiā de motiōe qua aliquid mouetur essentialiter sicut ab efficiente puta de illa qua aliqđ mouetur de nō esse simpliciter ad esse simpliciter. nō aūt de actione accidētali qua aliquid habēs esse simpliciter mouetur subiectiue ad aliquid sibi possibile quo carebat ante. ¶ Ad scđm cōsimiliter diceretur ad minorem videlicet ꝙ licet primū ens quod est deus sit actus purus nō existēs ī potētia essentiali ad esse simpliciter ⁊ ad nō esse / cum sit necessario esse / nec per ꝯñs sit mobile ab aliquo motiōe essentiali videlicet a non eē simpliciter ad esse simpliciter / nec etiā econuerso ab esse huiusmodi ad nō esse: non tñ est sic actus purus ꝙ careat omni potētia accidētali ad quodcūq; ipsi extrinsecū qđ potest in eo esse ⁊ nō esse. ⁊ ideo sicut agens liberū mouet seipm nō de potentia essentiali ad actū essentialem et simpliciter: quia hac motione ab alio habet moueri: sed de potētia accidētali ad aliquē accidentalē ipsi possibilem actūata ⁊ de primo ente poneret aduersarius cōsimiliter esse dicendū. quare ⁊c. ¶ Ad tertiū consimiliter diceretur sicut ad primū: videlicet ꝙ quia agens primū mouet per modum amati ⁊ desiderati non arguitur ꝙ sit mobile: sed ꝙ sit immobile / non simpliciter siue vl'r sed eo mō quo vnū mouet̄ ab alio vt a causa finali. Hoc modo moueri ab alio / vt a cognito ⁊ desiderato / est moueri ab ipso isto modo: videlicet metaphorice vt a fine. illud aūt potest esse causa finalis sui in essendo / ⁊ esse in potentia vt moueatur a seipo etiā sicut a causa finali nō suiipsius / sed alicuius sibi possibilis effectus. quare ⁊c. ¶ Ad quartū cōsimiliter diceretur: videlicet ꝙ ille modus arguēdi ꝓbi quo arguit ex medio ⁊ ex vno extremo rum / alterū tenet ī motione qua aliquid mouetur ab aliquo / vt a fine. si eñ est dare hoc extremū puta motū ab aliquo vt a fine ⁊ mediū qđ est mouēs ⁊ motum similiter ab aliquo ꝑ modum finis / est dare alterum extremū qđ videlicet est mouens nō motū ab aliquo vt a fine. nō aūt valet hic arguendi modus de motione effectiua accidētali: licet etiā vt dictū est valeat de motione effectiua essentiali qua aliquid possibile est mobile ad esse simpliciter / ⁊ ad non esse ab alio effectiue. ¶ Ad quintū apparet ꝙ non concludit: qm̄ illa maior quā accipit non videtur vera de aliqua mutabilitate videlicet nec de accidētali nec etiā de essentiali. cū eñ materia sit ingenerabilis ⁊ incorruptibil' nulla forma creata quātūcūq; ab ea distincta potest esse minus mutabil' ꝙ̄ sit ipsa loquēdo de mutabilitate qua possibile dicit̄ mobile ad esse simpliciter et quādo est ad nō esse totaliter. nō videtur etiā eē vera de mutabilitate accidentali. quia hoc modo materia est immobil' a seipā: nō aūt omnis forma. Si aūt maior illa intelligitur de mutabilitate essentiali non que est a non esse totaliter ad esse simpliciter: sed de illa q̄ est a potentia materie essentiali ad actū forme substātialis: sic est vera: ex ipsa tñ nō sequitur nisi ꝙ deus sit tā a se ꝙ̄ ab alio immutabil' isto modo subiectiue videlicet sicut ad actū alicuius forme substātialis. nō aūt sequitur ex hoc quin possit moueri accidētaliter seu ad actū forme accidentalis. ¶ Ad sextū apparet etiā ꝙ non cōcludit euidēter. qm̄ vtraq; ꝓmissarū ab aduersario negaretur. argueret eñ primo aduersarius ꝙ maior sit falsa: videlicet ꝙ oīs ꝑfectio quā melius est cuilibet habere ꝙ̄ nō habere sit in deo: qm̄ posse existere ⁊ agere circūscripto omni alio supposito ab isto realiter distincto est ꝑfectio quā meliꝰ eēt isti ⁊ cuilibet alteri supposito habere ꝙ̄ non habere. esse etiā necesse esse a seipso nō ab aliquo alio ꝓducēte est talis perfectio vt diceret aduersarius. sed ista nō cōueniūt diuinis suppositis. nō eñ aliquod diuinū suppositū pōt existere nec agere sine alio ab ipso realiter differēte. nullū etiā suppositū diuinū ꝓductū est necesse esse a seipso sed ab alio originaliter vel a se ꝓducente ipsum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ꝑfectionis esset in omni supposito ꝙ nihil esset in ipso nisi qđ est ꝑfectio simpliciter. sed hoc vt diceret aduersarius nō cōuenit alicui diuino supposito: cū nulla ꝓprietas ꝑsonalis sit ꝑfectio simplicit̄: nec etiam multi doctores catholici cōcedūt. ergo ⁊c. ¶ Sic igitur apparet ꝙ licet ꝓdicta ꝯtra maiorē illius rationis obiecta nō valeant nec cōcludant / tñ ipsam ineuidētem reddunt ⁊ de eius veritate aduersariū dubitare faciunt. ¶ Minor etiā negaretur. diceretur eñ ꝙ talis totalis immutabilitas nō esset ꝑfectionis / sed imꝑfectionis / ⁊ tolleret omnē cōtingētiā istorū inferiorū ⁊ aliorum omniū futurorū. qđ eñ est oīno immobile / nō est indeterminatū ad posse agere ⁊ non agere / ad posse vnū acceptare / ⁊ alterū respuere. ⁊ ita omne qđ est ab agēte totaliter immutabili est ab ipso nō contingēter: sed omnia sunt a deo cōtingēter nō necessario. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ euidētiꝰ ꝓbatur deū esse immutabilē essentialiter ꝙ̄ accidentaliter. ¶ Hec apparet ex predictis rationibus adductis ad ꝓbandū deū esse immutabilem vtroq; istorū modorū. qm̄ tā illa ratio q̄ probat deum esse essentialiter immutabilē quia est ens necessariū / ꝙ̄ illa alia qua arguitur idem quia est ens primum est incōparabiliter euidētior ⁊ ꝓmissas accipit notiores ꝙ̄ aliqua sex aliarū ꝓdictarū quibus ꝓbatū est deū esse immutabilē vl'r: nō tñ specialiter sed etiā accidētaliter: vt apparet ex respōsionibus datis ad eas. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia cuicūq; tā catholico ꝙ̄ heretico est notum ꝙ primum ens est necesse esse / impossibile nō esse simpliciter ꝙ̄ ꝙ sit ens nullam potētiā habēs ad aliquod accidēs vel ad aliud quodcunq; ab ipso distinctū qđ possit in ipso esse accidentaliter ⁊ non esse. sed ex hoc ꝙ primū ens est necesse esse arguitur immutabile essentialiter. ex hoc aūt ꝙ nō est in potētia ad aliqđ sibi possibile arguit̄ esse accidētaliter immutabile. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quia etiā scđm veritatē fidei in verbo diuino sustētat̄ realiter homo / nec minus scđm multos doctores catholicos ponētes accidēs esse a diuino supposito assumptibile / posset accidēs in eo hoc supposito sustentari ꝙ̄ ipse homo assumptus sustentetur de facto / homo etiā assumptus posset dimitti / ⁊ iterum reassumi. sed hoc videlicet hominē vel quodcunq; aliud ens creatum sustentari de nouo in deo nō videt̄ posse fieri nisi deus ad hoc esset aliquo modo ī potētia accidētali: quia vel sine mutatiōe aliqua tñ sui esset in potētia ad tale ens in eo sustētabile assumēdū vel nō assumēdū. nullo aūt mō potest poni in potentia essentiali que est ad esse simpliciter ⁊ ad nō esse. ergo ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantũ ad tertium & vltimũ : vbi est
respondendũ ad aliqua que possent argui contra aliqua
supradicta: Arguitur primo: ꝙ deus sit mutabilis essen-
tialiter: quoniã nõ est maior repugnãtia inter esse ⁊ non
esse dei ꝙ̃ inter esse ⁊ nõesse cuiuslibet alterius rationis
entis creati: quĩ equaliter sunt repugnantia cuiuscunqȝ
cõtradictionis extrema. ergo nõ minus potest esse trans-
itus ab esse dei ad nõ esse ꝙ̃ ab eẽ entis creati ad nõ esse.
quare ⁊c. ¶ Secũdo arguitur ꝙ eius sciẽtia sit mutabi-
lis: q: deus potuit scire heri aliquid esse futurũ qđ mo-
do non scit esse futurum. ergo eius sciẽtia est mutabilis.
¶ Tertio arguitur de volitione. quoniã deus potuit vo-
luisse quid fore qđ mõ nõ vult fore. ergo eiꝰ volitio po-
tuit eẽ mutata. ¶ Quarto arguitur: ꝙ sit mutabil' imo
ꝙ etiam de facto mutatus fuerit accidentaliter: quoniã
omne illud in quo aliquid ab ipso distĩctũ realiter potest
recipi ⁊ existere nouiter / est mobile accidẽtaliter: sed deꝰ
est in quo etiã de facto homo assumptus ab eo distinctꝰ
accidẽtaliter fuit nouiter: ergo sicut nouiter dealbatus
accidentaliter est mutatus: ita et nouiter humanatus.
¶ Confirmaẽ. quia nõ magis albedo videtur nouiter si-
ne aliqua mutatione posse poni in deo ꝙ̃ in aliquo ente
creato: sed in nullo ente creato potest realiter poni albe-
do nouiter quin eo ipso illud dicatur mutatũ accidẽtali-
ter: cũ nec accidẽtaliter esse mutatũ sit aliud ꝙ̃ ipm esse
sub aliquo accidẽte qđ nõ erat in eo ante / vel carere eo
tam quod habebat prius. sed in deo potest esse accidens
realiter de nouo / supposito ⁊ cõcesso ipm posse assumi ab
eo. ergo ⁊c. ¶ Quinto arguitur: ꝙ possit ꝓbari ita eui-
dẽter ⁊ ꝯsimiliter deum esse immutabilem accidẽtaliter
sicut ꝓbatũ est ipsum esse immutabilẽ essentialiter: cuiꝰ
contrariũ dictũ est in articulo p̄cedẽti. hoc aũt apparet
accipiẽdo totã multitudinẽ entiũ mutabiliũ: ⁊ de ipsa ar-
guendo sicut argutum est in p̄cedẽtibus de multitudine
entiũ p̄dictorũ sic. tota multitudo entium mutatorũ est
mutata: sed nõ potest esse mutata ab aliqua parte eius.
ergo oportet dare aliquod ens immobile mouẽs ipsam.
quare ⁊c. ¶ Ad ista ꝑ ordinẽ respõdetur. ¶ Ad primũ. si
intelligatur ꝙ equalis sit repugnantia inter omnia con
tradictionis extrema vt simul sumpta / potest cõcedi: q:
cuiuscũqȝ cõtradictionis extrema vt simul sumpta sunt
impossibilia. sed ex hoc nõ sequitur qđ infertur. non enĩ
sequitur: ita est impossibile ⁊ ꝯtradictionẽ implicans la-
pidẽ vel hominẽ sicut deũ simul esse ⁊ non esse: ergo non
minus potest esse transitus successiuus ab esse lapidis
vel hominis ad non esse ꝙ̃ ab esse dei ad non esse ipsius.
Si autẽ intelligatur ꝙ sit equalis repugnantia inter p̄-
dicta diuersarum contradictionũ extrema non vt simul
sumpta / sed vt successiue acceptibilia / sic est euidẽter fal
sum: quia inter nullius entis contingẽtis quale est omne
aliud a deo / esse ⁊ post esse non esse / est aliqua repugnan-
tia que tñ est inter esse ⁊ nõ esse dei. cum enim deus sit ne-
cesse esse: ⁊ per consequẽs impossibil' nõ esse: eque est im-
possibile post dei esse sequi non esse sicut ipsum deum vel
quodcũqȝ aliud ens creatum esse insimul ⁊ non esse. qua-
re ⁊c. ¶ Ad secundũ respõdetur ꝙ licet deus heri vel ab
eterno potuerit scire aliquid esse futurum qđ nũc nõ scit
esse futurum / ex hoc non sequitur ꝙ sua scientia sit mu-
tata. quia ꝙ modo deus non sciat illud futurum: aut hoc
est quia ipsum quod preuidit futurum est iam in esse po-
situm / nec per consequẽs scitur a deo vt futurum sed vt
presens / vel hoc est quia deus nunꝙ̃ illud presciuit licet
prescire potuerit esse futurum. sicut enim potuit facere
aliud vniuersum / ita ⁊ potuit preuidere ab eterno ipsum
esse futurum. Si ponaẽ primũ / nõ sequitur ꝙ diuina sciẽ-
tia sit mutata. eodem enim actu omnino inuariato / quo
deus cognoscit aliquid fiẽdũ esse futurũ antequã sit factũ
ipsum intelligit esse factum ⁊ non futurum quãdo est in
esse positum. Si ponatur secundum consimiliter est di-
cendum: nec enim si deus presciuisset ⁊ voluisset ab eter-
no aliud vniuersum / ex hoc eius volitio vel intellectio es-
set innouata in aliquo nec mutata. nec enim ex hoc ꝙ ali-
quid potuit esse obiectum intellectionis ⁊ volitionis di-
uine qđ nũc nõ est nec fuit ab eterno obiectum / arguitur
aliqua mutabilitas in eius intellectione nec in volitio-
ne. potuit enim aliquid esse obiectum ipsius qđ non fuit
de facto absqȝ aliqua sui mutatione. quare ⁊c. ¶ Ad ter-
tium consimiliter est dicendum. ¶ Ad quartum in tertio
est respõsum. ¶ Ad quintum ⁊ vltimũ apparet ꝙ nõ est
simile nec potest sic argui de mutatione accidentali si-
cut arguitur de productione siue de mutatiõe essentiali.
quoniã arguendo de mutatione accidentaliter mutabi-
lium / minor illa est falsa que dicit ꝙ multitudo acciden-
taliter mutatorum non potest esse mutata ab aliqua eiꝰ
parte: quoniam licet idem nõ possit seipsum producere:
nec per consequens aliquid possit mutari substantiali-
ter seu essentialiter a seipso: potest tamen vnum ⁊ idẽ mo-
uere accidẽtaliter semetipsum. idem enim potest esse mo-
uens ⁊ motum: licet non producẽs ⁊ productum. ⁊ ideo
licet arguendo de multitudine omniũ entium producibi-
lium ⁊ essentialiter mutabiliũ ista minor que dicit ꝙ to-
ta multitudo entium producibilium vel productorũ seu
a non esse ad esse simpliciter mutatorum nõ potest eẽ ꝓ-
ducta ab aliqua parte eius / sit vera: cum idem vt dictũ
est non possit producere semetipsum: non tamen ista est
euidens licet vera que dicit ꝙ tota multitudo entiũ ac-
cidentaliter mutabilium non potest mutari ab aliqua ꝑ-
te tal' multitudinis: quia nec ista potest probari nisi ex
hoc ꝙ idem non potest mouere seipsum. hec autem ne-
gatur vt predictum est de motione accidentali / licet sit
vera de motiõe essentiali. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionẽ.
¶ Ad rationem in principio negatur illa maior assum-
pta. non enim ad hoc ꝙ deus dicatur nouiter agens / re-
quiritur nisi nouus effectus: sicut nec ad hoc ꝙ dicatur
nouiter dominus requiritur nisi tantummodo nouus ser-
uus. non videtur etiam esse vera in agẽte creato. non enĩ
ad hoc ꝙ vnus ignis producat nouiter alium est necessa-
rium ignem producentem mutari ad formam aliquam a
producto igne differentem ipsi nouiter aduenientem / pu-
ta ad actionem seu productionem aliquam relatiuam:
quoniam productio effectus minus distincti a producẽ-
te non magis exigit mutationẽ ad formam aliquã aliã
a forma producentis ꝙ̃ productio effectus magis a pro-
ducente distincti: sed actiua ignis productio et passiua
magis per te distinguitur ab igne producente ꝙ̃ ignis ꝓ-
ductus. ergo sicut ponis huiusmodi actiuam productio-
nem esse ab igne effectiue: ⁊ in ipso recipi nouiter subie-
ctiue absqȝ forma aliqua precedẽte ad quã sit prima mu-
tatio generantis ignis: eadem ratione potes ⁊ debes cõ-
cedere ab isto igne posse fieri nouiter alium effectiue abs-
qȝ mutatione aliqua ignis generãtis ad formam aliquã
precedentem vel sequentem ab ipso igne genito realiter
differentem. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non magis
forma aliqua a subiecto producta potest recipi nouiter i
subiecto non mutato ad formam aliam precedentem / ꝙ̃
aliqua alia possit nouiter fieri sine mutatione tali ab eo
et in ipso tamen nõ recipi subiectiue: sed ignis ꝓductus
non recipitur in producente subiectiue: sed est ab ipso tã-
tummodo effectiue. productio autem hmõi respectiua
diciẽ ab ipso fieri effectiue / ⁊ in eo non mutato ad formã
aliam recipi nouiter subiectiue. ergo ⁊c.

CIrca distinctioné nonã in qua magister ostendit primo qđ est de generatione filij sentiendum Et secũdo qualiter est de ipã loquẽdũ: Quero de istis duobus. Et primo de primo: vtrũ in diuinis sit generatio/ ⁊ inter generans ⁊ genitũ aliqs ordo. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ vbicũqꝫ est ꝓducens suppositum ⁊ productum ibi est vera generatio/ ⁊ inter generans ⁊ genitum aliquis ordo: cum inter quecũqꝫ quorũ vnũ est ab alio sit aliquis ordo: sed ĩ diuinis est producẽs suppositũ et productũ. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia vbi est vnicum ens tantũmodo nõ potest esse generatio nec aliqua alia realis ꝓductio: sed nec aliquis ordo: cũ tã ois ꝓductio q̃ ordo habeat esse inter distincta: sed in diuinis est tantũ vnicum ens numero ⁊ nõ plura. ergo ⁊c. ¶ Respõsio. vbi sic procedam. Primo enim inquirã an in diuinis sit realiter generatio ⁊ spiratio. Secundo. an inter productum suppositum ⁊ producens sit aliquis ordo. Tertio soluã aliqua dubia circa ista.

Quãtum ad primũ: est opinio cuiusdã dicẽtis tã ĩ distinctione ista q̃ ĩ distinctione tertia q̃stione de imagine ꝙ in diuinis esse generationem potest sic ꝓbari. In quocũqꝫ est intellectio ibi est oẽ illud qđ ꝑ se cõuenit intellectioni: sed in deo est intellectio cũ in eo sit ois ꝑfectio simpliciter. ergo ⁊ in ipso est qđ ꝑ se cõuenit intellectioni: sed esse illud quo intellectus format obiectũ actiue in esse obiectiuo ꝑ se cõuenit intellectiõi: ergo in diuinis est intellectio qua obiectũ formatur actiue in esse obiectiuo sed obiectũ primũ sic formatũ nõ est ens diminutũ nec inherens cũ nulla sit in deo imꝑfectio. ergo est perfectum ⁊ subsistens. sed hoc ⁊ nihil aliud est deum dici vel generari. ergo ⁊ generatio est in diuinis. ¶ Sed ista ratio nõ cõcludit. Primo. quia falsum supponit: vez ꝙ intellectioni cõueniat ꝙ ꝑ ipsam obiectũ eius in aliquo esse formetur. hoc enĩ falsum est etiã in creaturis vt in p̃cedẽtibus fuit dictũ: ⁊ multo magis ĩ diuinis: qm̃ intellectio diuina est ab essentia totaliter indistincta. qua quidẽ intellectione prima ꝑsona nõ aliter seipsam ĩtelligit q̃ tertiã vel seipsam et essentiã ab oĩbus indistinctã: ⁊ ita si diuine intellectioni cõueniret ꝓducere obiectũ intellectum ĩ esse cognito seu obiectiuo: nõ magis secunda ꝑsona q̃ tertia: nec magis q̃ ꝑsona nec q̃ essentia esset tale obiectũ ꝓductũ: qđ est euidẽter falsum. ¶ Secũdo. quia intelligere cõuenit omnibus ꝑsonis. ergo ⁊ verbũ dicere seu generare: supposito vt cõcedis ꝙ verbũ dicere nõ sit aliud q̃ deũ intelligere seipm̃/ ⁊ ꝑ huiusmodi intelligẽdi actũ ꝓducere in esse obiectiuo primũ eius obiectũ. hoc autem est falsum. ¶ Tertio. quia diuina essentia nõ habet ꝑ ꝓductionem aliquã ꝙ cognoscat seipsam/ nec ipsi ꝑ ꝓductionẽ cõuenit ꝙ sit cognita a seipsa. ergo nec cõuenit deo ꝑ ꝓductionẽ ꝙ sit in esse cognito. sed vt dicit ista opinio deus ĩ eẽ cognito est filius ⁊ in esse dilecto spiritus sanctus. ergo filius nõ est ꝓductus nec etiã spiritus sanctus. ¶ Cõsequẽtia est euidẽs. qm̃ qđ cõuenit deo sine ꝓductione non est ꝓductũ: sed ꝙ deus sit cognitus vel dilectus/ hoc nõ habet ex aliqua ꝓductione. ergo ⁊c. ¶ Quarto. qꝛ si deũ generari seu dici non est vt accipit ista opinio nisi ipm̃ in esse obiectiuo ꝓduci/ quelibet ꝑsona erit verbũ genitum qđ est abominabile ⁊ absurdũ. ¶ Consequẽtia ꝓbat. qm̃ deũ in esse obiectiuo ꝓduci vt dicis est ipm̃ intelligi. ergo oẽ illud qđ est deus a se intellectus est in esse obiectiuo ꝓductũ/ ⁊ ꝑ ꝯñs verbũ genitũ a quocũqꝫ a quo in esse obiectiuo hmõi est ꝓductũ: sed q̃libet ꝑsona est deus tã a se ipsa q̃ a qualibet alia intellectus. ergo q̃libet est verbũ genitũ tã a seipsa q̃ ab omni alia. hoc aũt est euidẽter falsum. ergo ⁊c. ¶ Et ideo quantũ ad istũ articulũ aliter est dicẽdũ. ¶ Ad cuius euidẽtiã est sciẽdũ ꝙ aliud est q̃rere vel dicere in diuinis esse ꝓductionẽ/ ⁊ aliud hoc posse ꝓbari ꝑ aliquã rationẽ/ ⁊ aliud ꝙ hoc possit ꝓbari ꝑ rõnẽ aduersariũ cõuicẽtẽ/ ⁊ aliud ꝙ possit ꝓbari nõ ꝑ talẽ infidelẽ aduersariũ cõuincẽtẽ: sed ꝑ aliquã aliã catholicum in fide aliqualiter roborantẽ. aliud etiã est ꝓbare conclusionẽ istã videlicet diuinã ꝓductionẽ infideli ꝑ naturalẽ rationẽ/ ⁊ aliud ꝑ miracula ⁊ supernaturalia signa.

Hoc premisso: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ ĩ diuinis est ꝓpriissime ⁊ realiter duplex necessaria ꝓductio: passiua videlicet generatio et spiratio. ¶ Hec est nota catholicoꝝ: qm̃ constat ex fide esse tres personas: a quarũ prima est secũda/ ⁊ a prima et a secũda tertia. sed ꝓductio non est aliud q̃ aliqua realiter distincta: quoꝝ vnũ est ab altero. ergo ⁊c. ¶ Maior habetur in symbolo Athanasij: vbi dicitur ꝙ filius a patre solo est nõ factus nec creatus sed genitus/ ⁊ spiritus sanctus a patre ⁊ filio nõ creatus nec genitus sed ꝓcedẽs. Quare aũt magis ꝓductio filij q̃ ꝓductio spũs sancti dicatẽ generatio: ⁊ quare ecõuerso ꝓductio spiritꝰ sancti et nõ ꝓductio filij dicatur spiratio: postea in sequẽtibus dicetur. ¶ Secunda ꝯclusio est: ꝙ ista ꝯclusio vez in diuinis esse ꝓductionẽ/ ꝓbari potest tã fideli q̃ etiã infideli ꝑ miracula vt ꝑ q̃dam supnaturalia signa. ¶ Hec apparet. qm̃ cũ deus nõ approbet aliquã falsitatẽ: nec ꝑ cõsequẽs assentiat alicui asserenti eam ꝑ ipsum aliqua mirabilia operãdo: sequitur ꝙ omne illud sit verum qđ quidem diuersis asserentibus ⁊ pro ipso in diuersis mundi partibus se morti exponentibus deus ipse astitit ad operãdum per ipsos diuersa mirabilia sibi soli possibilia: sed huiusmodi articulus fidei ⁊ omnes alij sunt tales vt apparet in diuersis martyribus pro eorum veritate defensanda se morti exponentibus: per quos deus fuit mirabilia ⁊ potẽta innumerabilia operatus. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ cõclusio ista videlicet ꝙ in diuinis sit generatio vel alia quecunqꝫ productio nõ potest per rationem aliquam naturalẽ probari alicui infideli. ¶ Hec est euidens. quia omnis cõclusio que potest probari alicui habet aliquas premissas ea notiores ipsi: sed ad istã cõclusionem ꝓbandam infideli nõ possunt alique premisse accipi: quarum vtraqꝫ sit ipsi euidentior siue notior ipsa conclusione probanda: immo vel vtraqꝫ vel saltem altera premissarum naturaliter possibilium viatori/ ex quibus potest cõclusio ista probari/ est eque ineuidẽs sicut ipsa probãda cõclusio infideli/ nec per ꝯñs ex eis moueretẽ ad cõclusionem huiusmodi cõcedẽdam. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia trinitas personarum cũ vnitate essentie ab eis in re extra totaliter indistincte nullo modo est demõstrabilis nec attingibilis naturaliter in hac vita. q̃re ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cõclusio est: ꝙ in diuinis esse productionẽ potest ꝓbari catholico ꝑ aliquã rationẽ nõ euidẽter ꝯclusionẽ huiusmodi inferẽtẽ sed eius assensũ fideli roborantẽ. ¶ Hec ꝯclusio apparet discurrẽdo per rationes doctorũ catholicorũ que adducuntur ad hoc ꝓbandũ videlicet generationẽ ⁊ spirationẽ existere in diuinis. licet enĩ rationes huiusmodi quas ꝓpter vitãdã ꝓlixitatẽ recitare hic omitto/ cõclusionẽ istã euidẽter nõ inferant: fidem tñ fidelis roborant ꝑ hoc: quia ꝑ tales rationes articulus iste minꝰ apparet fideli impossibilis q̃ ante ipsas. potest enĩ fidelis nõ obstante fide sua habere cõtra articulũ fidei aliquã rationẽ quã nescit soluere: cuiꝰ rationis solutio ipsi apparere poterit ꝓpter ratiões ipsi adductas ad probandum articulum supradictum. sed

omnelllud est roboratiuũ assensus fidei per qđ potest fi delis soluere aliquid qđ videtur esse cõtra articulũ fidei. ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundum est sciendum: ꝙ alius ẽ ordo nature/alius ordo originis/ ꝛ alius ordo du rationis vel tẽporis. Ordo eñi durationis vel tẽporis est inter illa quorũ vnũ est prius alio duratione: sic ꝙ prius duratione est aliquãdo puta in illo priori/illo quod est ĩpo posterius non existẽte. Ordo aũt nature est inter illa quorũ vnũ est sic alio prius ꝙ minus ipsi repugnat ꝙ p̃cedat etiã duratione vel tẽpore alterũ qđ videlicet dicit̃ posterius eo scđꝫ naturã/ ꝙ ecõuerso: nisi aliud obuiaret. Ordo aũt originis ẽ inter illa quoꝝ vnũ ẽ alteri⁹ p̃ncipiũ ꝓductiuũ: cui etiã min⁹ repugnat p̃cedere tp̃e siue dura tiõe suũ ꝓductũ posteri⁹/ ꝙ ecõuerso nisi aliđ obuiaret.

Hoc pręmisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ oẽs tres ordines supradicti/ vꝫ tẽporis siue durationis/nature/ ꝛ originis attẽdãtur pe nes eadẽ signa mẽsure vꝫ penes istantia temporis dif ferẽter. ¶ Hec apparet. qm̃ eẽ prius natura alio est posse existere sine eo/vel ipsi minus repugnare illud quo dicit̃ esse prius p̃cedere: ꝛ sine eo existere ꝙ ecõuerso. prius aũt origine significat illud idem: ꝛ cũ hoc addit ꝙ posterius origine sit a priori. prius autem duratione est precedens suũ posterius sic de facto ꝙ pro illo istãti quo p̃fuit pri⁹ non erat posterius. sed prius ꝛ posterius quocũqꝫ predi ctorũ modorũ videtur accipi penes tẽporis instãtia dif ferenter. ergo ꝛc. ¶ Contra cõclusionem istam arguunt multi: tenẽtes oppositam: videlicet ꝙ nec ordini nature nec originis correspondeãt signa alicui⁹ mẽsure. qđ qui dem probãt. Primo. quia aut signa huiusmodi essent en tia realia vel rationis. sed non rationis cũ omni tali ente circũscripto qđ est prius natura vel origine est prius. nec entia realia. quia aut essent ipsemet res que ordinantur/ aut aliqua alia ab eis distincta. non primũ: quia nihil mẽ suraret seipsum. nec scđm: quia omni alio a priori ꝛ a poste riori natura vel origine circũscripto manet prius ꝛ poste rius sicut ante. ergo ꝛc. ¶ Secũdo. quia esse prius natu ra alio/ est posse existere alio nõ existente: esse aũt prius origine est eẽ illud a quo est posterius: sed omnib⁹ signis vel instantibus circũscriptis adhuc prius natura potest esse sine posteriori: ꝛ prius origine est a quo posterius. er go ꝛc. ¶ Tertio. quia totum p̃cedit quãlibet sui partem aliqua prioritate. ergo si sic precedere est habere talia si gna/ totũ esset in aliquo signo nature in quo non esset ali quacũqꝫ pars. hoc autẽ est impossibile. ergo ꝛc. ¶ Quar to. quia ĩ diuinis ẽ ordo originis ꝛ nature: sed ordo talis in diuinis non potest attẽdi penes instantia tẽporis siue durationis. ergo ꝛc. ¶ Sed cõtra opinionẽ istã arguitur quia videtur ꝯcedere ꝛ ponere opposita ꝛ omnino incõnexa qm̃ si esse prius natura alio est vt concedit posse existere sine eo/ ergo qđ est prius natura alio potest esse in aliquo instanti durationis sine illo. ex quo sequitur ꝙ hic ordo est respectu instantiũ tẽporis. ergo ponere nature ordinẽ inter aliqua/ ꝛ ponere ipsum nõ debere attendi penes si gna siue instãtia temporis aliqua/ est ponere opposita. ¶ Ad primũ qđ arguitur ĩ cõtrariũ/ respõdetur ꝙ signa huiusmodi sunt instãtia vel partes tẽporis. ꝛ ita ponen tes ꝙ tẽpus nõ est aliquid extra in re sed tm̃ in mẽte seu in imaginatione/ habẽt dicere consequẽter ꝙ talia signa sunt entia rationis nõ realia sine quibus nõ conciperetur prius ꝛ posterius/ nec per consequẽs ordo. ¶ Ad se cundum respõdetur ꝙ nõ est vera maior assumpta: vide licet ꝙ esse prius natura alio sit posse existere sine ipso: quoniã tũc etiã accidẽs esset prius natura substãtia: cũ possit existere sine ea. Nõ potest etiã dici ꝙ esse prius na tura sit posse esse sine alio/ ꝛ nõ ecõuerso. quia tunc nihil esset prius natura alio in creatis: cũ quorũcunqꝫ realiter distinctorũ vnũ possit ꝑ diuinã potentiã fieri sine alio ꝛ ecõuerso: sed prius natura dicit̃ eẽ illud cui ex sua ꝓprie tate ꝛ cõditione magis cõuenit posse existere sine alio ꝙ ecõuerso/ licet etiã alteri qđ videlicet dicit̃ posterius na tura/ possit cõpetere hoc puta sine priori existere absolu te. Et quãdo addit̃ ꝙ sine talibus signis prius põt esse si ne posteriori: dico ꝙ hoc est impossibile. qꝛ si potest esse si ne alio/ ergo in instanti temporis vel eui vel eternitatis. ¶ Ad tertiũ appꝫ ꝙ maior assumpta est falsa. nõ eñi to tũ est prius sed est posteri⁹ natura/ licet sit prius ꝑfectio ne: alias posset existere sine eis: cum prius vt proprie sumptũ sit posse existere sine posteriori. quare ꝛc. ¶ Ad quartũ dicẽdum ꝙ imo ordo nature ꝛ originis in diuinis est attendenda penes instãtia tẽporis modo in sequentĩ bus explicando. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ in diuinis nõ est/ nec esse potest aliquis ordo durationis. ¶ Hec est euidens. quoniã ordo durationis tantũ est possibilis in ter illa quorũ vnũ potest sic alterũ p̃cedere ꝙ potest esse in illo priori/ ipso posteriori non existente: sed hoc est im possibile diuinis personis: tum propter ipsarũ essentialẽ idẽtitatem quã nõ habent illa quoꝝ vnũ potest esse sine alio: tum ꝓpter ipsarũ omnimodã essendi necessitatẽ. qꝛ vide licet quelibet est necesse esse/ cui repugnat non esse. cũ eñi omnes sint vna diuinitas ꝛ vna essendi necessitas/ sequit̃ ꝙ non esse vniformiter ꝛ equaliter repugnat cuilibet per sonarum/ nec per consequẽs potest vna aliam duratione precedere. quare ꝛc. ¶ Tertia cõclusio est: ꝙ in diuinis est ordo nature aliquo modo ꝛ non alio modo sumptus. ¶ Hec declaratur. Ad cuius euidẽtiam est sciendum ꝙ ordo nature quantũ spectat ad ꝓpositum dupliciter po test sumi. Uno modo ꝓprie vt diuiditur cõtra ordinẽ du rationis: ꝛ sic est inter illa quorũ prius licet de facto sit cum posteriori simul duratione: tamen ex cõditione sua magis duratione posset p̃cedere illud quo dicitur prius ꝙ ecõuerso. hoc modo dicitur ꝙ substantia est prior ordi ne nature suo accidẽte ipsi etiã coeuo: quia licet accidẽs ipsum posset duratione substantiam precedere ꝛ sine ea existere/ sicut ecõuerso substantia sine accidente: magis tamẽ cõuenit substantie posse accidẽs p̃cedere ꝛ sine eo existere ꝙ econuerso. Alio modo accipitur ordo nature vt etiam diuiditur cõtra ordinẽ duratiõis/ vt est inter il la quorum prius nõ potest existere sine posteriori nec ecõ uerso. esset tamen minor repugnãtia ꝙ illud qđ dicitur prius eẽt sine alio ꝙ ecõuerso nisi aliud obuiaret. ¶ Hoc secũdo modo ordo nature sumptus magis distinguitur cõtra ordinẽ durationis ꝙ vt primo modo sumptus. qm̃ ordo nature vt primo modo sumptus est cõpossibilis cum ordine durationis: nõ autẽ vt secundo modo acceptus. ¶ Tunc ex hoc apparet cõclusio: quoniam ordo nature vt primo modo sumptus nõ est in diuinis magis ꝙ ordo durationis: sed tãtum vt secundo mõ acceptus. ¶ Pri mũ ꝓbatur. quoniã ordo nature illo primo mõ sumptus est p̃cise inter essentialiter distincta. vnde ordo nature vt sic sumptus est ordo inter diuersas essentias seu naturas cõstat enim ꝙ omne potẽs existere sine alio/ sicut potest prius natura isto modo esse sine posteriori suo/ est distin ctum essentialiter ab eo: sed in diuinis non est aliqua di uersitas sed omnimoda vnitas essentialis. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatur. qꝛ illoꝝ q̃ sunt equaliter necesse esse nul lũ põt esse sine alio: sed oẽs diuine ꝑsone sunt necesse eẽ ergo nõ tm̃ de facto sũt simul eternitatis duratiõe: sꝫ etiã ĩpossibile est aliter se habere. q̃re ꝛc. ¶ Scđm vꝫ ꝙ alio mõ sumptus ordo nature sit in diuinis/ declarat̃. qm̃ vbi cũqꝫ sũt aliqua quoꝝ vni min⁹ repugnaret nisi aliđ hoc

impediret ꝓcedere alterū duratione ꝙ econuerso ibi ē
ordo nature isto modo.ſꝫ in diuinis ſunt ſuppoſitum ꝓ-
ducens ⁊ ſuppoſitum ꝓductuꝫ: ⁊ lꝫ qꝛ ꝓductum ſuppo
ſitū ⁊ ꝓducens ſint ideꝫ neceſſe eſſe nō magis ꝓducēs
poſſit eſſe ſua ꝓductio ꝙ ꝓductū ſuppoſitum ſine ipſo
ꝓducente econuerſo tn̄ niſi hoc impediret vtrūꝙ̄ minoꝛ
repugnantia eſſet ꝙ ꝓducens ſuppoſitum ꝓcederet ꝓ
ductum ꝙ econuerſo.nullo eñ modo aliquod ꝓductū
etiam a ꝓducente eſſentialiter diſtinctum pōt duratiōe
ꝓcedere ſuum principium ꝓductiuum:ſed bene ecōuer-
ſo vt apparet in creaturis . ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vlti-
ma cōcluſio eſt ꝙ in diuinis eſt ordo originis. ¶ Hec ap
paret.quia ordo originis eſt inter quecūꝙ̄ quoꝝ vnum
eſt ab alio:puta poſterius a prioꝛi:cui vcꝫ prioꝛi min⁹ re
pugnaret niſi aliud obuiaret eſſe ſine poſterioꝛi ſeu ipſū
ꝓcedere ꝙ ecōuerſo:ſed ſic ſe hñt diuine ꝑſone vt appa-
ret.ergo ⁊c. ¶ Et ſi dicas ꝙ ordo originis nō poteſt po-
ni nec ordo nature niſi inter eſſentialiter diſtincta/ ꝯce
do accipiendo ordinem nature illo mō ſuperius explica
to/⁊ ordineꝫ originis conſimiliter:vcꝫ vt eſt inter illa ꝗ
rum vnum puta illud qđ eſt alterius ꝓductiuuꝫ poteſt
exiſtere ſine eo cuius eſt ꝓductiuum. non aūt accipien
do ordinem nature ⁊ originis vt eis ſeu eoꝝ extremis
nō eſt cōpoſſibilis aliquis ordo durationis.hoc eñ mō or
do nature ⁊ originis nō tm̄ poteſt eſſe inter eſſentialiter
indiſtincta/imo nec pōt eſſe inter aliqua alia eſſentiali
ter diuerſa. ⁊ ita ī diuinis pōt eē ordo nature:cū iſte nō
ſolū ſit inter illa quoꝝ prius poteſt ſine poſterioꝛi eē
modo quo eſt in creatis:ſed etiā īter illa quoꝝ vni puta
prioꝛi min⁹ repugnaret niſi aliud obuiaret/ꝓcedere du
ratione poſteri⁹ ꝙ ecōuerſo.eſt etiā ibi ordo originis/qꝛ
nō tm̄ min⁹ repugnaret prioꝛi exiſtere ſine poſterioꝛi/ꝙ
ecōuerſo niſi aliud obuiaret:ſꝫ ēt prius ipm̄ eſt poſterio
ris originatiuū ſeu principium ꝓductiuū.qđ quidē du
pliciter dicitur eſſe pri⁹ alio origine ī diuinis . Uno mo
do ſicut ſuppoſitum ꝓducens eſt prius ſuppoſito ꝓdu-
cto.alio modo ſicut illud qđ conuenit vtriꝙ̄ dr̄ pri⁹ ori
gine conuenire maxime ſi ſit abſolutū ꝓducenti ſuppo
ſito ꝙ ꝓducto. Cōſimiliter dupliciter aliquid pōt dici
prius ordine nature alio in diuinis vt vcꝫ non tm̄ ſuppo
ſitum producens dicatur prius nature ordine ſuppoſi-
to producto/ ſed etiam illud quod conuenit vtriꝙ̄ dica
tur prius nature ordine conuenire producenti ſuppoſi-
to ꝙ ꝓducto:qꝛ non tm̄ eſſet niſi aliud obuiaret ſeu im
pediret/minoꝛ repugnantia ꝙ ſuppoſitum ꝓducens ꝓ
cederet duratione productum ꝙ econuerſo:ſed etiāꝫ ꝙ
illud qđ eſt cōe vtriꝙ̄ ſuppoſito producenti vcꝫ ⁊ ꝓdu-
cto/prius duratione conuenirct ꝓducenti ſuppoſito ꝙ
producto.quare ⁊c. ¶ Hec de ſecundo.

Quantum ad tertium & vltimum vbi
eſt reſpondēdū ad aliqua ꝗ poſſent argui ꝯtra dicta/ar
guitur primo ꝙ in diuinis non ſit ordo nature.qm̄ inter
illa que ſunt ſimul natura non eſt prius aliquid alio ſe-
cundum ordinem nature:ſed oīa correlatiua ⁊ per cō
ſequens ꝑſona producens ⁊ producta ſiue actiua ꝓdu-
ctio ⁊ paſſiua ſunt ſimul natura.ergo ⁊c. ¶ Confirma-
tur.qꝛ ordo nature non videtur diſtingui in aliquo ab or
dine originis in diuinis. ¶ Secundo arguitur ꝙ ibi nō
ſit ordo originis.qm̄ illa que ſunt ſimul natura eodem
ſunt prioꝛa vel poſterioꝛa: ſed actiua ꝓductio ⁊ paſſiua
ſicut ⁊ ipſum producens ſuppoſitum ⁊ productum ſunt
ſimul natura. conſtat autēꝫ ꝙ productio paſſiua nō eſt
prioꝛ origine producto magis ꝙ ipſum productum ſup
poſitum ſit prius origine ſemetipſo:ergo nec actiua ꝓ-
ductio nec producēs ſuppoſitum eſt prius origine ꝙ ꝓ
ductum.quare ⁊c. ¶ Confirmatur.quia productio paſ
ſiua non eſt aliud ꝙ productuꝫ.⁊ ita ſi precederet origi
ne ipſum/vnū ⁊ idem eſſet prius origine ſemetipſo.hoc
autem eſt impoſſibile.ergo ⁊c. ¶ Tertio arguitur ꝙ nō
omne illud quod conuenit perſone diuine a ſe precedat
origine perſonam aliam productam.quoniam alias ſe-
queretur ꝙ pater pri⁹ ſpiraret ſeu videret ⁊ eſſet beat⁹
ꝙ eſſet filius generatus cum ſpirationem habeat a ſe-
ipſo.hoc autem eſt falſum.ergo ⁊c. ¶ Quarto ⁊ vltimo
arguitur ꝙ etiam de facto minus repugnet prime per-
ſone precedere ſecundam duratione ꝙ econuerſo.quo-
niam propter plura hoc repugnat prime perſone ꝙ ſe-
cūde. Prime enim perſone non repugnat precedere ſe-
cundam ex hoc ꝙ eſt ingenita / nec ex hoc ꝙ eſt produ-
ctiua ſecūde : quia ſi precederet ipſam duratiōe adhuc
cum hoc poſſet ſtare ꝙ eſſet ingenita ⁊ ſecunde perſone
productiua.quare ⁊c. ¶ Ad primum dico ꝙ omnes ꝑ-
ſone ſunt ſimul natura:nec vna eſt ordine nature prioꝛ
alia vt prius natura dicitur de illo cui ex conditione
ſua minus repugnat eſſe ſine poſterioꝛi ꝙ ecōuerſo.Et
ſic loquendo de ordine nature conceſſum eſt ⁊ ꝓbatum
ſuperius ꝙ in diuinis non eſt prius ⁊ poſterius ſed oīa
ſunt hoc modo ſimul.cum hoc tamen ſtat ꝙ accipiēdo
ordinem nature alio modo/videlicet vt dicitur eſſe īter
illa quoꝝ vni minus repugnaret niſi aliud obuiaret
eſſe ſine alio ꝙ econuerſo:in diuinis eſt prius ⁊ poſteri⁹
iſto modo:nec perſone diuine ſunt ſimul nature ordine
vt ſic ſumpto. ¶ Ad confirmationem: nō eſt inconue
niens ꝙ eadem diuina perſona vt ab ipſa eſt alia dica-
tur origine prioꝛ ipſa. vt autem ſibi repugnaret minus
niſi aliud obuiaret eſſe ſine ſecunda ſiue ipſam duratio
ne precedere ꝙ econuerſo/dicatur nature ordine prioꝛ
ipſa. quare ⁊c. ¶ Ad ſecundum quando dicitur ꝙ illa
que ſunt ſimul natura eodē ſunt prioꝛa ⁊ poſterioꝛa/cō
cedo loquēdo de illo genere prioꝛitatis ꝗ ſunt ſimul/nō
autem de alio. Et ideo quia actiua diuina productio et
paſſiua ſunt ſimul duratione ⁊ nature ordine modo pre
expoſito intellecto/ eodem ⁊ omni illo quo vnum iſtoꝝ
eſt prius alio iſtis modis:videlicet duratione ⁊ ordine
nature/⁊ alterum. cūꝫ hoc tamen ſtat ꝙ inter ipſa ē ali
us ordo prioꝛitatis ⁊ poſterioꝛitatis videlicet originis
pro quanto vnum eoꝝ eſt ab alio ⁊ non econuerſo.
¶ Ad confirmationem concedo ꝙ paſſiua ꝓductio di
uina non eſt aliud ꝙ productum ſicut nec actiua aliud
ꝙ producens. ⁊ ideo nullo prioꝛitatis ordine paſſiua ꝓ
ductio ꝓcedit ſuppoſitum productum:ſicut nec actiua
producens:cum eodem ad ſeipſum non poſſit eſſe aliqs
ordo realis qualis eſt ordo originis nature et duratio-
nis.nec quia perſona producens ⁊ producta ſunt ſimul
natura ſequitur ꝙ producta ſit prioꝛ ſeipſa eo mō quo
producens eſt prioꝛ ea videlicet origine. imo ſequit̄ cō
trariū: quia ſicut eē pri⁹ origine eſt eſſe alteri⁹ ꝓducti-
uuꝫ/ita eſſe poſterius eſt eſſe ab illo prioꝛi ꝓductū.prio
ritas autem ⁊ poſterioꝛitas originis ſtat cum ſimulta-
te nature or dinis intellecti modo ꝓexpoſito in diuinis.
quare ⁊c. ¶ Ad tertium conceditur ꝙ ſpiratio actiua
prius origine conueniat patri ꝙ filio modo prius expo
ſito hoc intelligendo: videlicet illo ſecundo modo quo
vnum vt ſuperius fuit dictuꝫ dicitur prius origine alio
in diuinis.nec tamē ex hoc ſequitur ꝙ ſpiratio paſſiua
que eſt ſimul nature ordine cum actiua/ precedat filiuꝫ
origine:quia vt dictum eſt eoꝝ que ſunt ſimul natu-
re ordine vnuꝫ poteſt eſſe prius alio origine:ſicut in pro
poſito.licet enim ſpiratio actiua ⁊ paſſiua ſint ſimul na
tura/actiua tamē eſt prioꝛ origine ꝙ paſſiua. ¶ Et quā
do dicitur ꝙ tunc ſequeretur ꝙ prius pater ſpiraret vi-
deret ⁊ eſſet beatus ꝙ filius exiſteret generatus : Si ꝑ
hoc conſequens videlicet per patrem prius ſpirare vel
beatum eſſe ꝙ filium exiſtere/intelligatur precife ta-
lis prioꝛitas ꝙ minoꝛ eſſet repugnantia niſi aliud

obuiaret patris fruitionē ꝛ spirationē ꝑcedere filiū ꝙ
econuerso conceditur ꝯns. Si aūt ꝑ ipm intelligat ali-
qua durationis prioritas vel quecūq; alia a ꝑdicta inī-
ter patrem spirantem ꝛ beatum ꝛ filium generatum: cō
sequētia est neganda. ¶ Ad quartum ꝛ vltimū respōde
tur ꝙ falsum est illud assumptū: vꝫ ꝙ pluribꝰ vijs seu
propter plura repugnet reali repugnātia secunde ꝑso-
ne ꝑcedere primam ꝙ econuerso. ¶ Ad ꝓbationem qn
dicitur ꝙ non repugnat persone inquantum est ingeni
ta nec vt est secunde ꝓductiua ipsam ꝑcedere: respōde
tur ꝙ cum pma ꝛ secunda sint idē essentialiter/nō sicut
talis ꝑcessio repugnat realiter secunde ꝑsone inquātū
est genita: ita equaliter repugnat pme vt ipsa est eadē
essentialiter cū ipsa secunda ꝑsona genita ꝛ cū eiꝰ gn̄a
tione passiua. ꝛ sicut hmōi talis vꝫ durationis ꝑcessio
non repugnat ꝑsone prime inquantum est ingenita nec
inquantum generat sed aliunde repugnat: ita nec repu
gnat secunde ꝑsone ex hoc ꝙ ipsa est eadem essentialiꝰ
ꝑsone ingenite nec quia eadem essentialiter ꝑsone gn̄a-
tiue: sed aliunde vꝫ qꝛ idem secū ꝫ absolutenꝫ ꝙ quot
modis prioritas durationis repugnat realiter vni ꝑso
ne tot modis repugnat realiter cuilibet aliarum: cum
omnes sint essentialiter idem necesse esse: ꝛ talis repu-
gnātia non sit ꝑsonalis sed essentialis. ¶ Sic ad q̄stio-
nē̄m. ¶ Ad rationem in principio dicendum est ꝙ in di
uinis licet sit vnicum ens essentialiter sunt tamen plu-
res persone distincte realiter. quare ꝛc.

Secundo quero de secunda par
te huius distinctionis: in q̄ magister inq̄rit
quō de eterna generatione filij est loquēdū
vtrum debeat dici ꝙ dei filius semꝑ gignit
vel semper est genitꝰ vel semꝑ gignetur. ¶ Et videtur
ꝙ posset dici congrue quodlibet ꝑdictorum. qm̄ eternū
ꝛ immutabile ac totaliter inuariabile vniformiter pōt
dici fuisse semꝑ esse ꝛ futurum siue ꝑmansurū eē: sꝫ con-
stat ꝙ diuina generatio est eterna ꝛ inuariabiliter sem-
per manens. ergo ꝛc. ¶ Contra. qꝛ illud quod est perfe-
ctum ꝛ completum/ nec potest dici esse in fieri nec futu
rū: sed cōstat ꝙ diuina generatio est perfectissima ꝛ cō-
pleta: ergo nec potest dici esse in fieri nec futura: sed qō
generat videtur esse in fieri: qō autem generabiꝉ est fu
turum. ergo ꝛc. ¶ Responsio vbi sic ꝓcedam. Primo eꝉ
incipiendo a notioribus ostendam quomodo sit vtēdū
seu loquendum talibus sermonibus in creatis. ¶ Se-
cundo ex hoc dicam ad quesitum: vꝫ an sint proprij in
diuinis.

Quantum ad primum dico ꝙ aliquis
effectus cause est de quo vere dicitur ꝙ est ab ipsa ꝓdu
ctus ꝛ ꝙ producitur ꝛ etiam ꝙ producetur. Alius aūt
qui ita dicitur ꝓductꝰ ꝙ non dicitur ꝓduci simul nec
producēdus. ꝛ alius de quo dicitur ꝙ ꝓducitur ꝛ ꝙ ꝓ
ducetur non autem ꝙ sit productus. ¶ Ad quorū ꝫ eui-
dentiam est sciendum ꝙ siue actiua ꝓductio ꝛ passiua
sit forma aliqua per se vna a causa secunda ꝛ a suo effe-
ctu distincta/ siue non/ qō puto verius/ triplex pōt poni
differentia effectuum causarum secundarum quantuꝫ
spectat ad ꝓpositum. effectuum enim causarum secun
darum alius acquiritꝉ successiue: vꝫ vna eiꝰ pars post
aliam: sic tamen ꝙ taꝫ partes ꝑcedentes ꝙ sequentes
postꝙ adquisite sunt actualiter permanētes. hoc mo
do introducitur seu producitur naturaliter omnis for-
ma intensibilis ꝛ remissibilis vt albedo. Aliꝰ aūt est ef
fectus qui producitur simul totus sicut forma substan-
tialis supposito ꝙ non sit intensibilis. Et tertiꝰ effectꝰ
est qui sic successiue adquiritur ꝛ vna eius pars post ali
am inducitur ꝙ nunꝙ partes eius sequentes sunt cuꝫ
precedentibus simul actualiter permanentes. talis ef
fectus ponitur esse tempus vel motꝰ / supposito ꝙ mo
tus sit forma aliqua ꝑ se vna distincta a mobili ꝛ ab eiꝰ
termino in re extra: de quo inquiretur postea in secūdo.
Predictorū omniū effectuū aliqui sunt a causis suis
in fieri ꝛ in esse continue dependentes. alij autem dicū
tur a suis causis dependere in fieri non in esse. omnis il
le effectus dicitur a sua causa effectiua dependere ī fie-
ri ꝛ in esse qui sic tam quantum ad suum fieri ꝙ etiam
quantum ad suum esse exigit suam causam ꝙ nec pōt
naturaliter fieri nec factus manere actualiter sine ipa
ita ꝙ exigit causam ꝛ quantum ad suam efficientiam ꝛ
quantum ad suam ꝑmanentiaꝫ. talis effectus est lumē
a sole ꝓductum in medio ꝛ species genita ab obiecto. il
le aūt effectꝰ dr̄ a sua causa dependere in fieri non in es-
se qui licet exigat causam quantum ad suam efficientiā
non tamen quantum ad suam ꝑmanentiam: qꝛ postꝙ ē
factus potest causa eius a qua fuit productus posita
vel amota vniformiter ꝑmanere. ¶ Ex hoc ꝑmisso ꝛ cō-
muniter concesso apparet illud assumptum declarādū
vꝫ ꝙ aliquis effectꝰ dicitur factus esse ꝛ non fieri: vt il
le cuiꝰ vna pars post aliam adquiritur successiue: sic tn̄
ꝙ postea eius partes omnes sunt actualiter perma-
nentes: ꝛ magis ille cuius partes sic successiue adqui-
runtur ꝙ nunꝙ possunt esse insimul permanentes vt
tempus et motus. nec enim tempus vel motus ꝙdiu
manet/ nec etiam calor ꝙdiu successiue vna eius pars
post aliam inducitur/ dicitur perfecte factus sed fieri
quando autem cessat adquisitio caloris dicitur esse factꝰ
nō autem fieri. tunc autē motus nō est qn̄ fieri eius ces
sat. Alius aūt effectus de quo nunꝙ dicitur fieri sed fa
ctum vel futurum esse/ est omnis ille qui adquiritur si-
mul totus: nec dependet a causa sua quantum ad per-
manentiam: sed tantum quantū ad suā efficiētiā. nec eꝉ
supposito ꝙ ignis vnus generet aliū simul totum pōt
dici ꝙ ignis generatur: sed ꝙ est vel erit generatus. de
illo autem effectu qui dependet a sua causa in fieri et
in esse potest dici continue fieri ꝛ factum esse: maxime si
ꝓducitur simul totus/ ꝛ etiā ꝙ fiet. sicut vere dicitur ꝙ
lumē a sole in medio ꝓductum est vel fuit ab ipso ꝓdu-
ctum/ continue ꝓducitur ꝛ semꝑ ꝓducetur ꝙdiu rema
nebit. In hoc tamē differenter dr̄ talis effectus sit totꝰ
ꝓductus vt lumen a sole ꝛ species ab obiecto continue
fieri ꝛ ille alius effectus cuius vna pars ꝓducitur post
aliam successiue. qꝛ ꝑ hoc ꝙ prior effectus qui videlicꝫ
est simul totus ꝓductus continue fieri dicitur nihil ip
si apponi intelligiꝉ sicut nec apponiꝉ. cuiꝰ cōtrariū est
de illo cuius vna pars fit post aliam successiue. nec enī
talis cōtinue fieri dr̄ nisi quia vna pars eius post aliam
ꝓducitur. nō sic aūt dr̄ fieri continue alius effectus vt
lumen a sole vel species ab obiecto: sed tm̄ qꝛ a cā sua
dependet continue quo ad esse vnum. nec lumen gene-
rari a sole continue est aliud ꝙ ipm ab eo quo ad eē cō
tinue dependere. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respō-
dēdū ad quesitū pono quatuor ꝯclusiones. ¶ Prima cō
clusio est. ꝙ de q̄libꝫ ꝑsona diuina ꝓducta vere dr̄ ꝙ est
ꝓducta ꝙ actu ꝓduciꝉ ꝛ ꝙ eternaliꝉ ꝓduceꝉ. ¶ Hec ꝓ
baꝉ. qm̄ oē ꝓductū ab aliquo simul totū vel etiā succes-
siue sine quo ipꝫ nō pōt fieri nec manere/ dr̄ vere ab ipo
eē vel fuisse ꝓductū ac ꝓduci ꝛ ꝙ et ꝓduceꝉ ꝙdiu ꝑma
nebit. ¶ Hoc appꝫ ꝑ exēplū adductū supꝛꝰ in creatis
sꝫ sic se hꝫ oīs ꝑsona ꝓducta ad ꝓducētem ī diuinis vt
appꝫ catholico. ꝫ ꝛc. ¶ Confirmaꝉ. qꝛ si effectus cause
scdē solū qꝛ n̄ pōt manere sine ipa naturaliꝉ/ dr̄ sꝑ ꝓduci

ab ipsa ꝙdiu manet: cum tamen posset supernaturalit existere sine ipa: multo magis diuina ꝑsona ꝓducta quã sine ꝓducente esse est impossibile simpliciter potest dici ꝓduci eternaliter. ¶ Secũda conclusio est. ꝙ melius et conuenientius est dicere ꝑsonam diuinam ꝓductam semper esse ꝓductam vt filium semper esse generatum et spũm sanctum spiratũ ꝙ filium generari et spiritũ sanctum spirari. Hanc ponit et eius rõnez reddit magister in litera. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ nec verbũ potest dici esse generatum nec generari cõtinue nec ꝙ gñabit con similiter eo modo quo dicunt talia ĩ creatis/supposito ꝙ in eis actiua ꝓductio et passiua sit forma aliqua a ꝓducente et a ꝓducto distincta. ¶ Hec appet. qꝛ illo supposito de nullo increatis dr ꝙ est generatũ nisi de illo cuius generatio est destructa vel manens cum ipso si sit effectus dependẽs a causa in fieri et in esse: qui nõ tñ fieri continue dr: sed etiã factus esse: nec de aliquo dicitur ꝙ generat nisi de illo qd generatione ab ipso distincta realiter informat: nec ꝙ generabitur nisi de illo qd generatione tali informabitur: sed cum actiua ꝓductio diuina non distinguat a ꝓducente ꝑsona nec passiua a ꝓducta/ꝑ consequens nulla ꝑsona diuina põt dici ꝓduci nec producta esse nec ꝙ producetur realiter isto modo. ¶ Quarta conclusio est ꝙ supposito qd verũ reputo ꝙ ꝓductio non differat in creatis a producẽte et a ꝓducto in aliquo similiter et in alio dissimiliter/sicut in creatis/potest dici in diuinis ꝙ ꝑsona est producta ꝓducitur et producetur. ¶ Hec appet. quoniam in hoc est similitudo primo: quia sicut in diuinis persona ꝓducta est immediate a ꝓducente sine productione media ab vtraqꝫ differente: ita et in creaturis omnis effectus ẽ cõsimiliter a sua causa. ¶ Secundo. quia sicut effectus in creatis qui ꝓprie dr ꝓduci ꝓductus esse et ꝙ etiam producetur/sic semper dependet a sua causa ꝙ nec potest esse nec fieri sine ipsa: ita et in diuinis persona producta sic est a producente ꝙ nec potest produci nec manere sine ipsa: cum sit essentialiter idem cuz ea. ¶ Est autẽ dissimilitudo pꝛio: quia persona producta est a producente essentialiter indistincta. omne autem productũ ĩ creatis est a producẽte distinctuz essentialiter. ¶ Secundo. quia per hoc ꝙ persona continue producit nihil nouuz ipsi adquiritur. in creaturis aũt aliquis effectus producitur continue cui cõtinue aliquid apponitur/vt ille cuius vna pars post aliam adquiritur: non autem ille qui totus simul producitur vt lumẽ a sole ĩ medio et species ab obiecto. immo tale consimiliter cõtinue produci dr quãtum ad hoc ꝙ sicut ꝑsona semper producitur in diuinis. in aliis multa est maxima dissimilitudo et modica similitudo. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationez in principio concedo ꝙ illud quod est completum et perfectum non potest dici esse in fieri nec futurum eo mõ quo dicitur esse in fieri illud cuius vna pars post aliam adquiritur successiue: et futurum esse illud quod nondum est. hoc autem modo verbum nõ dicitur nec potest dici semper generari nec etiam ꝙ generabitur. illud autẽ quod est completum et perfectum bene potest dici semper eẽ in fieri siue produci et futurum eo modo quo effect⁹ aliquis simul tot⁹ a sua causa productus sine qua nõ potest existere dicitur ab ipsa continue ꝓduci et etiam ꝙ ꝓducetur licet iam perfecte et totaliter sit ꝓduct⁹: vt apparet de lumine producto a sole in medio et de specie genita ab obiecto. hoc autem modo non alio est verũ dicere in diuinis ꝙ persona secunda et tertia semper fuit et est producta ꝙ continue producitur et ꝙ etiam eternaliter producetur. quare ꝛc.

Distinctio.X.Quæstio.I.

Irca distinctionem decimam/ in qua magister postꝙ determinauit de gñatione filii incipit determinare de ꝓcessiõe sci spũs sempiterna: et pꝛio de ipso sancto spiritu procedente: qro vtrum spiritus sanct⁹ sit amor semꝑ nat⁹. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ omne libere a voluntate ꝓductum est amor spiratus: sed spiritus sanctus est a voluntate libere ꝓductus/sicut fili⁹ a memoria naturaliter generat⁹. ergo ꝛc. ¶ Cõra. qꝛ nullũ essentiale tribus diuinis ꝑsonis cõe est spiratũ nec generatum nec generans neqꝫ spirãs: sꝫ amor est essentialis in diuinis et tribus cõis et indistinctus ab oĩb⁹. spũs autem sanctus distinguit realiter a filio et a patre. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Pꝛimo eñi inquiram an natura diuina inquantũ est volitiua ꝑsone cõuenientis ad spirãdũ/sit pꝛincipiũ spirandi spũm sanctũ. Scdo dicam ad qõnem. Tertio soluã quoddã dubium.

Quantum ad primum pretermissa illa opinione que dicit ꝙ volũtas et memoria diuine sint aliqua in deo distincta: quorum vnũ vꝫ memoria est pꝛincipiũ generandi verbum: alterũ aũt vꝫ volũtas est pꝛincipiũ spirandi spũm sanctũ: ꝯ quã opinionẽ est argutuz in ꝓcedẽtib⁹: est hic sciendũ ad euidẽtiaz dicendorum. ¶ Pꝛimo ꝙ querere an diuina essentia inquantũ ẽ volitiua sit pꝛincipiũ spirandi spũm sanctũ/nõ est aliud ꝙ querere/vtruz hec ꝓpõ sit ꝑ se/diuina essentia vt volitiua est spiratiua magꝭ ꝙ ista diuina ẽntia vt est itellectualis natura ẽ volitiua. qd est: supposito ꝙ sic diuina essentia ĩ quãtũ est volitiua sit spiratiua ꝙ si ꝑ impossibile nõ esset intellectiua sꝫ tñmodo volitiua adhuc esset nihilominus spiratiua: sicut ista dicit ꝑ se/aĩa vt volitiua siue voluntas diligit seu põt diligere/nõ aũt ista intellectus vel aĩa vt itellectiua diligit. qꝛ si ꝑ impossibile vel ꝑ possibile scdm ponẽtes potẽtias aĩe ab ipa esse realiẽ differẽtes aĩa esset volitiua et nõ itellectiua/hoc ẽ hẽret potentiaz volẽdi et nõ itelligẽdi/adhuc posset diligere nõ tamen intelligere. ¶ Secundo est aduertendum ꝙ dupliciter potest accipi volitiuũ. Uno modo enim potest sumi vt est dña essentialis nature volitiue. Alio modo vt ẽ nomẽ potẽtie idẽ significãs qd potẽtia volitiua seu voluntas ipsa. ¶ Hec apparet. qm secundum ponẽtes intellectum et volũtatem differre vel realiter vel formaliter in re extra ab angelo et ab aĩa/nõ tñ volitiuum dr de potẽtia actus volendi immediate elicitiua: sed etiã de essentia in qua est talis potentia: que etiã ab ipa per diuinã potẽtiã sepata adhuc ipsa essentia existeret volitiua et intellectiua cũ esset talis ꝙ sibi essent nate competere hmõi passiones. Ex quo sequitur ꝓpositũ: vꝫ ꝙ esse volitiuũ vel intellectiuũ nõ tñ ꝯuenit itellectui et volũtati siue rei ĩquãtũ est itellect⁹ et volũtas siue substãs/supposito ꝙ distinguat ab eis: sed etiã ꝯuenit sibi inquantũ est substãtia intellectualis siue sit distinctio inter intellectualẽ substãtiã et tales eius potẽtias siue non sit sicut nec est distinctio aliqua in re ex. nõ eẽ talis idẽtitas tollitur qn natura ipa siue substãtia sit ita ꝑ se itellectualis et volitiua sicut esset si distincta existeret ab huiusmodi potentiis in re extra.

His premissis pono quatuor cõclusiones. ¶ Prima ẽ. ꝙ si volũtas eẽt aliqd distĩctũ a diuina essentia in re extra ipsa nõ eẽt sancti spũs spiratiua. ¶ Hec ꝓbat pꝛimo. qꝛ volũtas talis nõ est ꝓductiua nisi amoris: sed amor diuinus non est spirabilis nec aliquo mõ ꝓducibilis cum sit cõis oĩbus ꝑsonis et indistinct⁹ totaliter in re extra ab eis. Unde spiritus sanctus vt dr

ectur in sequenti articulo non est proprie lȝ appropriate magis amor q̄ pater vel filius. ergo ꝛc. ¶ Secūdo. qꝛ si talis volūtas eēt sancti spūs spiratiua vl' p se tm̄ vl' cum essentia simul: sed non p se vt ab eis concedit a quibus inter diuinam essentiam ꝛ huiusmodi potentiā differentia ponitur: nec cum essentia: tū quia vt alias fuit argutum in p̄cedentibus respectu cuiuscūq; termini producti sufficit vnicum principium productiuum pfectum nec possunt poni duo quorum vtrunq; sit perfectū: tum quia tunc sequeretur q̄ esset duplex actiua spiratio in diuinis ꝛ alia multa absurda. ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio est. q̄ diuina essentia inquantum est volitiua accipiēdo volitiuum pro potentia non ē sancti spiritus spiratiua. ¶ Hec sequitur ex p̄dicta. qm̄ si potentia volitiua non est spiratiua: ergo nec essentia siue substantia vt est ipsa. ¶ Confirmatur primo. qꝛ nec potētia volitiua nec essentia p ꝯña vt ipsa est principium producendi nisi amorem odio contrariuȝ. talis autem amor est perfectio simpliciter communis omnibus psonis vniuersaliter: nec per consequens est spiritus sanctus specialiꝰ. ergo ꝛc. ¶ Secundo. qꝛ nec volūtas nec essentia vt voluntas / est principium producendi aliquid a producente essentialiter indistinctum: sicut oīs psona producta est a producente indistincta. ¶ Tertio. qꝛ sicut posse generare non est posse intelligere ita nec posse spirare videtur eē idem qd̄ posse diligere: sed natura increata ex hoc q̄ est voluntas non habet nisi q̄ pōt diligere. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est. q̄ diuina essentia inquantum est volitiua accipiendo volitiuum pro essentiali differentia / hoc est inquantum est talis res qualis importaꝰ p volitiuū huiusmodi sic acceptum / est principium sancti spūs spiratiuum. ¶ Hec pbatur p̄mo. qꝛ licet non pprie tamen appropriate spūs sanctus dr̄ esse amor sicut ꝛ filius sapientia: sed non alia de causa principaliter amor videꝰ appropriari spiritui sancto nisi quia essentia est pse volitiua vt eius spiratiua. ergo ꝛc. ¶ Secundo. qꝛ spiritꝰ sanctus habet ex spiratione q̄ sit amor modo in sequenti articulo declarando: sed hoc nō haberet nisi hmōi eiꝰ spiratio suum principium spiratiuū requireret p se esse volitiuum: non autem p̄mo modo sumēdo volitiuuȝ. ergo ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est. q̄ consimiliter se habet diuia essentia vt intellectiua ad generationeȝ verbi / sicut vt volitiua ad spirationem spiritus sancti. ¶ Hec appet. quia sicut spiratio spiritꝰ sancti requirit pro principio diuinam naturam inquantum est volitiua modo p̄expositio hoc intelligendo: ita ꝛ ḡratio verbi requirit ipsam inquantum est natura intellectiua. sicut em̄ spūs sanctus ex spiratione est deus ꝛ amor: ita ꝛ verbum habet ex generatione sua q̄ sit deꝰ ꝛ verbum: ꝛ sicut si voluntas diuina p īpossibile esset distincta ab essentia ipsa volūtas non esset sancti spiritus spiratiua ita ꝛ de memoria respectu generationis verbi consimiliter est dicendū si p impossibile esset distincta ab essentia in re extra. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundum est sciendum

q̄ dupliciter accipiꝰ amor a sanctis ꝛ doctorib' catholicis. Uno em̄ modo sumiꝰ amor vt diuidiꝰ contra odiū sicut sapientia contra stultitiā. Alio modo sumiꝰ p producto p naturam rationalem inquātū volitiua est. Accipiendo amorem primo mō / dupliciter posset intelligi spūȝ sanctū eē amorē spiratū: veȝ pprie ꝛ approp̄ate. ꝛ siue sic siue sic adhuc dupl'r: scȝ q̄ ly spiratū amori appositū pōt eē amoris specificatiuū: vt sit sensus / spiritꝰ sanctus est amor spiratꝰ hoc est amor q̄ quidē amor est spiratꝰ. vel pōt esse nō ipsiꝰ amoris specificatiuum: sȝ p̄dicatū ab eo distinctū de spū sancto dictuȝ: vt sit sensus spūs sanctus est amor spiratus hoc est spūs sanctꝰ est amor ꝛ cū hoc est spiratꝰ: ita q̄ spiratū nō dicaꝰ de amore: sed de spiritu sancto. ¶ Consimilibus modis duobꝰ pōt apponi spiratū amori secūdo modo accepto / veȝ vt eius specificatiuum ꝛ vt p̄dicatum distinctum.

Hoc p̄misso pono quatuor cōclusiōes

¶ Prima est. q̄ spūs sanctus dr̄ amor p̄mo modo sumptus non tm̄ pprie sed appropriate. ¶ Hec appet p̄mo quantum ad p̄mā ptē: veȝ q̄ non sit spūs sanctus pprie talis amor. qm̄ nulli psone dr̄ esse ppruum illud qd̄ omnibus est cōe ꝛ ab eis totaliter indistinctū in re extra: sed amor sic sumptus est hmōi. Unde August. xv. de tri. ca. xix. In illa summa trinitate nō solus spūs sanctus est charitas. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars: veȝ q̄ spūs sanctꝰ dicaꝰ amor appropriate / apparet. constat enim taȝ ex scriptura q̄ ex sanctoꝝ doctrina q̄ dr̄ amor siue charitas sicut filius dei sapientia: sed nec filius est sapientia nec spūs sanctus amor sic acceptus pprie: ergo appropriate. qd̄ em̄ omnibus psonis est cōe nulli psone pōt eē pprium sed bene approp̄atū. ¶ Et si queraꝰ q̄re spiritꝰ sanctus dr̄ appropriate amor sic sumptus ꝛ filius sapiētia: ¶ Respondetur q̄ ratio huius potissima est. qꝛ spiritus sanctus pduciꝰ p naturā diuinā inquantū est volitiua. est aūt inquātū itellectiua verbi ḡratiua. ¶ Secūda ꝯclusio est q̄ spūs sanctus non pōt dici pprie nec appropriate amor spiratꝰ p̄dicto p̄mo mō vt spiratum est ipsiꝰ amoris specificatiuū: sed bn̄ vt est p̄dicatuȝ ab amore distinctū ꝛ de ipso spū sancto dictū. ¶ Hec pbatur. qm̄ nō magis amor vt sic sumptꝰ pduciꝰ nec pduciꝰ q̄ essentia in diuinis: sȝ si spūs sāctus diceret amor spiratus vt spiratū est amoris specificatiuum / sequereꝰ q̄ amor esset spiratus: ꝛ sic p̄dicareꝰ: qꝛ intellectꝰ talis ppōnis eēt iste / spūs sanctꝰ est amor q̄ est spiratꝰ. hec aūt ppō nō magis est vera q̄ ista spūs sanctꝰ est deitas q̄ est spirata. nō em̄ magis amor q̄ deitas est spiratꝰ. ergo sicut ista spūs sanctꝰ est eēntia spirata / est falsa / ita ꝛ ista spūs sanctꝰ est amor spiratꝰ mō p̄expositio intellecta. ¶ Secunda ps ꝯclusionis: veȝ q̄ ppō ista sit vera dūm̄ ly spiratū nō sit amoris determinatiuū nec de ipso sȝ de spū sancto p̄dicatū / appet. qꝛ ꝯstat spūȝ esse pprie spiratū ꝛ approp̄ate amoreȝ. ꝛ hoc est qd̄ dicūt aliq̄ distinguētes p̄dicationē quadrupliciꝰ in diuinis. Aliq̄ em̄ sunt vera de aliqua psona determinata pp̄e ꝛ non appropriate vt ḡrare de p̄re ḡrari de filio ꝛ spirari de spiritu sancto. hec em̄ est vera pp̄e / pꝰ generat filꝰ ḡraꝰ ꝛ spūs sanctꝰ spiraꝰ. Alia aūt ppō est vera i diuinis nō pprie sed appropriate: vt qn̄ p̄dicaꝰ aliqd̄ cōe oīb' psonis de aliqua tm̄ cui est appropriatum / licet aliis sit cōe vt cū dr̄ q̄ filius est sapientia vel spūs sanctus est amor. Alia autem tertia est vera non pp̄e nec appropriate: vt cum p̄dicatur de aliqua psona illud qd̄ oībꝰ est cōe īdifferenter nec est alicui approp̄atū specialiter: vt cū dr̄ q̄ pꝰ vel filius vel spūs sanctꝰ est deitas. nec em̄ diuina essentia ē appropriata alicui psonarū. Alia aūt ppō affirmatiua est vera in diuinis pp̄e simul ꝛ appropriate: vt illa cuius p̄dicatū est ꝯpositū ex vno p̄dicato pp̄o et ex alio appropriato: sicut ista spūs sanctus est amor spiratus: ꝛ ista filius est notitia genita. est enim amor p̄dicatū spiritui sancto approp̄atum / spiratū autem ppuum: sicut ꝛ notitia fil'r est p̄dicatū approp̄atum filio genitum aūt ppuum. qd̄ em̄ dictū est de amore spirato / cōsil'r est verum ꝛ intelligendū de notitia: videlicet q̄ illo modo quo hec est vera: spūs sanctus est amor spiratꝰ: ꝛ ista filius est notitia genita. sicut e contrario hec est falsa in illo intellectu sūpta in q̄ altera vt dictū est superiꝰ nō ē vera. ¶ Tertia ꝯclusio ē. q̄ spūs sanctꝰ est nō approp̄ate

sed proprie amor secundo modo sumptꝰ. ❡ Hec appet. quia amor vt sic acceptus non est psone cōis: sed tantū tertie psone ppriꝰ. immo est illa psona sola nō aliqua aliarum. sola enī psona tertia est q̄ requirit essentiā sui pductiuū pncipiuʒ existere volitiuū: sʒ amor vt sic sumptus est pcipue pductum p naturam rōnalem inquantū volitiua ē vt supius dictū est. ꝗ ꝛc. ❡ Sed nūqd etiā sapientia pōt sumi sic dupliciter sicut amor vcʒ eēntialiter ꝛ psonaliter? Ad hoc respondeꝛ ꝙ non. sancti enim ꝛ doctores catholici tm̄ sumunt sapientiā essentialiter nō aūt psonaliter. nunq̄ enī dicunt sapiētiā p se sumptā esse filio ppriam sʒ appropriatā: q2 omnibus cōmunez. amorem aūt sumūt nō tm̄ essentialiter vt oībus psonis cōmunem ꝛ spiritui sancto appropriatū: sed etiā psonaliter p pducto p naturā rationalem vt est volitiua. ꝛ lʒ consimiliter posset accipi sapientia: vcʒ psonaliter pro pducto ab eadē natura inquantum est intellectiua nō tm̄ sic de facto accipiꝛ a sanctis/ forte vt dicūt aliqui ad vitandū dicta hereticorum qui erant temporibus eoꝝ. ❡ Et si queratur. q̄re spiritꝰ appropriatur tertie psone cū omnibus ꝯueniat: q2 omnes sunt spūs. Ad hoc respōdeꝛ ꝙ lʒ spūs vt diuidiꝛ ꝯ corpꝰ sit essentiale ꝛ cōe oībꝰ/ nō tm̄ vt spiritus est idē qd̄ spiratus: modo quo in creaturis amor dr̄ spūs q2 spiratꝰ. ꝛ hoc mō spūs spūs dr̄ de tertia psona tm̄ non de aliq̄ aliarū. ❡ Quarta ꝛ vltima conclusio est ꝙ spūs sanctus dicitur pprie amor spiratus pdicto scđo mō sumptus. ꝛ hoc quocūq3 accipiaꝛ ipʒ spiratū: vcʒ siue vt amoris specificatiuū siue vt pdicatū ab eo distinctū de spū sancto dictum. ❡ Hec appet. qm̄ amor vt sic sumptus nō est aliud q̄ spūs sanctus quātū ad significatū lʒ nomē sit distinctū: sed ꝯstat ꝙ spiratuʒ vere ꝛ pprie dr̄ de spū sancto: ꝗ cū amor vt psonaliꝛ sumptus sit tm̄ spūs sanctus: sicut ista est vera amor est spiratꝰ/ ita ꝛ ista spūs sanctus est amor qui amor est spiratus: ꝛ sic p ꝯñs est vera vt spiratū est amoris specificatiuū. constat etiā ꝙ est vera vt est pdicatū distinctum de spū sancto: q2 spiritus sanctus ꝛ vere ac pprie dicitur amor sic sumptus/ ꝛ vere ac proprie dr̄ esse spiratꝰ. quare ꝛc. ❡ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: dubium soluendum est quō spūs sanctus dr̄ pcedere p modum amoris. ❡ Ad hoc respondeꝛ diuersimode a diuersis. Unus enī doctor ponit ꝙ cū in creaturis amans p actum amandi constituatur in quodā lato esse seu donato respectu amati/ hoc pōt sine omī imꝑfectione deo attribui. ꝛ sic pōt dici ꝙ spūs sanctus nō emanat vt amor sed vt spiritꝰ amoris: sic itelligēdo ꝙ spūs non est aliud q̄ deus in esse lato seu dato positus per vim amoris sui. ❡ Tunc scđm hoc diceret iste doctor ꝙ spūs sanctꝰ procedit p moduʒ amoris: hoc est q2 pducitur p actū amoris. ❡ Alij dicunt aliter: ꝙ q2 in diuinis pductio filij est pma sicut in creata imagine pductio notitie: pductio autem spūs sancti q2 scđa sicut pductio amoris est secūda in imagine creata: ideo pductio filij q2 pma/ dr̄ p modum notitie: pductio autē spūs sancti q2 secūda/ p modū amoris. ❡ Alij dicūt ꝙ q2 pductio filij est tm̄ ab vno sicut pductio notitie ī imagine creata: pductio autem spūs sancti a duobus sicut pductio amoris qui est in imagine creata ab intellectu ꝛ ab obiecto vel ab ipsa cognitione: ideo prima dicitur pductio p modum notitie ꝛ alia per modum amoris. ❡ Alij quarto dicunt ꝙ hoc est q2 cognitio est principium pducendi verbum: dilectio autem spiritum sanctum. ❡ Alij quinto dicūt ꝙ hoc est quia sicut notitia producitur impressiue modo nature per motionem rei ad animam: amor autem expressiue vel remissiue per motionem anime ad rem: ꝛ filius producitur pmo istorum modorum: spiritus autem secundo modo: ideo filius dicitur pduci modo notitie ꝛ spiritus sanctus per modum amoris. ❡ Alij sexto dicunt ꝙ hoc est quia intellectus est principiuʒ productiuum filij: voluntas autem spiritus sancti. ❡ Sed nullꝰ pdictorum modorum dicēdi videtur sufficere nec predictum dubiū soluere. Primus enī modus dicendi supponit falsum: vcʒ ꝙ spiritus sanctus sit deus p actuʒ amoris productus. nec enim in diuinis nec in creaturis producitur vt ab isto doctore assumitur obiectum cognitū p actum intelligendi in aliquo esse abstractiuo/ nec obiectum dilectum in esse lato seu donato p actum amandi. Si enim per actum amoris amans poneret obiectū in aliquo esse ab actu distincto/ qua ratione vnum obiectum ꝛ quodcunq3 alterum obiectum dilectum: sed q̄libet persona diuina diligit aliam ꝛ seipsam: ergo quelibet producit seu ponit in huiusmodi esse lato seu donato p actum amoris tam aliam q̄ seipsam: sed spiritꝰ sanctus vt dicit ista opinio nō est aliud q̄ deus per actum amoris in esse lato seu donato positus: ergo quelibʒ persona est spiritus sanctus tam a seipsa q̄ ab omni alia pductus. hoc autē est euidenter erroneū. ergo ꝛc. ❡ Nec secundus modus dicendi valet: tum quia si per impossibile productio spiritus sancti esset prima ꝛ productio filij secunda/ adhuc productio filij diceretur esse p modum notitie ꝛ productio spiritus sancti p modum amoris conformiter sicut modo. tum quia non omnis notitia pducitur primo in imagine creata: sed aliqua primo ꝛ alia secundo: nec tamen magis pductio prime q̄ secūde est per modū notitie. q̄re ꝛc. ❡ Nec tertiꝰ modꝰ dicendi sufficit. Primo, quia si per impossibile spiritus sanctus esset ab vna tantum persona adhuc esset p modum amoris. nō enim quia greci dicunt ipsum tantum ab vna persona esse spiratum/ ideo negant eum per modum amoris esse productum. ❡ Secundo. q2 forte non est veruʒ qd̄ accipit iste modus dicendi. non enim vt cōmunius dicitur amor pducitur ī imagine creata a pluribus q̄ notitia: quia nec notitia est amoris causa effectiua licet sit ad eaʒ necessario requisita. ergo ꝛ cetera. ❡ Nec quartus modus dicēdi valet: q2 falsuʒ accipit: videlicet ꝙ intellectio sit principium generandi verbū ꝛ volitio spirandi spiritum sanctum. non enim diuina essentia vt notitia est generatiua verbi/ nec vt amor est spiratiua spiritus sancti. licet cum hoc stet ꝙ ipsa essentia qd̄ est generationis ꝛ spirationis principium sit notitia ꝛ amor vt in precedentibus fuit dictum. quare ꝛc. ❡ Nec qntꝰ modus dicendi potest stare quia similiter falsum accipit. non enim amor est magis q̄ notitia motus anime ad rem: nec notitia ecōuerso producitur magis q̄ amor per motum rei ad animam. tam notitia etiam q̄ amor in creaturis producitur de potentia subiecti. nec plus vnus istorum actuum q̄ alius exprimitur a subiecto: licet ad p̄sentiam agentis positis omnibus ad actum intelligendi necessarijs sequatur necessario productio intellectionis ꝛ non volitionis: sed tantummodo contingenter. quare ꝛc. ❡ Preterea esto ꝙ hoc assumptum esset verum: videlicet ꝙ sic differenter producuntur amor ꝛ notitia in creatis/ non est verum illud quod additur quando dicitur ꝙ filius producitur in diuinis vno modo pdictorum: ꝛ spiritus sanctꝰ alio. nullo enī modo est dicendum ꝙ filius ꝛ spiritus sanctꝰ pducātur taliter. quare ꝛc. ❡ Nec sextus ꝛ vltimus modus dicendi valʒ: quia falsuʒ accipit sicut quartꝰ. nō enī diuina essentia est generatiua verbi nec voluntas spiratiua spūs sancti saltem vt ipsi intelligunt. ❡ Et idō aliꝛ respondetur ad dubiū supradictū: vcʒ ꝙ idō spūs sanctꝰ dicitꝛ pduci per modum amoris/ q2 eius pductio requi-

rit ꝑ ſe ꝙ eius principium ſit diuina eſſentia inquãtum eſt natura volitiua ſuppoſiti ꝯuenientia ad ſpirandū. ſicut enim amor in imagine creata ꝓducitᷓ ꝓductione q̄ requirit ꝑ ſe ꝙ eius principiū ſit eſſentia volitiua: ita ⁊ de productione ſancti ſpiritus eſt dicendum. ⁊ id̄ quia ſpiritus ſanctus ꝓducitᷓ ꝑ modum illum quo amor producitur in imagine creata quantum ad conditionē ꝑdi ctam licet in multis alijs diſſimiliter producatᷓ dicitur ꝓduci per modum amoris. ¶ Q: aūt hoc ſit verum: vē ꝙ ſpiritus ſanctus dicatᷓ ꝓduci per moduꝫ amoris / ap paret ꝑ Auguſtinum dicentē. v. de tri. ca. xiiij. ꝙ ſpiritꝰ ſanctus exit nō quō natus ſed quō datus. ¶ Item ideꝫ dicit. xv. de tri. ꝙ in hac trinitate non dicitᷓ verbum niſi filius nec donū niſi ſpiritus ſanctus ſed p̄mum donum vel datum in creaturis dicitur eſſe amor. nihil eñ aliud donatur niſi in virtute amoris. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia ſpiritui ſancto conuenit ex modo ꝓcedendi ꝙ ſit amor. hoc aūt ipſi nō cōueniret niſi ꝑ modum amoris ꝓcederet. ergo ⁊c. ¶ Sic ad queſtionem. ¶ Ad rōnē in principio apparet ſolutio ex predictis.

SEcundo quęro. vtrum ſpiritus ſanctus producatur libere. ¶ Et videtur ꝙ ſic. q: omne illud libere producitur qd̄ a natura diuina inquantum eſt volitiua ꝓducitᷓ: ſed ſpiritus ſanctus vt predictum eſt in p̄cedenti q̄ſtione ſic a natura diuina ꝓducitur: vē inquantum eſt volitiua. ergo ⁊c. ¶ Contra. q: vbi eſt omnimoda neceſſitas nulla poteſt eſſe libertas: ſed ꝓductio ſancti ſpiritꝰ eſt omnino neceſſaria. ergo ⁊c. ¶ Reſponſio. vbi ſic procedam. Quia eñ conſtat ſpiritum ſanctum neceſſario ſpirari ſicut filium generari / ideo p̄mo inquiraꝫ: an vnū ⁊ idem poſſit eſſe reſpectu eiuſdeꝫ principiū libere ⁊ neceſſario ꝓductiuum. Secūdo ex hoc apparebit quid ſit dicendum ad queſitum.

Quantum ad primum eſt ſciēdum. ꝙ triplex poteſt poni libertas ſicut eſt triplex ipſi oppoſita neceſſitas. Eſt eñ vna neceſſitas violēte coactionis qua q̄dē neceſſitate g̃ue ꝓiectū neceſſario aſcēdit. Alia naturalis inclinationis qua graue neceſſario deſcēdit. Tertia eſt neceſſitas cuiuſdam ſpontanee immutabilitatis: qua neceſſitate deꝰ neceſſario ſe diligit. Ita ⁊ liberum poteſt dici. Uno modo illud qd̄ eſt liberum a violenta coactione. Alio modo illud qd̄ eſt liberum a naturali inclinatiōe ſeu determinatiōe. Et tertio mō illud qd̄ ē liberū a ſpōtanea imutabilitate. ¶ Hoc p̄miſſo ponuntᷓ hic q̄tuor ꝯcluſiōes. ¶ Prīa eſt: ꝙ nihil pōt eſſe principiū alicuius neceſſario ꝓductiuum tribꝰ modis neceſſitatis omnibus ſupradictis. ¶ Hec eſt euidens. q: neceſſitas tertia que vē eſt ſpontanee immutabilitatis / eſt neceſſitas ſolius liberi arbitrij. nihil eñ dicitur ſpontaneum niſi liberum arbitrium: ſed liberum arbitrium non eſt neceſſarium neceſſitate violentantis coactiōis / nec alia neceſſitate que eſt naturalis determinationis. non enim ex ſe eſt determinatū ſicut graue ad deorſum ⁊ leue ad ſurſum ad aliquem vnum actum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q: illud ad qd̄ aliquid eſt violentatum non videtur eſſe ſpontaneum. ¶ Secūda cōcluſio eſt: ꝙ vnum ⁊ idem poteſt eſſe ⁊ reſpectu eiuſdem vel ſaltem reſpectu diuerſorum principium liberū ꝑdicta triplici libertate. ¶ Hec apparet. quoniā volūtas creata viatoris eſt reſpectu cuiuſlibet ſui actus libera oībus illis modis. nec eñ eſt in ea neceſſitas coactionis nec naturalis determinationis nec ſpontanee immutabilitatis: cum nec ad aliqueꝫ actum quē elicit ſit naturaliter determinata ſicut graue ad deorſum: nec coacta ſicut graue ad ſurſum. nō enim poteſt violētari ad actū eliciendum licet poſſit violentari ad ipſuꝫ recipiendū. vel eſto ꝙ poſſit tamen de facto non ſic violētatur. Nō eſt etiam in ea neceſſitas ſpontanee immutabilitatis cum omne qd̄ vult poſſit nolle ⁊ non velle. In deo aūt ⁊ in beatis ē etiā libertas oīs triplex ꝑdicta reſpectu diuerſorū. deꝰ eñ libere diligit quēlibꝫ btōrū: ⁊ q̄libet btōrum etiam libere deum quo beatifice fruitur libertate oppoſita naturali determinationi ⁊ alia oppoſita violente coactioni: non autem libertate oppoſita ſpontanee immutabilitati: ſed hoc modo diligunt libere q̄dlibet ens creatum. deus etiam ip̄e libere dicitur producere ſpirituꝫ ſanctū vt dicetur in ſequenti articulo ⁊ hoc libertate oppoſita coactioni ⁊ naturali determinatiōi non autem libertate oppoſita immutabilitati: ſed tali libertate agit libere ad extra. ergo ⁊c. ¶ Tertia cōcluſio eſt. ꝙ vnum ⁊ idem non poteſt eſſe reſpectu eiuſdem principium productiuum neceſſario quocunq; modorum neceſſitatis predictorum / ⁊ liberum libertate quacūq; triplici ſupradicta illis tribus modis neceſſitatis oppoſita. ¶ Hec eſt euidens. q: qd̄ eſt principium alicuiꝰ libere ꝓductiuum libertate predictis tribꝰ modis accepta eſt contingenter principiuꝫ productiuum: ſed qd̄ eſt alicuius principium contingenter productiuum nō poteſt eſſe eiuſdem principium neceſſario productiuuꝫ vnum eñ ⁊ idem non poteſt ab eodem ꝓduci contingēter ⁊ neceſſario. q: qd̄ producitᷓ ab aliquo neceſſario ꝓducitur ab eo immutabiliter ſic ꝙ non poteſt non produci. qd̄ autem producitur contingenter potuit nō produci. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima concluſio eſt ꝙ vnuꝫ ⁊ idem poteſt eſſe reſpectu eiuſdem principium productiuum neceſſario neceſſitate immutabilitatis ſpontanee ⁊ liberum a neceſſitate tam naturalis inclinatiōis ſeu determinationis q̄ etiā violente coactionis. ¶ Hec probatur. quoniam poſſe peccare nec eſt libertas nec pars libertatis: ſed niſi libertas cum aliqua immutabilitatis neceſſitate ſtare poſſet / vtiq; poſſe peccare de ratione libertatis exiſteret: ergo libertas ⁊ immutabilitatis neceſſitas ſimul ſunt compoſſibilia ⁊ de facto ſunt in eodem ⁊ reſpectu eiuſdem. ¶ Minor apparet. q2 ſi poſſe peccare eſſet de ratione libertatis / nec deo libertas competeret neq; ſanctis cum nec deus nec beatus poſſit peccare. hoc autem eſt falſum ſecundum Anſelmū in lib. de libero arbi. ca. x. ꝙ ⁊c. ¶ Minor etiā apparet. quia in quo eſt peccādi incompoſſibilitas in eo ē aliqua immutabilitatis neceſſitas quia ⁊ ipſe ad peccandum peccato omiſſionis impoſſibilitas eſt ad faciendū qd̄ eſt ſcīēdū neceſſitas. quare ⁊c. ¶ Et ſi queras quomodo aliquis poteſt dici libere agere illud quod nō poteſt omittere: ¶ Ad hoc reſpondetur ꝙ dupliciter aliquod principium poteſt reſpectu alicuius dici liberum vt liberum diuiditur contra naturale. Uno enim modo dicitur principium liberum alicuius quia de facto pōt ad ipſum agere vel non agere concurrentibus ad ipſuꝫ producendum omnibus neceſſario requiſitis. ⁊ tale ē illius talis effectus productiuum principium contingenter. Alio modo aliquid poteſt dici p̄ncipium alicuius libere productiuum quia licet de facto non producat ipſum contingenter: tamen ſic vt contingenter ipſum producere poſſet niſi aliud obuiaret. Exemplū huius apparet tam in comprehenſoribus q̄ in illis viatoribus qui impeccabiles fuerūt. tales eñ peccatuꝫ libere vitauerunt. pro quanto licet de facto neceſſario ip̄m vitauerint: cum nec peccare potuerint vt ſupponitur: tamē quilibet eorꝫ peccare potuiſſet niſi aliud obuiaſſet: ſicut ⁊ omnes beati peccare poſſent niſi deꝰ hoc fieri īpediret. ⁊ ita licet qd̄ eſt principiū alicuiꝰ neceſſariū

necessitate immutabilitatis spontanee nõ possit esse li berũ primo modo/potest tamẽ esse liberum modo secũ do. ¶ Confirmatur. quia expresse videtur esse de intentione beati Anselmi in libro de libero arb. ꝙ simul stant libertas ⁊ necessitas in eodem scḋꝫ enim eũ. deus libere vult seipsum: quilibꝫ etiã beatorum diligit ipsuꝫ libere ⁊ tamen necessario. ¶ Nec valet si arguas cõtra hoc. qꝛ actus beatificus non est in potestate beati: ergo per ipsum non transit beatus libere super obiectuꝫ. tuꝫ quia licet actus ille non sit in potestate beati tamen esset nisi aliud obuiaret. tum quia esto ꝙ non sit in eiꝰ potestate ex hoc nõ sequit̃ nisi ꝙ beatus deum non diligit contingenter, sed necessario: cum hoc autem stat ꝙ libere diligat: cum nec deus possit nõ velle se/⁊ tamen dicit̃ scḋm Anselmum libere velle se. quare ⁊c. ¶ Sed circa hoc est vnum dubium. qm̃ voluntas creata non videtur necessitari posse ad actum eligendũ: lꝫ ad ipm̃ recipiendũ: sed cum voluntas viatoris teneatur ad actũ aliquẽ eliciendum: ꝑ consequens non videtur posse fieri impeccabilis nisi necessitata ad actꝰ sibi debitos exequẽdos ergo non potest ĩpeccabilis fieri. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ concesso illo assumpto: vꝫ ꝙ creatura intellectualis non possit necessitari ad actum aliquem volendi vel nolendi sibi debitum exequẽdũ/adhuc potest ĩpeccabilis fieri/vel deo eam obligari nolente ad exequendum aliquem actum/vel statuente ipsum ipsi infundere quãdo ad eum ipsam statuit obligari. ¶ Hec de primo.

Quãtum ad secundum vbi est respondendum ad quesitum/est sciendum ꝙ hic non queritur nec ab aliquo catholico dubitat̃ an spiritꝰ sanctus libere producatur libertate opposita necessitati immutabilitatis. qm̃ qḋ sic ꝓducitur cõtingenter ꝓducitur: spiritus aũt sanctus non minus necessario ꝓducitur q̃ filiꝰ cum sit secum essentialiter idem deo. soluꝫ igitur hoc q̃ritur an spiritus sanctus ꝓducatur libere libertate aliqua stante cum necessitate sicut ⁊ stare potest: sicut ⁊ in p̃cedenti articulo dictum est. ¶ Hoc p̃misso dicendũ est ad questionẽ ꝙ spiritus sanctus ꝓducit̃ libere. ¶ Hoc autem declarat vnus doctor ⁊ probat ꝑ hoc: qꝛ libertas vt dicit non debet attendi penes contingenter agere: sꝫ penes amorem complacentie. in hm̃ôi eñ amore ꝯplacentie consistit libertas. sed spiritus sanctus emanat ꝑ vim amoris complacentie. ergo libere. ¶ Sed hic modus dicendi deficit qꝛ falsa est vtraqꝫ p̃missarũ q̃s ad cõclusionem istam probandam accipit. Est siquidem primo falsa maior. qm̃ quando dicit̃ in ipsa ꝙ libertas cõsistit in amore complacentie/aut accipitur liberum vt diuiditur contra naturale/aut vt cõtra violentũ vel seruum. Si p̃mo modo/falsa est. qm̃ deus posset infundere anime actus maxime ꝯplacentie: sed respectu talis actus in quo tñ anima summe ꝯplaceret nullam causalitatem actiuã nec ꝑ cõsequens libertatẽ haberet/vt liberum diuiditur contra naturale. ergo ⁊ cet̃. Si autem libertas accipit̃ scḋo mõ/tũc nihil ad ꝓpositũ qꝛ vt sic nõ magis spũs sanctus q̃ filius libere est ꝓductus. nõ eñ magis ꝓductio spũs sancti q̃ filij est ab oĩ coactione ⁊ seruitute libera ⁊ immunis. q̃ ⁊c. ¶ Minoris falsitas appet ex dictis in alia q̃stione. non eñ vt ibi dictuꝫ est spũs sanctus ꝓducitur ꝑ vim amoris magis illo mõ quo doctor iste imaginat̃. ¶ Et iḋ quantũ ad hoc aliter est dicendum: vꝫ ꝙ ideo spiritus sanctus dꝛ ꝓduci libere ⁊ non filius/ qꝛ ꝓduci libere vt hic sumit̃ nõ est aliud q̃ ꝓduci ꝓductione ꝑ se requirente ꝓ ꝑ se principio naturã volitiuã: cui ex hoc ꝙ ẽ volitiua agere cõtingẽter competere posset nisi aliud obuiaret: sed hoc mõ spiritꝰ sanctus non autẽ filius est ꝓductus. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. qm̃ lꝫ vnũ ⁊ idẽ totaliter ĩ re extra sit generatiuũ ⁊ spiratiuũ p̃ncipiũ/tñ ꝓductio spũs sancti req̃rit hm̃ôi p̃ncipium esse liberũ hoc est voluntariũ. qḋ q̃dẽ voluntariũ dꝛ liberũ vt liberũ est ꝯtra naturale diuisũ: cui vt sic non repugnaret ꝙ cõtingenter ageret nisi aliud obuiaret: vꝫ essentialis idẽtitas inter ꝓducens suppositum ⁊ ꝓductum. ꝓductio aũt filij requirit suum principium esse intellectuꝫ: cui nõ sic conuenit agere contingenter. quare ⁊c. ¶ Sic ergo appet ꝙ libertas qua spũs sanctus dꝛ spirari est libertas qua principium spiratiuum est liberum a coactione ⁊ a naturali inclinatiõe seu alio modo nature in principiando. necessitas aũt qua necessario ꝓducit̃ est necessitas spontanee libertatis q̃ stat cum libertate p̃dicta. ¶ Et si queratur quomõ igit̃ modus nature seu naturaliter ⁊ libere agendi opponũtur ex quo tam illa productio que est modo nature q̃ alia ẽ necessaria: Ad hoc respondetur ꝙ per hoc distinguuntur: qꝛ principio naturali repugnat posse contingẽter principiare ex hoc ꝙ est principiũ naturale: posito ꝙ sibi non repugnaret aliũde. volitiuo autem principio non repugnat ex hoc ꝙ volitiuum est posse contingent̃ principiare. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio appet solutio ex predictis.

CIrca distinctionem vndecimã ĩ q̃ magister determinat de processione spiritus sancti a patre ⁊ a filio/ostendens ꝙ ꝓcedit insimul ab vtroqꝫ/ quero primo de hoc: vꝫ vtrum spiritus sanctus ꝓcedat a patre ⁊ a filio an ab altero horum tñ. ¶ Et videt̃ ꝙ ĩsimul ab vtroqꝫ. Primo per illud symboli Athanasij. Spiritꝰ sanctus a patre ⁊ filio non creatꝰ nec genitus sed procedens. ¶ Secundo. qꝛ nulla apparet ratio q̃re magis spiritus sanctus ꝓcederet ab vno istorum q̃ ab alio: ⁊ ita vel procedit ab vtroqꝫ vel a neutro: sꝫ secundum est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Contra primo per illud Joã. xv. vbi Christꝰ dixit. Cũ aũt venerit paracletꝰ ⁊c. q̃ a patre procedit. vbi nullam fecit de filio mentionẽ. ¶ Secundo. qꝛ vnum suppositum pfectissimum est sufficiens ꝑ seipsum ad omne ab eo ꝓducibile ꝓducendũ sed suppositum paternũ tam filij q̃ sancti spiritus ꝓductiuum est sufficientissimũ ⁊ pfectissimũ. ergo non minꝰ est ꝑ seipsum solum spiritus sancti q̃ filij productiuum. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim dicam ad quesitum. Secundo inquiram vnum dubiuꝫ quesito annexum/puta an si per impossibile spiritus sanctus non procederet a filio distingueretur ab ipso personaliter sicut modo.

Quantum ad primum est vnum certũ ⁊ aliud dubium. Hoc qḋ est certũ apud catholicum est conclusio ipsa in se: videlicet ꝙ spiritus sanctus procedit a patre ⁊ a filio. nec circa conclusionem istã oportet insistere. est enim euidens tam ex sanctorum doctrina vt magister explicat in litera/q̃ etiaꝫ ex ecclesia: cuius auctoritate conclusio ista fuit determinata ⁊ vt articulꝰ fidei in symbolo misse posita. vbi sic dicit̃. Et ĩ spiritum sanctum dominum viuificantem: qui ex patre filioqꝫ procedit. qḋ symbolum fuit factuꝫ in concilio Niceno sicut apparet dist. xv. Canonis. ¶ Hoc autem greci negant dicentes spiritum sanctum tantum a patre procedere ⁊ non a filio. Hoc autem probant principaliter ex duobus. Primo. quia Christus loquens de processiõe spiritꝰ sancti patrẽ solũ nõ aũt filiũ noĩauit Jo. xv. vbi dixit Cũ venerit ille ⁊c. spũ. veritatis q̃ a p̃re ꝓcedit

ille me clarificabit. ¶ Secundo. quia in quodam symbolo ꝓmo edito trinmodo continetur ꝙ filius ꝓcedit a patre: ⁊ in fine symboli sub anathemate prohibetur vt nullus de fide trinitatis aliud docere nec ꝓdicare audeat q̄ ibi contineatur: ex quo inferunt greci latinos eē anathematicos: quia addiderunt filioqꝫ procedit contra ꝓhibitionem predictam. ¶ Sed nec ista nec alia que adducunt pro se ꝯcludunt. Unde ad ꝓmum respōdet glo. dist. xv. Canones. dicēs ꝙ ideo Christus nominauit patrem vbi supra vt patri attribueret dignitatem spirandi: ꝓ quanto vꝫ pater non habet ꝙ spiret ab alio sed a seipso: filius autē non habet a se sed a patre. Qꝫ autem Christus ꝑ illa verba non intellexerit spūm sctm̄ nō eē a filio appet ꝑ illud qꝺ ibidem subdidit quando dixit quia de meo accipiet: non enim spūs sanctꝰ a filio aliquid accipet nisi ab ipso ꝓcederet: sicut nec pater accipit aliq̄d a filio nec a spiritu sancto nec filius a spiritu sctō quia non procedit ab ip̄o. nihil eñ ꝑsona aliq̄ diuina accipit nisi tantum ab illa a qua ꝓcedit. ergo ⁊c. ¶ Ad secundum respondet etiam glo. ꝓdicta ꝙ licet ꝓhibeat̄ in symbolo illo docere aliquid qꝺ sit contrarium alicui in illo symbolo contentorum non tamen ꝓhibet̄ quin possit aliud doceri qꝺ explicat ⁊ declarat aliq̄d qꝺ in illo symbolo cōtinetur: sicut hoc vꝫ filioqꝫ ꝓcedit / qꝺ latini i alio ꝓdicto symbolo addidere / illud qꝺ i alio erat positum declarauit. Unde iuxta hoc beatus Anselmꝰ de ꝓcessione spiritꝰ sancti arguendo contra grecos sic dicit. Si ideo greci negant spiritum sanctū procedere a filio quia hoc non est contentum in illo eorum symbolo eadem ratione deberent negare ipsum esse deuꝫ de deo cum nec hoc etiā in illo symbolo sit contentum. ¶ Sic igitur apparet hoc de quo est questio / vꝫ spiritum sanctum a patre ⁊ a filio procedere / esse certuꝫ apud catholicum.

Aliud aūt quod est hic dubiū: est. vtrū

ꝓdicta conclusio nota latinis possit contra grecos ꝓbari aliqua ratione naturali. ¶ Ad hoc respōdetur ꝙ sic. vnde ad ipsam probandam arguitur primo sic. tanta est identitas ⁊ simplicitas diuinarum ꝑsonarum ꝙ in omnibus sunt idem in quibus non obuiat oppositio relatiua nō qualiscūqꝫ: sed distinctio que est inter correlatiue opposita. nec enim distinctio absolutorum stat cum summa simplicitate nec distinctio relatiui ab absoluto nec etiā distinctio vnius relatiui ab alio disparato cui non opponitur relatiue. nec enim tali distinctiōi repugnat omnimoda vnibilitas saltem tanta quanta est ibi distinctio. ergo si spiritus sanctus non ꝓcederet a filio non posset distingui ab eo: cuꝫ nulla inter eos esset relatiua oppositio. quare ⁊c. ¶ Secundo arguitur sic. oīe qꝺ cōuenit patri conuenit alteri ꝑsone diuine si non obuiat incōpossibilitas relatiua: sed spiratio actiua ꝯuenit patri: ⁊ nulla incompossibilitas relatiua obuiat quin conueniat ꝑsone alteri: ergo conuenit ipsi. sed nō conuenit spiritui sancto quia alias spiraret seipsum: ergo conuenit filio. ¶ Maior est nota ⁊ tam a latinis q̄ etiaꝫ a grecis concedenda. Ad cuius ꝓbationē arguit sic Anselmus de ꝓcessione spūs sancti. quoniam nisi maior hmōi esset vera non posset ostendi ꝙ sicut pater est eternus creator ⁊ iustus ꝙ filius esset talis. eadem eñ responsio dareť hic q̄ ibi. ¶ Minor quantum ad primam partem que dicit ꝙ spiratio actiua conuenit patri / est nota ⁊ a grecis cōcessa. Secunda pars: videlicet ꝙ nulla incompossibilitas relatiua obuiet quin conueniat filio / probatur. quoniam talis incompossibilitas non potest habere ortuꝫ ex parte filij: quia nulla repugnātia ē ꝙ ꝑsona ꝓducta modo nature ꝓducat modo volūtatis: nec ex hoc ꝙ spiratio actiua est eadem cum ꝑatione actiua que est incompossibilis cū passiua: quia etiam diuina essentia est idem cum generatione actiua: ⁊ tamen hoc non obstante ipsa est compossibilis cum generatiōe passiua a qua actiua realiter est distincta. nec quia spiratio actiua est de se incommunicabilis: quia hoc non est verum: cū vnitas deitatis requirat oīe qꝺ est in patre cui nō obuiat relationis oppositio esse cōmunicabile: nulla autem hic obuiat oppositio relatiua. ergo ⁊c. ¶ Tertio arguitur sic ad idem. filius prius habet potentiam spirandi q̄ sibi correspondeat terminus spiritus: ergo filiꝰ ꝑ hmōi potentiam spirat. ¶ Cōsequētia est euidēs: alias si negaretur nūq̄ probaretur ꝙ opera trinitatis ad extra essent indiuisa ita ꝙ quelibet ꝑsona produceret creaturam a patre creatam. non eñ aliter hoc ꝓbatur nisi per hoc ꝙ omnes ꝑsone habeāt potentiam creandi anteq̄ eis correspondeat terminus creatus. quare ⁊c. ¶ Antecedens est euidēs. quia spiritus sanctus producitur ꝑ modum amoris: filius autem naturaliter ꝑ modū nature etiā scdm̄ grecos: sed ꝓductio per modū amoris ꝑsupponit ꝓductionē aliquā mō nature: ergo filiꝰ mō nature ꝓductus prius habet potentiā spirādi q̄ spiritꝰ sanctus sit productus. ¶ Quarto arguitur sic ad idem. oīe qꝺ conuenit patri est filio tribuendum nisi contrarium sit in scriptura expressum vel per se notum vel ab ecclesia determinatum: sed producere spiritum sanctum cōuenit patri: nec ꝙ non conueniat filio est expressum i scriptura nec deducibile ex ip̄a nec ꝑ se notū nec deducibile ex aliquo ꝑ se noto nec determinatū ab ecclesia. ergo ⁊c. ¶ Sed iste rationes nō arguūt euidenter vt patet per singulas discurrendo. ¶ Ad ꝓmam quando dicitur ꝙ ꝑsone diuine in omnibus sunt idem in quibus non obuiat oppositio relatiua: Dicetur ꝙ verum est accipiendo oppositionem relatiuam vl̄r pro distinctione relatiuorum vel oppositorū cuiusmōi sunt ꝓducens ⁊ ꝓductū / vel disparatorū cuiusmōi sunt illa quorū vnum non est productum ab alio: sed ambo a tertio. ¶ Et quādo dicitur ꝙ distinctio talium relatiuorum disparatorum nō posset stare cū summa simplicitate ista / negareť. nō eñ quia vna ꝑsona ꝓducit̄ ab alia arguit̄ ex hoc sūma simplicitas in diuinis: sed quia essentia est a ꝑsonis indistincta totaliter in re extra: sed siue ponatur ꝙ spūs sanctus ꝓcedit a filio siue ponat̄ ꝙ nō vt dicūt greci / consimilis ⁊ equalis identitas est inter essentiam diuinā ⁊ spirationē passiuā: ⁊ ꝯsimilis ⁊ equalis diuersitas inter ꝑsonas. nō eñ quia greci ponunt spiritum sanctum procedere a solo patre ⁊ non a filio ꝯpellunt̄ ponere maiorem diuersitatem esse inter filium ⁊ spiritum sanctum q̄ inter patrem ⁊ filiuꝫ ⁊ inter patrem ⁊ spiritum sanctum: nec aliquoꝫ maiorē diuersitatem inter essentiam ⁊ spirationem passiuam q̄ inter ip̄am ⁊ generationem actiuam ⁊ spirationeꝫ actiuam. consimiliter enim ponunt omnes ꝑsonas esse vnā numero essentiaꝫ / sicut nos / ab omnibus indistinctā totaliter in re extra. quare ⁊c. ¶ Ex hoc appet ꝙ nec valet cōtra grecos ratio aliquorum qua arguitur ex summa germanitate. dicūt eñ ꝙ inter diuinas ꝑsonas est summa germanitas que non esset nisi spiritus sanctus a patre ⁊ a filio procederet. quoniam aut sic arguentes vocant summam germanitatem summam identitateꝫ cū reali diuersitate possibilem siue cōsubstantialitatē: aut eorum quorum est talis germanitas vnius ab alio processionem. Si primo modo / falsum accipiunt in minore quando dicunt ꝙ non esset inter ꝑsonas summa germanitas nisi esset processio sancti spiritus ab alijs. non eñ minor consubstantialitas esset inter personas si ꝑ impossibile nulla esset ab alia / q̄ sit modo: duꝫ tamen omnes essent vnica essentia sicut modo. Si aūt germanitateꝫ

accipiāt secundo modo/sic petūt ⁊ supponunt ꝓbanduȝ
⁊ a grecis negatum:quādo dicunt ꝙ inter diuinas ꝑso-
nas est talis germanitas.hoc eniȝ est qḋ queriẗ ⁊ a gre
cis negatur.quare ⁊c̄.¶ Ad secūdam etiam rationem
diceret ꝙ oppositio relatiua que est filij ad patrē obui-
at ne filio spiratio actiua cōueniat.cū eñ actiua spira-
tio ⁊ actiua generatio sint idem totaliter in patre gene-
rante ⁊ spirante:nō est minor incōpossibilitas ꝙ filio cō
ueniat spiratio actiua q̄ ꝙ ipsi ꝯueniat generatio acti
ua:cū enim actiua generatio ⁊ actiua spiratio sint ideȝ
omnino/cui repugnat generare ⁊ spirare:sed constat ꝙ
actiua generatio repugnat filio.ergo ⁊ actiua spiratio.
¶ Nec valet illud qḋ arguiẗ contra hoc de essentia q̄
est idem cum generatione actiua:⁊ tamen est cōueniēs
filio cui repugnat ipsa actiua generatio:quoniam hoc
est quia ipsa essentia est tres res puta generatio actiua
passiua ⁊ spiratio passiua.sȝ sic essentia est quelibet ista
rum trium rerum ꝙ nulla istarum est alia licet sit essen-
tia ipsa que est illa:cum sit insimul omnea ille tres.ergo
cum actiua spiratio sit vna illarum trium rerū ab aliis
duabus realiter distincta:licet ab essentia que est illarū
quelibet indistincta:ꝑ ꝯñs licet actiua spiratio sit res
que est passiua generatio:non tamē ipsa actiua spiratio
magis q̄ actiua generatio potest dici gñatio passiua:si-
mo est ab ea vt dicerēt greci realiter distincta cōsimiliẗ
sicut gñatio actiua:nec ꝑ ꝯñs magis filio cōmunicabi
lis potest esse actiua spiratio q̄ actiua generatio.quare
⁊c̄.¶ Ex hoc etiā apparet ꝙ nec valet ratio contra gre
cos qua arguunt aliqui ex hoc ꝙ pater ⁊ filius habent
eandem vim spiratiuaȝ respectu spiritus sancti.quoniā
aut ꝑ istam vim spiratiuam intelligunt spirationē acti
uam:⁊ tunc supponūt qḋ probare intendūt veȝ ꝙ pater
⁊ filius spirant:aut intelligūt essentiam diuinam vt est
cōueniens suppositū ad spirandū:⁊ tunc ꝯsimiliter sup
ponūt ꝓbandū veȝ filiū esse cōueniēs suppositū ad spirā
dū:hoc eñ greci contra quos isti arguunt nō cōcedunt:
aut tertio ꝑ vim spiratiuam intelligunt essentiam ab-
solute sumptam:vt ab omni diuino supposito indistin-
ctam:⁊ tūc nō magis ꝓbant ꝙ filius possit spirare q̄ ge-
nerare:nec q̄ ꝙ spiritus sanctus possit spirare:cū tam fi
lius habeat cū patre eādē vim generatiuā ⁊ spiritus sā
ctus cū patre ⁊ filio eādē vim spiratiuam ⁊ etiā genera
tiuam ꝑ expositō modo sumptā.quare ⁊c̄.¶ Ad tertiaȝ
rationē posset responderi primo ad antecedens:secun-
do ad cōsequentiam.posset enim primo negari antece-
dens:dicerent enim greci ꝙ cum filius non habeat ali-
quē terminū a se spiratū:ꝑ ꝯñs nō ē verū ꝙ ipse habeat
potentiam spirandi prius q̄ habeat terminum spira-
tum:hoc eñ suppositū ꝓbandū ē veȝ spiritum sanctuȝ
esse a filio spiratū.¶ Cōfirmatur.quia quādo dicis ꝙ fi
lius habet potentiam spirandi:aut ꝑ potentiam spirā-
di intelligis spirationem actiuam:aut essentiam vt est
cōueniens suppositum ad spirandū:aut essentiam ipsaȝ
vt absolute sumptam.Si ponas primū vel secundum
supponis ꝓbandum.Si tertiuȝ/nō arguis nec habes i
tentum vt argutū est prius.ergo ⁊c.¶ Secundo nega-
retur cōsequentia.concesso eñ antecedēte sub isto intel
lectu/filius habet potentiam spirandi:hoc est habet es-
sentiam seu est ipsa essentia que est potētia spiratiua:nō
sequiẗ/ergo potest spirare:quia etiam spiritus sanctus
habet isto modo potentiam spiratiuā ⁊ filius potentiaȝ
generatiuam.¶ Nec valet si dicatur.ꝙ nec filius ha-
beat potentiam generandi ante terminū generatū:nec
spiritus sanctus potentiam spirandi ante terminū spi-
ratū:quia ex hoc non sequitur nec ꝓbatur ꝙ filius non
possit generare nec spiritus sanctus spirare vt ꝓbatuȝ
fuit in ꝑcedētibus.ergo ⁊c.¶ Ex hoc apparet ꝙ nec va
let illa ratio cōtra grecos qua aliq̄ arguunt cōtra ipsos
ex hoc ꝙ pater cōmunicat filio omnē vim ꝓductiuam
ipsi non repugnātem:nō repugnat autē ipsi vis spirati
ua.qm̄ hoc est qḋ greci negāt/intelligēdo ꝑ vim spirati
uam/sicut habent intelligere sic arguentes essentiam di
uinā vt est ꝯueniens suppositum ad spirandū.nisi enim
negarēt filium esse cōueniens suppositū ad spirandum
nō negarent eum magis q̄ patrē spirare spm̄ sctm̄.ḡ ⁊c.
¶ Ad quartā rationē appet ꝙ illa nullā habet euiden
tiā ꝯ grecos:qm̄ ipsi negant illa oīa que accipit minor
eius.Dicunt eñ primo:ꝙ spiritum sanctum non proce
dere a filio est expssum in scriptura/vt superius fuit dictū
¶ Secūdo ꝙ est determinatū ꝑmo ab ecclesia etiā lati
norum/que sub anathemate interdixit ne aliq̄d adde-
reẗ illi symbolo ꝑ eos edito.¶ Et si dicaẗ:ꝙ ecclesia la-
tinorū modo dicit cōtrariū:dicerēt ipsi ꝙ in hoc errauit
sicut ⁊ expresse dicunt:nec ꝑ ꝯñs aliquod argumētū su
per determinatiōe ecclesie latinoꝝ fundatū valet aliq̄d
cōtra eos.¶ Secūdo etiā dicerēt ꝙ spiritū sanctū nō ꝓ
cedere a filio ē deducibile ex aliquo ꝑ se noto catholico
veȝ ex hoc ꝙ spiritus sanctus ꝓcedit a patre:⁊ ꝑ ꝯñs spi-
ratio actiua est idē cū ipso ⁊ sua gñatione actiua:que ē
incōpossibilis generationi passiue.quare ⁊c̄.¶ Et ideo
dico breuiter:ꝙ exceptis auctoritatibus scripture ex q̄
bus probari potest spiritū sanctū a patre filioq̄ ꝓcedere
nō video ꝙ ꝑ rationē aliam possit euidentius argui cō-
tra eos q̄ ꝑ illam que posita est in principio questionis:
veȝ q: nulla potest assignari ratio quare magis spiritus
sanctus ꝓcedat a patre q̄ a filio:nec ad hoc est scriptu-
ra sacra:sed magis ad oppositū:⁊ ita cum nō possit dici
ꝙ nō sit a patre nec a filio:cōcedere oportet ꝙ est insimul
ab vtroq̄:vel saltem non habes nec ꝓbare potes ꝙ ma
gis sit a solo patre q̄ a solo filio:immo vbi non esset ca-
tholico fide notū an spiritus sanctus esset a patre ⁊ a fi
lio simul an ab altero horū duorum:magis ponēs ipm
spiritū sanctū ꝓcedere ab vnica ꝑsona tantū deberet po
nere vt videẗ spiritū sanctū procedere a filio q̄ a patre
quoniā ponens spiritum sanctū ꝓcedere a filio solo non
a patre saluaret oīm ꝑsonarū germanitatē in cōsubstā-
tialitate ⁊ origine consistentem:qḋ non faceret alius qui
spiritū sanctum poneret esse procedentem non a filio sȝ
a patre.hoc enim supposito nulla esset origo inter filiuȝ
⁊ spiritum sanctū:sed tantum inter patreȝ ⁊ alias duas
personas.esto autē ꝙ spiritus sanctus nō esset immedia
te nisi a filio:q: tamē filius est a patre/ideo licet spiritus
sanctus nō esset immediate originatus a patre:esset ta-
men originatus a filio originato seu generato a patre.
quare ⁊c.¶ Et si dicas.ꝙ immo ꝑ hoc ꝓbatur spiritum
sanctum ꝓcedere a patre ⁊ non a filio:quia actiua spira
tio est idem cum gñatione actiua que realiẗ distinguiẗ
a gñatione passiua:hoc nullum habet colorem:quoniā
tu non potes ꝓbare ꝙ actiua spiratio sit magis ideȝ cū
gñatione actiua q̄ cum generatione passiua:nisi quia
supponis spiritum sanctum spirari a solo patre ⁊ non a
filio:spiratio autē patris est idem cum ipō ⁊ cum sua ge
neratiōe actiua a se totaliẗ indistincta:sȝ hoc qḋ tu sup-
ponis est falsum ⁊ ꝓbandū:veȝ ꝙ spiritus sanctus spi-
retur a solo patre.nec enim magis potest ꝓbari ꝙ spire
tur a solo patre q̄ ꝙ a solo filio:⁊ ita sicut tu arguis ꝙ
spiratio actiua est idem totaliter cum generatione acti
ua:quia spiritus sanctus spiraẗ a solo patre:ita etiā ti-
bi econtrario arguiẗ ꝙ spiratio actiua est idem totaliẗ
cum generatione passiua:quia spiritus sanctus spiraẗ
a solo filio non a patre.ergo ⁊c.

Tunc igitur pono quantum ad istum
articulum quattuor ꝯclusiōes/eas omes quasi ex dictis

corollarie inferendo. ¶ Prima est. q nulla via potest ꝓ
bari spiritũ sanctũ magis spirari a solo patre q̄ a solo fi
lio. ¶ Hec apparet. quia si sic: aut hoc ꝓbaref ex aliqua
auctoritate sacre scripture: vel ex determinatione eccle
sie / vel ex sanctorum doctrina / vel ex ratione aliqua. sꝫ
non ex aliquo istorũ. cõstat enĩ q ex scriptura hoc nõ ꝓ-
baf sꝫ cõtrariũ: qꝛ esto q alicubi sacra scriptura loquẽs
de ꝓcessione sancti spiritus nõ exp̃mat nisi ꝑsonam pa-
tris vt greci arguunt / ex hoc nõ habef q neget licet nõ
ponat sanctum spiritum a filio procedere. ꝛ ita ex hoc
nõ potest argui propositum: tum qꝛ locus ab auctorita
te non tenet negatiue sed tantũ affirmatiue: tuꝫ quia li-
cet scriptura ibi ꝑsonã patris tantum exp̃mat tñ alibi
etiam ꝑsonam filii esse a qua spiritus sanct⁹ ꝓcedit / ex-
plicat. ergo ꝛc̃. ¶ Secunda conclusio est. q vbi nõ esset
ab ecclesia determinatũ nec nobis diuinitus reuelatuꝫ
an spirit⁹ sanct⁹ ꝓcederet a patre ꝛ a filio vel ab altero
horum tantũ: nec nobis constaret a qua istarum ꝑsona-
rum esset determinate: sed tantum sub indeterminatiõe
sciremus q esset ab vna vel alia puta a patre vel a filio
vel insimul ab vtroqꝫ: cõuenientius esset ponere ipsuꝫ es-
se a solo filio q̄ a patre. ¶ Hec appꝫt. quoniam licet ex
quo nulla appareret tunc ratio sicut nec appꝫt modo q̄
re magis posset spirare vna ꝑsona q̄ alia: non posset cõ-
uenienter poni determinate alteram ꝑsonarum tantuꝫ
esse sancti spiritus spiratiuaꝫ: tamẽ qui hoc poneret ma
iorem germanitatem seu originem inter ꝑsonas salua-
ret vt dictum est / vcꝫ omnis ille qui spiritum sanctuꝫ po
neret esse ꝓcedentem a filio non a patre / q̄ alius qui po
neret econuerso ip̃m spiritum sanctum non ꝓcedere a
filio: sed a patre. ergo ꝛc̃. ¶ Tertia conclusio est. q esto
q nec esset in scriptura exp̃ssum nec ab ecclesia determi
natum adhuc esset ponendum patrẽ ꝛ filium nõ alteruꝫ
horum tantũ spirare spiritum sanctũ. ¶ Hec appꝫt. qm̃
sicut in creaturis omnis ille effectus qui potest esse ab
aliquibus pluribus causis simul / quem non constat
magis esse ab vna illarũ q̄ ab alia effectiue / est ponen-
dus esse ab illis omnibus simul sumptis cum nulla ap-
pareat ratio quare magis sit ab vna illarum q̄ ab alia:
ita in ꝓposito consimiliter est dicendum: vcꝫ q cum spi
ritus sanctus possit ꝓcedere a duobus suppositis: vcꝫ
a patre ꝛ a filio / ab vtroqꝫ esset credẽdus ꝓcedere ab il-
lo cui non constaret ip̃m ꝓcedere ab altero horũ tantuꝫ
sed hoc vcꝫ spiritum sanctum ꝓcedere ab altero horum
tantum nulli in rei veritate constare posset cum sit im-
possibile: esto q nec esset in scriptura exp̃ssum nec ab ec
clesia determinatum q ꝓcederet insimul ab vtroqꝫ. er-
go ꝛc̃. ¶ Confirmaf. quia nullam habens rationem ꝓ-
pter quã ponat spiritum sanctum magis spiratum esse
ab vna ꝑsona q̄ ab alia: vel debet eũ ponere esse insimul
ab vtraqꝫ nisi hoc sibi ostendatur impossibile: vel a neu-
tra: cum nec magis possit vt supponif ponere ip̃m esse
spiratum ab vna q̄ ab alia: sed nulla determinatione fa
cta ab ecclesia nec exp̃ssione seu mentione aliqua facta
in scriptura sacra de ꝓcessione spiritus sancti ab vna ꝑ-
sona tantum vel a pluribus nulla posset haberi ratio ꝓ
pter quã spiritus sanctus magis posset credi rationabi
liter spirari ab vna ꝑsona q̄ ab alia / saltem magis a pa
tre q̄ a filio: esto q aliqualiter magis appareret aliqua
lis licet non sufficiens ratio q esset econuerso vt dictuꝫ
est supra vcꝫ a filio magis q̄ a patre vbi esset ponendũ
alterum horum tantum. ergo ꝛc̃. ¶ Quarta ꝛ vltima cõ
clusio est. q spiritus sanctus ꝓcedit a patre in filio ꝛ a
filio in patre. ¶ Hec appꝫt. quoniã omnis ꝑsona diuina
est ꝑ circũsessionẽ in qualibet alia: ꝛ hoc vcꝫ q sit in alia
habet ab omni illa ꝑsona a qua est ꝓducta: sed spiritus
sanctus est ꝓductus a patre ꝛ a filio: ꝛ est ĩ patre ꝛ ĩ filio
ergo habet hoc a patre ꝛ a filio. ex quo sequif non tan-
tum q spiritus sanctus sit a patre in filio ꝛ a filio in pa
tre econuerso: sed etiam q sit a patre in seip̃o ꝛ a filio in
seip̃o modo explicando quando de circũsessione mutua
ꝑsonaꝝ in sequentibus erit sermo. ¶ Hec de p̃mo.

Quantũ ad secundum dicunt aliqui q
istud dubiuꝫ de quo hic querif / est: an in filio sit p̃ter spi
rare gñatio passiua quo distingueref a spiritu sancto esto
q non spiraret eum. ¶ Sed hoc est irrationabiliter di-
ctum. Primo quia apud nullũ est dubium filiũ esse ge-
nitum magis q̄ patrem genuisse ip̃m. ergo non magis
est querendum an filius sit genitus seu an passiua gene
ratio sit in eo / q̄ an actiua generatio sit in patre. ¶ Se
cũdo. qꝛ passiua gñatio idẽ est oĩno in re extra qd̃ acti-
ua spiratio in filio: sicut ꝛ gñatio actiua idẽ qd̃ spiratio
actiua in patre: vt dicef in alia questione. actiua aũt ge
neratio est ip̃e pater gñans / sicut ꝛ passiua ip̃e filius ge
nerat⁹. ꝗ cũ actiua spiratio non differat a patre ꝛ a filio
nec a generatione actiua ꝛ passiua / nõ est ꝓprie dictum
esse in filio p̃ter spirare generationem passiuam nec in
patre actiuam. ¶ Et ideo aliť est dicendum: vcꝫ q p̃nci
palis immo ꝛ totalis intentio huius dubitationis est an
ista consequentia sit bona / spiritus sanctus non spiraf
a filio: ergo non distinguif ab eo. Nec aliud doctores ca
tholici intendũt querere ꝑ istam questionem: vtrũ si spi-
ritus sanctus non ꝓcederet a filio distingueref ab eo
nisi de consequentia supradicta. ¶ Hoc supposito p̃mit
to duo ad euidentiam dicendorum. Primum est. q cõ-
sequentia est duplex: vcꝫ materialis ꝛ formalis. Illa di-
cif esse consequentia formalis que tenet ex formalibus
rationibus terminorum: vcꝫ antecedentis ꝛ consequen
tis: ita q antecedens ꝛ cõsequẽs ex eorum formalibus
rationibus requirunt ꝑ se vel p̃mo vel secundo modo q
consequentia sit bona. ꝑ se p̃mo modo / sicut cuꝫ dicif est
albedo: ꝗ est color. ꝑ se secundo modo / sicut cum arguif /
est albedo: ꝗ est disgregatiuuꝫ. Cõsequẽtia autem mate
rialis dicif esse illa que non tenet ex formalibus ratio-
nibus terminorum / vcꝫ antecedentis ꝛ consequentis p̃
mo nec secũdo modo / tamẽ tenet de facto in aliqua cer-
ta materia ratione alicuius idẽtitatis vel diuersitatis
in ip̃a / sicut ponif exemplum de intellectu ꝛ voluntate.
hec est enim bona consequentia / intellectus recipit in-
tellectionem: ꝗ ꝛ voluntas. tenet siquidem ista cõseq̃n
tia gr̃a materie: vcꝫ ratiõe identitatis rei significate ꝑ
intellectum ꝛ ꝑ voluntatem / supposito q sit vna. nõ au-
tem est bona consequentia formalif quantum est ex ra-
tionibus terminorum: cum nec vnum istorum sit diffini-
tiuum alterius nec passio eius. ¶ Secundum premit-
tendum est: q disputantes de consequentia supradicta
possunt esse ĩ duplici dr̃a: quia vno modo possunt suppo
nere sp̃m a p̃re non ꝓcedere ꝛ tamen cum hoc ip̃m rea-
liť a filium existere: ꝛ tunc querere an sequaf / sp̃us san
ctus est ꝛ filius a quo tamen non est ip̃e sp̃us / ergo nec ẽ
ab eo distinctus. Alio modo de ista cõsequentia disputa
re possunt non supponentes sp̃m sctm̃ ꝛ filiũ simul esse.

His premissis pro solutiõe ad istud du
bium pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. q ista
consequentia non est bona formalif / sp̃us sanctus nõ ꝓ-
ducif a filio. ꝗ nõ distinguif ab eo. ¶ Hec ꝓbaf. quoniã
sola illa est formalif bona consequẽtia que infert ex for
malibus rationibus terminorum: vcꝫ antecedẽtis ꝛ cõ
sequentis. sed ista non est talis. ꝗ ꝛc̃. ¶ Minor appꝫt. qꝛ
non repugnat genito ꝛ spirato ex formalibus rationi-
bus eorum q distinguanf sicut aliqua disparata quorum
neutrum est ab alio sed ambo a tertio. nec enim in ratio

ne diffinitiua geniti nec spirati includit̃ ꝙ spiratum sit a genito magis ꝙ ecōuerso.ergo ⁊c̃. ¶ Cōfirmat̃.quia non magis ista cōsequentia de qua queritur est formalis ꝙ ista/filius nō generatur a patre:ergo non distinguit̃ ab ipso.sed ista non est bona cōsequētia gr̃a forme: licet teneat gr̃a materie.ergo ⁊c̃. ¶ Minor ꝓbat̃ ꝑ Augusti.dicentē.v.de trinita.cap.vi.ꝙ si ꝑma ꝑsona non genuisset adhuc cū hoc stare posset ꝙ esset ingenita:sed si ingenita/ergo distincta a ꝑsona qua genita:esto ꝙ ꝑ impossibile vt supponit̃/nō esset ab ipa.ergo ⁊c̃. ¶ Secunda conclusio est.ꝙ nec cōsequentia supradicta est materialit̃ seu gr̃a materie bona/sicam faciens supponat in antecedente tam filiū ꝙ spūm sanctū esse. ¶ Hec appet. quoniā non existente in filio illo quo ipe nō distinguit̃ a spiritu sancto nec spiritus sanctus ab eo/nō sequit̃ vnū suppositum istorum non distingui ab alio:sed fili⁹ non distinguit̃ a spiritu sancto ꝑ spiratione̅ actiuā sibi relatiue oppositā:sed ꝑ gn̄ationem passiuā disparatam: ⁊ hoc supposito vt suponit̃ ꝙ taꝫ filius sit ꝙ spiritus sanctus:nec tamē spiritus sit a filio spiratus sed tantum a patre.nō enim potest supponi ab aliquo esse patrem ⁊ filium ⁊ negari ab eo distinctio ꝑsonalis ipoꝝ.ergo ⁊c̃. ¶ Confirmat̃.quia consequentia ista/spiritus sanctus non ꝓducit̃ a filio/ergo non distinguit̃ ab eo/non tenet etiam gr̃a materie nisi in virtute istius/nulla ꝑsona diuina potest distigui ab altera nisi ꝓprietate relatiua opposita qualis nō est inter illas ꝑsonas quaꝝ vna est ab alia:sed omnis supponens filium ⁊ spiritum sanctū esse: ⁊ non tamen spiritum sanctum ab ipo filio ꝓcedere:negat illud assumptū ⁊ ponit spiritū sanctum distingui a filio non ꝑ relationem seu ꝓductionem oppositam modo quo distinguit̃ filius a patre:sed ꝑ ꝓductionem disparatam.ergo ⁊c̃. ¶ Tertia conclusio est.ꝙ consequentia supradicta est bona gr̃a materie in rei veritate/supposito ꝙ in antecedente istius qđ est/spiritus sanctus non ꝓducit̃ seu ꝓcedit a filio/non supponat̃ filium nec spiritum sanctum esse nec non esse. ¶ Hec ꝓbat̃ ꝑmo.quia si spiritus sanctus non ꝓcederet a filio.ergo non esset:nec ꝑ consequens ab aliquo distingui posset. Antecedēs ꝓbat̃. ¶ Primo.quia spiratio actiua est idem cum gn̄atione passiua sine qua filius esse non potest. ¶ Secūdo. quia in diuinis omnia sunt vnum vbi nō obuiat relationis oppositio:sed si spiritus sanctus non ꝓcederet a filio non esset inter eos relatiua oppositio.ergo nec distinctio. ¶ Tertio.quia si spūs sanctus non ꝓcederet a filio:ergo nec a pr̃e:cum non minus actiua spiratio sit in filio ideꝫ qđ filius seu generatio passiua/ꝙ in pr̃e idem cum pr̃e seu generatione actiua:sed si nō ꝓcederet a patre nec a filio/non esset:nec ꝑ consequens distingui ab alio posset.ergo ⁊c̃. ¶ Quarto.quia si spūs sanctus a filio non ꝓcederet/spiritus sanctus nō esset.ergo nec ab aliquo distingui posset. Antecedens ꝓbat̃.quoniā spūs sanctus est patris ⁊ filij nexus.vnde August.vi.de trini. ca.v.dicit/ꝙ spiritus sanctus non est pater nec filius sꝫ aliquis ab eis alius in quo vterqꝫ eorum coniungit̃:sed nisi ab vtroqꝫ ꝓcederet vtriusqꝫ nexus nō esset:nec vterqꝫ veꝫ tam pater ꝙ filius in spiritu sancto coniungeret̃: nisi ipe ab vtroqꝫ eorum ꝓduceret̃.ergo ⁊c̃. ¶ Quinto. quia si spūs sanctus non ꝓcederet a filio non esset in diuinis nisi vnica actiua ꝓductio.ergo nec esset nisi vnum ꝓductum. Probatio vtriusqꝫ ꝯñe: quia si spūs sanct⁹ ꝓduceret̃ a solo patre/actiua spiratio cū essentia in patre solo esset omnino indistincta a generatione actiua: ⁊ ita esset omnino vnica ꝓductio cum ea:sed si tantum esset vna ꝓductio actiua / ⁊ tātum vna passiua cum sem ꝑ multiplicentur correlatiua.quare ⁊c̃. ¶ Sexto.quia si spiritus sanctus distinguit̃ a filio/ergo ꝓcedit ab eo ergo econtrario sequitur/videlicet ꝙ si non ꝓcedit ab eo non distinguitur ab ipo. ¶ Antecedēs ꝓbat̃.quoniā aut spiritus sanctus distinguitur a filio sicut ꝓductum modo nature distinguit̃ ab alio simili mō ꝓducto:⁊ hoc non/quia tunc esset filius:aut sicut ꝓductum modo voluntatis a ꝓducto modo naturalis ꝓductionis intellectus.ꝙ si sic/ergo ꝓducitur a verbo non tantum a pr̃e: sicut amor in imagine creata ꝓducitur secundum aliquos non tantum ab anima ꝓducente verbum sed etiaꝫ ab ipo verbo ꝓducto. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est. ꝙ licet consequentia supradicta sit modo ꝑdicto videlicet gratia materie in qua sit / bona ⁊ teneat veracit̃:nō tamen euidenter. ¶ Hec appet.quoniam consequentia siue formalis siue materialis tenens euidenter omnib⁹ intelligentibus est nota ⁊ ab omnibus conceditur indifferenter:sed non est talis consequentia supradicta:non enim a grecis conceditur sed negatur.ergo ⁊c̃. ¶ Confirmatur.quia omnis consequentia euidens aut est euidens ꝑ se veꝫ ex suis terminis sicut ista/est homo/ergo animal:aut ex alijs ꝑ se notis euidentibus ex quibus est demonstrabilis ⁊ deducibilis.sed cōstat ꝙ cōsequentia ista/spiritus sanctus nō ꝓducit̃ a filio/ergo nō distinguitur ab ipo/nō ē ꝑ se nota/videlicet ex terminis suis:nec enim aliquid ꝑ se notum ex suis terminis negatur a viris intelligentib⁹ ⁊ peritis. nec est euidens secūdo modo/videlicet quia deducibilis ex alijs ꝑ se notis:quoniam licet illa ex quibus ꝓbata est in ꝑcedētibus sint ꝓbabilia:nō tamē euidētia nec ꝑ se nota nec grecos ꝯuincentia.ergo ⁊c. ¶ Assumptum videlicet ꝙ rationes ꝑdicte cōtra grecos euidēter nec arguāt nec eos cōuincant/apparet ꝑ singulas discurrendo ⁊ ipas soluendo. ¶ Ad ꝑmam em̄ respōdēt greci negādo illam cōsequētiam que infert̃ in antecedēte.ad cuius ꝓbationem apparet ꝙ nō arguit cōtra eos:quia ipsi ex ꝑsse dicūt contrariuꝫ eius qđ in ea accipitur:videlicet ꝙ spiratio actiua nō est idem cum generatione passiua sed realiter distincta ab ea:nec tamē ex hoc sequitur qđ aliqui inferūt: videlicet ꝙ nisi spiratio actiua esset cuꝫ generatiōe passiua idem ⁊ filij cōstitutiua ac distinctiua sicut generatio ipa passiua/ tunc spiratio actiua esset filio quasi affixa:quoniam secūdum eos nō magis actiua spiratio ꝙ generatio actiua est in filio:nec ꝑ ꝯsequēs potest dici ꝙ sit in eo quasi accidentalit̃ seu affixa:cum realiter sicut ⁊ generatio actiua ab ea sit distincta secūdum eoꝝ opiniones. nō enim actiua spiratio est idem cum aliquo supposito nō spirante:sed secūdum eos filius nō spirat/sed solus pater.ergo ⁊c. ¶ Ad secūdam dicerēt greci:ꝙ illa maior est vera accipiēdo seu vocādo relatiōis oppositionē omnem relatiuorum siue oppositorum siue disparatorum distinctionem:sed talis relationum disparatarum oppositio obuiat ne spiritus sanctus a patre solo spiratus sit.filius.licet em̄ spiratum ⁊ generatū nō sint relatiue opposita sicut generās ⁊ generatum:sunt tamē disparata.quare ⁊c. ¶ Ad tertiaꝫ cōsimiliter respōdēt sicut ad primam rationem negādo illam cōsequentiam/cuius probatio nō valet cōtra grecos:quia supponit actiuam spirationem esse idem cum generatiōe passiua:qđ ipsi vt dictum est negāt:cum nō ponāt personā generatam spirare:sed tātummodo generātem.quare ⁊c. ¶ Ad quartam respōderēt greci similiter negando cōsequētiam:ad cuius probationem dicerēt ꝙ spiritus sanctus nō dicitur patris ⁊ filij nexus quia ab vtroqꝫ productus :sed quia est appropriate licet nō proprie amor mutuus quo pater diligit filium /⁊ quo filius ecōuerso diligit patrem suum. ¶ Et si cōtra hoc arguatur: quia tūc etiam filius posset dici nexus patris ⁊ spirit⁹ sancti:cum sit appropriate sapientia qua sapit vterqꝫ

dicerent q̄ nō sic aliqua dicunt̄ esse in intellectiōe sicut
in dilectione cōnexa. ¶ Ad quintam dicerēt greci: q̄ li=
cet in diuinis nō sit nisi vnica actiua productio secūdū
rem/cum actiua gñatio ꝛ spiratio sint idem totalit̄: ta=
men isti rei vnice que est actiua gñatio ꝛ spiratio corre=
spōdēt diffinitiones diuerse/ac si eis correspōderet ī re
diuersitas. ¶ Et quādo addit̄ q̄ oportet ꝯmultiplicari
correlatiua/dicerēt q̄ veruꝫ est sic intelligēdo q̄ vbi est
gñatio actiua/ꝛ passiua: ꝛ vbi spiratio actiua/ꝛ passiua.
nō oportet tamē ꝓductiones actiuas esse plures si pas=
siue sint plures. ¶ Ad sextam ꝛ vltimam dicerēt simili
ter greci: q̄ falsum assumit̄ in illo antecedēte: quia im=
mo debet dici cōtrarium/vcꝫ q̄ quia spiritus sanct⁹ dis=
tinguit̄ a filio non ꝓcedit ab eo: cum actiua spiratio sit
realiter distincta a filio. ¶ Ad ꝓbationem appꝫ q̄ nō
valet. tum quia nō in omnibus partes imaginis create
se habēt sicut ꝑsone diuine: tum quia nec forte est veruꝫ
illud assumptum: vcꝫ q̄ amor in imagine creata ꝓduca
tur a verbo. quare ꝛc̄. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad ra=
tionem in ꝑncipio appꝫ solutio ex ꝑdictis. q̄ eīn ad spi
randū spiritū sanctū cōcurrāt pater ꝛ fili⁹/nō est ꝓpter
imꝑfectionem alterius: sed quia eadem est vtriusq̄ po=
tētia spiratiua: sicut omnium personarum potētia crea
tiua est vnica/ꝓpter qḋ sunt indiuisa oīa trinitatꝭ opa.

Secundo quero. Vtrū pater spi
ret spiritū sanctū ꝑ filium. ¶ Et videt̄ q̄ sic.
quoniā nō minus ꝓprie potest dici q̄ pater
spirat spm̄ sanctū ꝑ filium: q̄ꝫ q̄ agit omnia
ad extra ꝑ ipm. sed pater dicit̄ ad extra oīa agere ꝑ fi=
lium. iuxta illud Joan. i. Omīa ꝑ ipm̄ facta sunt/ꝛ sine
ipo factū est nihil. ergo ꝛc̄. ¶ Cōtra. quia corū que sunt
essentialiter idem ꝛ vnum/neutrum potest dici aliquid
agere ꝑ alterum magis q̄ꝫ econuerso. sed oēs tres ꝑ=
sone sunt vna essentia. ergo ꝛc̄. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓce=
dā. Primo eīn dicaꝫ ad quesitū. Secūdo soluā vnū du
biū: vcꝫ quō actiua spiratio se habeat ad p̄reꝫ ꝛ ad filiū.

Quātū ad primū: qḋ est facile: est scien
dum q̄ quatuor modis vnū dicit̄ agere aliquid ꝑ alte=
rum. Uno modo eīn subiectum ꝑncipij ꝓductiui alicu=
ius denomīatiue dicit̄ agere ꝑ alterum/puta ꝑ ipm̄ ꝓ=
ductiuum ꝑncipium cuius est subiectum: sicut aqua di=
citur infrigidare ꝑ frigiditatem/ꝛ ignis calefacere ꝑ ca
liditatem. Alio modo aliquid dicit̄ agere ꝑ alterum/si=
cut ꝑ instrumētum quo mediāte attingit effectum/mo=
do quo artifex dicit̄ per serram scindere lignum: vl' ali=
quid aliud facere ꝑ martelluꝫ. Tertio modo aliquid di
citur agere ꝑ alterum/vt prima causa ꝑ secūdam: mo=
do quo prima causa dicitur mouere celum ꝑ intelligen=
tiam/ꝛ omnem alium effectum ad quem ꝓducēdum cō
currit secūda causa aliqua agere ꝑ ipam causam secū=
dam. Quarto vnum dicit̄ agere ꝑ alterū tā q̄ꝫ ꝑ illud qḋ
est essentialiter idem secum ꝛ habet ab eo eandem cum
ipo potentiam ꝓductiuam: modo quo pater dicit̄ oīa
facere ꝑ filium: vt in ꝑncipio est argutum. ¶ Hoc ꝑmis=
so appꝫ quid dici debeat ad quesitum. constat enim q̄
pater non spirat ꝑ filium spiritum sanctum aliquo tri=
um primorum modorum: sed quarto ꝛ vltimo modo tā=
tum. ¶ Primū appꝫ. quoniam omne quod agit ꝑ alte
rum aliquo illorum trium modorum/est ab ipo essentia
liter distinctum: sed omnes ꝑsone diuine sunt essentiali=
ter indistincte ꝛ vna numero essentia. ergo ꝛc̄. ¶ Scḋm
vcꝫ q̄ pater dicatur spirare ꝑ filium quarto modo hoc
intelligendo/apparet. quoniam cōstat ex dictis in alia
questione q̄ filius spirat nō tantum pater: sed q̄ filius
spiret hoc originaliter habet a patre. ab eodem eīn ha=
bet q̄ spiret a quo habet q̄ sit deus. ergo ꝛc̄. ¶ Confir=
mat̄. quia in eodem intellectu in quo est veruꝫ dicere pa
trem creare vniuersum ꝑ filium/est verum dicere ipm̄ ꝑ
eum spirare spiritum sanctum. sed ꝑmum: videlicet pa=
trem creare ꝑ filium/est verum secūdum istum quartuꝫ
ꝛ vltimum intellectum. ergo ꝛc̄. ¶ Ex hoc potest cōclu=
di corollarie. Primo. q̄ vna causa secūda nō potest dici
agere ꝑ aliam ab ipa ꝓductam vt ignis generās ꝑ ignē
ab eo genitum: quoniam licet ignis genitus habeat ab
igne generāte potentiam agendi: videlicet potentiam
alium ignem generādi/non tamē eandem cum potētia
ignis generātis: sed ab illa aliam ꝛ essentialiter differē=
tem. ¶ Secūdo. q̄ nulla ꝑsona diuina ꝓducta potest di
ci agere aliquid ꝑ ꝓducentem. quoniā licet omnium sit
vna potentia creatiua: ipam tamē huiusmodi potētiaꝫ
creatiuam nō habet ꝑsona diuina ꝓducens a ꝓducta:
sed ecōuerso ꝓducta a ꝓducente. ¶ Tertio. q̄ deus pa
ter potest dici creare oīa nō tantum ꝑ filium sed etiaꝫ
ꝑ spiritum sanctum. quoniam nō minus spirit⁹ sanctus
q̄ꝫ filius habet a patre potentiam creatiuam. ¶ Quar
to. q̄ etiam filius potest dici creare ꝑ spirituꝫ sanctum.
quoniam spiritus sanctus nō tantum habet a patre sed
etiam a filio potentiam creatiuam. ꝙ ꝛc̄. ¶ Hec de ꝑmo.

Quantū ad secundum aliqui dicunt q̄
spiratio actiua q̄ est in patre ꝛ ī filio vna numero/est dis=
tincta formalit̄ in re extra a patre ꝛ a filio ꝛ a gñatione
actiua ꝛ passiua: licet ab eis sit realit̄ īdistincta. sic etiā
actiua spiratio se habet ad p̄reꝫ ꝛ ad filiū q̄ nō cōstituit
in esse ꝑsonali aliquē ipoꝝ. nec eīn pater cōstituit̄ nisi ge
neratione actiua/nec filius nisi gñatiōe passiua: ipa au=
tem actiua spiratio aduenit vtriq̄ꝫ/vcꝫ tam patri q̄ꝫ filio
iam in esse ꝑsonali ꝑcōstituto. ¶ Primū hoꝝ/vcꝫ q̄ spi
ratio actiua distinguit̄ in re extra a gñatione actiua ꝛ
a passiua/ꝓbant eisdem rationibus quibus ꝓbat̄ disti
ctio essentie a relationibus. ¶ Secūdū. vcꝫ q̄ hmōi spi
ratio actiua nō sit cōstitutiua/probāt primo. q̄ꝛ diuerse
constituta non cōueniūt in vltimo ꝯstitutiuo: sed pater
ꝛ filius sunt diuerse ꝑsone q̄bus vltimo aduenit spira=
tio actiua. ergo cū in ipa cōueniant nō potest esse consti
tutiua ipsarū. ¶ Secūdo. q̄ꝛ cōstitutiuū vltimo aduenī
ens est magis ꝓꝑrium q̄ꝫ ꝑcedens: sed spiratio actiua ē
in patre ꝛ in filio posterius q̄ꝫ actiua gñatio sit in p̄re/ꝛ
passiua in filio: nec tamē est magis ꝓpria immo minus
cum sit vtriq̄ꝫ cōmunis. ergo ꝛc̄. ¶ Tertio. q̄ꝛ nullū com
municabile constituit suppositū in esse incōmunicabili
sed spiratio actiua est pluribus ꝯmunicabilis. ergo ꝛc̄.
¶ Quarto. q̄ꝛ nullū cōstitutū in esse vltimato potest cō
stitui ꝑ aliquid sibi superueniēs: sed pater cōstituit̄ in vlti
mato esse ꝑ gñationē actiuaꝫ/ꝛ filius ꝑ passiuā. ergo ꝛc̄.
¶ Sed ista opinio quātū ad oīa in ipa ꝯtēta est abomi
nabilis ꝛ absurda. Primū eīn qḋ ponit/vcꝫ actiuā spira
tionē eē in p̄re ꝛ in filio vnā numero distinctā ab vtroq̄ꝫ
ꝛ a gñatione actiua ꝛ a passiua in re extra formalr̄ licet
nō realit̄/est īpossibile simplr̄. ¶ Primo. q̄ꝛ sola diuina es
sentia nō aliq̄d ab ea distinctū ī re extra est plures res:
nullū aūt vnū ab ipa distinctū ē realit̄ plura: sꝫ spiratio
actiua vt dicūt est distincta ab essentia in re extra: ꝛ est
vna nūero in patre ꝛ in filio. ꝙ nō pōt esse plura inter se
realiter distīcta: qualia sunt ꝑsone/vcꝫ ipē pater spirās
ꝛ fili⁹: vel actiua gñatio ꝛ passiua. ¶ Secūdo. q̄ꝛ si acti
ua spiratio distingueret̄ in re extra ab oīb⁹ ꝑsonis ꝛ ca=
rū ꝓprietatib⁹ relatiuis: tūc eēt q̄ternitas ī diuinis/vcꝫ
gñatio actiua ꝛ passiua/spiratio actiua ꝛ spiratio passi=
ua q̄ ab alijs oīb⁹ īdistīcta asserit̄ ī re extra. hoc aūt est ī
possibile. ꝙ ꝛc̄. ¶ Cōfirmat̄. q̄ꝛ nulla ꝓprietas relatiua
distincta in re extra ab alia pōt minus distingui ab ea q̄ꝫ

distinguant inter se relatiões ille que sunt vna essentia
sz tres ꝓprietates relatiue diuine licet sint essentia vna
tamē iter se realit̄ sunt distincte.ergo actiua spiratio si
ponat̄ ab illis tribus distincta:erit etiā realit̄ distincta
ab eis:⁊ ꝑ ꝯñs habebitur quaternitas rerū distinctaruz
realiter in diuinis.hoc aūt est īpossibile.ergo ⁊c̄.¶ Ex
hoc appet falsum esse illud qḋ dicit secūdo ista opinio:
vez spirationē actiuā aduenire suppositis constitutis.
¶ Hoc siquidē est falsum ⁊ impossibile.Primo.q: nihil
aduenire dicit̄ sibiipsi:sed actiua spiratio est idē qḋ ipz
spirās suppositū in re extra.ergo ⁊c̄.¶ Scḋo.quia fal-
sum est qḋ supponit istud dictū/vez diuina supposita q̄-
bus aduenit spiratio actiua esse realiter cōstituta:nullū
eñ diuinū suppositū potest dici nec est cōstitutū magis
q̄ compositū.¶ Ex quo infero corollarie:q̄ licet cōclu-
sio quā ꝓbant quatuor rationes supradicte sit vera:vez
q̄ spiratio actiua nō sit alicui⁹ ꝑsone diuine cōstitutiua
cū nec aliqua ꝑsona sit realiter cōstituta:oēs tamē ille
rationes falsum accipiunt in p̄missis.oēs eñ in p̄missis
accipiūt:q̄ pater ⁊ filius sunt due ꝑsone realiter cōstitu
te ḡnatione actiua ⁊ passiua:quibus p̄cōstitutis talib⁹
duabus ꝓprietatibus relatiuis aduenit vltimo actiua
spiratio.vtrūq; autē istoꝝ est oīno impossibile ⁊ absur
dū.vt eñ fuit in p̄cedētibus explicatū hmōi ꝓductiões
diuine actiue ⁊ passiue idē totalit̄ sunt in re extra cū ꝑ
sonis ꝓducentibus ⁊ ꝓductis.quare ⁊c̄.¶ Et ideo quā
tū ad istū articulū alit̄ est dicēdū:vez q̄ nulla actiua spi
ratio est distincta a spirāte filio ⁊ a patre siue ab actiua
ḡnatione ⁊ a passiua realit̄ nec formalit̄:intelligendo ꝑ
diuersitatē formalē diuersitatē aliquā in re extra.si tñ ꝑ
differre formaliter intelligat̄ nō esse idē in p̄mo mō dicē
di ꝑ se:sic bene pōt concedi q̄ pater ⁊ filius a spiratione
actiua formaliter distinguunt̄:modo quo dictū ⁊ ꝓbatū
fuit in p̄cedentibus q̄ diuina essentia intellectus sapiē
tia ⁊ alia similia sunt non idem formaliter:q: licet vnū
⁊ idem in re extra ꝑ ista oīa importetur:tamē nullius
istorum cōceptus cadit in diffinitione alterius.¶ Pri-
mū vez q̄ nulla inter spirationē actiuā ⁊ ꝑsonas spirā
tes sit distinctio in re extra/appet.tum quia vt dictū est
in diuinis non sunt nisi tres res:essent autem quatuor si
spiratio actiua a personis spirantibus esset distincta.
Tum quia nulla diuina actiua productio vl̄ passiua dis
tinguitur in re extra ab omnibus personis producenti-
bus ⁊ productis/vt sepe ostensum est in precedentibus.
ergo ⁊c̄.¶ Secundum.vez q̄ ista possint dici ⁊ sint dis-
tincta formaliter hoc est non eadem in primo modo/ap
paret.quoniam illa omnia licet eiusdem rei significati-
ua dicuntur esse formaliter non eadem isto modo quo-
rum vnum nō est alterius diffinitiuū:sed talia sunt ista.
licet enim eadem res per spirationē actiuā ⁊ per quod
libet spirans suppositum importetur:tamen non plus
conceptus patris spirantis vel filij siue actiue vel passi
ue generationis includit in suo primo diffinitiuo intel-
lectu conceptum spirationis actiue/q̄ si conceptibus
istis diuersis correspōderent in re extra diuersa.ergo et
cōceptus hmōi realit̄ diuersi sunt formaliter non idem.
⁊ res licet omnino eadem vt est ipsorum obiectum dici-
tur denominatiue similiter non eadem formaliter isto
modo:pro quanto videlicet vt est significatum obiectū
seu intellectum vnius istorum conceptuum non exigit
alterum:immo potest intelligi per quemlibet istorum
actuum sine actu alio existente:cum nec magis vnus
conceptus istorum requirat alterum q̄ si haberet distin
ctum ⁊ diuersum obiectū totaliter in re extra.quare ⁊c̄.
¶ Sic ad questionem.¶ Ad rationem in principio ap-
paret solutio ex predictis.

Circa distinctionē duo-
decimā in qua magister inquirit
quō spiritus sanctus ꝓcedit a pa
tre ⁊ a filio/postq̄ ostendit q̄ ab
vtroq; ꝓcedit/quero p̄mo.Utruz
pater ⁊ filius spirent spiritū san-
ctū vna spiratiōe tm̄.¶ Et videt̄
q̄ sic.qm̄ vni ꝓductiōi passiue nō
correspōdet nisi vnica sola actiua:sed spiratio passiua
est vnica tātum sicut ⁊ ipm̄ spiratū suppositū.ergo ⁊c.
¶ Cōtra.q: spiratio actiua est idē totalit̄ in re cū suppo
sito spirāte/vt dictū est in alia questione/sicut ⁊ passiua
est idem cū supposito spirato:sed suppositū spirās nō est
vnū tantū:sed duo realiter distincta sunt supposita spi-
rantia.ergo ⁊c.¶ Rñsio.vbi sic ꝓcedā.Primo enim di
cam ad quesitū.Secūdo inquiraz an pater ⁊ filius sint
vnicū spiritus sancti principiū spiratiuū.Tertio tangā
⁊ soluam aliqua dubia circa dicta.

Quantū ad primū apparet quid dicen
dū.quoniā questio ista est ꝑ ecclesiā determinata.extra
de sum.trini.⁊ fide catho.lib.6.cap.Fideliter.vbi sic di-
cit̄:Fatemur q̄ spiritus sanctus ex patre ⁊ filio nō dua
bus spirationib⁹ sed vna spiratiōe ꝓcedit.Huiusmodi
autē ecclesie determinatio duplicit̄ posset itelligi.Uno
mō eñ posset intelligi q̄ ecclesia vellet dicere spm̄ sctm̄
a patre ⁊ a filio vna spiratione ꝓcedere tanq̄ aliq̄ me-
diāte vel quomōcūq; se habēte ab ipis spirantibus sup
positis differente aliqualiter in re extra.Alio modo.q̄
ꝓcedat vnica spiratiōe nō tāq̄ aliq̄ a suppositis spirā
tib⁹ differēte:sed vt aliquo ab essentia que vnica est oīm
indistincto.¶ Tunc hoc supposito est dicendum:q̄ pa
ter ⁊ filius spirāt spiritū sanctum vnica spiratione tan-
tum:non secūdum p̄mum intellectū/sed sm̄ secundum.
⁊ hoc modo est intelligēda ista ecclesie determīatio:nō
aliter/vt exponit̄ a q̄busdā.¶ Primū.vez q̄ pater ⁊ fi-
lius nō spirēt vnica spiratiōe vt aliquo ab eis distincto
ꝓbatū est in alia questione:qm̄ vt ibi est ostensum/talis
spiratio est īpossibilis:vez que ab ipis spirātib⁹ suppo-
sitis sit distincta.ergo ⁊c.¶ Cōfirmat̄.q: eo mō pater et
filius spirāt vna spiratione quo pater generat filiū vna
ḡnatione actiua:⁊ filius ḡnatur vna ḡnatione passiua:
⁊ spiritus sanctus spirat̄ vna spiratiōe passiua.sed nec
pater ḡnat vna ḡnatiōe actiua ab ea distincta/nec fili⁹
isto mō generat̄ vna ḡnatione passiua/nec spiritus san-
ctus vna spiratione passiua:cū ꝓductio actiua in diui-
nis nō sit aliud q̄ ꝓducēs:nec passiua aliḋ q̄ ꝑsona ꝓdu
cta.ḡ ⁊c.¶ Ex hoc appet:q̄ ꝓbātes spirationē actiuā
eē vnā ꝑ hoc/q: volūtas ei⁹ p̄ncipiū ⁊ fundamētū est in
p̄re ⁊ in filio vna numero:male arguunt/⁊ spirationem
actiuā esse vnā numero indebite itelligūt vt p̄tēdit ista
ratio quā adducūt.¶ Primum appet.quia in arguen
do videntur supponere voluntatem seu ipam essentiaz
vt volitiuam esse in ꝑsonis vt aliquid aliquo modo ī re
extra distinctuz ab eis:⁊ esse etiā fundamētū spiratiōis
actiue/vt alicuius rei ab ipā distincte:quorum duorum
vtrunq; est simpliciter falsum.¶ Secundum videlicet
q̄ indebite intelligant spirationem actiuam esse vnam
appet ex eodem:quoniam intelligunt/vt ꝓbat earum
ratio supradicta/ipsam esse vnam secundum p̄mum in-
tellectum falsum/videlicet tanq̄ aliquid distinctum ab
omnibus ꝑsonis spirantibus.hoc autem est falsum/et
determinationi ecclesie contrarium.quare ⁊c.¶ Ex p̄-
dictis sequitur secundum p̄ncipale assumptum:videli-
cet q̄ determinatio ecclesie sit secundo modo intelligē-
da/puta q̄ spiratio actiua sit vnica modo qua essentia

ꝑsonarum omnium dicitur esse vna ab omnibus ꝑsonis licet inter se distinctis realiter indistincta. quoniā sicut se habet illud qḋ est cōmune tribus ꝑsonis ad oēs tres: ita cōmune duabus ad duas. ergo sicut esse qḋ est trib⁹ cōmune/vt sapientia/iustitia/vel creatio actiua ⁊ sic de alijs omnibus est in eis immultiplicatū ⁊ vnū tantum ab eis omnibus indistinctū:nō enim est vnū ab eis pluribus distinctū:ita ⁊ in ꝓposito de spiratione actiua cōmuni tantum duabus ꝑsonis/vez patri ⁊ filio/est dicendū. ¶ Sed cōtra hoc arguit̄ p̊mo. quia aut actiua spiratio est essentia tantū:aut vtrunq̄ suppositoꝝ spirantiū. si est essentia tantū/ergo est cōmunis omnib⁹ ꝑsonis/qḋ est falsum. si vtrunq̄ suppositorū spirantiū/ergo cum talia supposita sint plura/ipa spiratio actiua non poterit dici vna. ¶ Secundo. qꝛ si spiratio actiua est pater ⁊ filius cōiunctim/nō potest supponere ꝓ altero eorū diuisim:cum due ꝑsone non sint tantū vnica. si aūt est altera ꝑsona istarum tantū:ergo nō spirāt simul ambo. si autē est p̄cise essentia:ergo est cōmunis tribus ꝑsonis omnibus/sicut ipa essentia:qḋ est falsuz. quare ⁊c. ¶ Tertio. quia si spiratio est cōmunis patri ⁊ filio/nō aūt ḡnatio/ergo spiratio ⁊ ḡnatio distinguūtur. ¶ Quarto. qꝛ relatio in diuinis multiplicat̄ ad multiplicationē nō fundamēti:cū essētia eadē nūero sit oīm fundamētū:sꝫ ad multiplicationē suppositorū relatiuorū. sed supposita spirātia spiratione actiua relata sunt multa. ergo ipa actiua spiratio nō est vna. ¶ Quinto. quia spiratio est ꝓductio libera:sed nō esset si foret tantū vna ab actiua ḡnatione ⁊ a passiua indistincta:cū non sit ꝓductio libera actiua ḡnatio nec passiua. ¶ Sexto. quia si actiua spiratio est vna:aut est generatione p̄or aut posterior. sed non potest dici p̄or quia aliquo pater p̄us spiraret q̄ ḡnaret:cū simul sint actiua spiratio ⁊ passiua. nec est posterior ipa quia tunc nō esset ab ea indistincta:cuius cōtrariū supponit̄. q̄re ⁊c. ¶ Ad p̊mū. cōcedo tibi q̄ spiratio actiua est ⁊ essentia ⁊ ambo supposita spirantia. ¶ Et quando arguis cōtra p̊mum. quia tunc erit cōmunis omnib⁹ ꝑsonis seu est oēs ꝑsone: Dico q̄ falsum est:nec hoc sequitur ex illo cōcesso/magis q̄ sequat̄:generatio actiua ē essentia que est cōmunis omnibus ꝑsonis seu ē omes ꝑsone:ergo et ḡnatio ipa actiua. licet enī generatio actiua sit essentia que est a ꝑsonis omnibus indistincta: ipa tamen est ab alijs personis/vez a filio ⁊ a spiritu sancto realiter distincta. Cōsimiliter in ꝓposito est dicēdum. ¶ Ad illud qḋ arguitur cōtra secundū similiter rn̄deo. q̄ non sequitur illud qḋ infertur:videlicet q̄ actiua spiratio non sit vna si est duo supposita spiratiua:quia diuina supposita sunt tria realiter distincta:⁊ tamen est vnica essentia:non minus q̄ illorū quodlibet ꝑ seip̄m. quare ⁊c. ¶ Ad secundum rn̄detur: q̄ hic terminus actiua spiratio significat illam rem summam/videlicet diuinā essentiā/inquantū ipa est ꝓductio spirit⁹ sancti:que quidem est pater ⁊ filius coniunctim:⁊ vterq̄ eorum diuisim:sicut sapientia importat eandem rem vt est tres ꝑsone simul coniunctim ⁊ quelibet ipārum diuisim. ⁊ sicut eadem sapientia vel deitas est simul tres ꝑsone coniunctim ⁊ quelibet earum diuisim:nec tamen tres ꝑsone sunt quelibet earum diuisim:nec aliqua vna ipārum est insimul omnes coniunctim:ita in ꝓposito actiua spiratio est pater ⁊ filius simul coniunctim ⁊ vterq̄ eorū diuisim:nec tamen alter eorum est vterq̄ cōiunctim. nō enim valet in diuinis talis modus arguendi/diuina essentia est tres ꝑsone:vna ꝑsona est essentia:ergo vna ꝑsona est tres ꝑsone. licet sequatur q̄ vna ꝑsona est res que est tres ꝑsone. consimiliter in ꝓposito non sequitur:hec spiratio est due ꝑsone simul/pater est hec spiratio/ergo pater est due ꝑsone. licet bn̄ sequatur q̄ sit res q̄ est due ꝑsone. ¶ Ad tertium consimiliter est dicendum. nō enī magis sequitur/actiua spiratio est communis duabus ꝑsonis/non autem generatio/ergo spiratio ⁊ generatio distinguūtur/q̄ sequatur/essentia est cōmunis tribus ꝑsonis/non autē aliqua ipārū/ergo essentia est distincta in re extra a qualibet ꝑsonarum. quare ⁊c. ¶ Ad quartum negandum est illud qḋ assumitur in maiore. nō enī relatio cōmunis pluribus ꝑsonis siue que est plures ꝑsone/vt spiratio aliter denominat ꝑsonas ipas q̄ essentia:nec ab eis est amplius distincta. ergo ⁊c. ¶ Ad quintum appet ex dictis in p̄cedentibus/q̄ spiratio non dicitur ꝓductio libera nisi quia spiritus sanctus requirit ꝓ ꝑ se p̊ncipio ꝓductiuo naturam volitiuam:cui ex hoc q̄ volitiua est/posset ꝯpetere contingenter agere nisi sibi repugnaret aliunde. ex hoc autez quia spiratio spiritus sancti dicit̄ libera isto modo/non sequitur q̄ sit a generatione actiua ⁊ passiua distincta. eadem enim ꝓductio potest dici in ordine ad ꝓductū naturaliter seu modo nature quo ꝓducitur filius/naturalis:⁊ libera in ordine ad spiritum sanctum ꝑ modum amoris vel voluntatis ꝓductum. quare ⁊c. ¶ Ad sextum ⁊ vltimum rn̄detur q̄ generatio actiua non p̄cedit in re spirationem actiuam vt ipa actiua spiratio est patris:nec est posterior ipa:cuz nullo modo in re sit distincta ab ea:licet rei importate ꝑ ista duo vez ꝑ generationem ⁊ ꝑ spirationem patris actiuam/corrn̄deant diuerse diffinitiones. ꝓpter qḋ hec p̄dicatio/pater generās spirat/non est vera in p̊mo modo dicendi ꝑ se:cum eius p̄dicatuz vez spirans non sit diffinitiuum subiecti qḋ est generans:quātumcunq̄ eadem res omnino ꝑ vtrunq̄ importetur. cuz hoc tamen est concedenduz q̄ generatio actiua est p̊us origine q̄ spiratio actiua cōueniat filio:p̊us eī origine p̄ma ꝑsona generat q̄ secūda habeat q̄ sit deus:ac ꝑ cōsequens q̄ sit sapiens vel spirans:⁊ hoc sane intelligendo. ¶ Hec de Primo.

Quantū ad secundū apparet cōsimiliter sicut ad p̊mum ex determinatione ecclesie quid dicēdum. Ecclesia enim conclusionem istam sicut ⁊ aliam p̄cedentem determinat de summa trinita. ⁊ fide catholica cap. quo supra. vbi dicit sic. Fatemur q̄ spiritus sanctus procedit ex patre ⁊ filio non tanq̄ ex duobus p̊ncipijs/sed tanq̄ ex vno. hoc autem est intelligendum/videlicet spiritum sanctuz esse ex patre ⁊ filio vt ab vno p̊ncipio non vt ex aliquo ab eis distincto:sed vt ab vno deo ab eis in re extra totaliter indistincto/modo quo expositum est in articulo p̄cedenti esse intelligendum spiritum sanctum ꝓcedere vnica spiratione tantū. Et hoc est qḋ dicit Augu. quinto de trini. cap. 17. Sicut inquit pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus se habent ad creaturaz relatiue sicut vnum p̊ncipium:ita pater ⁊ filius se habent ad spiritum sanctum sicut vnum principium:sed constat q̄ tres ꝑsone dicuntur vnum principium creature:quia sunt vna potentia creatiua ab eis omnibus indistincta totaliter in re extra. ergo consimiliter pater ⁊ filius dicuntur vnum p̊ncipium sancti spiritus:qꝛ sunt vnica numero potentia spiratiua ab eis consimiliter indistincta. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nullum essentiale seu pluribus commune multiplicatur/nec per consequens dicitur pluraliter/sed tantum singulariter in diuinis:sed sicut esse p̊ncipium creature est essentiale:qꝛ tribus ꝑsonis commune:ita esse p̊ncipium spiritus sancti est commune duabus. ergo ⁊c. ¶ Minor appet. quoniam cum dicitur q̄ pater ⁊ filius sunt vnuz p̊ncipium sancti spiritus/idē est ac si diceretur q̄ pater ⁊ filius sunt vnus deus principians siue spirans spiritum sanctum:si enim ꝑ istam tu aliquid intelligas/puta q̄ pater ⁊ filius sunt

vnum suppositum spirans spiritum sanctum:cōstat q̄
ista ꝓpositio /pater ⁊ filius sunt vnum ṗncipium spirit⁹
sancti/sic intellecta est falsa. Alio autem modo/vz quo
ipā est intelligenda/est vera sicut sua expositoria.qua-
re ⁊c̄. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium est circa istā ma
teriam dubium. Primo.an pater et filius possint dici
plures spiratores/an tantū vnus spirator. Secūdo.an
pater ⁊ filius debeant dici vnus spirans/an plures spi-
rantes. Tertio.vtrum pater ⁊ filius sint eo modo ṗnci-
pium spiritus sancti quo tres ꝑsone dicuntur esse vnuz
ṗncipium creature. Quarto.an ṗncipiuz hic de ꝑsonis
dictum sit essentiale an notionale. ¶ Ad ṗmum dicitur
q̄ pater ⁊ filius non magis debent dici duo spiratores
q̄ duo creatores.ex hoc/quis ꝑ istam daretur itelligi q̄
essent duo dualitate spirationuz siue virtutis spiratiuē
cum enim spirator sit substātiuū vltimate ꝑ istud adie-
ctiuū duo determinatū/ꝑ cōsequens ita ꝑ eam datur in-
telligi q̄ pater ⁊ fili⁹ sint duo dualitate virtutis spira-
tiue/sicut ꝑ istā/pater ⁊ fili⁹ sunt duo dij/dal intelligi du
alitas ⁊ multiplicatio deitatis. ¶ Nec valet si dical/si
cut ⁊ ab aliquib⁹ dical/ cū spirator possit supponere nō
tm̄ ꝓ essentia diuina:sed etiā ꝓ ꝑsona q̄ ꝑ cōsequēs ista
pater ⁊ fili⁹ sunt duo spiratores:est vera ⁊ cōcedenda p̄
dicato qd̄ est spiratores supponēte nō ꝓ essentia:sed tā
tūmodo ꝓ ꝑsona.quoniā non tm̄ spirator:sed etiā deus
potest supponere ꝓ ꝑsona.nec tamē ista cōceditur sed vt
falsa repellitur:pater ⁊ filius sunt duo dij/ꝓpter falsuz
eius intellectum quē p̄tendit secundū suum ꝓprium si-
gnificatū.⁊ ita in ꝓposito de ista/pater ⁊ filius sunt duo
spiratores/cōsimiliter est dicendum.quare ⁊c̄. ¶ Ad se
cundū dicitur q̄ pater ⁊ filius possent dici vnum spirās
⁊ etiam plures spirantes . sunt enim vnus deus spirās
⁊ plures ꝑsone spirātes. ¶ Et si dicatur q̄ similiter pos
sent dici cōsimilibus intellectibus plures spiratores et
vnus spirator:dical q̄ nō est simile de spiratore ⁊ de spi-
rante:quia spirans non est substātiuum sed adiectiuum
ꝓpter qd̄ ipm̄ nō est per duo ei appositū vltimate specifi
catū seu determinatū.sꝫ hoc adiectiuū duo ponit suā p̄-
luralitatem circa ꝑsonā.nō ei hoc adiectiuū duo apposi
tum huic adiectiuo spirantes ponit suam significatio-
nem circa adiectiuū cui additur nisi ī ordine ad suū sub
stantiuū.secus est cum dicitur duo spiratores:cum spi-
rator sit substantiuū vt in alio dubio fuit dictum. ¶ Si
tamen ꝑ istam/pater ⁊ filius sunt duo spiratores/tu nō
intelligas nisi q̄ sunt due ꝑsone spirantes:cōstat q̄ hu-
iusmodi ꝓpositio vt sic intellecta non est magis negan-
da q̄ ista/pater ⁊ filius sunt plures spirantes.ṗma ta-
men negatur a doctoribus ꝓpter falsum intellectum
quem p̄tendit vt superius dictum fuit. ¶ Ad tertiuz di
cendum q̄ consimiliter pater ⁊ filius sunt vnum ṗnci-
pium sancti spiritus:sicut omnes tres ꝑsone dicuntur
vnicum ṗncipium creature non solum quātum ad hoc
q̄ sit vna essentia que est ṗncipium cōe spirandi sicut
⁊ creandi:sed etiā quantum ad hoc q̄ sicut tres ꝑsone
dicunl vnus deus creans in ꝯcretozia ⁊ due vnicus de⁹
spirans. ¶ Ad quartum ⁊ vltimum respondetur q̄ es-
sentiale dicitur dupliciter. Uno modo dicitur essentia-
le illud qd̄ est omnibus ꝑsonis commune. ⁊ notionale
qd̄ non sic est omnibus ꝑsonis commune ⁊ vt sic cōstat
q̄ ṗncipium spirandi spiritum sanctum est notionale
cum non cōueniat ꝑsonis oībus:sed tantū duab⁹. Alio
modo potest dici notionale illud p̄cise qd̄ conuenit tan
tum vni ꝑsone:⁊ essentiale qd̄ conuenit pluribus siue o
mnibus siue tantum duabus. ⁊ vt sic ꝯstat q̄ ṗncipium
spirandi spiritum sanctum non dicitur notionale sed po
tius essentiale. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem
in ṗncipio apparet solutio ex predictis.

SEcūdo quero. Vtrum pater &
filius spirent spm̄ sctm̄ inquantum sunt vnū
essentialiter/an inquantum plura ꝑsonali-
ter distincta realiter? ¶ Et videtur q̄ ṗmo
modo vz vt vnum essentialiter:quoniaz pater ⁊ filius
spirantes spiritum sanctum dicuntur esse vt visum est ī
alia questione/vnum ṗncipium spiratiuum ⁊ non plura
realiter nec distincta:sed hoc non eēt verum si pater ⁊ fi
lius spirarēt nō vt vnum essentialiter:sed inquantū sūt
plura ꝑsonaliter.ergo ⁊c. ¶ Contra.quia p̄dicatum ve
rum de aliquo subiecto reduplicato est veruz de ipo vni
uersaliter sumpto:sicut si homo inquantum homo est ri
sibilis/omnis homo est risibilis:sed hoc p̄dicatum qd̄ ē
spirare non est verum de omni eo qd̄ est deus:non eīn spi
ritus sanctus qui est deus spirat.ergo nec est verum de
patre ⁊ filio inquantum pater ⁊ filius sunt essentialiter
vnus deus.quare ⁊c̄. ¶ Responsio.vbi sic ꝓcedaz. Pri-
mo inquiram:an pater ⁊ filius spirent inquantum sunt
vnum essentialiter. Secundo.an spirent inquantum sūt
plura ꝑsonaliter:hoc est plures ꝑsone distincte realiter.
Tertio ⁊ vltimo tangam duo dubia:⁊ soluam ad ipa.

Quantum ad primum est sciendum q̄
ly inquantum et omnis alia reduplicatio equipollens
quadrupliciter potest sumi. Uno enim modo est nota p̄
cisionis. Alio modo reduplicationis. Tertio modo spe
cificat causalitatem . Quarto et vltimo conditionem
aliquam sine qua non. ¶ Exemplum de ṗmo.vt cum di
citur/humanitas inquantum humanitas est tantū hu-
manitas non vna nec plures. ⁊ sic sumendo inquantū/
ꝓpositio in qua ponitur exponitur per aliam talem ꝓ-
positionem/humanitas sumpta sine omni eo qd̄ nō est
de suo ṗmario intellectu est tātum humanitas:nec ꝑ cō
sequens est plures nec vna magis q̄ alba vel nigra:cuz
neutrum horum cadat in sua diffinitione:⁊ ipa accipial
cum p̄cisione eoꝝ omnium que non cadūt in sua diffini-
tione. ¶ Exemplum de secundo:videlicet vt inquantuz
accipitur reduplicatiue:sicut cum dicitur/homo inquā
tum homo est risibilis vel aīal:in qua ꝓpositione ly in-
quantum denotat q̄ res ꝓ qua subiectum supponit/ex
hoc q̄ est talis q̄lis significal ꝑ subiectū ipꝫ reduplica-
tum req̄rit ꝑ se q̄ sit talis q̄lis significal eē ꝑ p̄dicatū ēt
ꝑ se vel ṗmo modo dicendi ꝑ se vel secundo:⁊ ideo talis
ꝓpositio/sortes inquantum homo est risibilis vel aīal
significat ⁊ importat q̄ sortes ex hoc q̄ est homo requi
rit ꝑ se q̄ sit risibilis et animal. ⁊ vt sic accipiatur inquā
tū apparet ratio:quia talis ꝓpositio cuius subiectū est
hoc modo reduplicatū infert vl̄em ꝓpositionem:maxi
me quando illud sup quod cadit reduplicatio est termi
nus sine circūlocutiōe distribusbilis:qd̄ addil ꝓpter ali
quas instātias q̄ possēt fieri de diuinis:sicut ista/sortes
inquantum homo est animal vel risibilis/infert istā vni
uersalem/omnis homo est animal ⁊ risibilis.quoniam
ea que alicui insunt ꝑ se siue ṗmo siue secundo mō dicen
di ꝑ se/ vniuersaliter insunt:sed ly inquantuz vt redupli
catiue sumptum importat q̄ p̄dicatum insit ꝑ se subie-
cto reduplicato.ergo ⁊c̄. ¶ Exemplum de tertio:vide-
licet quando inquantum specificat causalitatem siue
conditionem rei secūdum quam res est causa quare ipsi
conueniat p̄dicatum: sicut cuz dicitur/sortes inquantū
homo ridet:vel albedo inquantum albedo disgregat:⁊
frigus inquantum frigus infrigidat:⁊ sic de aliis simi-
libus.licet eīn sortes nō req̄rat ꝑ se ṗmo nec scd̄o mō q̄
actu rideat/nec calor q̄ actu calefaciat:tamē sorti con
uenit actus ridendi per suam humanitatem sicut per
eius per se causalitatem:⁊ consimiliter calefacere con-

uenit huic calori ⁊ disgregare huic albedini. vnde ista ꝓpositio/sortes inquantū homo ridet/equipollet isti/sortes ridet ꝑ suam humanitatem sicut ꝑ suum ꝑ se ꝓncipium actus ridendi. modo consimili est vera ⁊ exponenda ista/ens inquantū ens est subiectū metaphysice: q̄ videlicet omne ens ꝑ suam entitatem sicut ꝑ suum ꝑ se essendi ꝓncipiū est metaphysice subiectū. ¶ Exēplū de quarto/vꝫ quando ly inquantum significat conditionem aliquam concomitantem: quam quidem conditionem illud ꝓdicatum requirit conuenire rei de cuius cōceptu ꝓpositionis subiecto ꝓdicatur: vt cum dicitur ꝙ color inquantū extensus vl' debite approximatus ē immutatiuus visus. ⁊ talis potest ⁊ debet exponi ꝑ aliquā copulatiuam sicut ꝑ istā/color est immutatiuus visus. ⁊ ad hoc ꝙ sit immutatiuus requiritur ꝙ sit extensus et debite visui approximatꝰ. ¶ Hoc ꝓmisso ꝓbatur ex ipso ꝙ sit vera ista ꝓpositio/pater ⁊ filius spirant inquantū sunt vnū essentialiter/⁊ etiam ista/pater ⁊ filius spirāt inquantū sunt vnū ꝓncipiū spirās. ¶ Prīa ꝓbat. quoniam omnis ꝓpositio habēs multas causas veritatis est vera: et vt vera conceditur absolute existentibus illis causis pluribꝰ veritatis vel aliqua tm̄ earū: sꝫ ista ꝓpositio/pater ⁊ filius inquantum vnum essentialiter spirāt/habet quatuor causas veritatis secundum ꝙ ly inquantum potest accipi quadrupliciter vt dictum est: et hec est vera saltem accipiendo ⁊ intelligendo ly inquātum stare in ea quarto modo: vꝫ prout explicat conditionem quam requirit necessario predicatum ad hoc ꝙ cōueniat seu verificetur de subiecto. ergo ⁊c̄. ¶ Minor appꝫ. quia sicut extensio ⁊ approximatio coloris ē conditio sine qua existente color ipe nō posset visum immutare: ita ⁊ vnitas patris ⁊ filij est sine qua pater ⁊ filius non possunt spirare. vnde hec copulatiua est vera/spiratio est vna ⁊ ideo requirit ꝙ eius principiū sit vnū ergo in eodem intellectu accipiēdo inquantum in quo ista color inquantum extensus vel approximatus videtur est vera: ē etiam ista vera/pater ⁊ filius inquantum sunt essentialiter vnum spirant. quare ⁊c̄. ¶ Secunda autem propositio que est ista/pater ⁊ filius inquantum sunt vnum principium spirans spirant/est vera ꝓut inquātum accipitur secundo ⁊ etiā tertio modo: vꝫ reduplicatiue ⁊ specificatiue. ¶ Q̄ꝺ ꝓbat: ⁊ p̄mo ꝙ vt reduplicatiue: quoniam ista ꝓpositio/pater ⁊ filius ex hoc ꝙ sunt vnum principium spirans requirunt ꝑ se ꝙ spirent: est vera: sicut ⁊ est vera ista/sortes ex hoc ꝙ homo requirit ꝙ sit animal ⁊ risibilis. sed ꝓpositio supradicta est equipollens isti pater ⁊ filius inquantum sunt vnum principium spirans spirant: ⁊ est expositiua ipsius: sicut ista/sortes ex hoc ꝙ homo requirit ꝙ sit animal ⁊ risibilis / est expositoria istiꝰ/sortes inquātū hō ē animal et risibilis. ergo non minus est ista vera/pater ⁊ filius inquantum sunt vnum principium spirās spirāt: ꝙ̄ ista/pater et filius ex hoc ꝙ sunt vnum principium spirans requirunt ꝙ spirent. ergo ⁊c̄. ¶ Secundo probatur ꝙ etiam sit vera alio mō/videlicet specificatiue: quoniam sic sumendo inquantum / ista propositio/pater ⁊ filius inquantum sunt vnum principium spirans spirant/equipollet isti/pater ⁊ filius spirant per vnam potentiam spiratiuam ⁊ per vnam spirationem quibus sunt vnum principium per se spirans: sed constat ꝙ hec est vera: ergo ⁊ prima per istam exposita. ¶ Sed nunquid etiam propositio ista/pater ⁊ filius inquantū sunt vnū principium spirans spirant/est vera accipiendo inquantum primo modo/videlicet vt est nota precisionis omniū illorum que sunt extra rationem subiecti reduplicati: vt accipitur cum dicitur/humanitas inquantū humanitas est tantum humanitas non vnica neqꝫ plures? ¶ Ad hoc pōt dici ꝙ sic. quoniam sicut ista/humanitas inquantū humanitas ⁊c̄. est vera circumscripto quocunqꝫ qḋ non est de humanitatis primario intellectu: ꝓpter quod dicitur esse vera vt ly inquantum tenetur p̄mo modo: videlicet prout est nota precisionis: ita et de ista/pater ⁊ filius inquantum sunt vnum ꝓncipium spirans spirant/consimiliter est dicendum. non autē de ista pater ⁊ filius inquantum sunt essentialiter vnū spirāt quoniam spiratio licet non importet aliquid ab eo distinctum tamen non est de ipsoꝝ primario intellectu: sꝫ constat ꝙ circumscripta spiratione actiua pater ⁊ filius non spirarent. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum apparet ex p̄cedentibus quid dicendū. quoniā vt potest ꝓbari ex dictis in articulo ꝓcedēti/nullo modo est vera nec cōcedēda ista/pater ⁊ filius inquantū sunt plures ꝑsone distincte realiter spirant. ¶ Q̄ꝺ probatur. quia si ista esset vera oporteret ipsam esse verā accipiendo ly inquantū aliquo illorum quatuor modorum in ꝓcedenti articulo expressorum: sed quocunqꝫ illorum modorū accipiēdo inquātum: propositio ista est falsa. ergo ⁊c̄. ¶ Minor declaratur discurrendo per omnes quatuor modos illos. Si enim accipiatur primo modo/videlicet vt est nota precisiōis apparet ꝙ est falsa: quoniam inquātum hoc modo sumptum prescindit a termino cui additur omne illud quod non est de eius primario intellectu: quo circumscripto ⁊ preciso adhuc predicatum est verū de subiecto hoc modo reduplicando. sed in proposito est oppositum: quoniam circumscripta seu precisa spiratione actiua que non est de primario intellectu patris ⁊ filij quibus additur ly inquantum: licet non importet aliquid ab eis distinctum/pater ⁊ filius non spirarēt. ergo ⁊c̄. ¶ Nec potest dici ꝙ sit vera sumpto inquantum secundo modo/videlicet reduplicatiue: quoniam ista propositio/pater ⁊ filiꝰ inquantum sunt distincte persone spirant/sumpto in ea isto modo inquantum/valet istam/pater et filius ex hoc ꝙ sunt distincte persone requirunt per se ꝙ spirent spiritum sanctum. sicut enim ista/sortes inquantum homo est risibilis vel animal/exponitur per istam cui equipollet/sortes ex hoc ꝙ est hō illue ꝓpter suā humanitatem requirit per se primo ꝙ sit animal ⁊ per se secundo modo dicendi per se ꝙ sit risibilis: ita ⁊ ista/pater ⁊ filiꝰ inquantum sunt persone distincte spirant/sumpto in ea inquantum consimiliter vt in ista exponitur per predictam/videlicet per istam/pater ⁊ filius ex hoc ꝙ sunt distincte persone requirunt per se ꝙ spirent. sed hec est falsa: quia quantum est ex formali ratione terminorum non sequitur/pater ⁊ filius sunt distincte persone: ergo spirant: immo simul staret quantum est ex se ratione terminorum ꝙ pater ⁊ filius essent distincte persone: et tamen ꝙ non spirarent nisi esset repugnantia aliunde. ergo ⁊c̄. ¶ Confirmatur. quia propositio vera cum inquātum isto modo accepto exigit ꝙ predicatum eius sit de primo intellectu vel de secundo subiecti: sed spiratio nō est de per se intellectu filij neqꝫ patris: licet non importet aliquid distinctum ab eis. ergo ⁊c̄. ¶ Tertio probatur ꝙ nec sit vera accipiendo inquantum tertio modo/videlicet vt est nota causalitatis: modo quo ista est vera sortes inquantum homo ridet. quoniam licet pater ⁊ filius sint principium spirandi: tamen ipsa spiratio non requirit per se ꝙ sint distincte persone sic intelligēdo ꝙ precise eis conueniat spirare quia sunt distincte persone. sicut precise per se conuenit sorti ridere q̄ homo est: ⁊ calori calefacere quia calor. quoniam sicut quia homini conuenit ridere quia homo: ideo nulli alteri conuenit nisi homini: et conuenit omni homini: ita si patri ⁊ filio

quia sunt distincte persone conueniret spirare/nō conuenīret nisi tantum distinctis personis ⁊ conueniret omnibus distinctis personis.sed vtrūqȝ istorū est falsum:quoniam nec spirare conuenit solū personis distinctis coniūctim videlicet patri ⁊ filio/ cū conueniat cuilibet eorū diuisim non tantum vtriqȝ coniunctim. nec cōuenit omnibus psonis distinctis:sed solis duab⁹.ergo ⁊c̄. ¶ Quarto ⁊ vltimo probatur: ꝙ nec sit vera sumendo ly inquantum quarto modo videlicet vt specificat conditionem sine qua nō/per se requisitam ad spirationem spiritus sancti/modo quo est vera ista:color inquantum extensus est visus imutatiuus. ¶ Primo. quia nec tunc si sic esset vera spirare competeret vtriqȝ istarum duarum personarū diuisim sed tantum vtriqȝ coniunctim: cum nulli earum sine alia sumpta cōueniat esse personas distinctas. sicut enī quia ista/color vt extensus est visus imutatiuus/ est vera sumpto in ipsa isto modo inquantum:adeo arguitur et est verum ꝙ nullus color nisi extensus est visus immutatiuus: qȝ alias extensio nō esset conditio ad hoc ꝙ color videret̄ necessario requisita:ita consimiliter in ꝓposito si personarum distinctio est conditio ad spirandum spiritum sanctum necessario requisita/ nulli persone vni sed tantum pluribus coniūctim conuenit spirare. hoc autē est falsum.sic enim cōuenit ambabus personis cōiūctim ꝙ etiā conuenit vtriqȝ earū diuisim.ergo ⁊c̄. ¶ Secūdo qȝ spiratio actiua spiritus sancti est tantū vnica:sed vna productio/licet sit de facto plurium/non tamē hoc videt̄ per se requirere videlicet ꝙ sit plurium ꝓductiua/⁊ non vnius tantum.ergo ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: primum dubiū

hic soluendum est:quomodo est intelligendum spiritum sanctum esse amorem mutuū ⁊ patris ⁊ filij nexum. Secundo/ quomodo est intelligendū ipm̄ spirari ex amore mutuo.vtrūqȝ enī istorum duorum reperitur in dictis sanctorum. ¶ Ad primū respondetur: ꝙ spiritus sanctus dicitur amor mutuus dupliciter:vȝ ꝓprie ⁊ appropriate. Dupliciter enim amor sumitur in diuinis. Uno modo vt est perfectio simpliciter:videlicet prout opponit̄ odio et vt sic spiritus sanctus non dicitur ꝓprie amor sed appropriate:modo quo filius dicitur sapientia/⁊ pater potentia.quelibet enim personarū est amor realiter sic acceptus. Alio modo dicitur amor mutuus persona ꝓducta per spirationem perfectē.sicut ⁊ in creaturis amor perfectus mutuus est per spirationē productus. ⁊ hoc modo spiritus sanctus dicitur proprie non appropriate amor mutuus. Dicitur etiam a sanctis/⁊ vocatur patris ⁊ filij nexus:pro quanto a patre ⁊ filio est productus.solus enī spiritus sanctus est in cuius productione pater et filius connectuntur.⁊ ideo quia cum ipso producto idem essentialiter existunt/appellatur nexus ipsorum.non autem creatura dicitur nexus omniū personarum: quoniam licet in eius creatione connectantur omnes persone tamē non cōnectuntur secum in essentiali idētitate. quare ⁊c. ¶ Ad secūdū respōdetur ꝙ aliquādo a sanctis amor mutuus appellatur/potētia spiratiua. ⁊ sic sumēdo amorē mutuū est verū spiritū sanctum spirari ex amore mutuo: hoc est ex perfecta potentia spiratiua in qua pater et filius ad perfecte spirandum ipsum spiritum sanctū connectūtur. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio quādo dicitur ꝙ p̄dicatū verū de subiecto reduplicato est verū de ipso vniuersaliter sumpto: Dico ꝙ nō est verū quādo reduplicatio accipit̄ tertio vel etiā q̄rto mō: ꝓut vȝ ly inquantū specificat causalitatē:vt cū dicitur sortes inquantū homo ridet. nō enī ista infert vniuersalē puta istā/oīs homo ridet. Nec etiā est verū quādo inquātū accipit̄ quarto modo:vȝ prout notat seu specificat cōditionē aliquā sine qua nō/necessario requisitā.non enim sequitur/color nō potest videri nisi ipo existēte talis cōditionis:ergo oīs color talis est visibilis. sicut licet color nō sit immutatiuus visus nisi approximatus/non tn̄ oīs approximatus est visus immutatiuus: qȝ vltra approximationē est aliud necessariū.sed in ꝓpōne ista/pater ⁊ filius inquātū sunt vnū essentialiter spirant/ ly inquantū tenetur quarto modo.explicat enī vnitatē patris ⁊ filij sicut cōditionē necessariam sine qua pater ⁊ filius nō spirarent.licet autem ista conditio sit necessaria ad spirādū videlicet personarū vnitas:nō tn̄ ipa huiusmodi vnitas vt absolute sumpta sufficit ad spirandū/nec per ꝯñs ex ista/pater ⁊ filius spirant inquātū sunt essentialiter vn⁹ deus/sequitur ꝓpositio vniuersalis:videlicȝ ꝙ omne qd̄ est vnus deus essentialiter spiret.

CIrca distinctionē decimātertiā in qua magister inquirit an spiritus sanctus debeat dici genitus vel ingenitus: Quero primo de hoc.vȝ vtrum spiritus sanctus sit a patre ⁊ a filio veracit̄ generatus. ¶ Et videt̄ ꝙ sic.quia omne ꝓductū ꝓductione que est gñatio est vere genitū:sed spiratio qua spiritus sanct⁹ est ꝓductus est perfecta generatio cū sit productio substantie/⁊ generatio non sit aliud q̄ substantie productio.ergo ⁊c. ¶ Cōtra hoc arguitur ꝑ illud symboli Athanasij. Spiritus sanctus a patre ⁊ filio non factus nec creatus nec genitus/sed procedens. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim iquirā/an spiritus sancti spiratio sit generatio. Secūdo ex hoc apparebit questionis solutio: vȝ an spiritus sanctus sit genitus vel ingenitus.

Quantum ad primū est sciendum ad

euidentiā dicendorū: ꝙ generatio tripliciter potest sumi videlicet largissime/large/⁊ ꝓprie. Largissime vocat̄ generatio ꝓductio cuiuscūqȝ rei siue substātie siue accidentis que nō est creatio. Large aūt vocat̄ generatio solius substātie ꝓductio que etiā nō est creatio: siue talis ꝓductio sit mō nature siue quocūqȝ alio modo. Proprie vero generatio sumpta dicit̄ tm̄ ꝓductio substantie q̄ ꝓducit̄ modo nature:modo quo distinguit̄ gñatio ꝯtra ꝓductionē modo voluntatis. Hic aūt nō q̄ritur an spiratio sit generatio primo nec scd̄o mō sumpta:vt vȝ generatio diuiditur ꝯtra creationē.qm̄ cōstat nec de hoc aliquis dubitat ꝙ spiratio est generatio sic accepta.nō enī est creatio sed ꝓductio a creatione distincta:nec cuiuscūqȝ rei:sed tm̄ substātie increate. ergo relinquit̄ ꝙ hic accipit̄ generatio tertio ⁊ vltimo modo tm̄:vt vȝ est productio modo nature distincta ꝯtra ꝓductionē q̄ est modo voluntatis. spiratio aūt de qua querit̄ an sit gñatio sic vȝ tertio modo sumpta/est duplex/actiua videlicet ⁊ passiua.

Hoc premisso: pono quatuor conclu-

siones. ¶ Prima est: ꝙ spiratio actiua diuina est a generatione ꝓprie sumpta actiua ⁊ passiua indistincta totaliter in re extra. ¶ Hec apparet.qm̄ actiua spiratio i diuinis nō differt a psonis spirātibus in re extra.sed ꝑsone spirātes nō sunt aliud q̄ ipsa actiua gñatio/ ⁊ passiua. pater enim est generatio actiua ⁊ filius passiua.ergo ⁊c̄. ¶ Confirmatur. quia nulla est distinctio in re inter illa que conueniunt vni et eidem persone. sola enim personis propria a psonis ipsis oīno indistincta sunt realiter distincta.que autem personis siue omnibus siue pluribus sunt ꝯmunia sunt immultiplicata in re extra ⁊ totaliter indistincta tam inter se q̄ ab ipsis personis.nullo enim

modo distinguũtur in re extra illa que sunt in eadem per
sona. sed actiua spiratio est cõmunis patri ⁊ filio/ ꝑ con-
sequens est in eadem persona cum generatione actiua ⁊
similiter in eadem persona cũ generatione passiua. ergo ⁊c.
¶ Secũda cõclusio est: ꝙ spiratio passiua est distincta re
aliter tã a generatiõe actiua ꝙ̃ etiã a passiua. ¶ Hec ap
paret. quoniam constat ꝙ spiritus sanctus a patre ⁊ a fi
lio realiter est distictus: sed spiritus sanctus est spiratio
passiua/ nõ autem actiua generatio nec passiua. ecõuerso
autẽ pater est generatio actiua/ ⁊ filius passiua. nullꝰ au
tem eorum est spiratio passiua cum nullus spiretur passi
ue/ sed spiret actiue. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia si spi-
ratio passiua esset idem cum generatione passiua filij/ et
cum generatione actiua patris/ esset etiam idẽ cum spi
ratione actiua ipsi opposita: cum ista non sit aliud vt di-
ctum est ꝙ̃ ipsa actiua generatio ⁊ passiua. sed hoc est im
possibile: quia tunc idem spiraret seipm̃/ nec spiritus san
ctus spiratus distingueretur a spirantibus eũ/ nec ꝑ cõ-
sequens esset trinitas personarum distinctarum realiter
in diuinis. ergo ⁊c. ¶ Tertia cõclusio est/ ꝙ spiratio pas
siua ⁊ generatio actiua ac passiua habent ꝙ distinguan-
tur realiter a seipsis et etiam a suo principio differenter.
¶ Hec probatur. quoniam distinguuntur seipsis forma
liter. ꝙ autem inter se sic distinguantur formaliter hoc
habent ab essentia que dicitur esse eorum principium origi-
naliter: ergo tam seipsis ꝙ̃ ex suo principio non tamen ab
ipso distinguũtur differenter. ¶ Consequẽtia est euidẽs.
sed probatur antecedens. Primo quãtum ad primã par
tem videlicet ꝙ huiusmodi relatiões originis sint distin
cte formaliter semetipsis: quoniam eodem vnum est ab
alio formaliter distinctum quo quodlibet est in se indis-
tinctum: sed quelibet relatio originis est seipsa in se for-
maliter indistincta. ergo ⁊ ab omni alia a qua realiter dis
tinguitur est ꝯsimiliter distincta formaliter semetipsa. qua
re ⁊c. ¶ Confirmatur. quia aut huiusmodi originis rela
tiões diuine seu productiones realiter distĩcte distinguũ
tur formaliter ex seipsis vel ex essentia: sed secundum nõ
videtur esse dicendum/ nec conceditur: quoniã nulla dis-
tincta realiter possunt dici distĩcta formaliter ex illo qđ
est ab eis indistinctũ totaliter. omnino enim videtur esse
contra rationem dicere ꝙ aliqua realiter distincta dis-
tinguantur formaliter per illud qđ est idem cum eis to-
taliter. non enim ex illo sunt distincta formaliter: sed po-
tius eadem in re extra. sed diuina essentia vt hic suppo-
no ex dictis in ꝓcedentibus est idem totaliter in re extra
cum omnibus personis seu relationibus originis. ergo
nullo modo ex ipsa distinguũtur formaliter: sed sunt idẽ
nõ inter se sed cũ ipsa essentia ab eis totaliter indistĩcta.
¶ Secunda pars antecedẽtis ꝓdicti vȝ ꝙ relationes
diuine seu persone dicantur distingui ex essentia ipsa quasi
originaliter/ ex hoc potest declarari. quoniã licet essen-
tia non sit originans nec originata cum sola persona pro
ducat ⁊ sola persona ꝓducatur: non autẽ essentia licet a
persona ꝓducente ⁊ a persona ꝓducta indistincta: tamẽ
essentia est principiũ ꝓductionis actiue ⁊ terminus cu-
iuslibet passiue: sine hoc intelligẽdo videlicet vt est in ꝓ
cedentibus declaratũ. ergo ipsa diuina essentia est ꝑ quã
prima persona generat secũdam/ et prima ⁊ secũda spi-
rant tertiam. sed omnia producta realiter distincta pos-
sunt dici originaliter distingui tam inter se ꝙ̃ a producẽ
te ea ex illo qđ est principium ꝓductionis/ ⁊ ꝑ cõsequẽs
distinctionis ipsorum. sic duo ignes ab vno igne generati
distinguũtur originaliter ex essentia ignis generantis tã
inter se ꝙ̃ etiam ab ipso igne generante. ergo ⁊c. ¶ Ex
hoc concludo corollarie ꝙ etiam secũda persona potest
dici distingui originaliter ab omni alia ex prima tantum:
tertia autẽ ex prima ⁊ secũda. quoniã secũda tantũ origi

natur ex prima. tertia autẽ ex prima ⁊ secũda. quare ⁊c.
¶ Quarta ⁊ vltima cõclusio est: ꝙ spiratio actiua est ge
neratio ꝓprie sumpta: non autẽ spiratio passiua. ¶ Hec
sequitur corollarie ex ꝓdictis. quoniam generatio ꝓprie
sumpta est vt ꝓdictũ est ꝓductio modo nature distincta
cõtra ꝓductionẽ modo volũtatis. sed spiratio actiua est
talis ꝓductio videlicet naturalis: nõ aũt spiratio passi-
ua: imo ipsa est ꝓductio modo volũtatis. ergo ⁊c. ¶ Mi
nor apparet quãtũ ad primã eius partẽ videlicet ꝙ spi
ratio actiua sit ꝓductio modo nature: ⁊ ꝑ cõsequẽs ge-
neratio ꝓprie sumpta. quoniã cõstat ꝙ filij actiua gene-
ratio ⁊ passiua est talis ꝓductio videlicet naturalis seu
modo nature: ⁊ ideo dicitur generatio ꝓprie. sed spiratio
actiua est ipsa actiua generatio ⁊ passiua. est enĩ vtrãq
istarũ cõiũctim ⁊ quelibet earũ diuisim vt in distinctiõe. 7.
est ꝓbatũ. ergo ⁊c. ¶ Secũda pars minoris videlicet ꝙ
spiratio passiua nõ sit talis ꝓductio videlicet ꝑ modum
nature apparet. quia si sic/ aut est actiua gñatio patris/
aut passiua filij/ aut alia ab istis. sed nõ põt poni primũ
nec secũdũ: quia tũc nõ esset in diuinis trinitas ꝑsonarũ.
si enĩ passiua spiratio esset actiua patris generatio/ spiri
tus sanctus nõ esset a patre distinctus nec a filio si esset
eius passiua generatio. nec potest poni tertiũ: quia tunc
essent plures filiationes seu filij in diuinis cũ filiatio nõ
sit aliud ꝙ̃ passiua generatio sumpta ꝓprie videlicet ꝓ
productione que est modo nature distĩcta ab illa que est
per modum volũtatis. ergo ⁊c. ¶ Sed cõtra cõclusionẽ
istã vltimã arguitur dupliciter. Primo. quia si spiratio
actiua est generatio actiua: ergo ⁊ passiua est generatio
passiua. ¶ Cõsequẽtia probatur. quia omne a generante
productũ est genitum. sed si spiratio actiua est generatio
actiua: nõ minus ꝓprie pater generat spiritũ sanctũ ꝙ̃ fi
lium. ergo spiritus sanctus est vere genitus/ ⁊ ꝑ ꝯñs pas
siua generatio: ⁊ ita si cũ hoc est spiratus passiua spira-
tio est passiua generatio. ¶ Secũdo. quia scḋꝫ Damasc.
primo lib. c. 8. generare est sibi similẽ in natura de sua sub
stantia producere. sed constat ꝙ pater ꝓducit spiritum
sanctũ sibi similem in natura/ ⁊ de sua substãtia. ergo ge-
nerat ipm̃: ⁊ ita ꝑ ꝯñs passiua spiratio est vere gñatio.
¶ Ad primũ respondẽdum est negando consequẽtiã. li-
cet enĩ spiratio actiua sit generatio actiua ⁊ etiã genera
tio passiua/ non tamẽ spiratio passiua vt ꝓbatũ est supra
est actiua generatio nec passiua: imo est ab vtraq̃ istarũ
realiter distincta. ¶ Ad ꝓbationem cõcedo illud qđ as-
sumitur in maiore: videlicet ꝙ omne a generãte vt gene-
rans ꝓductum est vere genitum. sed nego minorem: licet
enim in patre nõ distiguaĩ actiua generatio ⁊ actiua spi
ratio tñ pater ita generat filium ꝙ non generat sed spi
rat spiritũ sctm̃. sicut licet actiua spiratio ⁊ passiua gña
tio sint idem in filio: tamẽ ita filius generatur ꝙ spiritũ
sanctũ non generat sed spirat. non enim minus pater po
test spirare generatione actiua ꝙ̃ filius generatione pas
siua: quia tamẽ licet spiratio actiua ⁊ generatio dicant
idem omnino in re/ illa res inquãtũ est generatio nõ req̃
rit ꝑ se ꝙ sit spiratio/ nec ecõuerso. nõ enim ipsi ex sua dif
finitione formali qua est spiratio repugnaret ꝙ distin-
gueretur a generatione: sicut nec econuerso ex diffinitio
ne formali qua est generatio hoc est talis res qualem im
portat generationis diffinitio/ repugnat ꝙ non sit spi-
ratio/ hoc est talis res qualem importat ipsius spira-
tionis diffinitio: sed huiusmodi/ repugnantia est ex alio
videlicet ex simplicitate diuina vt sepe fuit in preceden
tibus declaratum. Ideo non debet dici ꝙ pater generet
spiratione/ nec ꝙ spiret generatione: sicut nec ꝙ deus in
telligat voluntate sed intellectu/ nec ꝙ velit intellectu
sed voluntate. eo tamen modo quo ista est vera/ deus in-
telligit voluntate/ ⁊ ista/ pater spirat generatione actiua

et filius generatione passiua. sicut em̄ prima est vera nō per se primo mō perseitate ꝓpositiōis cū predicatū eius nō sit diffinitiuū subiecti: sed est vera ex idētitate rei significate p subiectū ⁊ pdicatū: quia eādē rē importat volūtas ⁊ diuinus intellectus: ⁊ ideo deus itelligit volūtatis intelligendo ꝙ volūtas diuina est illa res quā deus intelligit: sic ⁊ in proposito consimiliter est dicendum: videlicet ꝙ ista/ pater ⁊ filius spirant spiritum sanctū generatiōe/ non est vera per se primo modo sicut nec ista/ pater generat ⁊ filius generatur spiratione. neutra tamen istarum est falsa absolute loquendo. constat enī ꝙ pater ⁊ filius spirāt spiritū sanctum seipsis non aliquo mediāte ab eis distincto: sed nec pater est nisi generatio actiua/ nec filius nisi passiua. ergo ⁊c. ¶ Ad secundum respondetur ꝙ illud dictum Damasc. est verum tantum de generatione large sumpta: non autem de ipsa proprie accepta vt videlicet diuiditur contra productionem voluntariā seu modo voluntatis. ad hoc enim ꝙ hoc modo sit generatio aliqua productio non sufficit ꝙ productum sit de substantia producētis ⁊ ipsi simile in natura: sed oportet cum hoc ꝙ sit ꝓductio naturalis: vt naturale diuiditur contra voluntarium: immo hec tantum sufficit ad generationem hoc modo sumptam. sol enim dicitur generare vermē cū tamen non producat eum de substātia sua: nec sit ipsi similis in specie. quare ⁊c. ¶ Sed est hic dubiū q̄re magis productio verbi q̄ spiritus sancti dicitur productio naturalis/ ⁊ per consequēs generatio. ¶ Ad hoc diuersorū opinionib⁹ pretermissis dicēdum est vt in distinctione .10. fuit dictū: videlicet ꝙ hoc est quia passiua spiratio spiritus sancti est talis ꝙ requirit ꝓ per se principio naturam volitiuā inquantū est volitiua conuenienter suppositi ad spirandū: cui vt tali nō repugnaret nisi aliūde repugnātia esset/ ꝙ cōtigēter principiaret. Productio autem verbi dicitur naturalis: quia est talis ꝙ requirit p se ꝙ suū principium sit natura diuina inquātum est intellectualis ⁊ per consequēs inquātum est naturalis: vt naturale diuiditur cōtra volūtarium. ⁊ ideo illi rei sunime diuine: ex hoc ꝙ est principiū ꝓductionis verbi repugnat per se contingenter ꝓncipiare formali repugnantia: non autem ex hoc ꝙ est principium ꝓductionis spiritus sancti. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundū apparet euidēter ex articulo precedenti quid sit respondēdū ad questitum immo etiā realiter est respōsum. quoniā cū in diuinis ꝓductum quodcūq; nō sit aliud q̄ ꝓductio passiua/ sicut nec ꝓducēs suppositū aliud q̄ actiua/ per cōsequēs nullum suppositū diuinū a generatione passiua distinctū potest dici nec est generatū: sed spiritus sanct⁹ a generatione passiua nō minus q̄ ab actiua realiter est distinctus. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia spiritus sanctus nō est nisi spiratio passiua: sed spiratio passiua ab omi generatiōe tā actiua q̄ passiua vt ꝓbatum est supra realiter est distincta. ergo ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguit. quia deus pater nō generat nisi filiū/ nec filius generat/ sed tantū cuꝫ patre spirat spiritū sanctū actiue. ergo nec spiritus sanctus est passiue genitus sed spiratus. ¶ Cōfirmatur. qꝛ omne genitū est ꝓductū modo nature/ sed spiritus nō sic videlicet isto modo sed alio est ꝓductus vt dictū est superius. ergo ⁊c. ¶ Sed est hic dubiū an saltem ipse spirit⁹ sanctus/ ex quo nō est genit⁹/ possit dici ingenit⁹. ¶ Ad hoc dicendū est ꝙ sic vno modo/ ⁊ non alio modo. ¶ Ad cuius euidētiam est sciēdū ꝙ ingenitū dupliciter potest sumi. Uno modo ꝓprie: videlicet ꝓut est idē qḋ nō genitū. Alio modo vt est idē qḋ nullo mō ꝓductū. Primo modo accipiēdo ingenitum spiritus sanctus vere est ingenitus: cū vt sic ingenitū nō sit aliud q̄ nō genitū: ⁊ spirit⁹ sanctus vere sit nō genit⁹. Et hoc ē qḋ dicit Hieronym⁹ in regulis diffinitionū: vt magister recitat in litera. Spiritus (inquit) sanctus nō est pater/ sed ingenitus atq; infactus. Secdo aūt modo accipiēdo ingenitū apparet ꝙ spiritus sanctus nec genitus nec ingenitus potest dici. Unde Augustinus ad Orosiū: vt magister recitat in litera: sic ait. Spiritū sanctū nec genitū nec igenitū fides catholica declarat: qꝛ si dixerimus ingenitū duos patres affirmare videbimur. Si aūt genitū/ duos filios credere culpabimur. sicut enī solus filius dicit genit⁹/ ita ⁊ solus pater dicit ingenitus eo ꝙ ab alio nō sit. hec Augustin⁹. Ex quo apparet ꝙ aliter accipit ingenitū Hieronymus et aliter Augustinus. Et hoc est qḋ ponit magister in litera: vbi ꝯcordās dicta istoꝝ duoꝝ doctoꝝ/ sic ait. Ut istā que videtur repugnantiā de medio abigamus dicim⁹ ꝙ Hieronymus aliter accipit nomē igeniti/ ⁊ aliter Augustinus. accipit enī Augustinus ingenitum qui vel qḋ ab alio nō est/ ⁊ scḋm hoc de solo patre dicitur. Hieronymus vero dicit ingenitū nō genitum. ⁊ scḋm hoc potest dici de spiritu sancto: cū spiritus sanctus nō sit genitus. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. non enim vt dictum est/ omnis substātie ꝓductio est generatio ꝓprie sumpta: esto ꝙ sit generatio large sumpta.

Secundo supposito ꝙ spiritus sanctus nō sit genitus/ sed tantum a patre et a filio spiratus: Quero verū sit spiratus vniformiter equaliter eque p se ⁊ eque ꝓprie ab vtroq;. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia omne spiratū vel qualitercūq; ꝓductum a pluribus eadem numero potētia ꝓductiua ⁊ ꝓductione est ꝓductuꝫ vniformiter equaliter eque per se ⁊ ꝓprie ab eisdē. sed spiritus sanctus est spiratus a patre ⁊ a filio p eādem potētiam spiratiuam/ et vnica spiratione sola vt dictū ⁊ ꝓbatū est supra. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia ab illis ꝓducentibus ꝓductum non est vniformiter nec equaliter nec eque per se ⁊ ꝓprie ꝓductum: quorum vnū producit ipsum ex se/ ⁊ non alterum sed pater spirat spiritum sanctum a se: non autem filius sed a patre. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic procedā. Primo enim dicam ad questionem ꝓpositam. Secūdo tangam aliqua dubia circa ipsam.

Quātum ad primū pono quatuor conclusionēs. ¶ Prima cōclusio est: ꝙ spiritus sanctus spiratur a patre ⁊ a filio vniformiter vno modo: ⁊ difformiter alio modo. ¶ Hec ꝓbatur. quoniam omne ꝓductum eodē numero principio ꝓductiuo ⁊ eadem ꝓductione a producentibus ipm̄ habitis differenter/ ꝓducitur ab eisdem quantum ad aliquid vniformiter/ ⁊ quantum ad aliquid difformiter. sed spiritus sanctus est huiusmodi. ꝓducitur enim seu spiratur a patre ⁊ a filio p idem ꝓncipiū ꝓductiuū/ ⁊ vnica spiratione sola: quā tamē spirationē et potentiam spiratiuam habent pater ⁊ filius differenter. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quia sic ꝓductum est vniformiter ꝓductum quantum ad hoc ꝙ est ab eodem principio productiuo et eadem productione numero. difformiter autem quantum ad hoc ꝙ producentes ipm̄ habent talia differenter. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet quantum ad primam ꝑtem: videlicet ꝙ potentia spiratiua sit vnica ⁊ spiratio ipa/ ex dictis supra i distinctiōe .7. ¶ Scḋa aūt pars vꝫ ꝙ pater ⁊ filius non habeant vniformiter talia seu sine ipa/ vꝫ potētia spiratiua/ ⁊ spiratio ab ea indistincta/ apparet. qꝛ pater habꝫ hoc a se. fili⁹ aūt nō habet ꝙ spiret a se/ sed tantum a patre. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia querens an pater et filius spirent vniformiter: aut intendit querere vtrum spirent spiratione quam

vniformiter habeant: vel que spiratio ipsi sint: ⁊ sic cōstat ꝙ nō: qꝛ patri cōuenit spirare a se ⁊ filio a patre. an vtrū spirent vniformi spiratione / et potētia spiratiua. ⁊ tūc si vniformiter importat conformitatem aliquorum distinctorum in re extra / apparet ꝙ nec sic possunt dici spirare vniformiter nec difformiter cum non spirent distinctis spirationibus nec distinctis potentijs spiratiuis. si autē per ly vniformiter importetur tm̄ idētitas actionis ⁊ potētie spiratiue / vt sit sensus ꝙ pater ⁊ filius spirāt eadē spiratione ⁊ potētia spiratiua / apparet ꝙ sic ex declaratis in ꝑcedentibus. quare ⁊c. ¶ Secūda conclusio est: ꝙ spiritus sanctus spiratur omnino equaliter nullo modo inequaliter a filio ⁊ a patre. ¶ Hec est euidens. qm̄ nullū productū a pluribus eadē ꝓductione ⁊ vnica potētia ꝓductiua potest magis ꝓduci ab vno eorū ɋ̃ ab alio / nec ꝑ ꝯñs inequaliter sed omnino equaliter: sed spiritus sanctus spiratur vt dictum est a patre et a filio / nō ab vnico principio spiratiuo ⁊ eadem spiratione. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nō minus pater ⁊ filius spirāt eīno equaliter spiritū sanctū ɋ̃ omnes tres ꝑsone ꝓducant equaliter qōlibet ens creatū: sed tres ꝑsone cū agāt ad extra eadē creatiōe ⁊ potētia creatiua / nō possunt agere inequaliter sed eīno equaliter ad quodlibet ens creatū. omnia cū ad idē vel ád ꝯuersa inequaliter agenda essentialiter sunt distincta. ergo ⁊c. ¶ Et si cōtra ꝯclusionē istā arguatur. quia filꝰ spirat ꝓpter patrē: sed ꝓpter qᵒ vnūqḋqꝫ tale ⁊ illud magis. ¶ Respōdetᷣ ꝙ illa ꝓpositio assumpta / ꝓpter qᵒ aliquid agit ⁊ illud magis / est vera i genere causarū finaliū essentialiter distinctarū. hoc aūt modo filius nō spirat ꝓpter patrē. quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequitᷣ corollarie ꝙ pater nō spirat principalius ɋ̃ filius: quia alias nō equaliter sed inequaliter spirarēt. ¶ Sed ꝯtra hoc videtur esse Augustinus. 15. de tri. c. 17. ꝙ spiritus sanctus principaliter ꝓcedit de patre. ¶ Ad hoc respōdetur: ꝙ vno modo ꝑ ly principaliter posset intelligi potentia spiratiua maior vel spiratio efficacior in patre ɋ̃ in filio: ⁊ sic nullo modo pater spirat pricipaliter. nec sic intelligit Augustinꝰ. Alio autē modo ꝑ ly principaliter potest intelligi nō aliud ɋ̃ esse a quo alterū habet aliqd. et isto modo Augustinꝰ itelligit / ⁊ est verū ꝙ pater principaliter spirat: quia ē illud a quo filius habet ꝙ spiret. nec aliud Augustinus intēdit dicere quādo ait ꝙ pater principaliter spirat / nisi ꝙ pater nō habet ab alio ꝙ spiret: sed tantūmodo a seipso: filius aūt habet a patre. Et ꝙ ista sit itētio Augustini apparet ꝑ illud qᵒ vbi supra ipē subdit exponens quomō sit intelligendū qᵒ dixerat vcꝫ spiritū sanctū principaliter ꝓcedere de patre: De patre addidi (inqᵗ Augustinꝰ) qꝛ ⁊ de filio spiritū sanctū ꝓcedere repitur. sed hoc illi pater dedit. ¶ Cōsili mō itelligēdo pōt dici ꝙ pater pricipalīꝰ creat ɋ̃ filꝰ / ⁊ etiā ɋ̃ spūs sanctꝰ: ⁊ filꝰ ɋ̃ spūs sctūs. qꝛ sicut filius habet spirare a patre ita ⁊ creare. spiritus aūt sanctus ab vtroqꝫ. quare ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ spiritus sanctꝰ potest dici a patre ⁊ a filio eque per se spiratꝰ vno modo / ⁊ alio modo nō. ¶ Hec declaratᷣ. quoniā ꝓductū ab aliquibus quoꝝ qōlibet agit ad ipꝫ / nō ꝑ aliquid a se distinctū vt ꝑ principiū ꝓductiuū sed tantūmodo ꝑ seipm / ꝙ tñ vnum agat habet ab alio ⁊ nō ecōuerso: ꝓducitur eque ꝑ se ab eis vno modo / ⁊ alio modo nō. in hoc siquidē talia plura productiua ꝓducētia illud ꝓducūt eque ꝑ se qꝛ qōlibet agit ad ipm nō ꝑ aliquid a se distinctū tāɋ̃ ꝑ principium productiuū: modo quo ignis nō calefacit cū calefaciat ꝑ principium calefactiuū: puta ꝑ calorem a se distinctum In hoc aūt ꝓducūt nō eque ꝑ se: quia vnū habet ꝙ ꝓducat a seipō / nō aūtē alterū sed ab alio. sed spiritus sanctꝰ spiratᷣ isto modo a patre ⁊ a filio vt apparet ex ꝑdictis. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia cū queritur vtrum eque ꝑ se spiretᷣ spiritus sanctus a patre ⁊ a filio / aut queritur de perseitate propositionis que vcꝫ propositio sit magis per se: an illa in qua spiritus sanctus spiratus ꝑdicatur de patre: vt cū dicitur / pater spirat: an illa in qua de filio: vt cū dicitur / filius spirat. Et sic dicendū est ꝙ neutra est per se / nec ꝑ consequēs vna magis nec minus ɋ̃ alia. aut ɋ̃ritur de perseitate rei significate an videlicꝫ vna ꝑsona eque spiret nō ꝑ aliquid distinctū ab ipsa sicut alia. et sic dicendū est ꝙ ita vno modo ꝑdicto videlicet ꝓ quāto neutra spirat ꝑ aliquid a se distinctū vt ꝑ spiratiuum principiū: ⁊ alio modo non: vt videlicet vna spirat nō ab alio a seipsa: ⁊ alia non sic vt dictum est. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: ꝙ spiritus sanctus est a patre ⁊ a filio spiratus eque proprie vno modo / ⁊ alio modo nō. ¶ Hec probatur. quoniam aut per spirare proprie intelligitur idem qᵒ spirare nō translatiue / aut idem qᵒ spirare a se. Si primo modo / constat ꝙ spirant eque proprie. non autem secundo modo sumendo spirare proprie: cum pater spiret a se: filius autem a patre. ergo ⁊c. ¶ Et quia spirari proprie dicitur cōmuniter ⁊ proprie: primo modo videlicet non transumptiue: adeo simpliciter est concedendū ꝙ spiritus sanctus est eque proprie spiratus a filio et a patre. ⁊ propter eandem rationem potest concedi absolute ⁊ sine aliqua distinctione ꝙ est ab eis spiratus vniformiter equaliter ⁊ eque per se. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi sunt solvenda aliqua que circa materiam istam ꝯsueuere queri:

Primū dubium hic soluendum est: an pater prius spiret ɋ̃ filius. Secundum. vtrum pater spiret filio mediāte. Tertiū est: vtrum pater spiret per filium. Quartum: vtrum spiritus sanctus spiretur nato filio an non nato. si enim spiratur nato filio / ergo est posterior ipso. si autē spiratur non nato filio / est ecōuerso. quia videlicet est prior eo: cum tamen in trinitate nihil sit alio prius neqꝫ posterius: sed tote tres persone coeterne sibi sunt ⁊ coequales vt dicitur in symbolo Athanasij. ¶ Ad ista per ordinem. ¶ Ad primū dubium apparet quid dicendum: quoniam constat ꝙ in diuinis non est prioritas durationis: de qua prioritate ⁊ posterioritate est intelligendum illud symboli. In hac trinitate nihil priꝰ neqꝫ posterius. nec est ibi prius nec posterius in natura nisi eo modo sumendo ordinem nature quo potest accipi large vt fuit dictum in distinctione. 9. nec est ibi prius causalitate: quia nec est ibi causa ⁊ causatum: cum causa dicatur illud ad cuius esse sequitur aliud / ⁊ per consequens inter causam et causatum sit diuersitas essentialis qualis est impossibilis in diuinis. est autem ibi prioritas originis: cum nec prius origine sit aliud intelligēdū ɋ̃ esse a quo alterum ab eo distinctum essentialiter vt in creaturis vel tātum personaliter vt in diuinis. ⁊ ita intelligendo per patrem spirare prius filio origine / ipsuꝫ spirare a seipso ⁊ filium ab eo / constat ꝙ prius spirat pater ɋ̃ filius isto modo. ¶ Confirmatur. quia minor esset repugnantia / patrem spirare spiritum sanctum filio non spirante ipsum ɋ̃ ecōuerso nisi aliūde hoc repugnaret vt fuit declaratū in distinctione. 9. sed patrem spirare prius origine ɋ̃ filiū non est aliud ɋ̃ ipsum spirare a se / ⁊ filiū ab ipso: cui videlicet patri minus repugnaret nisi aliud obuiaret spirare filio non spirante ɋ̃ econuerso. ergo ⁊c. ¶ Ad secundum respondetur ꝙ aut per producens mediatum intelligitur producens qᵒ non producit nisi per medium vt per productiuum principium ab ipso distinctum: aut intelligitur aliquod vnū producens suppositum: a quo habet alterū suppositum ꝙ producat vnum ⁊ idem secū. Si intelligatᷣ primo modo / nullo modo est concedendū patrē spirare mediāte filio: sed bene scđo mō hoc intelligēdū.

¶ Primū ꝓbatur. quoniā principiū sancti spiritus spiratiuū est vnicum a patre ⁊ a filio īdistinctū/ nec magis filius est principiū huiusmodi spiratiuū patri/ ꝙ pater filio. ergo nec magis pater spirat mediāte filio isto modo ꝙ ecōuerso. ¶ Confirmatur. quia si pater hoc modo mediāte filio spiraret/ aut hoc esset quia spiratio ipsi immediate nō cōueniret/ aut quia spiratio ipsi īmediate cōueniēs nō terminaretur īmediate ad spiritū sanctū. sed non pōt poni primū cū pater sit ipsa spiratio actiua/ nec scḋm cū eadē sit spiratio actiua patris ⁊ filij: nec ꝑ ꝯñs spiratio vnius possit terminari īmediatius ad spiritū sanctū ꝙ alterius. ergo ⁊c. ¶ Scḋm videlicet ꝙ scḋo mō intelligēdo ꝑ patrē spirare mediāte filio sit ꝯcedēdū ipm sic spirare mediāte eo/ appet. quoniā cōstat vt sepe in ꝑcedētibus fuit dictū/ ꝙ pater ⁊ filius spirāt spiritum sanctū quē quidē spiritū sanctū spirare habet filius a patre. ergo ⁊c. ¶ Et si contra hec arguatur: quia spirare immediate est spirare sine omni medio: pater autem spirat immediate: ergo nō mediante filio: ¶ Ad hoc respondetur ꝙ licet pater dicatur spirare ⁊ spiret īmediate spiritum sanctum/ ⁊ sine omni medio vt est spiratio actiua immediate ad spiritum sanctum terminata: tamē inquātū ipse pater est a quo fili⁹ habet ꝙ spiret/ vt sic spirat vtiꝗ nō sine omni medio: sed scḋm ordinē originis supradictum. nullū eñ est incōueniēs dicere/ patrē spirare immediate vt est spiratio actiua ad spiritū sanctum terminata/ ⁊ mediāte filio inquātum est suppositū a quo filius habet ꝙ spiret. ¶ Ad tertiū iam fuit responsum in scḋa questione distinctiōis.ii. ¶ Ad quartū ⁊ vltimū respōdetur ꝙ si ꝑ istam/ spiritus sanctus spiratur nato filio/ intelligatur ꝙ spiritus sanctus incipiat spirari postꝙ filius est nat⁹ propositio est falsa. quia tres persone coeterne sibi sunt ⁊ coequales: cuius contrarium daret intelligere ista ꝓpositio modo ꝑexposito intellecta. ¶ Et quando arguitur: ꝙ si non spirat nato filio/ ergo est posterior eo: appa ret ꝙ nō sequitur. non enim valet magis illa cōsequētia ꝙ ista/ filius non precedit spiritum sanctū tēpore siue duratione ergo spiritus sanctus precedit filiū isto modo. quoniā nec per istā/ spiritus sanctus non spiratur postꝙ filius est generatus/ importatur nisi ꝙ ipse spiritus sanctus non est posterior tēpore siue duratione ꝙ filius. quare ⁊c. ¶ Si autem per istā· spiritus sanctus spiratur nato filio/ intelligatur ꝙ spiritus sanctus sit posterius posteritate originis spiratus ꝙ sit filius generatus/ sic potest concedi: nec contra hoc est illud symboli vbi dicitur ꝙ tres ꝑsone sibi sunt coeterne/ nec est in trinitate prius nec posterius: quia ibi nō negatur nisi illa prioritas ⁊ posterioritas que repugnat personis diuinis. talis autem non est prioritas nec posterioritas originis: sed durationis vel temporis. quare ⁊c. ¶ Sed nunquid pater prius origine generat filium ꝙ spiret spiritum sanctū? ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ non. tum quia actiua patris generatio ⁊ spiratio sunt idem totaliter in re extra. ordo autē originis nec potest esse nisi inter distincta aliqualiter in re extra. tum quia licet filius habeat ꝙ spiret a patre: et ideo possit dici spirare posterius origine ꝙ pater/ non sic intelligendo ꝙ iste ordo originis sit spirationis ad spirationem vt absolute sumptam: cū actiua patris et filij spiratio sit vnica: sed patris spirātis ad filium: tamen pater ipse nec spirationem nec generationem nec aliquid habet ab aliquo alio: sed tantummodo a seipso. ergo cum nihil existens in patre possit dici prius origine aliquo existente in ipso vt existente in ipso: licet vt existente in altero: nec per consequens pater potest dici prius generare nec posterius origine ꝙ spirare. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionē decimāquartā in qua magister incipit determinare de processione spirit⁹ sancti tēporali/ postꝙ determinauit in ꝑcedentibus de eius processione eternali: quia ipse Magister primo ostendit ꝙ sanctus spirit⁹ procedit a patre ⁊ a filio tēporali processione: secundo querit vtrū spiritus sanctus detur aliquādo ab aliquo viro sancto: ideo quero de istis duobus. Et primo de primo. vtrū spiritus sanctus detur seu mittatur tēporaliter a seipso/ an tantū ab alio: videlicet a filio ⁊ a patre. ¶ Et videtur ꝙ non tantum ab alio: sed etiam a seipso. quia cum indiuisa sint omnia trinitatis opera/ omnis effectus in re productus est totius trinitatis ⁊ cuiuslibet personarū: sed missio sancti spiritus seu donatio creature facta est aliquis effectus visibilis vel inuisibilis secundū ꝙ differenter mittitur seu donat ipse sanctus spiritus vt dicetur in sequētibus. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia ab eodem tantum ⁊ non ab alio persona diuina datur seu mittitur a quo producitur. sed spiritus sanctus non ꝓducitur a seipso sed a patre ⁊ a filio. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic procedam. Primo enim inquiram quid per tēporalem sancti spiritus processionem/ missionem/ ⁊ donationem sit intelligendum. Secundo dicam ad quesitū. Tertio soluam vnum dubium.

Quantum ad primū dicitur communiter ⁊ bene ꝙ trinitatem dare spiritum sanctum creature: est ipsam trinitatem dare aliquod donū creature quo mediante natum est ipsi manifestari spiritum sanctū per modum volūtatis esse: sicut ⁊ est/ productū. Trinitatem autē mittere spiritū sanctū nō est aliud ꝙ ipsam mittere creature ītellectuali aliquod donū ꝑ qḋ ipi natū sit fieri manifestū spiritū sanctū sic esse ꝓductū. Spiritū sanctū procedere tēporaliter a trinitate nō est aliud ꝙ ab ipa trinitate tota ꝓcedere aliquod donū quo natum est manifestari creature spiritū sanctū ipm esse mō ꝑdicto ꝓductū. ¶ Ista ꝓbātur ꝑ magistrū dicētē.c.i. huius distinctiōis ꝙ missio hmōi est dei operatio: ⁊ ꝑ hoc ꝓbat ꝙ quelibet persona mittat: videlicet quia trinitatis oꝑa sunt indiuisa. missio autē sancti spirit⁹ est oꝑatio ad extra aliqua manifestans ꝑsonā ꝓductā que sola mittitur. non enim persona improducta qualis est solus pater dicitur vnꝙ missus. vnde Augustinus.2. de tri.c.5. Solus inquit pater nūꝙ legitur missus. ergo cū scḋm magistrū sentētiarū spiritus sancti missio/ vel datio/ seu temporalis ꝓcessio non sit aliud ꝙ aliqua dei operatio manifestans personā productā que nō manifestatur aliter nisi ꝑ hoc ꝙ manifestatur suus modus procedendi a ꝑsona ipam ꝓducēte siue sua passiua ꝓductio/ ꝑ ꝯsequens bene dictū est ꝙ spiritū sanctū ꝓcedere temporaliter vel dari vel mitti non est aliud ꝙ donū aliquod a tota trinitate procedere: seu creari creature dari seu mitti: quo mediante natū est ipsi fieri manifestum spiritum sanctū esse tali modo ꝓductū. ¶ Ex quib⁹ apparet ꝙ ista noia/ spiritus sancti tēporalis processio/ missio/ ⁊ datio sunt nomina synonyma ⁊ idē omnino significātia: videlicet donū aliqḋ a deo esse collatum sancti spiritus manifestatiuū. ¶ Et si queratur quo modo donū huiusmodi possit magis repŕsentare vnā ꝑsonā ꝙ aliā cū sit effectus cōmunis totius trinitatis: ⁊ per ꝯñs omniū ꝑsonarū: ¶ Ad hoc respōdetur ꝙ hoc est vel quia effectus ille/ licet omniū ꝑsonarū/ est tñ appropriatus alicui ipsarū: vel ꝑsone illi ꝓducte ꝙ dicit mitti mediāte effectu tali: vel quia effectus ille pertinet ad secundam vel ad tertiam partem imaginis create. ⁊ ideo effectus

pertinens ad secundā partē imaginis repſentat secūdā
personam productā modo intellectus sicut est producibilis
talis effectus: videlicet mētis cōceptus seu intelligendi
actus. si aūt pertinet ad tertiā partē imaginis / vt
sez ē amor / repſentat tertiā ꝑsonā ꝓductā mō volūtatis.
¶ Et si contra hoc arguatur: quia tunc sequeretur ꝙ si
esset effectus pertinens ad primam partem imaginis vt
species pertinens ad memoriam / representaret primam
personā esse missam: cū tamen prima persona nō legatur
missa. ¶ Ad hoc respondetur: ꝙ licet talis effectus repſentaret
primam personam: nō tamē representaret eam
missam: quia effectum representare personam missam est
ipsum repſentare personā esse productā. ⁊ ideo quia prima
persona nō est ꝓducta: nec ꝑ cōsequēs potest ꝑ effectum
aliquē repſentari siue manifestari vt producta seu
vt improducta: ideo nec dicitur mitti / nec vt missa representari
nisi velis cōtra cōmunē vsum doctorū vtentiū talibus
vocabulis personam mitti / personā ipsam manifestari
esse productā si est ꝓducta / ⁊ improductā si improducta.
hoc enī mō accipiēdo vocabulum missionis seu tēporalis
spiritus sancti processionis: non tantum dicitur
mitti persona ꝓducta: sed etiam improducta. ¶ Sed cōtra
hoc qd̄ dictū est / vez effectū pertinentē ad diuersas
partes imaginis representare seu manifestare diuersas
personas / vt effectū pertinētē ad secūdam partem / secūdam
/ ⁊ ad tertiā partē / tertiā personā / videtur posse arguī:
quia omnis notitia pertinet ad secūdā partē imaginis
create ⁊ amor ad tertiā: sed aliqua notitia a deo create
intellectuali infusa posset esse representatiua ⁊ manifestatiua
spiritus sancti vel patris nō secūde persone
videlicez filij: aliquis etiā actus amoris videretur magis
esse representatiuus prime vel secūde ꝑsone diuine ꝙ tertie.
ergo nō omnis effectus ꝑtinēs ad primā partē imaginis
repſentat ꝑsonā primā / nec pertinēs ad secūdam
partē / scdāz / nec ad tertiā tertiā: sed aliquādo ecōuerso.
¶ Minor ꝓbatur. quia notitia repſentat seu manifestat
suū obiectum magis ꝙ aliquid aliud qd̄ nō est eius obiectū.
amor etiā si est alicuius rei repſentatiuus magis videtur
esse sui obiecti repſentatiuus seu manifestatiu' ꝙ
alicuius alterius. idē dico de specie ad primā partē imaginis
ꝑtinente: videlicez ꝙ magis obiectū suū ꝙ aliquid
aliud manifestat. sed species ipsa potest eē nō patris sed
filij vel spirit' sancti repſentatiua vt sui obiecti. notitia
aūt ecōuerso / licz ad secūdā partē imaginis ꝑtinēs / pōt
esse prime ꝑsone vel tertie trinitatis / ⁊ amor ad tertiam
imaginis partē spectās potest esse prime vel secūde ꝑsone.
ergo ⁊c. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ duplex est manifestatio
seu repſentatio. Una enī est quasi vniuoca / ⁊ alia quasi
equoca. Repſentatio seu manifestatio vniuoca hic vocatur
illa q̄ fit ꝑ aliquid aliquo modo simile repſentato.
et hoc modo diuerse partes create imaginis manifestāt
seu repſētāt diuersas ꝑsonas trinitatis. Repñtatio aūt
equiuoca hic vocatur que non sic fit per simile / sed magis
per dissimile obiecto repſentato: modo quo termin'
vocalis vel conceptus mētis repſentat obiectū ꝓprium
vt signū suuz signatum. non enī signū est simile / sed potius
dissimile suo signato. vnde magis omnes voces et
mentis ꝯceptus sunt īter se similes ꝙ cū rebus significatis.
nec tamē vnū horum signorum est alterius signū representatiuū:
sed omnia sunt signa repſentatiua suorum
signatorum / licet ab eis magis ꝙ ipsa inter se differāt / distinctorum.
¶ Tunc ad ꝓpositum dico ꝙ licet non semꝑ
effectus ꝑtinēs ad primā partē imaginis repſentet primā
ꝑsonā / nec pertinēs ad secundā partē scdām / nec ad
tertiā tertiā isto secūdo modo videlicet equiuoce: modo
quo signū repſentat suuz obiectum signatum: tamen isto
modo vt arguit̄ ⁊ bene / prima pars imaginis possit esse
representatiua secūde ꝑsone vel tertie: ⁊ secūda pars prime
ꝑsone vel tertie: ⁊ tertia pars prime ꝑsone vel secūde:
tū nō est sic primo modo accipiēdo repſentationem seu
manifestationē puta vniuocā: q̄ vez fit ꝑ aliquid aliquo
modo simile obiecto repſentato. Hoc enī modo oīs notitia
q̄ est scda pars imaginis / est repſentatiua filij: esto ꝙ
sit patris vel sancti spiritus vt obiecti: q2 oīs notitia cuiuscūq3
ꝑsone diuine / vel etiā rei create / est in hoc similis
verbo increato: ⁊ ideo eius repſentatiua: q2 exigit qñ naturaliter
ꝓducitur ꝑ ꝑ se principio ꝓductiuo naturā intellectualē
inquātū intellectualis est: cui vt sic repugnat
agere cōtingēter seu libere. ⁊ ideo dicit̄ ꝓduci modo nature.
Consimile suo modo est in verbo increato vt fuit in
precedentibus declaratū. Amor etiā qui est tertia pars
imaginis est tū hoc mō: vez ꝑ modū similis repſentans
solā tertiā trinitatis ꝑsonā ꝓ quāto sicut illa exigit pro
per se principio ꝓductiuo naturā volitiuā inquātū volitiua
est: cui vt talis est cōuenit agere libere nō mō nature
pro quāto ipsi vt hoc modo considerate nō repugnaret
etiā ad intra nisi aliūde oriretur huiusmodi repugnantia
agere ꝯtingēter: ita ⁊ de amore creato aliquo mō ꝯsimiliter
est dicēdū. ¶ Et ideo ad ꝓpositū vel ꝑsonā mitti est
ipsam manifestari in aliquo quomodocūq3 eius repſentatiuo
/ vel nō nisi in aliquo eius repſentatiuo ꝑ modū quo
simile alterū sibi aliq'o mō simile manifestat. Si primū
dicat̄: vtiq3 ꝯcedendū est secūdā ꝑsonā posse mitti nō tū
mediāte aliq̄ dono ad secūdā ꝑtē imaginis sed etiā ad
primā vel ad tertiā pertinēte vt mediāte specie vel amore
ipsi' tātūmodo vt obiecti. Cōsimiliter de ꝑsonis alijs
est dicēdū. videlicz ꝙ hoc modo possunt ꝑ diuersas ꝑtes
imaginis ꝑsentari. Si aūt ponat̄ secūdū: vt sic nec missio
quia nec repſentatio seu manifestatio alicuius determinate
ꝑsone fit nisi mediāte determinato effectu ad determinatā
partē imaginis ꝑtinēte: sicut filius isto modo
manifestat̄ ꝑ notitiā / ⁊ spiritus sanctus ꝑ amorē vel per
aliqua diuersis appropriata ꝑsonis: vt fili' ꝑ habitualē
sapientiā / ⁊ spirit' sanctus ꝑ gratiam. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundum dicitur ꝙ mittere
dupl'r pōt sumi. Uno modo large: ⁊ sic non est aliud
ꝙ manifestare personam aliquam productam per donū
aliquod ipsi appropriatū ipsam representans esse productam.
⁊ vt sic accipiendo mittere cum non sit aliud ꝙ tale
donum creature conferre / ⁊ donū huiusmodi sit cōmunis
totius trinitatis effectus / per consequēs ⁊ mittere
conuenit personis omnibus: ita ꝙ spiritus sanctus non
tantū mittitur isto modo a patre ⁊ a filio / sed etiam a se
ipso. nec hoc est inconueniens: imo sic est necessario dicēdū:
cum omnes effectus a personis oībus ꝯsimiliter ꝓducatur.
sicut enī oēs tres ꝑsone operate sunt humanitatem
assumptā / ⁊ ipsam ꝓductā vniuersit vni ipsarū tantum
modo quo plures homines possent vnū tantū induere ex
seipsis / ita ⁊ tres oēs ꝑsone possunt effectiue manifestare
creature vnā de seipsis tantū ꝑ aliquod donū qd̄ repſentat
personā istam manifestatā esse productam. ⁊ ideo
sicut ipse dei filius humanitatem quā assumpsit produxit
/ sibiq3 vniuit: ita ⁊ potest donum aliquod eius representatiuum
producere ⁊ creature conferre / ⁊ ꝑ cōsequēs
se mittere. Cōsimiliter est dicēdū de spiritu sancto. Alio
autē modo sumitur mittere magis stricte. ⁊ sic nō est idē
qd̄ manifestare absolute: sed manifestare cū auctoritate
mediāte tali dono collato ꝑsonā / que missa dicit̄ / eē productā.
⁊ isto modo sumēdo mittere nō oēs persone dicūtur
mittere / sed tantū ꝑsone ꝓducēs dicit̄ mittere ꝑsonā
productā manifestatam. vnde ⁊ hoc mō accipit mittere
Augustinus secundo de tri. c. 5. vbi loquens de missione
filij / dicit ꝙ exire a patre et venire in mundum / hoc est

mitti. semper enim persone producenti attribuitur auctoritas licet non maior nobilitas ꝙ̄ persone producte. Et ideo intelligendo per primam mitti ipsam manifestari ꝑ esse ab illa cui attribuitur auctoritas/sicut sola persona producta dicitur missa/ita ꝛ a sola persona ipsam producente dicitur esse missa. ꝛ hoc modo non dicitur spiritus sanctus mitti a seipso:sed tantū a filio ꝛ a patre:sicut nec filius a seipso/nec a spiritu sancto:sed a patre solo. Primo autem modo accipit mittere Augustin⁹.2.de tri.c.5. vbi dicit ꝙ filius a patre sine spiritu sancto mitti nō potuit. constat enim ꝙ illo primo modo accipiendo mittere nulla sine alijs omnibus potest mittere sicut nec aliquid ad extra agere. Ex quo apparet ꝙ aliter est loquē dum de mittere actiue ꝛ aliter de mitti passiue. quoniam quomodocūꝙ sumatur mitti passiue potest esse vnius solius persone: non autem mittere effectiue. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimū:dubiū hic soluendū est: vtrum spiritus sanctus detur creature siue mittatur in ꝓpria persona vel tantū mediāte aliquo suo dono. ¶ Ad hoc respondet magister sententiarū in litera distinctione ista.c.2. ꝙ vtiꝙ spiritus sanctus datur non tantum in aliquo eius dono:sed etiam in seipso et in sua ꝓpria persona. qđ etiam probat ibi ꝑ Augustinū ꝛ Ambrosiū satis prolixe. ¶ Sed tūc est dubium quomodo sit intelligendum. constat enim ꝙ tota trinitas est realiter ꝛ secundum se vniformiter semper presens cuilibet creature:nec per consequens aliqua persona diuina secūdū se nouiter aduenit creature/sicut nec magister intendit dicere nec alij vt Augustinus ꝛ Ambrosius/per quos ꝓbat spiritū sanctū dari seu mitti in ꝓpria ꝑsona. ¶ Et ideo hoc exponitur. Uno modo ꝙ spiritus sanct⁹ dicatur donari in ꝓpria persona ex hoc quia donū creatum repꝛ̄sentans ipsum esse productum quo datur/non solum denominat effectū sancti spiritus videlicet scip̄m sancto spiritui appropriatū dari creature:sed etiam secūdum aliquē modum loquēdi sanctorum denominat ip̄m spiritum sanctū secundū se ꝛ in ꝓpria persona esse datum creature/seu missum. cū personā mitti seu dari creature ratiōali/hoc ē esse manifestatā actu vel habitu ipsi sit ipsā per aliquod donū tali persone appropriatū manifestari et esse productam. vnde Augustinus q̄rto de tri. cap. penl. Spiritui sancto donū eē ē a patre procedere ꝛ mitti est cognosci qđ ab illo procedit. ex quo apparet ꝙ Augustinus non intendit dicere ꝙ spiritus sanctus mittatur/nec mitti dicat/nec filius tēporaliter creature rationali in ꝓpria persona:nisi quadā denoīatione extrinseca sumpta ab isto dono ipsi appropriato collato creature rationali cui ꝑsona ꝓducta ꝑ tale donū repꝛ̄sentata dicitur mitti. ¶ Alio modo exponit ꝛ cōmunius ꝙ spiritus sanctus dicitur in ꝓpria persona datus ꝓ quāto ad collationē doni creati aīe rationali ipse spiritus sanctus est ipsi datus ad eam diligendū/ac ad bonū sibiꝙ ꝓficuū excitandū:ꝛ ideo dicitur ipsi dari sicut amicus dicit esse illi quē diligit datus/pro quāto ille ab eo dilectus potest ipso vti in omnibus ipsi vtilibus licitis ꝛ honestis. ꝛ licet hoc videlicet creaturam rationalem diligere ac ipsā ad bonum mouere mediante ipsi collato dono gratie sit toti trinitati cōmune:appropriatur tamen spiritui sancto propter donū ipsum collatum: quo mediante fiūt talia ipsi appropriata. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis. est enim vera cōclusio vtriusꝙ ratiōis/accipiēdo mittere diuersis modis. Si enim accipiatur large/est omniū personarum vt probat prima ratio. si autem ꝓprie/est solius producētis persone vt probat ratio secunda.

Secundo quæro de secundo de quo magister inq̄rit in vltima parte hui⁹ distinctionis: videlicet vtrum spiritus sanctus detur alicui seu mittatur ab aliquo viro sancto. ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniam ab eodem spiritus sanctus creature ratiōali mittitur siue datur a quo ei donū gratie vel quodcūꝙ aliud sancti spiritus procuratur. sed constat ꝙ dona sancti spiritus obtinētur ꝛ procurantur multis a viris sanctis ꝛ iustis. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. quia spiritum sanctū mittere est aliquod eius donū conferre:sed talis doni productio ꝛ collatio est possibilis soli deo non alicui viro sancto. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic procedā. Primo enim inquiram an spiritus sanctus detur aliquā do sine dono charitatis. Secūdo dicam ad quesitū: videlicet an spiritus sanctus detur a viris sanctis. Tertio. ostendā quomodo mitti conuenit vel non conuenit omnibus personis.

Quātum ad primū dicitur ꝙ spiritus sanctus non datur rationali creature perfecte sine charitate seu gratia gratum faciente. quia sicut dicit magister in litera/temporalis perceptio sancti spiritus est ad sanctificādū creaturam. nulla autē rationalis creatura potest perfecte sanctificari nisi mediante gratia spiritus sancti. ergo nec sine ipsa habita datur spiritus sanctus perfecte:cū nullū alium nisi habentem ipsam deus accepet ad vitā eternam. potest tamen imperfecte ꝛ secundum quid dari sine charitate ī alijs gratijs gratis datis. ¶ Sed hic modus dicendi non videtur conueniēs. quoniam vt dictum est in alia questione: spiritū sanctū dare nō est aliud ꝙ̄ cōferre creature aliquem effectū repꝛ̄sentātem ipsum spiritum sanctum esse taliter procedētem. ergo in quocūꝙ manifestante seu representante spiritū sanctum isto modo/dari potest ip̄e spiritus sanctus siue mitti. sed sine omni gratia gratum faciēte potest conferri homini aliquis effectus ipsi sancti spiritus expressiu⁹ seu manifestatiuus. omnis enim actus amoris est representatiuus spiritus sancti ꝛ processionis eius quodāmodo vniuoce. notitia autem est representatiua ipsius quodā modo equiuoce:vt dictum est in alia questione. ergo cum vtrūꝙ istorum videlicet tam amor ꝙ̄ notitia possit haberi ꝛ a deo infundi sine gratia gratum faciente: sequitur ꝙ sine ipsa possit spiritus sanctus dari. ¶ Confirmatur. quia si spiritum sanctum dare est effectum ipsi appropriatum ac representantem ipsum esse productum creature rationali conferre/quāto effectus homini collatus est spiritui sancto magis appropriatus ac ipsi⁹ ꝛ productionis ei⁹ magis seu euidētius representatiuus:tanto magis proprie ꝛ perfecte potest dici spiritus sanctus datus. sed amor actualis est effectus magis spiritui sancto appropriatus ac magis eius ac sue productionis representatiu⁹ ꝙ̄ amor habitualis:qualis amor est gratia gratum faciens. notitia etiā spiritus sancti euidentius est equiuoce eius repꝛ̄sentatiua ꝙ̄ ip̄a habitualis gratia. ergo ꝛc. ¶ Et ideo quantū ad istū articulū aliter est dicēdum: vel saltem est illud qđ cōmuniter dicit exponēdum. ¶ Ad cuius euidentiā est sciēdū ꝙ dupliciter potest intelligi spiritū sanctū perfecte dari seu mitti creature rationali. Uno mō quo dicat perfecte datus quoniam effectus creature rationali collatus/in quo ip̄se dicitur esse datus/est perfecte ipsum repꝛ̄sentans quātū est possibile ip̄m ꝑ creaturam aliquā representari seu manifestari. et hoc vel vniuoce vt representat per actū amoris sibi appropriatū:vel equiuoce vt representaretur per actū cognitionis ipsius spiritus sancti licet verbo appropriatum si talis actus īfunderet. Alio modo potest intelligi

et sic cōmuniter a sanctis et ab alijs intelligitur spiritū sanctū dari perfecte perfectione supernaturali: qualis ꝑfectio hic vocatur precise illa forma que est signū ꝓpriū electorū per quā rationalis creatura sanctificatur: quia vt digna eterna gloria acceptatur. ⁊ ideo isto mō spirit⁹ sanctus dicit̄ creature rationali ꝑfecte dari vtiliter siue perfectione vtili/ cū nihil ipsi in hac vita possit esse vtili⁹ tali forma vez gratia gratū faciēte supnaturali. Primo autē modo dicit̄ dari ꝑfecte ꝑfectione se tenēte ex parte repn̄tātis signi vez ipsius effectus collati creature rationali in quo effectu ipse spiritus sanctus est perfecte ⁊ euidentius q̄ in alijs impressis.

Hoc premisso: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ accipiēdo missionē seu dationē sancti spiritus primo mō/ sanctus spiritus pōt a deo cōferri seu mitti creature rationali etiā ꝑfecte absq̄ aliquo charitatis dono: nō tñ sic dat̄ cōiter de facto. ¶ Hec quātū ad primā ptē: vez q̄ possit ꝑfecte dari sine dono gratie isto mō/ ꝓbata est supius: qm̄ quanto effectus in quo dat̄ sanctus spiritus est magis ipsi appropriat⁹ vel magis manifestās seu repn̄tās ipm̄ esse ꝓductū/ tāto ipse spiritus sanctus dicit̄ datus seu missus ꝑfectius isto modo: sed alia a charitate seu gratia gratū faciēte sunt spiritui sancto magis appropriata vel euidētius eius repn̄tatiua vel vniuoce vt actus amoris: vel equiuoce vt actus cognitionis ḡ cū deus ipse possit infundere vtrūq̄ istorū actuū tam cognitionem videlicet spiritus sancti q̄ dilectionē actualē ipsius vel alterius sine gratia gratū faciente: in vtroq̄ horū per cōsequēs posset perfecte sanctum spiritū dare seu mittere isto modo. ¶ Secunda pars: videlicet q̄ non sic pariter fiat de facto/ apparet tum quia nec cōmuniter deus infundit actum cognitiuū nec appetitiuū sed habitum: tum quia nec actum nec habitum infundit cōmuniter sine gratia gratū faciēte. cōstat enim q̄ quando in baptismo fides/ spes/ ⁊ virtutes alie infundūtur cum eis gratia simul infundit̄. ⁊ hinc est q̄ indispositus ad gratiam vt ficte veniēs ad baptismū nō recipit aliquam aliarum virtutum. quia nullam aliarum deus statuit infundere sine gratia gratum faciente: licet postq̄ contulit ipsas simul cum gratia eas non auferat siue subtrahat quotiēs subtrahit gratiam: alias nō maneret in aliquo existente in peccato mortali fides nec spes nec aliqua virtus alia. qd̄ est falsum. quando etiam postea deus infundit augmentum talium virtutum cum charitate insimul infusarum infundit augmētum ipsius charitatis: cum augmentum huiusmodi infundatur propter aliquē actum meritoriū/ qui quidē principalius meretur aliquē gradum charitatis. ergo ⁊c̄. ¶ Secūda cōclusio est: q̄ spiritus sanctus primo datus seu missus cū charitatis dono remanet modo ṗdicto videlicet primo datus sine ipso charitatis dono prius collato. ¶ Hec sequitur corollarie ex ṗdictis. quoniā existente in creatura rationali supnaturali aliquo dono dei repn̄tāte ipsi aliquā diuinā personā productam que sola dicitur mitti seu dari/ manet in ea talis persona datū ipsi per donū supernaturale huiusmodi ṗsentata. sed fides supnaturalis infusa simul cū gratia est habitus cognitiuus personarū diuinarū omniū ꝓductarū. per fidē enim cognoscimus filium esse a patre/ ⁊ spiritū sanctū a patre ⁊ a filio eternaliter ꝓcedentē. huiusmodi autē fides manet vt dictū est cum mortali peccato: ⁊ per consequēs subtracto gratie spiritus sancti dono. ergo licet spiritus sanctus nō detur nec filius sine charitatis dono/ tamē datus cum ipso remanet in multis datus spirit⁹ sanctus ⁊ filius sine ipso. ¶ Et si queratur an talis habēs sine charitate talia supnaturalia dona dei vt fidem ⁊ spem possit sine charitate mereri eorū augmētum: Ad hoc videtur esse dicendū q̄ non. licet enim talis possit fidem ⁊ spem alterius rationis a fide ⁊ a spe infusis acquirere ac eorum augmentū ex diuersis actibus modo quo acquiruntur alij naturales habitus: non tamen augmentum istorum habituum infusorum: quoniam isti supponuntur esse habitus supernaturales soli deo effectiue possibiles: nec per cōsequēs possunt postq̄ habiti perfici seu intendi magis q̄ primo nouiter fieri/ nisi sola virtute dei. sed sicut de⁹ statuit eos primo non conferre sine charitate ita nec postea statuit eos perficere: seu ipsorum augmentum infundere sine ipsa. q̄re ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: q̄ accipiendo donationem sancti spiritus secundo modo/ nulli creature rationali mittit̄ siue donatur sine charitatis dono. ¶ Hec apparet tantum ex fide. constat enim: licet non aliter q̄ per fidem/ gratiā esse homini necessariam ad vitam eternam: quia gratia dei vita eterna: sed spiritum sanctū dari perfecte isto modo est ipsum dari in aliquo effectu sic perfecte vtili creature rationali q̄ eo mediante ipsa acceptatur vt vita eterna digna. talis autem effectus non est nisi gratia gratum faciens. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: q̄ licet spiritus sanctus non detur isto modo sine gratia gratum faciente: tamē non datur in sola gratia ipsa: sed etiam in alijs donis que cum ipsa insimul conferuntur. ¶ Hec apparet. quoniam in quocūq̄ effectu representante sanctum spiritum vel filium esse ꝓductum necessario homini ad salutem datur sanctus spiritus vel etiam filius isto modo. sed fides que est de generatione verbi ⁊ spiratione spiritus sancti ⁊ per consequens representans istas duas personas diuinas esse ꝓductas/ est necessaria homini ad salutez. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundum est sciendum q̄ dupliciter potest spiritus sanctus dari. Uno enim modo potest dari ab aliquo causaliter seu effectiue: modo quo datur ab illo qui immediate efficit ⁊ infundit illud donū in quo spiritus sanctus dat̄. ⁊ hoc modo cōstat spiritum sanctū nō posse dari ab aliquo alio q̄ a deo: saltē quādo datur mediante aliquo dono supnaturali nulli effectiue possibili nisi ipsi. ⁊ hoc modo accipit Augustinus spiritū sanctū dari. 15. de tri. c. 26. vbi dicit. quomō deus nō est q̄ dat spiritū sanctuz? Scḋo mō potest dici dari ab aliquo occasionaliter/ modo quo dat̄ ab illo qui licet nō sit causa efficiēs nec infundēs homini illud donū in quo spirit⁹ sanctus dicit̄ ipsi dari/ est tñ occasio illius. ⁊ hoc mō spūs sanct⁹ dat̄ nō tm̄ a viris sanctis: sed etiā ab iniustis. hoc enī modo oēs ministrātes tā iusti q̄ iniusti debite aliqd̄ ecclesiasticum sacramētū dāt ipsi vez illi cui ministrāt occasionaliter spiritū sanctū. est enī quilibet eoꝝ occasio q̄ illi gratia cōferatur: cū sacramētū per ipm̄ illi ministratū sit antecedēs ad qd̄ collatū deus statuit ꝯferre tale ꝯsequēs puta gratie donū in quo dicit̄ ipsi dare spiritū sanctū. Hoc etiam modo oēs licet mali alium in fide instruētes ⁊ tandē ad bonū cōuertētes dicuntur ipsi spiritū sanctum dare. boni autem viri ⁊ iusti dicuntur nō solum sic dare alijs spiritū sanctū: sed etiam alio modo videlicet meritorie: vt pro eis orando ⁊ bona alia faciendo quibus mediantibus merentur eis gratiam sancti spiritus: qd̄ non possunt sic facere peccatores cū non sint in statu merendi. ¶ Hec de secundo.

Quantū ad tertium & vltimū apparet ex precedentibus quid dicēdum. quoniam si temporalis persone diuine missio seu donatio diceretur ipsius persone manifestatio/ ꝯstat q̄ mitti īdifferēter ꝑsonis oīb⁹ cōueniret. nō enī magis vna ꝑsona q̄ alia ē creature rōnali

manifestabilis aliq̃ effectu ipsi appropriato mediante ipsam repñsentante:sed non sic sumitur a doctorib⁹ catholicis nec a sanctis missio personarum:quã missio psone diuine vt a sanctis accipitur pter manifestationẽ includit et exigit q̃ psona diuina missa seu manifestata sit pducta. ⁊ ideo lʒ prima persona possit creature rationali per aliquod donuʒ ipsi appropriatum manifestari: tñ ex hoc qꝛ non est pducta ab alia:ideo nõ dicitur ipsi mitti. vnde Augusti.4.de tri.cap.vltimo de hoc loquens sic ait: Pater cũ ex tempore a quocꝙ̃ cognoscit̃ non dicit̃ missus. cui⁹ rationem ponit cũ subdit. Nõ eñi habet in quo sit aut ex quo pcedat. Sic ergo hoc mõ pprie accipiendo missionem psone sicut ⁊ a sanctis accipitur/cum missio psone sit manifestatio solius psone pducte:per cõsequens mitti non puenit psonis omnibus sed solis duabus pductis veʒ filio ⁊ spiritui sancto. vtraꝙ̃ aũt istarũ psonarũ legit̃ de facto missa in scriptura sacra. filium inquã missum asserit apostolus ad Galatas.4.dicens. At vbi venit plenitudo temporis in q̃ misit deus filium suum. Spũm aũt sanctum christus misit ⁊ mittere apostolis pmisit Joan.15.cũ dixit. Cũ venerit paracletus quẽ ego mittã vobis a patre spiritum veritatis ⁊c. Pater autem nunꝙ̃ legit̃ esse missus. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rõnẽ in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem decimam quintã in q̃ magister inquirit an spiritus sanctus mittat̃ temporaliter a seipso/⁊ an patri conueniat missio:viso de istis duobus ex pcedentibus in dist. alia q̃d dicendũ: Quero hic primo vtrum missio filij ⁊ spũs sancti sit secundum eadẽ dona dei. ¶ Et videtur q̃ sic:quia idẽ donum dei sicut donũ fidei est repñsentatiuum filij ⁊ spũs sancti:sed omnis persona pducta dicitur mitti creature rationali mediante dono collato ipsi representante ipsaʒ personam pductam. g̃ ⁊c. ¶ Contra:quia diuersis personis diuersa appropriantur:sed omnis psona pducta dicitur mitti mediãte effectu aliquo ipsi appropriato:⁊ ideo eam magis q̃ aliam repñsentante siue manifestante. g̃ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic pcedam. Primo eñi dicam ad q̃sitũ videlicet an filius ⁊ spũs sanctus mittant̃ secundum eadem an secũdum diuersa dona. Scdo soluam quoddã dubiũ/videlicet an vna persona diuina mittatur sine alia.

Quantum ad primũ dicitur communiter q̃ non mittuntur secũdum eadẽ dona:sed secundũ diuersa:qꝛ ⁊ diuersa sunt dona filio ⁊ spiritui sancto appropriata. dona eñi ptinentia ad voluntatem appropriãtur spiritui sancto:alia aũt ptinentia ad intellectum filio:et ideo mediantibus primis dicit̃ mitti spũs sanctus: ⁊ mediantib⁹ scdis veʒ ptinẽtibus ad intellectũ filius. nec tñ ex hoc ẽ intelligendum q̃ sicut quotiẽs volũtas inflammatur charitate totiens spũs sanctus mittit̃:q̃ ita etiaʒ totiens dei filius mittat̃ quotiens intellectus ad cognoscendum verum aliq̃d illustrat̃:quia nec filius dicitur pfecte mitti nisi qñ donum supnaturaliter ptinens ad intellectum simul cum dono charitatis ad volũtatem ptinẽtis infunditur. nec enim in cognitione naturali dicit̃ pprie filius mitti nec pfecte ł aliqua alia nisi simul cũ ipsa charitas infundatur. ¶ Sed cõtra istum modum dicẽdi arguo:quoniam oĩs psona pducta põt pprie dici missa ł quocunꝙ̃ dono supnaturali collato creature rationali representante psonam illam esse pductam:sed donum supnaturale appropriatuʒ vni psone est repñsentatiuũ nõ tñ illius cui est appropriatum:sed etiam alterius different̃.

Donũ eñi sapientie licet sit appropriatum filio:ipsumꝙ̃ vniuoce vt dictuʒ est in distinctione alia/repñsentet:nihilominus si est sancti spũs vt obiecti erit eius repñsentatiuũ equiuoce: modo q̃ signum aliq̃d representat suum signatum. amor etiam lʒ sit appropriatus spiritui sancto:si tñ est amor filij generati vt obiecti videt̃ q̃ in ipso possit ipse dei filius dici mitti. g̃ ⁊c. ¶ Et ideo q̃tũ ad istum articulum aliter est dicendũ:vel salteʒ illi cõi ⁊ vulgato dicto aliq̃d ad eius intelligentiam est addendum. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendũ:q̃ cũ psonam diuinam pductam mitti sit ipsaʒ creature rõnali manifestari:sicut potest dupliciter representari seu manifestari:ita etiam põt dupliciter dici mitti siue dari. Põt siquideʒ vno mõ manifestari siue representari q̃si vniuoce:modo quo repñsentatur in illo effectu cui⁹ pductio naturalis est aliqualiter similis pductioni ipsius psone repñsentate. ⁊ hoc modo est veruʒ illud commune dictum/veʒ q̃ ipse psone diuine non mittuntur secunduʒ dona eadem sed scdm diuersa. quia hoc modo psonam mitti siue donari est ipsam in effectu cui⁹ pductio assimilatur pductiõi persone pducte misse/manifestari:sed nõ omnis effectus pductus est similis pductioni cuiuscũꝙ̃ psone diuine:sed vt sic amoris pductio est similis pductioni spirit⁹ sancti/⁊ cognitiõis pductio gñationi verbi sane intelligẽdo. Et ita isto modo verũ est q̃ diuerse psone mittuntur sicut ⁊ manifestantur mediãtibus donis diuersis:vt psona filij mediantib⁹ donis ptinentibus ad intellectum: ⁊ persona spũs sancti mediantibus alijs ptinẽtib⁹ ad effectuʒ:quia ⁊ prima dona sunt filio appropriata ⁊ alia spiritui sancto/ppt̃ diuersos modos q̃bus dona hmõi diuersa saltem illa que sunt naturaliter possibilia sunt pducibilia/quodã modo illis cõsimiles quibus in diuinis filius ⁊ sanctus spiritus pducũtur. Alio mõ persona põt manifestari nec sic vniuoce sed quodam modo equoce: mõ quo signum manifestat ⁊ repñsentat suum signatum:⁊ hoc mõ vocando psone missionem talem eius manifestationem/persone mittunt̃ sicut ⁊ manifestantur per eadem dona ⁊ ad eandem ptẽ imaginis pertinentia. licet enim notitia q̃ est scda pars imaginis filium vniuoce repñsentet:tñ põt esse sancti spirit⁹ spirati a pr̃e ⁊ a filio vt obiecti:⁊ p̃ cõñs representatiua seu manifestatiua ipsius nõ vniuoce vt sancti spũs:sed equoce per modũ quo signum/licet in nullo suo signato simile representat ipsum. si autem actus vel habitus cognitiuus sit filij vt obiecti representabit ipsum dupliciter videlicet vniuoce modo in precedentibus explicato/⁊ equiuoce vt respicit ipsum tanꝙ̃ signum suum signatum. In actu etiaʒ vel habitu voluntatis si sit filij generati vt obiecti videt̃ ipse filius posse isto modo pprie dici dari quãtuncunꝙ̃ talis actus vel habitus non sit ipsi sed spiritui sancto appropriatus. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundũ & vltimum distinguitur de duplici missione. Est eniʒ vna missio persone visibilis q̃ fit mediante aliquo signo sensibili:qualis missio fuit verbi apparẽtis in specie hoĩs/⁊ spũs sancti missi in die pentecostes apostolis in linguis igneis:⁊ talis cõstat q̃ est missio vnius persone sine alia. solus eñi dei fili⁹ humanitatẽ assumpsit:nec per cõñs psona alia in specie hominis visibiliter missa fuit. Spũs etiam sanctus dicitur aplis in illis linguis igneis tñ missus:qꝛ licet ignis ille respiceret quamlibet personarum/vt effect⁹ suum principium effectiuum:non tñ vt signum signatũ nisi tñ spũm sanctum. ille eñi ignis materialis exterior erat signuʒ ardoris seu incendij amoris interioris apostoloruʒ quo fuerunt accensi mediante charitate spiritui scto appropriata. ¶ Alia missio est inuisibilis que fit mediante aliquo spirituali ⁊ inuisibili dono dei. ⁊ loquendo de missione hu

ḣuiusmodi constat ꝙ pōt etiam mitti vna persona sine alia accipiendo etiam missionē quocūqꝫ illorum duorum modorum expressorum in articulo p̄cedenti/vez tam ꝓ manifestatione vniuoca:q̄ etiam ꝓ manifestatione siue repñsentatione equoca. Potest enī infundi actus vel habitꝰ cognitiuus vnius ꝑsone tm̄ ꝓducte vt filij vel spūs sancti:ꝛ per consequens in ipso talis persona mitti vt in signo ipsam equiuoce repñsentante. posset etiā infundi actꝰ seu habitus voluntatis representans vniuoce spūm sanctum sine aliquo actu ꝛ habitu ītellectus representante consimiliter verbum dei:ꝛ econuerso actus vel habitus īntellectus sine aliquo actu ꝛ habitu voluntatis. ergo ꝛc. Licet autem de possibili vna ꝑsona posset mitti sine alia tm̄ nō sic saltē vt communiter fit de facto. cuiꝰ enī intellectum deus illuminat per sapientiam in qua mittit filiū ꝛ affectum īflammat per gratiaꝫ in qua mittit spūm sanctum:ꝛ etiam econuerso. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex p̄dictis quia vno modo vt dictum est ꝑsone mittunt̄ mediante eodem dono vt ꝓbat rō prima:ꝛ alio modo accipiendo missionem non mediante eodem sed diuersis mediantibꝰ vt probat secunda.

Secundo quæro: vtrum aliquis possit dici verbum diuinum vel spūm sanctū dare seu mittere sibiipsi. ¶ Et videtur ꝙ sic quia oīs potens cōicare alicui effectum aliquem alicui ꝑsone ꝓducte appropriatum personam illā esse ꝓductam repñsentantem/dicitur illi ꝑsonam talē per effectum huiusmodi representatam mittere seu donare: sed creatura oīs rationalis pōt in seipsa talē effectum ꝓducere. potest enī cognitionem repñsentātem filij dei generationem:ꝛ dilectionē repñsentātem spūs sancti spirationem in se elicere effectiue. ergo ꝛc. ¶ Cōtra: quia nulla diuinarum ꝑsonarum mittit̄ seu datur alicui creature rōnali nisi mediante aliquo dono supnaturali: sed tale donum supnaturale nulli alteri a deo est possibile. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enī premittā vnam distinctionem. Secundo dicam ad questionem.

Quantum ad primum distinctio præmittēda necessaria ad solutionē q̄stionis ē ꝙ duplex pōt poni mittens personam diuinā: siue dupliciter potest sumi. Uno enī modo pōt dici mittens ꝑsonam diuinā vniuer omnis ille q̄ ꝓducit effectiue ł creatura rōnali/cui ꝑsona diuina dicit̄ tm̄ mitti/effectum ipsi vez ꝑsone ꝓducte appropriatū vt ipsam repñsentantem esse ꝓductam / siue talis effectum hmōi ꝓducens sit distinctum efficiēs ab ipsa creatura ratiōali/siue nō. Alio mō ꝛ magis vsitate vocat̄ mittens personam non omnis talem effectū ꝓducēs: sꝫ precise illud agens qđ est differens ꝛ distinctū ab illo cui imprimitur seu in q̄ recipitur effectꝰ huiusmodi subiectiue: vt mittens sic sumptū siue conferens spiritum sanctū vel dei filiū non dicatur omnis ꝯferens seu ꝓducens effectum talibus ꝑsonis appropriatū seu alteri ipsarum: sed tantummō illud qđ a recipiente effectū hmōi est distinctū. ¶ Et si dicas ꝙ nullo modo mittens ꝑsonaꝫ potest dici primo mō sed tm̄ secundo mō sumptum/concedo vt sumitur communiter: quia nec primo mō mittens appellatur a doctoribus nec a sanctis vulgariter: tamē noīa sunt ad placitum: nec minus videt̄ hoc vocabulum qđ est mittere personaꝫ diuinā qđ est solius dei vt ꝓprie sumptū/trāsferri posse ad esse illud qđ est effectus persone diuine appropriati ipsiusqꝫ repñsentatiui principiū ꝓductiuū: esto ꝙ non sit a subiecto talis effectus receptiuo distinctum q̄ ad illud qđ nullo modo est talis effectus principiū ꝓductiuum: sed est solū occasio ꝯferendi seu acquirendi ipꝫ sed mittere diuinam ꝑsonam transfert̄ ad tale/qđ appareret: quia vt dictuꝫ est in alia distinctione spūs sanctus dicitur mitti seu dari a viris sanctis ꝛ etiā ab iniustis: cū tm̄ ꝯstet nec iustum nec iniustuꝫ esse respectu illius cui dicitur mittere siue dare spiritum sanctuꝫ/alicuius effectꝰ in quo spūs sanctus datur principium ꝓductiuū. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū supposito primo ꝙ nullus potest dici dare seu mittere spiritum sctm̄ nec dei filiū sibiipsi/accipiendo dare seu mittere secundo mō prout vez missio ipsa exigit mittentem distinctum ab illo cui fit missio: ¶ Secundo ꝙ persona diuina potest mitti seu dari vno mō in aliquo effectu ipsam vniuoce representātem:ꝛ alio mō in effectu eam equiuoce quodam mō manifestātem: vt in p̄cedentibꝰ fuit hoc expositū: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ creatura ītellectualis potest in seipsa ꝓducere ꝛ de facto ꝓducit effectus seu actꝰ distinctos personas tam vniuoce q̄ equiuoce representantes. ¶ Hec apparet: quoniam ꝑtes imaginis create saltem due vez notitia ꝛ amor ꝓducuntur a creatura ītellectuali effectiue ꝛ recipiunt̄ in ipsa subiectiue: sed iste due ꝑtes imaginis repñsentant duas ꝑsonas ꝓductas/vez filium ꝛ spūm sanctum vtroqꝫ p̄dictorum duorum modoꝝ. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet:ꝛ primo ꝙ tales ꝑtes imaginis representent filium ꝛ spūm sanctum vniuoce: q̄m illud hic vocatur repñsentare vniuoce qđ est representatio aliq̄ mō simile:ꝛ ideo ipsū/q: sic est ei simile / repñsentat: sed predicte due ꝑtes create imagīs ī hoc dicūt a sctis ꝛ a doctoribꝰ catholicis ꝑsonis ꝑ eas repñsentatis siles: ¶ Primo quia sicut verbum diuinū ꝓducit̄ prius origine spū sancto: ita ꝛ notitia ipꝫ repñsentans prius amore sctm̄ spiritū representante. ¶ Secūdo: q: sicut ꝓductio verbi diuini dicitur naturalis seu mō nature q: exigit ꝓ ꝑse principio naturam intellectiuam inq̄tū intellectiua est: q̄ vt sic agit modo nature: spiratio autem spiritus sancti dicitur libera:ꝛ spūs sanctus spirari libere non modo nature sed voluntatis: quia exigit ꝓ per se principio naturam volitiuam inq̄tū volitiua est: cuius natura talis est agere non modo nature sed libere vt est declaratū in p̄cedentibus: ita ꝛ notitia q̄ est secunda pars imaginis filiū representans est effectiue ab intellectu seu ab anima vel a quacūqꝫ alia creatura rōnali vt intellectiua est. Amor autem q̄ est tertia pars imaginis spūm sanctum repñsentans est libere a volūtate ipsi ab ipsamet eadē rōnali creatura: inq̄tū volitiua est. ¶ Tertio: q: sicut secunda ꝑsona puta filius gñatur tm̄ ab vna vez a p̄re: spūs autem sanctus a duabus vez a filio ꝛ a p̄re: ita etiam secūdū aliquos notitia ꝓducit̄ ab vno solo vez a mente siue memoria fecunda que est prima ꝑs imaginis personam diuinā primam representans. amor autem spūm sanctum representans vt dicūt ꝓducitur a duobus vez ab ipsa eadem mente fecunda create imaginis prima parte ꝛ a secunda parte vez ab ipsa notitia. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars illiꝰ minoris vez ꝙ etiam iste create imaginis due ꝑtes repñsentent interdum personas equiuoce/apparet: q̄m hic vocatur illud representare alterum equiuoce qđ non representat ipsum q: sibi in aliquo simile: sed q: eius signum: ita ꝙ representans seu manifestans respicit representatum siue manifestatum non vt simile suum simile: sed vt signū suum signatum: modo quo omnis actus cognitiuus suū ꝓprium repñsentat obiectum. sed notitia licet verbo appropriata eiusqꝫ vniuoce modo p̄expositō representatiua/sicut ꝛ amor spūs sancti: potest tm̄ esse sancti spiritus vt obiecti: ꝛ amor consimiliter dei filij vez vt obiecti. ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ p̄dicte due ꝑtes vltime imaginis que sunt naturales magis repñsentant vnū

uoce licet non equoce duas psonas pductas diuinas q̃
partes imaginis supnaturales. ¶ Hec apparet: quoniã
actus intelligendi ꝛ volẽdi naturaliter a creatura rõna
li producti hic vocantur ptes imaginis naturales. Su-
pnaturales aũt illi actus intelligẽdi ꝛ volendi q̃ sunt so
li deo possibiles effectiue vt visio ꝛ fruitio beata: sed con-
stat ꝙ lꝫ hmõi actus supernaturales qꝛ alijs naturalibꝰ
pfectiores pfectius psonas diuinas quarum sunt equo-
ce representent: saltem visio si dicatur ꝙ actus dilectio-
nis non habet obiectum presentare sed p̃sentatũ suppo-
nere: non tñ vniuoce: immo vt sic actus hmõi supnatura-
les personas diuinas impfectius rep̃sentant q̃ alij natu
rales. qḋ apparet: quia cum hmõi supernaturales actus
non sint sicut alij naturalit̃ pducibiles a creatura intel
lectuali: per ꝯñs nec inter ipsos ꝛ diuinas psonas sunt il
le tres similitudines supradicte q̃ sunt inter actus hmõi
naturaliter pducibiles ꝛ naturalit̃ pductos ꝛ psonas p
eos representatas. quare ꝛc. ¶ Cõfirmat̃. qꝛ actus hmõi
supnaturales a solo deo pducti ita diuinas personas vt
obiectum per ipsos signatum ꝛ per ꝯñs equoce rep̃sen-
tãt ꝙ nullo mõ vniuoce aliter neq̃ magis q̃ alie creatu
re. ¶ Tertia conclusio est/ꝙ nulli habitus sunt ita pfe-
cte diuinarũ psonarũ manifestatiui equoce nec vniuoce
sicut actus p̃dicti vꝫ intelligẽdi ꝛ volẽdi. ¶ Hec est eui-
dens quantũ ad primam partem: vꝫ ꝙ non ita pfecte
representet obiectum habitus equoce sicut actus. expꝛes-
sius enĩ signum obiecti est actus q̃ habitus. ¶ Secun-
da pars videlicet ꝙ nec vniuoce ita perfecte diuine pso-
ne rep̃sentent̃ per habitus sicut per actꝰ p̃dictos/appa-
ret: qꝛ nec habitus aliq̃ assimilant̃ duabus psonis diui
nis pductis in oĩbus illis tribus in q̃bus actus eis assi
milantur: esto ꝙ in aliq̃bus. lꝫ enĩ aliq̃ habitꝰ sicut ꝛ actꝰ
requirant pro suo principio pductiuo naturam intelle-
ctiuam/ꝛ alij volitiuam: non tamen primi vt intellecti p
ducuntur immediate sicut actus intelligendi a natura
intellectiua: nec alij vt appetiti a natura volitiua: sꝫ tñ tã
isti q̃ alij ex actibus multis preuijs generant̃. quare ꝛc.
¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est: ꝙ vocando mittẽtẽ si
ue dantẽ personas diuinas pductas primomõ/vꝫ quẽ
cunq̃ cõmunicãtẽ effectiue effectus personis appropria
tos earũq̃ rep̃sentatiuos: creatura intellectualis potest
dici etiam ppꝛijssime diuinas personas dare seu mittere
sibiipsi. ¶ Hec appꝫ et sequitur corollarie ex p̃dictis: quia
potens cõmunicare sibi effectus psonis pductis appro-
priatos earumq̃ rep̃sentatiuos potest vt supponit̃ dici
personas ipsas per tales actus representatas dare seu
mittere sibiipsi. hoc appꝫ: qꝛ nec psonas mittere seu da-
re est aliud vt supponitur q̃ tales effectus eas pductas
manifestantes cõmunicare. Ex q̃ sequitur ꝙ quãto p actꝰ
hmõi communicatos psone diuine pducte expꝛessiꝰ siue
euidentius manifestant̃ vel rep̃sentant̃/tanto in eis pso-
ne mittuntur isto mõ ppꝛius seu donant̃: sed creatura ra-
tionalis potest sibiipsi communicare ꝛ de facto cõicat ta
les effectus puta actus intelligendi ꝛ volendi personis
pductis vꝫ filio ꝛ spiritui sancto appropriatos/ipsasq̃
personas hmõi expꝛessius vniuoce vt pbatum est repre
sentantes ꝛ euidentius q̃ alij sibi possibiles infundi sup
naturales actus vel habitus. pt̃ etiam creatura rõna-
lis in se pducere actum rep̃sentantẽ equoce vꝫ vt signũ
signatum quamlibet diuinarũ psonarum. ergo ꝛc. ¶ Cõ-
firmatur: quia non minus ille q̃ meretur sibiipsi aliquẽ
effectum diuinitus sibi dari appropriatum alicui psona-
rum/vt sapientiã filio vel gratiã spũi sancto appropria
tam p actus a se pductos easdẽ psonas consimiliter vel
euidẽtiꝰ representãtes/potest dici tales diuinas psonas
dare seu mittere sibiipsi q̃ alius q̃ sibi meretur similia vl̃
est occasio quõcunq̃ vt sibi dẽtur illa sine sibi actu pꝛio
alicui psone appropriate eiꝰ rep̃sentatiuo: sed ministrãs
alteri debite sacramẽtũ vel quõcũq̃ aliter existens occa
sio ꝙ ipse consequat̃ gratiam appropriatam spiritui san
cto vel sapientiã filio dicit̃ illi mittere seu dare tales di-
uinas personas/esto ꝙ nõ fuerit occasio ipsi dandi talis
personis missis appropriata p aliquos actꝰ meritorios
ipsis psonis appropriatos earumq̃ rep̃sentatiuos. ergo
multo magis ille q̃ per actum elicitum ꝯtẽplationis ap
propriatum filio meretur sibiipsi sapientiam/ꝛ p actũ di
lectionis appropriatum spũi sancto gratiam eidem san-
cto spiritui appropriatam potest dici psonas diuinas p
ductas dare seu mittere sibiipsi. Nec hoc debꝫ ab aliquo
inconueniens reputari magis q̃ concedere ꝙ creatura
rationalis põt deum ponere in seipsa. cum enĩ obiectum
denominetur denolatione extrinseca intellectum: ꝛ dica
tur etiam esse in mente ab actu existente in ipsa: per ꝯñs
pducens in se actum intelligendi deum dicit̃ ponere in
se deũ: sed nõ est in re aliud dicere aliquẽ dare sibiipsi ali-
quam diuinam psonã q̃ dicere ipsum ponere in se eã me
diante actu in se pducto persone appropriato eiusq̃ re-
presentatiuo. ꝙ ꝛc. ¶ Sed nunq̃d omnis intellectio rep̃-
sentat filium ꝛ oĩs dilectio spũm sanctum? ¶ Ad hoc est
dicendũ ꝙ sic loquendo de rep̃sentante vniuoce: non aũt
equoce/vꝫ vt signum signatum/representat verbũ nisi il
la notitia q̃ est eius vt obiecti cogniti: nec similiter amor
hoc modo est spũs sancti nisi ille q̃ est eius vt obiecti dile
cti. Unde istoꝝ actuũ alij representant psonas vl̃ aliquã
personam tñ vniuoce: alij tñ equoce/ꝛ alij vtroq̃ modo.
¶ Primo mõ vꝫ tñ vniuoce rep̃sentat illa notitia ṽbũ
dei q̃ nõ ẽ ipsius filij: sꝫ tñ spũs scti: vel cuiuscũq̃ alteriꝰ
vt obiecti. talis inquaꝫ notitia dicit̃ rep̃sentare vniuoce
verbũ dei ppter similitudĩes supꝛius positas inter eius p-
ductionem ꝛ verbi dei generationem. ꝛ ppter ꝯsimilẽ rõ
nem amor non spũs sancti sꝫ filij vel alterius obiecti crea
ti dicitur representare ꝯsimilit̃ spũm sanctum licet ipsũ
non respiciat vt obiectum dilectũ: et ideo nec talis amor
rep̃sentat spũm sanctuꝫ nec predicta notitia filium equi
uoce mõ quo signum representat suũ signatũ q̃tũcũq̃ ab
ipso diuersum. ¶ Secundo mõ vꝫ equoce tantum repre
sentat spũm sctũ oĩs notitia ipsiuꝫ respiciens vt obiectũ
cognitũ/ꝛ amor filiũ quẽ respicit vt obiectũ dilectũ: quia
nec amor dicit̃ filij filio: nec notitia spũi sctõ: ꝛ ecõuerso
¶ Tertio mõ/vꝫ vniuoce ꝛ equoce rep̃sentat ṽbũ diui-
nũ oĩs notitia ipꝫ respiciẽs vt obiectũ. talis inquã notitia
sicut ꝛ omnis alia cuiuscũq̃ alterius obiecti ẽ ṽbo silis
in tribꝰ p̃dictis supꝛius: ꝛ ideo ipsum vniuoce rep̃sentat si
cut ꝛ oĩs alia notitia: ꝛ vltra hoc ista notitia respicit ver
bũ ipsum vt signum signatũ: cũ ṽbũ vt supponit̃/sit eiꝰ
obiectũ per ipsam intellectũ: ꝛ per ꝯñs equoce rep̃senta-
tum: pro quanto signum vt signum non exigit ꝙ sit sile
suo signato: lꝫ in proposito oppositum sit de facto. ꝯsimi
le exemplũ potest poni de amore q̃ est sancti spũs vt obe
iecti: lꝫ non sic ppꝛie dilectio sicut intellectio dicatur si-
gnũ sui obiecti rep̃sentatiuum. ¶ Sic ad q̃stionẽ. ¶ Ad
rationem in principio apparet solutio ex predictis.

CIrca distinctionem deci-
mam sextam in qua magister distin
guit diuersos modos missiõis spũs
sancti: ostendit enĩ ipsum ꝛ etiã ver
bum mitti visibilit̃ ꝛ inuisibiliter:
Queritur primo/vtrum tam dei filiꝰ
q̃ spũs sanctꝰ fuerit visibiliter no-
bis missus. ¶ Et videtur ꝙ sic. pꝛo
de filio per apostoluꝫ dicentem ad Galatas. 6. Misit deꝰ
filium suum factum ex muliere. sed ꝯstat ꝙ ista missio in
qua de muliere assumpsit naturaꝫ hominis fuit visibilis

ergo &c. ¶ Secundo idem apparet de spū sancto in colūbe specie / vt dicitur Matth. 3. descendente. constat enim talem columbam fuisse visibilē. ergo &c. ¶ Contra: quia inuisibile et omnino insensibile non videtur visibiliter nec aliquo modo sensibiliter posse mitti: sed quelibet diuina persona est omnino insensibilis. ergo &c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim ostendam quid sit diuine persone missio visibilis. Secūdo dicam ad quesitum / videlicet an talis missio fuerit facta nobis. Tertio ad quid fuit vtilis.

Quantum ad primū potest dici quod missio visibilis est apparitio rerum corporalium sensibilium facta homini / ipsi personam diuinam missam et eius missionem inuisibilem representans. ¶ Dicitur primo in descriptione ista quod huiusmodi visibilis missio est rerum sensibilium apparitio. ¶ Hoc apparet: quia et per hoc differt missio visibilis ab inuisibili missione. Inuisibilis enim missio persone diuine fit mediante aliquo effectu inuisibili anime impresso. visibilis autem mediante aliquo sensibili signo. vnde impossibile est sine aliquo signo sensibili personam diuinam sensibiliter mitti. ¶ Secundo dicitur quod est apparitio talis rei facta homini. quoniam licet persona diuina possit insensibiliter mitti seu dari omni creature rationali siue spirituali siue etiam corporali: cum quelibet sit capax illius omnis effectus insensibilis quo mediante ipsi diuina persona insensibiliter mittitur seu donatur: non tamen potest dari seu mitti sensibiliter creature intellectuali alteri ab homine propter contrariam rationem: quia solus homo non aliqua alia intellectualis creatura est capax illius effectus sensibilis quo mediante persona sensibiliter mittitur. licet enim angeli possint sensibilia intelligere: non tamen sentire. persona autem diuina non dicitur proprie mitti sensibiliter mediantibus rebus sensibilibus vt intellectis sed potius vt sensatis. quare &c. ¶ Tertio additur quod talis res sensibilis representat personam missam. Hoc apparet: quoniam licet res sensibilis sit effectus omnium personarum: non tamen est signum omnium sed alicuius certi. alias si omnium esset signum sicut et indifferenter omnium est effectus / non magis tali re sensibili mediante diceretur mitti sensibiliter vna persona quam alia quod est falsum. quare &c. ¶ Quarto et vltimo additur quod etiam talis res sensibilis seu missio visibilis representat ipsius persone misse sensibiliter aliam videlicet inuisibilem missionem / hoc est effectum inuisibilem personam representantem existentem in anima illius cui persona diuina visibiliter mittitur seu donatur. Hoc pro tanto additur: quoniam nunquam missio persone sensibilis seu visibilis fuit facta sine missione inuisibili existente in illo cui ipsa visibilis missio fuit facta. In quocunque enim est gratia in ipso est spūs sanctus missus inuisibiliter seu donatus. Talem autem missionem inuisibilem factam per gratiam representat missio visibilis: non sic intelligendo quod semper missio visibilis quando fit significet missionem inuisibilem tunc primo fieri: sed significat ipsam vel prefuisse et adhuc sine aliquo sibi addito permanere: vel significat ipsam prefuisse et adhuc cum augmento sibi facto nouiter remanere. ¶ Exemplum de primo apparet in Christo super quem spūs sanctus in columbe specie visibiliter descendit: nec tamen ex hoc christus aliquam de nouo gratiam recepit: nec per consequens huius sensibilis spūs visibilis missio fuit signum alicuius missionis inuisibilis tunc facte: nec etiam augmenti missionis inuisibilis preexistentis: sed tamen fuit signum illius preexistentis missionis inuisibilis permanentis. ¶ Exemplum de secundo apparet in apostolis: quibus in die pentecostes spiritus sanctus visibiliter fuit missus. qui licet tunc non receperint primo gratie donum cum prehaberent ipsum / receperunt tamen eius augmentum: et ideo missio visibilis eis facta fuit signum missionis inuisibilis in eis preexistentis et augmenti eiusdem. nunquam autem talis visibilis missio fuit signum inuisibilis missionis tunc primo per gratiam simul cum ipsa missione visibili primo facte: quia nec vnquam diuina persona fuit visibiliter missa nisi iam preexistenti in gratia. in gratia autem preexistenti non potest isto modo diuina persona inuisibiliter primo mitti. quare &c. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundum: non oportet immorari. quoniam constat primo omni catholico quod dei filius fuit missus visibiliter in assumpta humanitate. secundo quod spūs sanctus fuit missus Christo in specie columbe. vt habetur Matth. 3. et argutum fuit in principio. tertio quod etiam spūs sanctus fuit missus apostolis in linguis igneis in die pentecostes. Ex quo sequitur quod tam filius quam spūs sanctus visibiliter in lege euangelica fuit missus. ¶ Sed est dubium an etiam talis missio visibilis diuinarum personarum fuerit etiam facta aliquibus ante Christum in veteri testamento. Ad hoc respondet August. 4. de tri. 16. 17. et 19. quod non. ¶ Sed contra hoc arguitur primo per illud quod habetur Danielis 7. Aspiciebam in visione noctis / et ecce in nubibus celi quasi filius hominis veniebat. In his enim verbis Daniel videtur innuere quod sibi apparuit sensibiliter dei filius vt postea homo factus. ¶ Secundo per illud Gene. 19. vbi dicitur quod venere duo angeli Sodomam. per quos secundum August. 2. de tri. 11. representabatur persona filii et persona spūs sancti. ¶ Tertio per idem Gen. 18. vbi dicitur quod apparuerunt Abrahe tres viri. per quos representari potuerunt tres persone diuine essentialiter vnus deus: cum et de illis dicatur quod Abraham tres vidit et vnum adorauit. quare &c. ¶ Sed ad hec respondetur: quod licet in lege veteri ante Christum facte fuerint tales sensibiles apparitiones: quia tamen ille non representabant sicut et iste que facte fuerunt in nouo testamento / diuinarum personarum inuisibilem missionem: sed fiebant propter alias rationes: ideo non dicuntur fuisse perfecte personarum diuinarum visibiles missiones: nec missio visibilis legitur in scriptura nisi in nouo testamento: quia et illo tempore debuit homini innotescere per huiusmodi apertam et publicam missionem quod tunc debuit perfecte sanctificari propter ianuam sibi clausam antea et Christi merito reserandam. ¶ Sed est dubium quales res ille fuerunt in quibus diuine persone apparuerunt sensibiliter post aduentum dei filii. ¶ Ad hoc respondetur quod fuerunt vere res. constat enim quod humanitas in qua filius dei apparuit et missus visibiliter extitit res vera eiusdem speciei cum aliis hominibus fuit. columbe etiam species in qua spiritus sanctus super Christum descendit res vera et sensibilis fuit: vel talis videlicet vera et realis columbe qualis apparuit: et ignis in quo spūs sanctus apostolis fuit missus: potuit esse etiam verus ignis qualis et apparuit: vel potuerunt esse alie res abstracte: habentes tamen exteriora accidentia accidentibus ignis et columbe similia. vtrunque enim horum possibile extitit: et sicut deo placuit ita et factum fuit. semper tamen hoc est verum quod ille fuerunt vere res quia et visibiles. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum dicitur quod visibilis spūs sancti missio vtilis fuit: et hoc modo videlicet visibiliter ipse sanctus spūs mitti debuit. ¶ Primo quia missio sensibilis seu visibilis et intellectualis seu ad sensum et ad intellectum magis mouet communem conditionem hominum quam missio que fit ad intellectum tantum. ¶ Secundo: quia eadem missio publice facta coram multitudine magis est nata mouere communitatem ecclesie quam multe missiones priuate intellectualiter tantum facte. ¶ Tertio: quia redemptio facta publice per vnum deum et hominem redemptorem debuit habere testimonium per publicam sancti spūs missionem. et ideo missus est spūs sanctus visibiliter in linguis igneis in columbe specie et in flatu facto apostolis. dei autem filius missus est in specie hominis pro redemptione humani generis. non tamen vniformiter dei filius apparuit in homine

⁊ spūs sanctus in igne vel in colūbe specie. Sic eñi dei filius missus fuit in hoīe ꝙ ipsum in quo apparuit sibi assumpsit ⁊ ꝑsonaliter copulauit. nec sic autē spūs sanct⁹ missus fuit nec apparuit in colūbe specie nec in igne nec in flatu. nullum eñi horum fuit ipsi vt homo dei filio copulatū. Et ideo due dicuntur facte in nobis visibiles missiones: quarum vna que fuit dei filij fuit facta per realem assumptionem nature create sensibilis / vꝫ humanitatis in vnitatem ipsius persone sensibiliter nobis misse. alia autē triplex ꝑdicta q̃ fuit facta missio visibilis sancti spiritus in igne specie columbe ⁊ in flatu fuit sine assumptione alicuius istorum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet ꝙ falsum accipit in maiori quia immo insensibile potest mediante aliquo signo sensibili apparere ⁊ mitti: ⁊ ita lꝫ persone diuine sint insensibiles tamē sensibiliter possunt mitti eo modo quo dictū est in ꝑcedentibus ipsas mitti.

SEcundo quæro: vtrū tam dei filius q̃ spūs sanctus fuerit missus inuisibiliter ante Christum. ¶ Et videtur ꝙ sic: quia missio diuinarū ꝑsonarum inuisibilis est missio intellectualis que fit per aliqua dona spiritualia ipsis personis missis appropriata: vt dei filius mittit̄ inuisibiliter alicui per collatam sibi sapiētiā: ⁊ spūs sanctus eidem per collatam gratiam: sed cōstat ꝙ deus ante Christum multis dedit sapientiam illustrantem ⁊ gratiam inflammantem. ergo ⁊c. ¶ Contra: quia cum humana cognitio ortum habeat in presenti a sensu / missio personarū sensibilis debuit ꝑcedere earum inuisibilē ⁊ insensibilem missionem. sed ante Christum non fuit vt dictū est in alia questione missio diuine persone sensibilis. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim ostendā quid sit intelligendum per diuinarum personarum inuisibilē missionem. Secundo dicam ad questionem.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ cum dicitur diuinas personas mitti vel missas fuisse dupliciter vꝫ visibiliter ⁊ inuisibiliter / ista duo aduerbia puta visibiliter ⁊ inuisibiliter non spectant siue determināt ipsas personas missas: cum nulla diuinarum ꝑsonarum sit visibilis: nec per consequens possit esse alicuius ipsarum missio visibilis: sed eñi inuisibilis. propter qđ missio inuisibilis distincta ꝯtra visibilem non vocat̄ hic missio persone inuisibilis seu non visibilis: cū hoc modo oīs diuine persone missio sit inuisibilis: sed missio visibilis ⁊ inuisibilis dicitur in ordine ad effectum in quo persona ipsa mitti dicit̄ / ita ꝙ visibile ⁊ inuisibile seu visibiliter ⁊ inuisibiliter denominant seu determinant non ꝑsonā missam: sꝫ effectus varios scḋꝫ quos ꝑsona mittit̄. Dicitur eñi missio visibilis qñ ꝑsona mittit̄ mediāte aliquo effectu sensibili. Inuisibilis aūt quando fit mediante aliquo dei dono vel cuiuscunqꝫ alterius effectu īsensibili. Et vt sic sumpta missio inuisibilis potest poni duplex / vꝫ vna q̃ fit mediante aliquo supernaturali dono dei illum cui ipsa ꝑsona per tale donū rep̄sentata mittit̄ ad finem vltimum ordinante. ⁊ hoc mō accipit̄ a sanctis ⁊ a doctoribus catholicis missio diuine persone: quo modo sumpta nulli saltē principaliter et causaliter est possibilis nisi deo cuius solius est infundere tale donum. Alia large sumpta missio ꝑsone diuine pōt poni ⁊ vocari vniuersaliter omnis manifestatio ipsius diuine persone ꝓducte facta rationali creature per aliquem effectum supnaturalem vel naturalem tñ spiritualē ipsi ꝑsone misse appropriatum ac eius rep̄sentatiuum ipsi creature rōnali naturaliter vel supnaturaliter cōmunicatū. vtroqꝫ eñi istorū modorꝫ potest fieri vt ex precedentibus satis patet. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est respondendum ad questitum / apparet quoniam si stat hic sermo de missione ꝑsonarum diuinarum inuisibili primo modo sumpta q̃ videlicꝫ fit mediante aliquo supnaturali dono a deo collato hominem ad finem vltimum ordinante / missio inuisibilis sic accepta fuit facta vniuersaliter omnib⁹ electis tam Christum ꝑcedentibus q̃ cum sequentibus. Si autem accipiatur missio inuisibilis secūdo modo vt videlicet fit per effectum naturaliter habitū persone misse appropriatum eiusqꝫ representatiuum / nec omnibus Christum ꝑcedentibus nec omnibus cum sequentib⁹ sꝫ tantum aliq̄bus tam istorum q̃ aliorum missus fuit dei filius ⁊ spūs sanctus isto modo. ¶ Primū apparet: quoniam constat vt videbitur in prima questione distinctionis sequentis / nullū electorꝫ Christum sequentium vel ꝑcedentium sine gratia fuisse gloriam consecutuꝫ. omnes ergo electi nūc saluati ꝑfuerunt in gratia in presenti: sed gratia est donū supnaturale dei ordinans ad salutē eternam: q̃ mediante spiritus sanctus cui appropriatur dicitur omni ipsam habēti inuisibilit̄ ⁊ supnaturaliter mitti ergo ⁊c. ¶ Quod etiaꝫ dei filius fuerit consimiliter ī aliquo supernaturali dono missus / apparet. quia sicut gratia affectum inflammans appropriatur spiritui sancto: ita et sapientia ⁊ q̃cunqꝫ habitus cognitiuus intellectum illuminās filio: qui ⁊ potest in tali supnaturali habitu cognitiuo dei mitti sicut ⁊ spiritus sanctus in dono gratie. sed sicut post Christuꝫ electis omnibus infundit deus donū gratie pertinentis ad affectum / ⁊ fidei pertinentis ad intellectum: ita fiebat etiam ante Christum: videlicet ꝙ omnibus electis fuit datum non solum donum gratie: sꝫ etiam alicuius fidei vel qualiscunqꝫ habitus cognitiui: quia ⁊ omnes Christū precedentes saluati sunt in fide futuri tunc mediatoris Christi: ergo ⁊ eis omnibus fuit missus tam dei filius q̃ spiritus sanctus mediantibus talibus duobus donis collatis omnib⁹ electis / eis vꝫ filio ⁊ spiritui sancto appropriatis. ¶ Et si cōtra hoc arguat̄ per illud Ioan. 7. vbi dicit̄ ꝙ nondū erat spiritus datus quia Iesus non erat glorificatus: ¶ Ad hoc respōdetur dupliciter. vno mō ꝙ nondū erat datus spiritus sanctus visibiliter ī signis igneis sicut post Christi glorificationē ⁊ ascensionem fuit datus apostolis. Alio modo ꝙ licet esset datus antea spiritualit̄ ⁊ inuisibiliter: non tamen ita abundanter sicut postea fuit datus saltē extensiue: quoniam intensiue multis sanctis patribus abundanter fuit datus. ¶ Secunduꝫ vꝫ ꝙ accipiendo missionem ꝑsonarum inuisibilem secundo modo / vꝫ que fit mediante aliquo effectu naturaliter ꝓducto persone ꝓducte appropriato eiusqꝫ rep̄sentatiuo / nō omnib⁹ electis sed aliq̄b⁹ fuerit facta missio sic accepta / apparet: qm̄ tales act⁹ naturaliter possibiles ꝑsonis appropriati earūqꝫ representatiui modo in precedentibus explicato sunt actus intelligendi ⁊ volendi: sed tales actus non fuerunt in electis omnibus: sed tantummodo in adultis. non eñi fuerunt in paruulis ante vsum rationis decedentibus: nisi forte alicui fuerint supnaturaliter communicati: sicut legitur de beato Ioanne in matris sue vtero post salutationem virginis exultante. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio dicendum ꝙ missionē visibilē deus noluit facere ante dei filium in humanitate assumpta visibiliter apparentē: ⁊ ideo cū sine inuisibili missione facta mediante grā supna non possit haberi ab aliq̄ salus eterna: per ꝯñs necessariuꝫ fuit vt missio inuisibilis fuerit ante missionē visibilem: necessariū dico fuit omnibus Christum precedentibus.

Distinctio.XVII. Quæstio.I.

Circa distinctionem decimamseptimam in qua postq̄ magister determinauit de modo missionis visibilis spūs sancti / incipit determinare de mō missionis inuisibilis ipsius: q̄ quidem missio inuisibilis fit per charitatē: quero primū vtrum oporteat ponere charitatē tanq̄ formam aliquam supnaturalē creatā accidētalē cuicūq; nature itellectuali deo chare actualiter inherentem. ¶ Et videtur q̄ sic: quoniam omnis deo charus seu acceptus est vita eterna dignus: sed nullus potest esse vita eterna dignus nec ad ipsam ordinatus nisi charitate superna actualiť informatus. iuxta illud Roma. 6. gratia dei vita eterna. ergo ꝛc. ¶ Cōtra: quia illud qđ est deo minus vel nullo mō acceptum non est necessarium ad hoc q̄ sit ipsi charū illud qđ ipsi secundum seipm̄ amplius est acceptum: sed charitas accepta pro tali accidētali forma nullo mō est nec esse pōt deo accepta seu chara sicut rationalis creatura vel saltē non tantū q̄tū ipsa. ¶ Hoc apparet: q̄ rōnalem creaturam esse deo acceptam est ipsam esse a deo ad gloriam ordinatam. hoc aūt mō non pōt charitas esse accepta deo cum nec sit beatificabilis magis q̄ aliqua alia irrationalis creatura. ḡ ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo cum exponam questionem. Secundo ꝓcedam ad eius solutionem.

Quantum ad primum est sciendū primo q̄ per formam supernaturalem hic intelligo omnē illā q̄ est soli deo possibilis effectiue. Est eñ duplex habitualis charitas. Una naturalis q̄ ex actib⁹ diligēdi deū frequentatis potest naturaliť acq̄ri ab hoīe ratione vtēte tam iusto q̄ iniusto. ꝛ de tali charitate non est ista questio / an sit ponenda necessario: qm̄ hic queriť de charitate qua informatus est deo acceptus ꝛ vita eterna dign⁹ talis aūt charitas non est ista naturaliter ex talib⁹ actibus generabilis: tū q̄ nec talis charitas est puuloꝝ sed tm̄modo adultorum: cū tñ paruuli sint per charitatem seu gratiam ad gloriam ordinati: tum q̄ charitas hmōi naturalis est communis ꝛ naturaliter possibilis tam iustis q̄ peccatoribus seu iniustis: cū oīs q̄tūcūq; iniustus possit in actum diligēdi deū: ꝛ per ɔ̄ns per ipm̄ frequentatū naturaliter acquirere talē habitum charitatis. charitas autem de qua hic q̄ritur est tm̄mō electorum. quare ꝛc. Alia charitas est supernaturalis / que soli deo est effectiue possibilis non ex actibus naturaliť generabil' / in quo tñ meritorie mō q̄ etiam gloria acquiritur ꝓpter act⁹. sicut eñ per actus bonos homo mereť p̄mium futurum ita ꝛ hui⁹ charitatis p̄existentis augmentum. de tali charitate q̄ est tñ iustoꝝ tam puuloꝝ q̄ aliorum queriť hic: ꝛ ideo diciť an oporteat ponere charitatem tanq̄ formam supnaturalem ad excludendā aliā naturalē. Talē autē charitatem supernaturalem oportere ponere pōt dupliciter intelligi: q̄ vel q̄ sit ponēda necessario absolute tā q̄ illud sine q̄ natura intellectualis non posset deo grata seu chara existere: sicut nec subiectū esse albū sine albedine: vel q̄ sit ad hoc necessaria nō absolute s; stāte diuina ordinatione. ¶ Scdo q̄tum ad hoc qđ ponitur qñ dicitur an charitas sit inherens nature intellectuali deo chare: est sciendum q̄ per naturam intellectualem esse deo charam non est aliud intelligēdū q̄ ipsā esse a deo vt dignam gloria acceptatā. sicut eñ deum odire iniustum nō est aliud q̄ ipsam ordinare ad supplicium: ita nec iustum esse deo charum siue ab eo dilectum est aliud q̄ ipm̄ esse ad p̄miū acceptatū. Est ergo ex omnibus supradictis intellectus questionis an in quocunq; actualiter ordinato ad p̄miū oporteat vel simpliciť absolute vl' saltē stante diuina ordinatione ponere charitatem non naturalem sed supernaturalem tantū. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est ad solutionem questionis procedendū / primo excludam vnā opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem. Tertio inquiram / supposito q̄ charitas sit ponēda / ad quid est necessaria. ¶ Quantum ad primum opinio excludenda est cuiusdam tenentis ptem affirmatiuam / vc; q̄ sic charitas est nature itellectuali necessaria ad hoc q̄ sit deo grata q̄ nullo mō ēt de potētia dei absoluta pōt sine ipa existere ipsi grata. ea autem inexistente sic est ipsi grata siue chara q̄ non posset esse nō chara. Ponit aūt iste opinās ad declarationē sue opinionis duas cōclusiones. ¶ Prima est: q̄ aliqua forma creata est q̄ necessario ex natura rei cadit sub dei ɔplacētia per cuius inexistētiā; aīa vel q̄cūq; alia intellectualis natura necessario efficitur deo chara siue grata. ¶ Hanc ꝓbat primo: q̄ nullus actus immutabilis ꝛ eternus trāsit de nouo sup obiectū aliqđ nisi quia ab illo pticipat aliqđ eius obiectū immutabile ꝛ eternum: s; actus diuine intellectionis immutabilis ꝛ eternus transit de nouo nūc sup hoc obiectū creatū / nūc super alterum. modo eñ diligit deus dilectione charitatiua hūc mō aliū. ḡ hoc est quia ab eis pticipať formaliť inherens aliquod diuine dilectionis obiectum immutabile ꝛ eternum. tale aūt obiectum non est diuina essentia nec aliqua alia substantia: quia nec increata substantia nec creata alicui est inherens. ergo est aliqđ accidens. ¶ Secundo: q̄ sicut se habet esse oditum a deo ad deum odientem: ita ꝛ esse dilectum ad deum diligentem: sed nihil pōt esse a deo oditum nisi illud in q̄ reperitur aliq̄d odibile vt peccatū qđ ex natura rei est ab eo odibile: ergo nec aliq̄d potest esse dilectū seu acceptum nisi propter aliq̄d ex natura rei acceptabile in eo reptū. ¶ Cōfirmatur: quia cū forme opposite habeant formaliter effectus contrarios ex natura rei vt albedo q̄ dat eē album ꝛ nigredo esse contrarium: per ɔ̄ns cū iniq̄tas ꝛ charitas opponantur / sicut iniq̄tas ex natura rei dat necessario esse detestabile ꝛ oditum / ita ꝛ charitas esse acceptabile siue charum. ¶ Tertio: q̄ omnis necessario diligens aliquam virtutē necessario diligit eum habētē saltem in q̄tū illam pticipātem sed deus diligit necessario charitatē ꝛ iustitiā ꝛ oēm virtutem aliam. est eñ iustissimus ꝛ virtuosus: nec per ɔ̄ns potest odire aliquam iustitiam nec virtutem: cum etiam omnis virtus sit q̄daз pulchritudo: ꝛ pulchrū sicut ꝛ oē bonum sit deo acceptū. ergo ꝛc. ¶ Secunda ɔclusio ei⁹ ē q̄ charitas ista qua anima necessario redditur deo grata non ponitur in ipa aīa ex acceptatione diuina. ¶ Hāc ꝓbat primo: q̄ illud q̄ inexistēte acceptatur aīa ꝛ nō antea / non poniť in ipsa ex acceptatiōe picula: sed charitas est huiusmodi. ergo ꝛc. ¶ Secundo: quia cū anima non possit esse accepta ante gratiam: nec p ɔ̄ns pōt gratia ipsi dari ꝓpter acceptationem diuinā. ¶ Tertio: q̄ sicut se habet vīs dilectio dei ad illud sup qđ trāsit / ita ꝛ charitatiua q̄ est dilectio spiritualis ad aīam acceptatam: s; ex vī dei dilectiōe qua sibi complacuit in oī creatura nō ꝓfluit aliqua creatura: aliās cū immutabiliter diligat omnem creaturam immutabiliter omnis creatura fieret: qđ est falsū: ergo nec charitas ꝓfluit in anima grata ex dei dilectione charitatiua. ¶ S; ista opinio est omnino absurda q̄tum ad omnia in ipsa ɔtenta. ꝛ ideo arguo cōtra eam. ¶ Et primo contra duas ptes prime ɔclusionis: q̄rum prima est: q̄ est aliqua forma creata puta charitas ipsa q̄ necessario cadit sub dei complacentia. Secūdo q̄ per eius inexistentiā itellectual' natura necessario efficiť

deo chara seu grata. ¶ Contra primū istorum arguo primo sic. qd̓ de⁹ potest annihilare ⁊ qn̄qȝ de facto annihilat seu destruit non necessario diligit: sed charitatem in quocunqȝ actualiter existētē potest annihilare ⁊ de facto ꝓpter quodcūqȝ peccatum mortale annihilat: ꝙ ipsam nō necessario diligit seu acceptat. ¶ Maior declarat: q2 deum diligere vnum obiectum ⁊ odire alterum nullā īportat diuersitatem in ipso nec in aliq̄ existente in eo ad intra: cum eodem actu immutabili ipse feratur sup̄ omnia tam dilecta ꝙ alia non dilecta: sed tm̄ ista ꝯnotāt aliquā diuersitatem ad extra: sicut hoīem a deo diligi est ipsum ad bonū vltimū acceptari: odiri aūt est ipsum puniri vel ad supplicium ordinari: ergo aliam rem quācūqȝ deū diligere non est aliud ꝙ ipsaȝ ad bonum ipsi possibile ordinare vel de facto ipsi ꝯferre. charitati aūt non est possibile nec potest conuenire sup̄naturale bonum ab ipsa distinctum puta p̄miū sempiternum: cum non sit natura beatificabilis: sȝ tantuȝ bonū sibi intrinsecū / q̄ ipsa est formaliter talis natura: ergo cū deū ipsam diligere non sit aliō ꝙ deuȝ ipsā velle in tali esse sibi debito permanere: ꝑ ꝯñs si in hoc esse ipsam non necessario ꝯseruat: sed qn̄qȝ annihilat / nec ipsam necessario diligit seu acceptat. ¶ Confirmatur: quia non minus deus diceref odire illuȝ hominē vel angelū quē totaliter annihilaret propter culpaȝ vel propter quamcunqȝ aliam causam ꝙ illum quem statuit non annihilare sed semper punire: ergo deum rem odire maxime rem illaȝ cui nec pena alia potest inferri nec gloria: cum nec sit beatificabilis: qualis est charitas ⁊ oīs res alia insensibilis: est deū ipsam velle non esse. non cuȝ qd̓ deus vult nō esse dicitur velle esse: nec ꝑ ꝯñs acceptare: sed charitatem pōt velle non esse seu nolle esse ipsam totaliter destruendo. ꝙ ⁊c. ¶ Preterea scd̓o arguo sic ad idē. nullū obiectum ꝯtingens esse possibile ⁊ non esse de⁹ necessario diligit: sed charitas ē tale obiectū sicut quodlibet aliud ens creatum. ꝙ ⁊c. ¶ Maior ꝓbatur: quoniaȝ cum deus dicatur diligere seu acceptare oīe qd̓ fecit nō autem aliquid qd̓ nunq̄ factur⁹ est / quero qd̓ est deuȝ acceptare illa possibilia q̄ sunt facta ⁊ non alia q̄ possent fieri meliora? Nō pōt dici ꝙ hoc sit aliud nisi deū velle ista existere ⁊ nō illa. nulla eni alia pōt dari causa: q̄re deus dicatur diligere illud vniuersum ⁊ non alterum qd̓ potuit facere isto ꝑfectius: nisi quia hoc voluit fieri ⁊ non illud. Ex quo sequitur ꝙ per hoc ꝙ deus dicitur diligere siue velle rem creatam maxime insensibilem non beatificabilem nihil aliud importatur ꝙ ipsum velle eā fieri siue esse: sȝ ꝯstat ꝙ deus omne ens possibile contingenter nō necessario fecit seu fieri voluit sicut ⁊ contingenter manutenet in esse ꝙ diu existit: sicut ⁊ illud quod fieri potuit deus contingenter fieri noluit: quia illud potuit facere et hoc omittere. ergo et hoc qd̓ fecit vult ⁊ aliud qd̓ non fecit non vult tantummodo contingenter. ¶ Confirmatur. quia si deus aliquod ens contingens vellet necessario tale non esset ens infimum ⁊ imperfectū sed perfectū non enim est verisile ꝙ magis necessario deus velit seu acceptet ens infimum ⁊ imperfectissimum ꝙ perfectum sed charitas cum sit forma accidentalis est ens incomparabiliter imperfectius ꝙ suum subiectum qd̓ est natura intellectualis: ergo nō magis necessario ipsam acceptat ꝙ suū subiectuȝ: qd̓ constat ipȝ diligere cōtingenter. quare ⁊c. ¶ Preterea tertio ad ideȝ arguo sic. illud qd̓ deus necessario diligit necessario si ē agibile seu possibile agit et plus diligit ꝙ illud quod diligit contingenter: sed deus charitatem nec necessario agit seu producit nec ipsaȝ magis ꝙ naturam rationaleȝ eius subiectum immo minus diligit: cum deum magis aliquod obiectum diligere nō sit aliud ꝙ ipȝ illud obiectum nobilius velle esse ⁊ ad bonum amplius ordinare. ergo ⁊c. ¶ Maior probatur: quoniam deus non dicitur diligere aliquod possibile nisi ꝙ fiendum: sed tantum factum ab ipso vel fiendum: cum nec deum vt dictum est diligere aliquod ens creatum vl̓ creabile non beatificabile sit aliud ꝙ deum ipsum velle esse: sicut nec diligere beatificabile sit aliud ꝙ ipsum velle esse beatum. ¶ Ex hoc sic arguo. sicut se habet deum aliquod ens diligere ad ipsum velle illud ens existere: ita se habet deum necessario tale ens diligere ad ipsum tale ens necessario velle esse: sed deum charitatem diligere nō est aliud ꝙ ipsum charitatem velle existere: ergo nec deum charitatem necessario diligere est aliud ꝙ charitateȝ necessario velle esse: sed qd̓ deus necessario vult esse necessario sit. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia quero quomodo intelligis quando dicis charitatem esse formam creataȝ que ex natura rei cadit necessario sub diuina complacentia. aut enim intelligis ꝙ sic cadit sub dei complacentia: quia deus necessario acceptat seu diligit vel vult eā esse: aut quia vult eam non esse: aut quia vult eam necessario absolute non vt non existentem nec vt actualiter existentem. Sed non potest poni secundum nec tertium quia nulli complacet in hoc ꝙ posset facere ⁊ non vult ipsum facere neqȝ esse: ergo si deus vult charitatem non esse / charitas non cadit sub eius complacentia. ergo relinquitur primum quod est propositū / videlicet ꝙ si charitas necessario sub diuina complacentia cadit / ipsam sic deus necessario diligit ꝙ necessario existere ipsam facit quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur secunda pars maioris: videlicet ꝙ plus tale ens diligit quod necessario acceptat. quoniam magis illud videtur diligere qd̓ non potest nō diligere: ꝙ illud quod quandoqȝ diligit ⁊ quandoqȝ odit quandoqȝ producit ⁊ postea destruit. quare ⁊c. ¶ Secūdo arguo contra secundam partem conclusionis predicte. Primo: quia deum creaturam rationalem diligere est ipsum et velle premium conferre: sed nulle creature intellectuali quantumcunqȝ in gratia existenti deus necessario sed mere contingenter vult conferre premium. qd̓ probatur: tum quia si necessario vellet statim conferret tum quia ⁊ maius premium qd̓ posset vellet et conferret quorum vtrunqȝ est falsum. quare ⁊c. ¶ Secundo: quia eum quem deus potest annihilare vel manentem eternaliter condemnare: non necessario habet acceptare nec ad premium ordinare: sed existentem in charitate posset totaliter annihilare charitate manente: ⁊ ipsum etiam simul cum charitate existentem posset eternaliter condemnare. nulla enim creatura qualis est charitas impedit nec impedire potest qd̓ deo possibile est. existenteȝ autem in charitate esse in pena simul / nullam implicat impossibilitatem: cum etiam de facto Christus simul fuerit non tantum in gratia: sed etiam in gloria ⁊ in pena. nō magis autem gratie repugnat pena eternalis ꝙ aliqua temporalis. que enim sunt compossibilia pro aliquo tempore ⁊ pro semper. ergo ⁊c. ¶ Tertio: quia nō magis charitas est necessaria ratio acceptandi iustum ꝙ iniquitas odiendi iniquum. hec est tua: sed nulla iniquitas est necessaria ratio odiendi iniquum. Hoc probatur: quia cū deum odire iniquum sit ipsum punire vel velle seu statuere punire: quēȝ necessario odit / ⁊ necessario punit seu puniendum statuit: sed nullum quantumcunqȝ reprobuȝ ⁊ iniquum necessario punit seu puniendum statuit: sed mere contingenter: ⁊ sic punit ꝙ posset non punire si vellet: nec tantum non punire sed etiam premiare. ergo ⁊c. ¶ Ultimo arguo contra secundam conclusionem: q̄ est ꝙ charitas non ponitur in anima ex acceptatione diuina. quoniam aut intelligis ꝙ diuina acceptatio qua anima acceptatur vt vita eterna digna / nō precedit charitatem sic intelligendo ꝙ prius anima sit acceptata vt vita eterna digna ꝙ ipsi conferatur gratia: ⁊ sic nihil

ad propositum. nec hoc oportuit te dicere: tum quia nec istud est dubium apud catholicam: sed ex fide cuilibet per se notum: tum quia hoc iam fuerat in alia conclusione positum. Aut intelligis q charitas nõ profluit in animã ex aliquo dei acceptatione absoluta ⁊ vniuersaliter sumpta: ⁊ sic est falsum: quoniam nisi hoc vez charitatẽ poni in anima deus acceptaret non faceret: cum nec deum aliquid acceptare vt dictum est sit aliud q̃ ipsum illud velle fieri siue esse. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia finis in intentione agentis / etsi non in executione / precedit aliquo modo ordinata ad ipsam: sed charitas ordinatur ad felicitatem: ergo licet ab eterno deus voluerit omnibus electis et conferre pro tempore statuerit vtrumqȝ istorum duorum / videlicet charitatem et felicitatem: magis tamen quia eis voluit felicitatem voluit ⁊ conferre statuit charitatem q̃ econuerso: ergo licet in executione felicitas presupponat preexistere charitatem: non tamen in diuina intentione eterna: sed potiꝰ econuerso. quare ⁊c. ¶ Nec valent illa que pro opinione ista superius sunt adducta / vt patet per singula discurrendo. ¶ Ad primum eorum que pro prima conclusione arguunt / dico q deficit multipliciter. Primo: quia supponit falsum videlicet aliquod ens creatum puta charitatem esse obiectũ volitionis diuine immutabile ⁊ eternum. solus enim deus ipse est tale obiectum non aliquod ens contingens / vt superius est argutum. qđ enim potest esse ⁊ non esse et de facto aliquando est ⁊ postea non est / non potest esse diuine volitionis obiectum immutabile ⁊ eternuȝ. ¶ Nec valet si dicas q licet charitas non semper sit in actuali existentia: manet tamen semper in acceptatione diuina: quoniam aut intelligis deum ab eterno acceptare ⁊ velle charitatẽ: quia voluit ipsam fieri ex tempore: aut quia immutabiliter voluit ipsam esse. sed non potest poni secundum: quia potuit non fieri. Si primum: ergo nõ aliter charitas q̃ quodlibet aliud ens creatum fuit obiectum a deo volitum ab eterno. quare ⁊c. ¶ Secundo quia nec propter istud falsum suppositum / esto q esset verum / haberet intentum / videlicet q omnis charitate informatꝰ esset a deo necessario acceptatus. sicut enĩ nõ sequitur si video vel diligo colorem q videam vel diligã eius subiectum ab ipso colore essentialiter distinctum: ita ⁊ in proposito est dicendum: maxime cum propter vnum obiectuȝ necessario dilectum qđ nec potest existere nõ dilectum qualis charitas esse supponitur / necessario illud quod contingenter diligitur sit dilectum. quare ⁊c. ¶ Tunc ergo ad rationem in forma dico q illa maior assumpta est simpliciter falsa: quoniam cum actum diuine volitionis transire super aliquam rem creabilem vel creatam non sit aliud q̃ deum velle rem illam fieri siue esse / ⁊ deus possit ⁊ potuerit ab eterno nullum ens cõtingens fieri voluisse eius velle immutabiliter permanente: per consequens actus eius non requirit transire necessario super aliquod ens contingens: sed actus qui potest esse idem et omnino inuariatus esto q nullum obiectũ habeat qđ habebat antea super quod transeat potest etiam transire nũc super vnum obiectum nũc super alterũ absqȝ aliqua renouatiõe ⁊ participatiõe alicuius immutabilis ab aliquo talium contingentium obiectorum: quia nec ex illo obiecto immutabili / si ponatur ab alijs participari / vt charitas ab anima nouiter deo grata / saluatur plus immutabilitas actus diuine volitionis q̃ si non ponatur. quoniam aut actus diuine volitionis fertur seu transit precise super charitatem ab anima participatã: aut super ipsam ⁊ animam. si primum: ergo deus non acceptat animam / sed tantummodo charitatem. si secundum: ergo cum anima sit obiectum volitum contingenter: per consequens actus diuine volitionis licet immutabilis est obiecti contingenter et nouiter acceptati: nec minus sine charitate q̃ cum ipsa potest acceptari: cum ipsa charitate existente in ea / contingenter non necessario acceptetur. ¶ Ad secundum apparet ex dictis q falsum accipit in minore: quia cum hominem a deo esse oditum sit ipsum a deo esse puniẽdum ⁊ deus posset punire et annihilare hominem innocentem: per consequens posset ipsum absqȝ aliquo peccato existente in eo odire. ¶ Ad confirmationem consimiliter est dicendum. ¶ Ad tertium dico q maior ⁊ minor est falsa. non enim diligens rem aliquam diligit necessario aliam ab ipsa essentialiter differentem: nec per consequens diligens charitatem diligit necessario ipsam habentem. falsa etiam est minor que dicit q deus necessario diligit charitatem ⁊ omnem virtutem. ¶ Nec valet ratio qua probatur / videlicet quia virtus est pulchritudo ⁊ bonum: quia melior ⁊ pulchrior est natura intellectualis ad imaginem dei facta contingenter non necessario a deo dilecta. quare ⁊c. ¶ Ad primum ⁊ secunduȝ eorum que adducuntur pro alia conclusione concedo q anima non acceptatur a deo vt premio digna quousqȝ est charitate actualiter informata: nec per consequens charitas profluit in animã ex tali acceptatione preuia de facto licet posset fieri econuerso: cum sine gratia anima posset (vt dicetur in alio articulo) esse deo grata. ¶ Ad tertium dicendum q falsum accipit in minore: quia immo ex vniuersali dilectione dei qua sibi complacet in omni creatura / producitur quelibet creatura. immo nec deum vniuersali dilectione ⁊ cõmuni omni creature diligere creaturam est aliud q̃ ipsum velle fieri ipsam: nec tamen ex hoc sequitur qđ infert videlicet q creatura immutabiliter producitur: quia ab immutabili ⁊ inuariabili potest aliquid variabile fieri. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi ad quæstionem istam est aliter respondendum / pono quatuor conclusiones.

¶ Prima est: q sine charitate ⁊ sine omni alia forma creature intellectuali actualiter inherente potest ipsa intellectualis creatura existere deo chara siue grata. ¶ Hec probatur: quoniam intellectualem creaturam esse deo charam vt premissum est / ⁊ in quarto prolixius declarabitur / non est aliud q̃ ipsam esse a deo acceptam vt vita eterna dignam: ergo sine omni illo potest intellectualis creatura deo esse grata seu chara sine quo potest a deo esse accepta vt vita eterna digna: sed sine omni charitate ⁊ alia quacunqȝ forma sibi actualiter inherente potest intellectualis creatura esse accepta siue ad vitam perpetuam ordinata: quoniam sine omni illo deus potest creaturaȝ beatificabilem ad beatitudinem ordinare ⁊ vt dignam beatitudine acceptare / sine quo potest ipsam actu beatificare: sed sine omni charitate seu gratia ⁊ alia quacunqȝ forma ab ipsa beatitudine realiter differente potest deus absolute loquendo creaturam beatificabilẽ actu premiare seu beatificare. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur: quia ad beatitudineȝ non est necessaria aliqua creatura a natura beatificabili ⁊ a beatitudine essentialiter distincta. sed charitas est huiusmodi. non enim minus charitas q̃ fides vel spes vel alia quecunqȝ virtus theologica vel moralis est distincta a beatitudine sempiterna. ergo ⁊c. ¶ Contra: quia sicut est impossibile aliquem sine albedine formaliter esse album: ita et sine charitate esse charum vel sine gratia esse gratum. ¶ Respõdeo q verum est si arguas de facto vt statim dicetur: nõ tamen tenet similitudo de dei potentia absoluta. ratio cuius est / quia licet de facto fuerit diuinitus statutũ nullum existere deo gratum siue charum nisi gratia informatum: hoc tamen non fuit absolute necessarium quin ali-

ter fieri potuisset: cum hominē esse deo gratum non sit aliud q̄ ipsum esse ad gloriā actualiter ordinatum: ad qd̄ si deus voluisset non magis gratia q̄ albedo necessaria extitisset. nec forma illa nunc charitas seu gratia nuncupata est charitas seu gratia magis q̄ virtus alia ex natura rei sed ex ordinatione dei. qd̄ apparet. quoniam ex hoc vocatur gratia seu charitas quia ipsa mediante anima dicitur deo chara τ grata: hoc est accepta vt vita eterna digna: sed hoc illa forma non habet ex se ipsa magis q̄ alia virtus vel quecunq; alia res creata: sed tantum ex ordinatione dei statuentis rationalem creaturam tali forma sibi ab eo data informatam acceptare vt vita eterna dignam. sed sicut de ista forma statuit/ ita τ si voluisset de omni forma alia creature beatificabili possibili statuere potuisset: vt videlicet illa puta fide vel spe vel temperentia vel alia morali quacunq; virtute τ non aliqua alia mediante acceptasset animam vel quamcunq; creaturam beatificabilem vt vita eterna dignā. quo statuto possibili existente beatificabilis creatura fuisset mediante forma illa ipsi inexistente chara τ deo grata: τ per consequens forma illa charitas seu gratia nuncupata. ergo τc̄. ¶ Ex hoc apparet inter esse album τ gratum siue charum maxima dissimilitudo: quoniam esse album non est aliud q̄ esse tali forma determinata τ non aliqua alia informatum. Esse autē gratum nō est esse forma aliqua informatū sed ad vitam perpetuam acceptatū: τ hoc loquendo de possibili absolute. De facto autem concedo q̄ esse gratum exigit esse tali forma informatum. ¶ Secunda conclusio est. q̄ intellectualis creatura potest esse deo non chara seu grata et etiā ingrata charitate vel quacunq; alia intellectuali forma sibi actualiter inherente. ¶ Hec apparet. quoniam quocunq; existente in natura beatificabili ipsa potest a deo ordinari non ad vitam sed ad penam eternam: potest etiam illo manente non tantum non esse deo grata sed etiam ingrata actualiter seu odita. ¶ Hoc apparet: quia sicut creaturam beatificabilem a deo diligi non est aliud q̄ ipsam ab eo vt eterna vita dignam acceptari ordinari vel actu premiari: ita nec ipsam a deo odiri est aliud q̄ ipsam ad penam ordinari siue actu puniri. ¶ Nec valet si instet̄ de Christo τ de alijs sanctis q̄ fuerunt a deo summe dilecti et tamen puniti: vt ad hoc respondebitur in quarto: sed itellectualis creatura quātacunq; charitate vel gratia informata potest a deo nūq̄ premiari τ etiam eternaliter cōdemnari. propter nullam enim creaturam in natura beatificabili existentē deus necessitatur ad gloriam conferendam: nec impossibilitatur ad puniendum. ergo τ cetera. ¶ Nec valet si contra hoc arguas. q: sicut nullus nō potest esse albus albedine informatus: ita nec non gratus gratia informatus: quoniam esse album non est aliud q̄ esse albedine informatum. et ideo non magis subiectum aliquod potest esse non album et albedine informatum/ q̄ esse albedine informatum et non informatum: sed esse deo gratum non est etiam de facto esse gratia informatum sed actu ad gloriam acceptatū. licet enim de facto nullus sit vt dignus gloria acceptus nisi gratia informatus: posset tamen esse gratia ipsa priuatus ad gloriam ordinatus et actualiter premiatus. sed nullus potest esse actu ad gloriā acceptatus vel premiatus nisi deo gratus: quia sicut esse album est precise esse albedine informatum: ita etiam deo gratū esse est esse ab ipso ad premium acceptum vel actualiter premiatum. ergo licet de facto nullus sit deo gratus nisi gratia informatus/ tamen non dicitur proprie deo gratus quia gratia informatus: siue esse deo gratum non est esse gratia informatum/ sed esse ad gloriam ordinatum. illud enim non est proprie esse gratum sine quo creatura beatificabilis posset formaliter esse grata/ sed magis illud quo posito in natura intellectuali nō potest non esse grata τ quo non existente non potest existere grata. sed esse ipsam ad gloriam acceptam ad qd̄ non est necessaria gratia absolute/ est huiusmodi: non autem esse gratia informatam. ergo τ cetera. ¶ Ex predictis duabus conclusionibus sequitur corollarie q̄ charitas nō est simpliciter τ absolute necessaria ad hoc q̄ natura beatificabilis sit deo chara seu grata: nec propter hoc necessario est ponenda: loquendo vt hic loquimur de dei potentia absoluta. quoniam illud non est necessarium nature beatificabili ad hoc q̄ sit deo grata sine quo ipsi inexistente posset esse grata deo: τ quo inexistente posset ipsi esse ingrata: sed charitas seu gratia est huiusmodi vt probatum est ex duabus conclusionibus supradictis. ergo τc. ¶ Tertia conclusio est. q̄ natura beatificabilis non potest esse deo chara stante ordinatione diuina nisi charitate informata. ¶ Hec apparet. quoniam sine illo non potest creatura intellectualis deo esse chara seu grata ex ordinatione diuina sine quo deus statuit ipsam non premiare nec acceptare vt dignam vita eterna. sed charitas est talis forma. ergo τ cetera. ¶ Maior apparet. quia vt dictum est/ esse deo charum seu gratum est esse acceptum ab ipso vt vita eterna dignum. ¶ Minor est nota per fidem ex scriptura sacra et sanctorum doctrina. est etiam per ecclesiā determinata vt dicetur infra. ¶ Quarta τ vltima conclusio est. q̄ intellectualis creatura non potest non esse deo chara seu grata inexistente sibi charitate seu gratia τ manēte ordinatione diuina. ¶ Hec apparet. quoniam quibus manentibus creatura intellectualis non potest a deo non acceptari vt digna vita eterna: nec potest ipsi non esse grata seu chara. ¶ Hoc apparet. quia vt sepe hic est dictū τ in quarto plixius declarandum/ deo esse charum hominē siue gratum non est aliud q̄ ipsum esse ad vitam perpetuam actualiter ordinatum vel premiatum: sed ordinatio diuina τ charitas superna sunt ista quibus videlicet mediantibus non potest intellectualis creatura a deo non acceptari vt vita eterna digna. Hec similiter est nota ex fide. ergo τc̄. ¶ Ex predictis duabus vltimis conclusionibus sequitur corollarie q̄ charitas est de facto ex diuina ordinatione necessaria ad hoc q̄ natura intellectualis sit deo accepta τ vita eterna digna: quoniam illud est ad hoc necessarium sine quo hoc nō potest haberi: et quo existente non potest impediri: sed vt probatum est ex predictis duabus conclusionibus/ charitas est huiusmodi: nullus enim ex diuina ordinatione pōt nō acceptari: nec cū ipsa sibi inexistente actualiter reprobari nec odiri. ergo τc. ¶ Ex predictis oīb⁹ apparet solutio questiōis qua querit̄ an oporteat ponere charitatē tanq̄ formā aliquā supernaturalē nature intellectuali deo chare actualiter inherentē: qm̄ vt pbatū est oportet vtiq; oēm catholicū ponere τ concedere talem charitatē. Qd̄ appet. Primo ex scriptura. Scd̄o ex sc̄torū doctria. Tertio ex determinatiōe ecclesie. ¶ Primū apparet p aplm̄ dicētē. i. ad Corith. xiij. Si linguis hoim loquar τ angelorum: charitatē aūt nō habeā factus sū velut es so. aut cymba. ti. τ subdit in fine cap. Nunc aūt manēt fides spes charitas tria hec maior aūt his ē chari. ¶ Item ad Roma. iij. Iustificati gratis per gratiā ipsius. τc̄. ¶ Item ad Ro. v. Charitas dei diffusa in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. hoc expresse ponit charitatem a spiritu sancto esse distinctam. ¶ Item ad Titum. iij. Ut iustificati gratia ipsius heredes simus scd̄ʒ spem vite eterne. ¶ In multis ēt alijs scripture locis expsse hēt̄ τ ponit̄ charitas.

¶ Secundum videlicet ꝙ etiam ipsam ponant sancti ⁊ doctores catholoci apparet per Augustinū dicentē .xv. de trini. cap. xx. ꝙ sola charitas diuidit inter filios regis ⁊ filios perditionis/ ⁊ ꝙ nihil est dono charitatis excellentius. ¶ Item magister sententiarum licet in distinctione ista videatur dicere contrarium/ tamen in secūdo distin. xxvij. cap. i. expresse ponit charitatem tanq̄ virtutem creatam a spiritu sancto distinctam. ibi enim tractans de gratia querit quid sit virtus/ ⁊ respōdet ꝙ virtus est vt ait Augustinus bona qualitas mentis qua recte viuitur: ⁊ qua nullus male vtit: quam solus deus in homine operatur. Hec virtus sicut ipse exponit ibi postea non est nisi charitas seu gratia. In hoc etiam cōcordat omnium aliorum doctorum doctrina. ¶ Tertiū videlicet ꝙ ista conclusio sit per ecclesiam determinata apparet in lib. vij. de summa tri. ⁊ fide catholi. vbi dominus papa recitatis diuersis opinionibus de effectu baptismi: subdit ⁊ determinādo sic dicit: Nos attendētes generalem efficaciam mortis Christi que per baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis/ opinionē secundam/ que dicit tam paruulis q̄ adultis cōferri in baptismo informantem gratiam ⁊ virtutes/ tanq̄ probabiliorem ⁊ dictis sanctorum ac doctorum modernorum theologie magis consonam ⁊ concordem sacro approbante concilio dicimus eligendam. ergo ⁊ cetera. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimū vbi est videndū ad quid charitas est necessaria: dicit vnus doctor ꝙ homo indiget charitate seu gratia propter duo. Primo. vt sit per eam supernaturaliter iustus in habitu/ videlicet per amorem habitualem ipsi infusum: quo si permaneat habitualiter ⁊ perseueret in eo debeatur vita eterna ipsi ex misericordi ꝓmissiōe dei. Secūdo indiget charitate: vt per eam sicut per habitum supernaturalis iustitie sibi inherentem possit meritorie implere mandata dei ⁊ consilia Christi. nullus enim sine charitate potest seruare mādata nec aliquid agere deo gratum: nec per consequens sibi meritorium. ¶ Sed hoc non videtur rōnabiliter esse dictū: quoniaȝ aut intelligit gratiam seu charitatem esse huiusmodi ad duo predicta simpliciter necessariam absolute: aut non sed tantū supposita ordinatione diuina. Si p̄io modo/ falsum est vt ex dictis in articulo sa[?]a patet: quoniam per hominem esse charitate iustum non potest aliud intelligi q̄ ipsum esse deo acceptum. per hominem etiam non posse sine charitate meritorie agere non potest intelligi nisi ꝙ nullus actus hominis extra charitatem existentis acceptatur a deo tanq̄ dignus premio sempiterno reddēdo pro eo prosequenti ipsum. sed vtrūq; istoꝝ duoꝝ est necessarium non simpliciter absolute sed ex sola ordinatione diuina. sicut enim sine charitate existente posset deus absolute hominem acceptare vita ⁊ eius actum moraliter bonum vt vita eterna dignum. ergo ⁊c. ¶ Si autem intelligat secundo modo charitateȝ esse hominī necessariam propter illa duo predicta/ adhuc non videtur verum. Primo. quia paruuli mortui ante vsum rationis nullum impleuere nec implere potuerunt preceptum nec agere aliqd̄ opus bonum. ergo nec charitate indiguere propter illam causam secundā veȝ ad mādata vel consilia meritorie adimplenda. Secundo. quia nullus tenetur implere precepta meritorie/ sic intelligēdo ꝙ si impleat non meritorie peccet mortaliter nec ēt venialiter. non enim ille qui in peccato mortali existēs precepta obseruat peccat quando precepta obseruat: cum tamen constet ꝙ ipse meritorie non obseruet saltēȝ merito quo quis meretur premium sempiternum. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia nullus tenetur semper ad obseruantiam omnium preceptorum. licet enim omnia precepta obligent semper/ non tamen pro semper: non enim semper teneor honorare parentes/ nec semper prosequi illa que explicantur per alia precepta affirmatiua: ⁊ tamē semper ⁊ pro semꝑ homo tenetur habere charitatem. ergo non tenetur eam habere nec indiget homo ipā saltem semꝑ ad precepta obseruāda. ¶ Et ideo quātū ad istum articulum aliter est dicendum/ videlicet ꝙ gratia est necessaria omnibus electis ad finem vltimuȝ eis debitum consequendum. sicut enim omne ordinatum ad finem impossibilem consequi sine illo est necessarium cuicunq; volenti ⁊ debenti consequi finem illū: ita cū charitas sic sit ex diuino statuto ad finē vltimū ꝯsequēdū ordinans quēlibet electoꝝ/ ⁊ ad finē istū habendū eis necessaria/ ꝙ finis iste est īpossibilis sine ipsa stante ordinatiōe diuīa/ ꝑ ꝯñs est necessaria cuilibȝ ꝯsecuturo finē istū ad ipm̄ consequendū: sicut illud qd̄ ordinatur vl' ordinat ad finem est necessarium ad ipsum obtinendum. Nec tantuȝ est omnibus electis vniuersaliter necessaria isto modo siue propter causam predictam: sed etiā adultis ad mandatorum obseruantiam obligatis est necessaria ad mandata ipsa ⁊ alia supererogationis opera perfecte salubriter adimplenda: sic intelligendo ꝙ nullus potest sine charitate mandata seruare/ nec aliquid aliud agere qd̄ sit deo acceptum vt vita eterna dignum sicut nec sine charitate potest consequi vitam ipsam. ¶ Sed nunquid ad actum meritorium est sic charitas necessaria/ ꝙ sit impossibile absolute aliquem actum meritorium fieri sine ipā. ¶ Ad hoc aliqui dicūt ꝙ sic. sed tamen hoc est falsum vt apparet ex precedentibus: quoniam non plus est necessaria ad actum meritorium q̄ ad prosequentem ipsum esse deo acceptuȝ: sed ad hoc ꝙ homo sit deo acceptus non requiritur simpliciter necessario absolute sed tantum ex ordinatione diuina ꝙ sit informatus gratia. ergo ⁊ cetera. ¶ Confirmatur. quia cum deus sit pronior ad misericordiam q̄ ad iustitiam/ non est impossibilius absolute ipsum acceptare vt vita eterna dignum aliquem bonum actum/ q̄ malum imputare ad eternum supplicium cuiuscunq; in puris naturalibus existentis: maxime cum actus etiā de facto sit meritorius vel demeritorius: quia voluntarius. ꝙ autem sit voluntarius hoc non habet a charitate sed precise a voluntate. sed constat malum actum existentis in puris naturalibus sine omni charitate sibi imputari ad penam: ergo ⁊ bonus si deus voluisset sibi imputari potuisset ad gloriam sempiternaȝ. ¶ Et ideo aliter est dicendum/ videlicet ꝙ accipiendo charitateȝ pro forma creata a spiritu sancto distincta/ vt loquimur hic de ipsa: licet de facto ex diuino statuto nullus actus possit esse meritorius sine ipsa: posset tamen loquendo de dei potentia absoluta. ¶ Si autem voces charitatem dei gratuitam voluntatem/ sicut magister hic accipit charitatem quando dicit ꝙ charitas est spiritus sanctus: sic est impossibile absolute non tantum de facto ex diuino statuto aliquem mereri vitam eternam nec ipsam consequi sine charitate. Et hoc modo est vera opinio magistri ponentis in distinctione ista charitatem esse a spiritu sancto indistinctam/ videlicet accipiendo charitatem pro illo sine quo est impossibile absolute mereri nec consequi vitam eternam. Nec enim charitas sic accepta potest dici aliqua res creata: sed sola dei voluntas gratuita spiritui sancto appropriata. quare ⁊ cetera. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis: quoniam bene concludit ꝙ charitas creata non est absolute necessaria ad hoc ꝙ intellectualis creatura sit deo grata:

non tamen quin possit esse ad hoc necessaria ex ordinatione diuina vt dictum est supra.

Secundo supposita ex predictis

charitatis necessitate cuilibet intelligenti catholico euidenti: quero de eius augmento intensiuo vel extensiuo possibili/vez verum charitas possit secundum suam essentiam tam intensiue q etiam extensiue diminui et augeri. ¶ Et videtur q sic quoniam omnis forma composita vel componibilis ex partibus eiusdem rationis est remissibilis vel intensibilis et etiam extensibilis: cum sit diuisibilis in partes in ipsa actualiter existentes: et quantum secundum philosophum.v. metaphysi. sit illud qd est diuisibile in ea que insunt: sed charitas est talis forma/vt videbitur infra. ergo etc. ¶ Contra. quia nulla forma simplex et spiritualis est extensibilis nec intensibilis: cum omne intensibile et remissibile sit componibile: sed charitas est forma spiritualis et simplicissima. ergo etc. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquiram an charitas sit intensibilis et remissibilis. Secundo. an sit extensibilis.

Quantum ad primum est sciendum q

formam intendi vel remitti potest tripliciter intelligi. Uno modo. q vna et eadem forma numero omnino sit primo remissa seu imperfecta: et postea intensa siue perfecta: vel econuerso/vez q sit prius perfecta et postea imperfecta. Alio modo. q non sit eadem intensa et remissa seu imperfecta et perfecta: sed alia et alia. Et hoc potest dupliciter intelligi. Uno modo: q forma remissa et intensa siue imperfecta et perfecta sint sic diuersa sicut aliqua disparata: quorum neutrum est alterum nec aliquid in ipso inclusum. Alio modo: q sint forme diuerse nō sicut disparata: sed sicut illa quorum vnum licet non sit alterum: est tamen aliquid in ipso inclusum: modo quo distinguitur para a toto.

Hoc pmisso pono quatuor cōclusiōes

¶ Prima est. q nec charitas nec aliqua forma alia est intensibilis nec remissibilis primo modo. ¶ Hec probatur. quoniam nullum essentialiter et totaliter quātum ad illud qd est inuariabile est intensibile nec remissibile illo modo: sed tam charitas q alia res quecunq qdiu manet est inuariabilis secundum essentiam suam totam. ergo non potest dici nūc perfecta et postea imperfecta: nec econuerso. quare etc. ¶ Maior apparet: quoniam impossibile est vnum et idem esse intensius siue perfectius nec imperfectius semetipo: omne autem inuariatum vt sic est illud idem nunc qd fuit tunc. quare etc. ¶ Minor declaratur: quoniam omne illud est qdiu manet essentialiter inuariabile: cui nec potest aliqd subtrahi neq addi qd sit de eius essentia: sed tam charitas q alia res qcunq est tale ens: nulla enim res potest existere non existentibus omnibus ad eius essentiam pertinentibus. ergo cum illud dicatur isto modo essentialiter variari: cui subtrahitur vel additur aliquid ad eius essentiaz pertinens: et nullum tale sit possibile: sequitur q nec est aliquid essentialiter variabile isto modo. quare et cetera. ¶ Confirmatur. quoniam si vna et eadem forma potest esse primo minor seu imperfectior et postea maior seu perfectior: aut hoc erit absq aliquo sibi addito vel propter aliquid sibi additum. Sed non potest poni primum: quia vt videbitur in sequentibus/nulla forma intenditur nisi quia aliquid eiusdem rationis secum sibi apponitur. nec secundum. quoniam licet ex forma precedente et ex alia sequente priori adueniēte forma composita sit perfectior tam precedente q sequente per se sumpta: nec tamen precedens secundum se efficitur perfectior per sequentem sibi aduenientem: nec econuerso sequens per precedentem. nec enim aliquorum realiter distinctorum eiusdem rationis existentiū cuiusmōi sunt forma precedens et sequens/vnum est alterius perfectiuum. ergo nec forma remissa precedens est maior seu perfectior vel intensior per sequentem: nec forma intensa qualis est illa que componitur ex sequente et ex precedēte/efficitur remissa seu imperfecta propter subtractionem siue destructionem alterius partis eius. qd enim est destructum non dicitur esse remissum. sed destructa aliqua parte constituente totum/et totum ipsum dicitur ē destructuz. ergo et cetera. ¶ Nec valet si cōtra hoc arguatur. quia ad sensum apparet subiectum calidum effici minus calidum non nisi propter aliquem caloris gradum subtractum. quoniam licet hoc sit verum/non tamen est in aliquo contra predictam cōclusionem: nec contra eius probationem: quia licet subiectum efficiatur minus calidum propter aliquem caloris gradum destructum: et calor in eo remanens illo destructo sit minor seu imperfectior toto calore in ipso subiecto antea existente: non tamen ex hoc sequitur q calor ille totus proprie posset dici remissus cum sit destructus: licet ille fuerit calor maior seu perfectior: et iste nunc remanens imperfectior siue minor. nec calor iste etiam remanens potest dici remissus respectu suiipsius: vt neq acceptus sine calore subtracto dicatur remissior seipso vt accepto antea cum calore illo sibi modo subtracto: quoniaz ex cuius subtractione calor remittitur ex eius appositione intenditur: sed iste calor nunc remanens non fuit intensior siue perfectior propter calorem nunc sibi subtractum primo appositum: quoniam vt dictum est/eorum que sunt eiusdem rationis/vnum non est alterius perfectiuum. ergo et cetera. ¶ Secunda conclusio est. q charitas est forma intensibilis secundo et tertio modo hoc intelligendo. ¶ Hec probatur. quoniam illa forma est hoc modo intensibilis que est ex pluribus formis eiusdem rationis componibilis: sed charitas est talis forma. ergo et cetera. ¶ Maior apparet. quoniam sicut vna res non est maior alia extensiue nisi propter plures quantitatis partes extra se inuicem existentes: ita nec perfectior intensiue nisi quia ex pluribus indistantibus partibus constituta. eorum enim que sunt eiusdem rationis nullum est alio perfectius nisi quia cōpositius: et illud est imperfectius alio qd est incompositius ipso/vt magis explicabitur in sequentibus questionibus. ergo omnis illa forma potest esse perfectior siue intensior alia que potest esse compositior ipsa: et est eiusdem rationis cum ea. sed forma ex pluribus formis eiusdem rationis componibilis potest esse ex pluribus constans q alia vel ab ipsa disparata vel non disparata sed i ipa īclusa: sicut tota albedo ex multis indiuiduis albedinis cōstituta est compositior qualibet sua parte in ea inclusa et alia quacunq albedine disparata pauciora indiuidua albedinis includente. ergo et cetera. ¶ Minor videlicz q charitas sit talis forma sic videlicet ex pluribus charitatis indiuiduis eiusdem rationis componibilis/apparet: quoniam constat ex fide omnem in gratia existentem acquirere successiue per diuersos meritorios actus diuersos charitatis gradus: quorum prior non destruitur propter sequentem. tum quia actus meritorius non meretur charitatem aliquā destrui sed infundi. sicut enim actus habitus non est eius destructiuus: sed potius productiuus: ita cum actus charitatiuus seu meritorius charitatē psupponat: nō est ratio destructiōis illius: sz potius appositionis alterius. Tū scdo, q nec i itēsione alicui⁹ forme grad⁹ pcedēs dq

struitur propter aduentum sequentis vt in sequẽtibus ostendetur. ergo in quocunq; in gratia existente et continue meritorie operante sunt diuersi charitatis grad⁹ ex quibus omnibus non minus efficitur vel constituit̃ vna charitas q̄ ex diuersis albedinis gradibus vna albedo: vel ex diuersis coloribus vnus color. non enim est dicendum ꝙ huiusmodi diuerse partiales charitates sint vnum tantum vnitate subiecti: quia magis sunt inter se vnum ⁊ essentialiter indiuise q̄ cum fide nec cum spe nec cuȝ aliqua alia virtute naturaliter acquisita. ergo ꝛc̄. ¶ Confirmat̃. quia vt ex fide tenemus glorie beatorũ sunt inequales secundũ inequalitatẽ gratiarũ eorũ sed nisi gratia seu charitas esset forma intensibilis tam primo q̄ secũdo modo / hoc poni nõ posset. ergo ꝛc̄. ¶ Minor est euidẽs: quoniã sicut vna anima intensiua non dicitur essentialiter pfectior alia: quia non est intẽsibilis forma: ita nec charitas seu gratia aliqua posset esse pfectior seu intensior q̄ alia nisi ipsa esset intensibilis isto modo ꝙ gratia vnius posset esse intẽsior: ⁊ alia ab ea disparata / veȝ illa que est alteri⁹ subiecti / remissior siue minor: sed eorum que sunt vnius rationis neutruȝ põt esse altero pfectius nisi qd̾ est ipso cõpositius: ⁊ ecõuerso oẽ intensibile cõpositius est perfectius: ergo cũ tota charitas superioris beati sit cõpositior non tm̃ charitate tota cuiuslibet alterius inferioris beati ab eo disparata: sȝ etiam qualibet sua parte in ip̃a inclusa: per consequens sequitur ꝙ ipsa est perfectior tam charitate alia disparata q̄ charitate nõ disparata sed in ipsa inclusa. ex quo habetur intentum: veȝ ꝙ ipsa est forma intensibilis vtroꝙ illorum duorum modorum superius predictorum.

¶ Tertia conclusio est. ꝙ charitas est forma remissibilis eisdem modis quibus est intensibilis. ¶ Hec appet ⁊ sequitur ex predictis: quoniam sicut vnum quantũ nõ dicitur extensiue maius nisi respectu alterius minoris: ⁊ quot modis vnum quantum dicit̃ alio maius / tot modis potest alterum dici minus: ita consimiliter in proposito est dicendum: videlicet ꝙ sicut vna charitas nõ potest esse seipsa perfectior nunc q̄ prius: ita nec imperfectior seu remissior erit: sicut vna charitas est perfectior intensiue alia siue disparata siue etiam non disparata sed in ea inclusa: ita consimiliter eadeȝ charitas potest esse imperfectior alia tam disparata q̄ non disparata sed ex ipsa ⁊ ex alia addita vt totum ex diuersis partibus constituta. ¶ Confirmatur. q: vna charitas nõ est perfectior intensiue nisi alia imp̄fectiori: sed cõstat vnã charitatem esse perfectiorem alia tam disparata q̄ non disparata. ergo ⁊ de facto quelibet illaruȝ est minor seu remissior q̄ illa. quare ꝛc̄. ¶ Ex hoc infero corollarie nõ esse verum dictum aliquorum ponentium ꝙ licet charitas sit remissibilis et intensibilis de possibili / nunq̄ tamen de facto remittitur: licet aliquando vt per peccatum mortale totaliter destruatur. hoc siquidem falsum est: quoniam charitas remissa non est aliud q̄ charitas imperfecta sicut nec intensa aliud q̄ perfecta: nec charitatem remitti est aliud q̄ charitateȝ imperfectam fieri: sed constat ꝙ de facto vna charitas est imperfectior alia. ergo ꝛc̄. ¶ Confirmatur. quia licet charitas de facto nõ remittatur per hoc ꝙ eius pars aliqua corrumpatur alia remanente: ex hoc nõ sequit̃ ꝙ ipsa non dicatur de facto remissa: quoniam nec aliqua forma alia puta calor intensus dicitur remissus esse: quia aliquis ei⁹ gradus est corruptus: sed tantum gradus caloris remanens post illum corruptum est calor remissior et imperfectior illo toto calore corrupto ex ipso calore remanente et ex alio amoto constituto. et sicut nunc gradus huiusmodi caloris remanens dicitur esse imperfectior q̄ esset calor totus quando erat ex ipso et ex alio constitutus: ita consimiliter idem calor quando erat pars illius caloris totius erat imperfectior seu remissior ipso toto ex calore isto et ex alio ex partibus constituto: nec per consequens calor iste nunc remanens dicitur esse remissus: quia alius gradus caloris ipsi proprius coniunctus est nunc destructus: sed propter nullam aliam causam dicunt modo predicto loquentes charitatem de facto non remitti: nisi quia nullius charitatis totius aliqua pars de facto destruitur alia remanente: cum propter peccatum mortale tota charitas subtrahatur. nulla autem pars eius subtrahitur nec destruitur propter peccatum aliquod veniale. ergo ⁊ cet. ¶ Quarta et vltima conclusio est. ꝙ licet de facto alia charitas sit remissa et alia intensa: tamen quantum ad aliquid charitas nõ remittitur de facto ꝯsimiliter sicut forme alie intensibiles remittuntur. ¶ Hec apparet. quoniam quelibet alia forma naturalis et naturaliter intensibilis ac remissibilis alteri forme eiusdem rationis equalis potest fieri et fit de facto ea minor et per consequens remissior propter alicuius gradus subtractioneȝ siue corruptionem: sed non sic aliqua charitas supernaturalis de facto remittitur: quia nulla eius pars remanente altera destruitur: cum propter nullum peccatum veniale pars eius aliqua destruatur. propter mortale autem tota ipsa charitas subtrahitur. ergo ⁊ cetera. ¶ Sed ista ratio non concludit: quia in minore falsum accipit: quando dicit ꝙ forma naturaliter remissibilis de facto remittitur quia aliquis eius gradus corrumpitur: quoniam vt dictum est supra / ante corruptionem talis gradus alius gradus post eius corruptionem remanens erat iam antea minor seu imperfectior intensiue tota forma ex talibus pluribus gradibus constituta ergo propter vnius gradus subtractionem alius gradus remanens non efficitur minor: cuȝ iam esset minor seu imperfectior intensiue tota forma ex gradu illo subtracto et ex alio remanente realiter constituta: nec etiã ipso gradu subtracto: quia aut gradus subtractus fuit perfectior q̄ remanens / aut imperfectior. si primum: ergo hic remanens non est factus eo remissior propter eius corruptionem: cum ipsi non corrupto adhuc coniunctus antea esset minor ipso. si autem ponatur secundum: ergo nec nunc etiam est minor ipso: sed maior siue perfectior intensiue. quare ꝛc̄. ¶ Et ideo aliter est probanda et intelligenda conclusio supradicta / videlicet ꝙ solum ex hoc charitas supernaturalis non dicatur de facto remitti consimiliter sicut forma alia naturalis quia vna forma naturalis et naturaliter remissibilis puta calor sic de facto remittitur ꝙ forma ipsa que erat alteri equalis antea corrũpitur remanente aliqua eius parte: que tamen non dicitur proprie esse remissa: cum nec sit in se perfectior vt alteri coniuncta q̄ vt ab ipsa diuisa. non sic autem est de charitate vt apparet ex fide. ergo ⁊ cetera. ¶ Sed quia nec corruptum dicitur proprie esse remissum nec etiam pars totius forme corrupte remanens propter subtractionem siue destructionem partis alterius: ideo loquẽdo proprie magis posset dici ꝙ charitas consimiliter de facto remittitur sicut remittuntur forme alie naturales q̄ ꝙ dissimiliter remittatur. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundũ suppono ex alibi

declaratis ꝙ nec extensum est aliud q̄ res habens partes distantes: nec extensibile est aliud q̄ quodcunq; tales partes habere possibile. ¶ Hoc supposito pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ res substantialis vel accidẽtalis naturalit̃ extẽsibilis nõ põt esse p naturam actualit̃ inextẽsa. ¶ Hec ꝓbat̃. q̄m res naturalr̃ extẽsibilis dicẽ res corporea apta nata habẽ ptes distãtes ⁊ extra se inuicem existentes: res autem actualiter inex-

tensa est omnis res carẽs partibus vel habens partes
totaliter indistãtes: sed nulla res extensibilis potest per
naturam priuari omnibus partibus nec habere partes
totalit̃ indistantes. ergo ⁊c. ¶ Secũda conclusio est. ꝙ
res omnis naturaliter extensibilis vel extensa potest ꝑ
diuinam potentiam effici inextensa. ¶ Hec probatur ꝑ
rationem contrariã ei que facta est ad cõclusionẽ prece
dentem. quoniã cuius virtute partes alicuius rei extẽ
se distantes possunt fieri indistãtes: ⁊ res illa extensa po
test fieri actualiter inextensa: sed per virtutem diuinam
partes rei extense distantes possunt fieri indistantes. er
go ⁊c. ¶ Minor probatur. quoniã nõ est maior repugnã
tia partes vnius rei corporee seu extense fieri indistãtes
q̃ diuersas res corporeas seu extensas quarꝫ vna nõ est
pars alterius nec omnes alicuius totius. sed secunduꝫ
est deo possibile: qḋ apparet in pluribꝰ corporibus in ea
dem loco possibilibus esse simul. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̃.
quia que nõ determinãt sibi certã ⁊ determinatã distan
tiam sed possunt etiã per naturã distare nunc plus vel
minus q̃ prius / possunt esse totaliter indistantia virtute
diuina: sed partes rei extense substantialis vel acciden
talis / vt ignis vel caloris / non determinant sibi certam
siue determinatã distantiã: cum res tam substãtialis q̃
accidentalis extensa possit fieri rarior vel densior: res
autem rarefacta habet partes distantiores ⁊ condensa
ta ꝓpinquiores. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc apparet ꝙ nõ potest
ꝓbari albedinẽ vel aliam quamcunqꝫ formã corporeaꝫ
accidentalẽ non posse recipi in anima vł in aliqua alia
spirituali substantia: quia est forma extensa que non po
test recipi in subiecto extenso. ¶ Primo. qꝛ licet albedo
sit forma extensa potest tamen vt probatum est per diui
nam potentiam fieri inextensa. ergo licet non possit re-
cipi in subiecto inextenso manens extensa: nec per con-
sequens naturaliter: cum nec per naturaꝫ possit esse ali-
ter q̃ extensa: non tamen sequitur quin supernaturali-
ter possit esse. ¶ Secundo. quia manens extensa vide-
tur posse per diuinam potentiam recipi in substãtia in
extensa: quoniam sicut forma substãtialis indiuisibilis
vt anima est in subiecto extenso: puta in toto corpore qḋ
informat ⁊ in qualibet eius parte: ⁊ etiaꝫ separata a cor
pore est in aliquo toto loco ⁊ in qualibet eius parte: ita
videtur per diuinam potentiam formam accidentalem
extensam a substantia corporea separatam posse recipi
in aliqua substantia inextensa: que quidem tota sit sub
tota illa forma extensa ⁊ sub qualibet eius parte. ergo
⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ nec charitas nec aliqua
alia spiritualis forma licet composita ex diuersis parti
bus quia intensibilis est extensibilis per naturam.
¶ Hec probatur. quoniam non magis res naturaliter
apta nata habere partes indistantes et per consequẽs
esse inextensa / potest per naturam habere partes exten
sas: et per consequens esse quanta seu extensa: q̃ econ-
uerso res habens partes distantes possit eas habere in
distantes. sed secundum est impossibile per naturam. er
go et primum. ¶ Quarta et vltima conclusio est. ꝙ nec
charitas nec aliqua alia forma spiritualis licet intensi
bilis: ⁊ per consequens componibilis: est etiaꝫ per diui-
nam potentiam extensibilis. ¶ Hec non potest probari
per hoc quia charitas et omnis alia forma spiritualis
est indiuisibilis: quoniam hoc est falsum: nullum enim
compositum ex pluribus realiter distinctis et separabi
libus est indiuisibile: immo omne tale est diuisibile: omne
enim habens partes realiter differentes ⁊ separabiles
est diuisibile. sed tam charitas q̃ alia omnis forma spi-
ritualis accidentalis est composita ex partibus eiusdẽ
rationis: cum sit forma intensibilis: que quidem partes
sunt realiter differentes et separabiles. sicut enim de fa

cto vnus gradus charitatis post alium acquiritur: ex q̃
bus omnibus vt totum ex partibus vna charitas con-
stituitur: ita et per diuinam potentiam posset vnus ab
alio separari vel vno destructo et alio remanente / vel
vtroqꝫ etiam remanente. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ nec
potest probari conclusio supradicta per hoc ꝙ chari-
tas non potest habere partes extra partes: quia par
tes diuise sunt vel esse possunt distantes: et per conse-
quens extra seinuicem existentes: sed partes charita-
tis ⁊ cuiuscunqꝫ alterius forme spiritualis intensibilis
possunt esse diuise et ab inuicem separate existere vel in
subiecto vel extra omne subiectum virtute diuina. er-
go et cetera. ¶ Ex hoc sequitur secundo ꝙ licet omne
quantum seu extensum habeat partes extra partes / nõ
tamen econuerso omne habens vel habere potens par
tes extra partes potest esse quantum siue extensum: cũ
nulla spiritualis accidentalis forma possit esse quan-
ta seu extensa: licet eius partes possint esse diuise ⁊ exi-
stere per diuinam potentiam separate. quoniam solum
totum illud est extensum qḋ est vnuꝫ ex partibus extra
se existentibus constitutum: sed partibus vnius chari-
tatis diuisis ⁊ extra se positis modo quo vna forma sub
stantialis potest esse extra aliaꝫ / vt anima extra animã
et vnus angelus extra alium / non magis remanet vna
charitas q̃ ex multis animabus fiat vna anima / vel ex
diuersis angelis in diuersis locis ꝯtinuis et contiguis
existẽtibus fiat vnus angelus. ergo sicut duo angeli nõ
possunt dici aliqua res continua seu extensa: quia nec
sunt vnum nec aliquis eorum habet partem aliquaꝫ ex
tra partẽ: ita nec charitas cuius partes sunt per diui-
nam potentiam separate ⁊ extra se inuicem existentes
est aliquid vnum magis q̃ nunc sint vne charitates di-
uersorũ electorũ: nec aliqua pars charitatis ab alia se-
parata habet partes distantes sed totaliter indistãtes.
ergo ⁊c. ¶ Et hoc est per qḋ potest argui ad cõclusioneꝫ
predictam: puta ꝙ charitas non est forma extensibilis
etiam per diuinam potentiam: veꝫ qꝛ impossibile est di-
uersas charitates separatas ⁊ extra se existẽtes sic cõ-
tinuari ꝙ ex eis possit fieri aliquid ꝑ se vnũ: sed solum il
lud precise est cõtinuũ seu extensum / ex cuius ꝑtibus ex
tra se existentibus ⁊ distantibus ipsum est totum aliqḋ
per se vnũ. ergo ⁊c. ¶ Et si queratur quare magis per di
uinam potentiã potest res extensa fieri inextensa q̃ ecõ
uerso res inextensa ⁊ maxime diuisibilis / quia ex diuer-
sis partibus ꝯstituta / fieri res extensa: cum non magis
partes rei distantes possint fieri indistantes q̃ indistan
tes distantes. ¶ Ad hoc apparet quid dicendum. quo-
niam si hic queratur de re inextensa supnaturaliter tã-
tum qualis esset oĩs res naturalit̃ extẽsibilis / vt albedo
vel substãtia corporea cuiꝰ ꝑtes eẽnt ꝑ diuinã potentiã
indistãtes: ꝯstat ꝙ talis res ĩextẽsa põt fieri extẽsa. Si
autẽ queraẗ de re naturaliter inextẽsa qualis est chari-
tas ipa ⁊ oĩs alia spiritualis forma: talis res inexten
sa licet ex diuersis partibus ꝯstituta nõ potest fieri res
extensa: quia nec eius partes possunt distare nec extra
se existere ipsa forma tota vnica remanente. econtrario
res naturaliter extensa potest manere vna eius parti-
bus factis indistantibus. non enim minus: sed aliquo
modo magis ista albedo est vna numero eius partibus
existentibus indistantibus q̃ distantibus. ergo ⁊ cetẽ.
¶ Et si queras vlterius causam talis diuersitatis
Ad hoc est dicendum ꝙ causa huius diuersitatis qua-
re veꝫ albedo potest manere vna et eadem numero ⁊ nõ
charitas eius partibus distantibus existentibus vel in
distantibus: non est nisi quia albedo est talis nature et
charitas alterius. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad ratio-
nẽ in principio ꝯcedo ꝙ oĩs res ꝯposita vł ꝯponibilis ex

partibus eiusdem rationis indistantibus est intensibilis ꝛ remissibilis/modo preexposito in primo articulo hoc intelligendo:non autem omnis res talis est extensibilis vt dictū est in secundo articulo. ¶ Et qñ ꝓbatur ꝑ philosophum dicentē.v.metaphy.ꝙ quantū est diuisibile in ea que insunt:Dico ꝙ nō oīe diuisibile in eaq̄ insūt est quantū/cū oīe habēs partes realiter distinctas sit sic diuisibile nō tamē quantū:cū non habeat ptes hmōi in quas est diuisibile distantes sed indistātes/vt apparet ꝑ exemplū de intellectione vel scientia ꝛ gratia et de alia omni forma accidētali intensibili ꝛ remissibili inextensa.solum ergo illud qd̄ est diuisibile in ea que insunt puta in partes distātes dicitur esse quantū:ꝛ tale est diuisibile naturaliter nisi sit incorruptibile:sicut celū.illud autē qd̄ habet ptes indistantes licet sit diuisibile nō tamē est magis quantū seu extensum ꝙ̄ illud qd̄ est totaliter indiuisibile:q: carens omni parte:sed talis res est charitas ꝛ alia omnis forma spiritualis cuius partes sunt totaliter indistantes.vnde nec aliqua talis res cuius partes sunt indistātes est naturaliter diuisibilis sic in partes ꝙ possint ꝑ naturam sed tantū ꝑ diuinā potentiam existere adinuicem separate. ¶ Et ideo quādo dicitur ꝙ quantum est diuisibile in ea que insunt:Dico ꝙ verum est:ꝛ sic intelligit philosophus:non tantuȝ supernaturaliter sed etiam naturaliter.hoc autem modo non est diuisibilis res aliqua licet corruptibilis:habēs ptes totaliter indistantes.quare ꝛc̄.

Tertio quero. Vtrū charitas sit intēsibilis siue augmentabilis intēsiue ex diuersis gradibus eiusdem specifice rationis/puta ex diuersis īdiuiduis charitatis. ¶ Et videt ꝙ sic:qm̄ eorum que sunt eiusdem specifice rationis solum illud est perfectius altero qd̄ est cōpositius ipso:sed charitas intensa est eiusdē speciei cū remissa/ꝛ ē ea perfectior:ergo ꝛ cōpositior.sed charitas intēsa nō magis includit ꝙ̄ remissa aliqd alteri⁹ rōnis specifice ab ipa charitate.ergo ꝛc̄. ¶ Cōtra.q: nō magis ex diuersis formis accñtalib⁹ ꝙ̄ ex diuersis substātialib⁹ eiusdē rationis pōt fieri aliqua vna forma:sȝ cōstat ꝙ ex diuersis formis eiusdē rationis substātialibus saltē spiritualib⁹ nō pōt fieri vna forma/nec ex diuersis aiabus vna aia.ergo nec ex diuersis charitatib⁹ vna charitas.quare ꝛc̄. ¶ Respōsio.vbi sic ꝓcedā.Primo est respōdēdo ad questiū ostēdā ꝙ charitas ꝛ alia oīs forma intēsibilis intendit ꝑ appositionē gradus eiusdē secū specifice rationis.Secūdo inquirā an gradus p̄existēs remaneat cum sequente intensionem huiusmodi terminante.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ hic non intelligitur nec est intelligendum formam aliquam intensibilem precedentem posse intendi seu perfici intensiue:quia nec aliq̄ forma est intensibilis isto modo/vt dictū est in primo articulo alterius questionis/sȝ tantum charitas ꝛ alia omnis forma intensibilis dicit hic intēdi ꝑ appositionē grad⁹ charitatis eiusdē rationis:quia ex tali gradu nouiter aduentente ꝛ ex alio precedente efficitur seu constituitur vna forma perfectior intensiue qualibet eius parte:ꝛ per consequens illo gradu precedente/qui tamen precedens gradus non dicit per appositionem alterius esse intensus.

Hoc supposito ex prędictis in alia questione pono hic quatuor cōclusiōes. ¶ Prima est.ꝙ charitas ꝛ alia omnis forma intēsibilis intendit ꝑ appositionē graduū seu indiuiduorum realiter distinctorum. ¶ Hec ꝓbatur.qm̄ aut forma isto modo intēdit/vel q: vnū alteri apponit/ex quorum vtroque ꝑfectior forma cōstituit:aut q: forma p̄cedens remissa corrūpit ꝛ alia ꝑfectior ꝓducit.Sed nō pōt poni secūdū.Primo.q: nō semper forma sequēs est ꝑfectior immo est aliquādo imperfectior ꝙ̄ p̄cedens.Secūdo.q: nec quando forma in subiecto intendit aliqua p̄cedēs destruit/vt in alio articulo ostendetur.ergo ꝛc̄. ¶ Confirmat.qm̄ sicut se habēt actus habitū p̄cedētes ad ipm̄ habitū eos sequentē:ita actus subsequētes ad vlteriorē gradū habit⁹ subsequentem. ¶ Hoc appar et.quoniam cū actus sequens habitum nō sit iꝑfectior immo ꝑfectior actu habitū precedente:ꝑ cōsequens nō magis mediante primo actu habitū precedente potest acquiri aliquis gradus habitus ꝙ̄ mediante actu secūdo primū gradū habitus supponente:sed constat primū habitus gradū esse ex actu p̄cedente ipsum habitū acquisitū ergo et aliquis gradus ali⁹ habitus acquirit ex actu primū gradū habitus subsequente:cum nec habitus intendatur aliter ꝙ̄ ꝑ actus. Actus aūt habitus nō corrumpit ipsum sicut nec act⁹ meritorius corrūpit charitatis habitū queȝ supponit.ergo ꝛc̄. ¶ Preterea arguo sic ad idem.quodcunque subiectū naturaliter transmutatū de nouo aut acquirit aliquid qd̄ non habebat primo:vel priuat aliquo qd̄ habebat antea.sed cōstat ꝙ subiectū tale factum magis tale vt albū cū sit albius/vel calidū calidius seu magis calidū/est realiter transmutatū:nec tamē amisit aliquid qd̄ habebat prius/vt probabitur inferius.ergo de nouo aliquid acquisiuit.quare ꝛc̄. ¶ Cōfirmat.q: illud qd̄ suscitatū absque aliquo ipsi apposito nec subtracto potest esse nūc min⁹ ꝛ postea magis tale est tale simpliciter semetipso nullo alio mediante ab eo realiter differente:ꝛ ꝑ cōtrarium qd̄ non potest simpliciter esse tale seipso:sȝ alio sibi apposito mediāte/nec existēs tale/potest sine aliq̄ sibi addito fieri magis tale:sed cōstat ꝙ subiectū nō potest esse albū nisi albedine mediante ab ipso realiter differente:nec aīa deo grata seu chara de eius potētia ordinata nisi mediāte charitate ab ipa realit̄ differēte.ḡ ꝛc̄. ¶ Ex hac cōclusione ꝓbata apparet falsitas ꝛ iprobabilitas opinionis dicentiū ꝙ quando forma intenditur nihil nouiter ipsi vnitur:sed tantū depurat ꝛ separat a suo contrario magis ꝙ̄ prius:ita ꝙ formā intēdi non est aliud ꝙ̄ ipsam depurari ꝛ ab alia forma ipsi cōtraria separari. ¶ Hec inquā opinio est improbabilis/vt apparet.Primo ex dicta cōclusione ꝛ sua ꝓbatione.Secundo.quia nō omnis forma intensibilis ꝛ remissibilis habet contrarium.nec enim luci nec lumini aliquid opponitur contrarie/sed tantūmodo priuatiue:ꝛ tñ tā lux ꝙ̄ lumē est forma itēsibilis ꝛ remissibilis:ergo formā itēdi nō ē ipsā ab alia forma ipsi cōtraria separari seu depurari. ¶ Confirmatur.quia aliquis gradus virtutis potest esse in aliquo gradu vitij sibi contrarie oppositi existente in ipso:sed non minus habēs virtuosum habitum imperfectum sine aliquo vitio sibi cōtrario potest acquirere habitū ꝑfectum:ꝙ̄ habens habitum virtuosum simul cū vitio et contrario opposito.nec enim forma contraria puta calor exigitur ad intensionē frigiditatis.ḡ nec formā aliquā perfici seu intendi est ipsam a forma sibi contraria depurari. ¶ Contra conclusionem tamen istā ꝓ opiniōe p̄dicta adducūt alique auctoritates phi. Dicit em̄ phūs.3.Topi.ꝙ illud est albius qd̄ est nigro minus permixtius.ex quo videt ab eo innui ꝙ aliquid esse albius est ipsum minus permisceri cum nigro ipsi contrario.quare ꝛc̄. ¶ Preterea idem philosophus in predicamentis attribuit susceptionem magis et minus illis que habent contrarium.vnde ꝛ ante proprietatem suscipiendi magis ꝛ minus premittit proprietatem de habere cōtrariū.ḡ videt innuere ꝙ nihil intēdit nec remittit nisi qd̄ suo ꝯtrario ꝑmiscet. ¶ Preterea q: fm ipm

philosophū ꝛ cōmentatorē.10.metaphysice. Mediū cōponitur ex extremis. ex quo seq̄ꝛ ꝙ contraria concurrunt insimul in eo/puta albedo ꝛ nigredo in rubrum: et per consequens vnū contrariorum intēditur: quia alterū sibi coniunctū remittiꝛ. ¶ Ad ista ꝑ ordinē respondetur. ¶ Ad primū diciꝛ ꝙ quādo phūs dicit.iij. Topico. ꝙ illud est albius qđ est nigro impermixtius non accipit impermixtionem ꝓprie: sed improprie/vꝫ pro maiori dissimilitudine. quanto enim subiectuꝫ est albius tāto est nigro dissimilius: ꝛ ideo dicitur impermixtius ipi ꝙ minus album: quātūcunqꝫ nigredo nō magis realiꝛ sit admixta remisse albedini ꝙ intense. ꝛ esto ꝙ esset/adhuc non diceretur subiectū albius quia nigro impermixtius: sed tantū quia cōpositius/vꝫ ex pluribus indiuiduis albedinis. Nec philosophꝰ dicit ꝙ subiectū sit albius quia nigro impermixtius/sed tantum ꝙ illud est albius qđ est nigro impmixtius: ꝛ hoc est verū: non tamen est in aliquo cōtra conclusionē predictā. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ licet philosophus attribuat precise magis ꝛ minus illis generibus quibus conuenit habere cōtrarium: non tamen attribuit magis ꝛ minus tantum illis speciebus que habent cōtraria/cum lux vł lumen intellectio ꝛ multa alia cōtrariū non habētia sint intensibilia ꝛ remissibilia vt dictum est supra. ¶ Ad tertium respondeꝛ. ꝙ pro quanto medium ē extremis similius ꝙ vnum extremorum alteri: ideo philosophus vocat medium esse compositum ex extremis. non autem est intelligendum extrema esse in medio vt partes ĩ toto. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ illa omnia per quorum appositionē forma intenditur sunt eiusdem specifice rationis. ¶ Hec ꝓbatur. quoniā qđ est tale nunꝙ potest effici magis tale ꝑ aliquid dissimile appositū ei quo diciꝛ simpliciter esse tale: sicut albū non potest fieri albius ꝑ aliquid appositum albedini dissimile albedini ipsi. sed sola indiuidua eiusdē specifice rationis sunt ꝑfecte similia: omnia alia alterius rationis a specifice existētia sunt dissimilia. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmaꝛ. q2 eodem quo subiectū aliquod diciꝛ magis tale diciꝛ ēt simpliciter esse tale. ergo illo subiectum nō potest dici magis tale quo nō potest dici simpliciter esse tale: sed constat ꝙ subiectū sola albedine dicitur simpliciꝛ esse album: nigredine nigruꝫ ꝛ calore calidum: ꝛ sic de alijs. ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idem arguitur: q2 non magis forma intensa ꝙ remissa includit aliquid alterius rationis ab ipsa: immo quanto forma est intensior tanto est ipsi omnis alia forma alterius rationis incōpossibilior: sed forma intēsibilis licet remissa nō includit aliquam formam alterius rationis ab ipsa. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia ex diuersis rebus alterius specifice rationis nō videtur fieri aliquid per se vnum nisi eorum altero ad reliquum existēte vt informabile ꝛ aliquo modo actuabile ꝑ ipsum: sed charitas ꝛ alia omnis forma intensa est per se vna ex diuersis realiter: quorum neutrū est informabile nec aliquo modo actuabile ꝑ alterum/constituta. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc concludo corollarie. Primo. ꝙ non est dare aliquā charitatem indiuisibilem/nec aliquā formam aliam intensibilem ꝛ remissibilem: sed omnis talis forma est composita ex diuersis indiuiduis vt charitas ex diuersis charitatibus partialibus eiusdē specifice rationis: ꝛ quāto est compositior tanto est intēsiue perfectior. ¶ Secūdo. ꝙ omnis res creata est intensibilis ꝛ remissibilis ex cuius pluribus eiusdem rationis specifice indiuiduis indistātibus potest fieri aliquid per se vnum. ¶ Primū probatur: quoniam sicut omnis pars rei extense est quanta extensiue: ita ꝛ omnis pars rei intense seu perfecte est quāta intensiue: ꝛ sicut res extensa tanto est maior ceteris ꝑtibus quāto ꝯpositior ꝛ ꝯstās ex pluribꝰ ꝑtibus distātibus: ita ꝛ res omnis intensibilis tanto est intensiue ꝑfectior quanto est compositior: hoc est constans ex pluribus eiusdē rationis indiuiduis indistātibꝰ. nec enī inter indiuidua eiusdem rationis eque simplicia potest esse aliquis ordo secundum perfectius ꝛ imperfectius: vt vꝫ vnum sit perfectius alio: sed solum illud est inter talia ꝑfectius qđ est compositius. ergo ꝛc. ¶ Secundum corollarium probatur. quoniā sicut res extensa non est aliud ꝙ res habens ꝑtes distantes: nec potest esse res aliqua inextensa cuius partes vnite sint distantes: ita nec res intensa seu extēsiue perfecta/vt hic est sermo de ipa/ est aliud ꝙ res aliqua ex diuersis eiusdem rationis indiuiduis indistātibꝰ ꝯstituta: nec pōt esse aliqđ sic ex talibus constitutum qđ non sit intensum seu intensiue ꝑfectum. nec enim in alio albedo intēsa distinguiꝛ a remissa/nisi quia intēsa est ex pluribus indiuiduis albedinis indistantibus composita ꝙ remissa. nec potest poni ratio aliqua quare magis vna res ex talibus pluribus indistantibus componibilis sit intensibilis ꝛ remissibilis ꝙ alia. ergo ꝛc. ¶ Sed contra ista duo corollaria supradicta arguitur. Et primo contra primum arguit vnꝰ doctor: cuius opinio est: ꝙ charitas augmentatur per aliam realitatem a priori realiter differentem: cum ipsa tamen vnum facientem: que quidem realitas adueniens non participat rationem charitatis: nec per consequens potest dici charitas sed magis cōcharitas: que quidem non potest fieri sine priori a deo: nec etiam intelligi ab aliquo intellectu creato. ¶ Pro ista opinione quantum ad eius principalem conclusionem/vꝫ ꝙ forma non intendatur per appositionem indiuiduorū participantium eandem specificā rationeꝫ/arguit primo quia non aliter charitas vel alia quecunqꝫ forma intēsibilis videtur intendi ꝙ curuitas vel raritas ꝛ asperitas: sed curuum non efficitur magis curuum propter aliam curuitatem: nec rarum rarius propter aliam raritatem: nec asperum asperius propter aliam asperitatem sibi additam. ergo ꝛc. ¶ Secundo. quia charitas intensa est vna forma: sed diuerse charitates non possūt cōstituere vnam numero charitatem. non enim possunt facere vnum vnitate compositionis: cum vna charitas nō sit in potentia ad alteram: nec etiā vnitate homogeneitatis: quia homogenea nō vniuntur nisi ꝑ continuationem qualiter diuerse charitates nō possunt vniri. ergo illa ex quibus cōponitur charitas intensa nō sunt diuersa charitatis indiuidua. quare ꝛc. ¶ Secūdo arguitur cōtra secūdū corollarium. Primo. q2 nec substātialis forma nec etiā materia est intensibilis: sed tā materia ꝙ substātialis forma pōt ꝯstitui ex pluribꝰ eiusdē rationis ꝑtibus indistātibus. ergo nō omne ex talibꝰ componibile est intēsibile. ¶ Scđo. q2 nulla appet rō q̄re magis aliqua eiusdē rōnis idiuidua ꝙ ola alia possint sibi vnita mutuo facere aliqđ ꝑ se vnū: ꝛ ita ꝑ ꝯñs si oīe tale est ĩtensibile/ꝛ oīs res creata erit ꝯsimiliꝛ ꝛ vniformiter intēsibilis: qđ est falsuꝫ. quare ꝛc. ¶ Tertio. quia corpus rarum album quando condensatur apparet albius ꝙ prius: sed propter condensationem nō apponiꝛ ipi aliqua albedo de nouo. ergo ad hoc ꝙ aliquid intendaꝛ non oportet ꝙ ex pluribus indiuiduis eiusdem rationis indistātibus cōponaꝛ. ¶ Sed ista nō cōcludūt/vt appet ꝑ singula discurrendo. vnde opinio istius doctoris cōtra primū corollarium arguētis accipit duo falsa: quorum primum est ꝙ charitas p̄cedens intēdiꝛ ꝑ realitatē sequētē q̄ nō ꝑticipat rationē charitatis. ¶ Secundū. ꝙ huiusmodi sequēs realitas nō pōt fieri nec ĩtelligi sine realitate p̄cedenti. ¶ Q2 enim p̄mū horuꝫ sit falsuꝫ appet quoniam nulla res intenditur ꝓpter appositioneꝫ alicuius sibi dissimilis: quale est oīe illud qđ ē ab ipa alte

rī⁹ specifice rōnis.ꝙ om̄es realitates charitatē vł quā-
cūq₃ formā aliā intendentes ꝛ cōstituentes sunt eiusdē
specifice rationis:sed de omnib⁹ indiuiduis eiusdem spe-
cifice rationis est predicabilis idez conceptus specifi-
cus primo modo:ergo nō magis charitas precedēs di-
citur charitas ꝙ̄ sequens realitas ipsam augens seu
intendēs.¶ Cōfirmaṫ.quia charitas p̄cedēs non plus
conuenit cum charitate alia p̄cedente in subiecto alio
existente ꝙ̄ cū realitate ipsi adueniente eā intendente:
nec ꝑ ꝯsequens magis due charitates p̄cedentes sunt
indiuidua eiusdem specifice rationis ꝙ̄ charitas p̄ce-
dens ꝛ alia ipsi adueniens:sed constat omnes charita-
tes diuersoꝝ subiectorum p̄cedentes esse eiusdez speci
fice rationis.ergo ꝛc.¶ Secūdū etiā qd ponit ista opi-
nio appet esse falsum.quoniam quecūq₃ realiter distin-
cta sunt seorsum intelligibilia:ꝛ ꝑ diuinā potētiā sepa-
rabilia:sed forma p̄cedēs ꝛ realitas ipsi aduenīēs sunt
realiter distincta/vt habent concedere ꝛ concedunt.er-
go nō magis prima potest fieri ꝛ intelligi sine secunda
ꝙ̄ econuerso.¶ Confirmatur.quia forma p̄cedens ꝛ se-
quens sunt eiusdem rationis:ꝛ nec sequēs includit p̄ce-
dentē magis ꝙ̄ p̄cedens sequentē:sed quorumcūq₃ eius
dē vel alterius rationis realiť distinctorum quorū neu
trum includit alterū/vnū potest fieri sine alio indifferē-
ter ꝛ etiā intelligi.ergo ꝛc.¶ Ad p̄mū qd arguiť ꝑ opi
nione p̄dicta/respōdeo ꝙ secus est dicendū de intensiōe
charitatis ꝛ cuiuscunq₃ alterius qualitatis:ꝛ aliter de
extensione vel minoratione quantitatis:qm̄ quātitas
secūdū aliquos non dicit rem distinctā a re quāta vt de
clarabitur postea in quarto:ꝛ ita sicut res est quāta sim
pliciť semetipsa:quia vez sic disposita ꝛ distantes rea-
liter habet partes:ita potest effici maior seu extēsior ex
sola partium maiori distātia absq₃ aliquo sibi apposito
ab eius partibus distīcto:ꝛ minor ex sola partiū appro
ximatione maiori absq₃ aliquo subtracto a partib⁹ dis-
tincto.ꝛ ita ad hoc ꝙ curuū efficiatur curuius nō opor-
tet aliquid ipsi addi:sed eius partes magis mutuo sibi
approximari:sicut nec rarū efficitur rarius ex alicuius
appositione:sed ex partium maiori remotione.partes
autem rei extēse possunt fieri distantiores vel ꝓpinquio
res nullo eis apposito nec subtracto.non sic aūt est de
qualitatis intensione vel remissione:quoniā qualitas ē
res distīcta realiter a subiecto suo qd quidē nullo modo
sine qualitate ab ipo realiter differente ꝛ in eo actualiť
existente dicitur simpliciter esse tale:sed qd non est ta-
le nisi aliquo mediante ab eo diuerso existēte in eo nec
existēs tale/potest effici magis tale nisi mediante alio
sibi addito eiusdem rationis cum illo.quare ꝛc.¶ Si
autē dicať ꝙ immo quātitas est sicut ꝛ qualitas res dis
tincta ab illo cuius est/tunc dico ꝙ hoc supposito consi
militer est dicendum de intensione curuitatis vł rarita
tis ꝛ de intensione charitatis ꝛ cuiuscūq₃ alterius qua-
litatis quantum ad hoc ꝙ quodlibet istorum est intensi
bile tantū ꝑ partes eiusdem rationis ꝛ non aliter.qua-
re ꝛc.¶ Ad secundum apparet ꝙ falsum accipit in mi
nore:quando dicit ꝙ diuerse charitates non possunt cō
stituere aliquam per se vnam.¶ Ad probationem quā
do accipit ꝙ nō possunt facere vnum compositione/cū
vna non sit in potentia ad alteram nec homogenice/cū
non possint per continuationem vniri:apparet ꝙ ista to
ta probatio arguit cōtra ipsum ꝛ eius cōclusionem:quo
niam nec charitas vel alia quecūq₃ forma intensibilis
precedens est in potentia ad realitatem sequentem ma
gis si illa non ponatur ꝙ̄ si ponať charitas:nec pōt ipsi
per continuationē vniri velut homogenea hoc est eius-
dem rationis secum:supposito ꝙ precedēs sit charitas
ꝛ non sequens.ergo si iste ratio ei⁹ valet/sequitur cōtra
eum ꝙ forma intensa non est per se vna ex forma prece-
dente ꝛ ex realitate sequente alia constituta.quare ꝛc.
¶ Tunc igitur dico ad rationem in forma ꝙ diuerse cha
ritates eiusdem rationis vnite faciunt vnicam charita
tem vnitate compositiōis ꝛ homogeneitatis.¶ Et qn̄
dicitur ꝙ vnum eorum que sunt eiusdem rationis nō est
in potentia ad alterum:Dico ꝙ verum est tanꝙ̄ infor-
mabile seu actuabile per ipsum:sed sicut ad illud cui ē
vnibile.¶ Et quando additur ꝙ homogenea non pos-
sunt facere vnum nisi per cōtinuationē:Dico ꝙ hoc est
euidenter falsum ꝛ contra conclusionem arguentis vt
dictum est.non enim minus ex diuersis charitatibus
ꝙ̄ ex diuersis albedinib⁹ potest fieri aliquid per se vnū
cum tamen charitates non sint per continuationez vni
biles sicut diuerse albedines.ergo ꝛc.¶ Assumptuz ap
paret euidenter.quoniaz magis sunt vnibilia illa q̄ vni-
ta sunt indistantia ꝙ̄ illa que postꝙ̄ vnita sunt distantia:
sed vnita per continuationē sunt distantia:vnita aūt si-
ne continuatione vt diuerse charitates ꝛ alia quecunq₃
similia/sunt indistantia.ergo non magis prima possunt
vnum facere ꝙ̄ secunda.quare ꝛc.¶ Ad primum alioꝝ
que contra secundū corollarium adducuntur:respōdeo
ꝙ immo tam materia ꝙ̄ etiam omnis forma illa substā
tialis est intensibilis illius virtute per quam potest cuz
alia eiusdem rationis secum indistante ab ea facere ali
quid per se vnum.vnde si diuerse forme ignis substātia-
les non possunt vniri per naturam in eadem parte ma-
terie ad constituendū formam aliquam per se vnam/nec
naturaliter est intensibilis forma ignis:si autem hoc ꝑo
test fieri per diuinam potentiam/ꝛ per ipsaz est superna
turaliter intensibilis.¶ Ad secundum dicendum ꝙ il-
lud assumptum est falsum:quando dicitur ꝙ qua ratio
ne aliqua indiuidua eiusdem rōnis possunt facere ali
quid per se vnū/ꝛ q̄cūq₃ alia.licet eñ diuerse albedines
possint facere vnam albedinez:ꝛ diuerse charitates vni
cam charitatem:non tamen diuerse anime intellectua-
les vnam animam:nec diuersi angeli eiusdem speciei
vnum angelum:cuius ratio non est alia nisi quia vt di-
ctum est supra:albedo vel charitas est talis forma:ꝛ ani
ma vel angelus alia.quare ꝛc.¶ Sed contra hoc forsi-
tan arguetur.quoniam totum nō est in re extra aliquid
preter partes.ergo diuerse albedines partiales ex qui-
bus dicitur constitui vnica totalis albedo non sunt dis-
tincte ab illa vnica albedine:nec illa albedo vnica ē ali
ud ꝙ̄ multe vnite albedines partiales:sed non min⁹ pos
sunt vniri ꝛ esse indistantes diuerse anime vel angeli in
ter se ꝙ̄ diuerse albedines vel charitates.ergo non mi-
nus diuerse anime vnite possūt dici vna anima vel diuer
si angeli vnus angelus ꝙ̄ diuerse albedines vna albedo
ꝛ diuerse charitates vna charitas.¶ Ad hoc dicenduz
est concesso ꝛ pronunc supposito illo assumpto de quo
erit sermo in tertio/videlicet ꝙ totum non sit aliquid
preter partes:ꝙ non sic diuerse anime vel angeli sunt
vnibiles nec per consequens dici possunt vna forma si-
cut diuerse charitates vel albedines vna albedo.nec se-
quitur:diuerse anime vel angeli possunt esse equaliter
indistantes sicut diuerse albedines vel charitates:ergo
vniformiter sunt vnibiles.quare ꝛc.¶ Ad tertium re-
spondetur:ꝙ corpus album quando nouiter conden-
satur non est albius ꝙ̄ prius:videtur tamen albius ꝓ-
pter partium albedinis maiorem approximationem:
quoniam sicut plura lucida magis illuminant quan-
do coniuncta/et alia similiter omnia agentia fortius
agunt quando approximata ꝙ̄ quando distantia:ita
et huius albedinis plures partes magis seu effica
cius mouent sensum et per consequens magis viden
tur quando propinquiores ꝙ̄ qn̄ sunt remotiores si-

bē distantiores:sed in subiecto condensato sunt ꝓpinquiores ꝙ in rarefacto.ergo ⁊ cetera. ¶ Tertia conclusio est.ꝙ illa omnis eiusdem rationis indiuidua ꝑ quorum appositionem ⁊ multiplicationē forma intēditur faciunt vnam formam numero qn̄ vniūtur in eodē subiecto:vel esto etiam ꝙ inter se vnita sint ab ipso ꝑ diuinam omnipotētiam separata. ¶ Hec ꝓbatur.qm̄ diuersa accidētia eiusdem rationis solo numero differentia non possunt esse saltem naturaliter in eodem subiecto nisi ex eis omnibus numero distinctis fiat aliquid per se vnum:sed constat ꝙ diuerse charitates sunt in eadē aīa hñte charitatem intēsam ⁊ diuerse caliditates solo numero distincte in eadem aqua intense calefacta et sic de omni alia forma a subiecto intēse ꝑticipata:ꝙ oportet esse ex illis omnibus formis accidentalib⁹ eiusdē rationis in eodē subiecto existentibus vnam formā numero constitutā. ¶ Confirmatur.qꝛ non minus est vna numero forma intensa ꝙ remissa:sed cum forma intēsa includat plura ꝙ remissa nō posset esse vna nūero sicut ipsa nisi ex illis omnib⁹ que includit fieret aliquid per se vnum.immo nec etiam esset dare aliquam formā intensibilem quātūcūqꝫ remissā numero ꝑ se vnā:cū oīs quantūcūqꝫ remissa includat plura realiter distincta vt dictum fuit supra.ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguetur primo.qꝛ distincta numero nō possunt facere neqꝫ esse vnū numero:ergo si illa ex quibus componit̄ res intēsa sunt numero solo diuersa ⁊ eiusdem rationis specifice/extensa nec possunt esse nec facere aliquid per se vnum. ¶ Secundo.quia totū non est aliquid preter ꝑtes:ergo cum partes forme intense sint numero solo diuerse ⁊ ab ipsa forma intensa indistincte totaliter in re extra:per cōsequens forma intensa non est vna numero sed plures vel omnes partes solo numero vt supponit̄ differentes. ¶ Ad primum est dicendum ꝙ illa que sic differunt numero ꝙ vnū non est alterum vtrūqꝫ tamen eorum est pars toti⁹ talia vtiqꝫ numero sic diuersa sunt vel faciunt vnum numero/alias nullū totū esset numero vnū cū includat multa numero distincta.illa autem q̄ sunt diuersa numero:sicut diuersa tota que non sunt alicuius eiusdem toti⁹ partes/non sunt nec faciūt aliquid ꝑ se vnū.sed non isto modo sed primo/partes forme intense sunt numero distincte.quare ⁊c. ¶ Ad secundum supposito illo assumpto vel ꝙ totum nō sit aliqd preter partes dicēdū est ꝙ diuersa numero vno modo possunt esse vnū numero alio mō:sicut diuerse ꝑtes eiusdē toti⁹ sic distinguuntur numero ꝙ vna nō est alia:sic tamen cū hoc sunt vnū numero ꝙ vna non est separata ab alia:sed ipsi cōiuncta.nec tamē ex hoc seq̄t̄ ꝙ oīa coniūcta sic sint vnū cū non omnia vniformiter sint vnibilia nec coniūcta.quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est.ꝙ forma intensa ⁊ remissa sunt eiusdem rationis specifice. ¶ Hec probat̄.qm̄ omnis forma intensibilis ē homogenea ⁊ ꝑ ꝯñs ipsa tota est eiusdē rationis cum qualibet sua parte:sed tota forma intensibilis cōparatur ad quālibet suā ꝑtem sicut forma intensa ad remissam.ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄.quia albedo est species specialissima:ergo omnis indiuidua sub ipsa cōtenta sunt eiusdem specifice rationis:sed sub ipsa continentur intensa albedinis indiuidua ⁊ remissa.cōsimiliter de charitate ⁊ de omni re alia intensibili potest argui.ergo ⁊c. ¶ Sed ꝯ hoc arguit̄ primo.qꝛ natura sub aliquo determinato magnitudinis gradu sumpta:puta albedo decem graduū videtur esse species respectu omniū indiuiduorum ꝑticipantiū tot gradus:ergo illa omnia indiuidua sunt alterius speciei ab alijs inferioris magnitudinis albedinis intensiue.quare ⁊c. ¶ Antecedens ꝓbatur.qꝛ qđ est p̄dicabile ꝑ se primo de plurib⁹ indiuiduis solo numero distinctis videtur esse species respectu ipsorum:sed natura tante magnitudinis intensiue vt albedo tot graduū est p̄dicabilis de plurib⁹ numero differētib⁹:puta de omnibus indiuiduis albedinis tot grad⁹ participantibus.ergo ⁊c. ¶ Secundo.qꝛ plures albedines eque intense plus inter se conueniunt ꝙ cū remissis:ergo ab eis potest abstrahi aliquis conceptus communis tantum eis:sed talis conceptus communis pluribus indiuiduis videtur esse specificus.ergo ⁊ cetera. ¶ Ad primum:negandū est illud antecedens assumptum.non enim albedo aliquo gradu magnitudinis specificata:puta tāta vel tanta:sed vt absolute accepta est species specialissima. ¶ Ad probationem appet ꝙ non valet:primo.qꝛ natura sic specifica non est p̄dicabilis in quid sed in quale de illis plurib⁹ indiuiduis quibus est communis. Secūdo.quia natura sic specificata ⁊ ꝑ talem magnitudinis gradum determinata non est aliud ꝙ natura ad aliquod indiuiduū contracta/cū nec gradus intense magnitudinis albedinis sit aliud ꝙ cumulus indiuiduorum vnitorum eiusdem rationis:sꝫ indiuiduū non potest poni species siue sit signatum siue vagum.nec enim qdā hō est species magis ꝙ iste homo puta sortes vel plato.ergo ⁊c. ¶ Ad secundū respondetur ꝙ licet plus cōueniant plures albedines intense inter se ꝙ cū remissis:esto etiam ꝙ possit haberi aliqs cōceptus communis solis albedinibus intensis ⁊ alius similiter communis solis remissis:ex hoc tamen nō sequitur ꝙ aliqs istorum sit species. qm̄ ad habendū conceptum specificum propriū istis ⁊ non alijs oportet ꝙ illa alia sic se habeant ꝙ in nullo eorum sit aliquid simillimum alicui qđ est in aliquo aliorum quib⁹ tn̄ conceptus ille specificus est communis. sicut qꝛ nihil est in aliquo qđ sit simillimum alicui qđ sit intrinsecum alicui homini nisi sola materia:ideo potest haberi concept⁹ specificus in omnib⁹ hominib⁹ tn̄ ꝓprius.ergo ꝑ contrarium ab illis non potest abstrahi concept⁹ aliqs specificus ꝓprius tm̄ eis ⁊ non alijs in quorum nullo est aliquid nisi simillimū et qđ est in altero siue qđ est ipm̄:sed sic se habent intēse albedines ad remissas. nihil enī est in albedine intensa qđ nō sit simillimū cuicūqꝫ albedini remisse.qm̄ licet tota albedo intēsa vna sit similior alteri albedini toti intense ꝙ alteri remisse:quelibet tn̄ ei⁹ pars videlicet albedinis intense est eque similis alicui alteri albedini/immo ⁊ cuicūqꝫ remisse sibi equali:sicut tota albedo intensa est similis cuicūqꝫ alteri albedini eque intense.quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est opinio aliquorum dicentium ꝙ in augmēto charitatis ⁊ cuiuscūqꝫ alterius forme intēsibilis tota forma p̄cedēs destruitur ⁊ alia illa perfectior nouiter aduenitēs producitur. ¶ Pro ista opinione arguit̄ primo.qꝛ termini motus sunt incompossibiles:sed forma remissa p̄cedens est terminus a quo motus intensionis cuius termin⁹ ad quē est forma adueniens intēsa seu intensiue perfecta.ꝙ ⁊c. ¶ Secundo.qꝛ ex duobus in actu non fit vnum secūdū philosophū.vij.metaphysice:sed charitas ⁊ alia oīs forma intensa est vna forma:ergo non includit plura in actu ⁊ diuersa:qualia sunt gradus forme p̄cedens ⁊ sequens.quare ⁊c. ¶ Tertio.qꝛ idē subiectū non pōt simul esse magis ⁊ minus charū nec album:sed sic denominaretur si in ipso maneret forma p̄cedens remissa ⁊ alia sequens intensa.ergo ⁊c. ¶ Quarto.qꝛ consimiliter ē dicendum de intensione forme intensibilis ⁊ de augmēto seu extensione quantitatis:sed in augmento quantitatis molis tota quantitas p̄cedens corrumpit̄ vt apparet in corpore nouiter rarefacto. si enim corporis rare-

facti ꝑcedēs quātitas remanet icorrupta: aut igit̃ ī eodem subiecto in quo antea: aut in alio. sed non ꝑmū. qꝛ tunc in eodem subiecto essent simul plures quātitates vꝫ ꝑcedens ⁊ sequēs rarefactionem terminans ⁊ corpus ipm̄ rarefactum augens realiter seu extendēs. nec potest poni scḋm. qꝛ accidēs non migrat ab vno subiecto in alterum. quare ⁊c. ¶ Sed ista opinio est multū irrationabilis.

Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicendum. Ad cuius euidentiā pono quatuor conclusiones: ex quarum qualibet potest argui contra opinionem ꝑdictam. ¶ Prima est. ꝙ si adueniente subiecto aliquo gradu forme intensibilis cum priori in eo existente eiusdem specifice rationis corrūperet̃ semper totus gradus ꝑexistens / non semꝑ post appositionē noui gradus seu indiuidui forme intensibilis in subiecto esset forma illa intēsior in eo ꝙ̄ prius siue ꝑfectior intēsiue. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ non semꝑ gradus forme supueniēs est ꝑfectior / immo aliqñ imꝑfectior ⁊ remissior ꝙ̄ ꝑcedēs. qḋ appparet. qm̄ gradus forme ꝑcedens / puta calor aliqs introductus in aquā / prius pōt esse ꝓductus a calido intēsiori ⁊ alius caloris gradus post illum adueniens a calido remissiori siue imꝑfectiori: sed calidū ⁊ qḋcunq̄ actiuum ꝑncipium quāto ꝑfectius tāto actiuius: ergo cū gradus caloris ꝑcedens sit ꝑfectior succedente qꝛ ꝓductus a fortiori agente: ꝑ ꝯñs si illo adueniente ꝑcedens destruit̃ / ꝓpter eius aduentū calor in subiecto non ꝑfectior sed imperfectior efficitur. quare ⁊c. ¶ Confirmat̃ arguēdo in speciali de charitate sic. quāto actus est magis meritorius tanto meretur gradum ꝑfectiorem charitatis ⁊ etiam felicitatis: sed non semꝑ actus bonus sequens est melior nec magis meritorius seu deo acceptus ꝙ̄ ꝑcedens / immo interdum est cōtrarium vꝫ ꝙ actus ꝑcedēs est melior ⁊ magis meritori⁹ ꝙ̄ sequēs. possum eñ nunc deum diligere ꝓpter se ⁊ ꝓximuꝫ ꝓpter eū intensius ⁊ postea remissius. quāto autem talis actus est magis intensus tanto ceteris paribus est magis meritorius. ergo cū charitatis gradus prior quē meret̃ primus actus meritorius / puta actus diligendi deuꝫ magis intensus / sit ꝑfectior intensiue ꝙ̄ alius posterior quē meret̃ secundus actus meritorius ꝑ ꝯñs sequitur ꝙ si adueniente gradu secūdo charitatis corrumpitur prior / ꝓpter aduentū charitatis posterioris non adquiritur nec habetur maior seu ꝑfectior intensiue charitas in animo: sed imꝑfectior ꝙ̄ erat antea ¶ Secunda conclusio est. ꝙ si subiecto existenti sub aliquo gradu forme intensibilis adueniente aliquo alio eiusdem rationis corrumperetur prior forma / non intēderetur ꝑ appositionem graduum nec esset intensior qꝛ ex gradibus compositior. ¶ Hec apparet. qm̄ si adueniēte gradu forme intēsibilis posteriori corrūpet̃ prior hoc non esset nisi qꝛ posterior priori incompossibilis existeret nec cum ipso vnum facere posset: sed intensio formarum nō potest esse ex appositione seu compositione graduum incompossibilium vnum facere / non valētiuꝫ simul esse: quia impossibilis est compositio taliuꝫ. ꝗ ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ aut gradus posterior qui est vt dicitur ꝑfectior ꝙ̄ prior est ipso compositior vel non sed est eque simplex. sed non potest poni ꝙ sit compositior: qꝛ albedo non potest poni composita nisi ex diuersis partibus seu indiuiduis albedinis: qualem compositionē vꝫ ex talibus indiuiduis / dicunt esse impossibilem ponētes ꝙ adueniēte gradu seu īdiuiduo albedinis posteriori corrumpitur prior gradus. si enim ex plurib⁹ eiusdem rationis gradibus seu indiuiduis compositionem esse possibilem concederent / corruptionem prioris propter aduentum posterioris non ponerent. ergo relinquitur ꝙ oportet ponere illo supposito gradum posteriorem lꝫ priori ꝑfectiorem esse eque simpliceꝫ cum ipo. ex quo sequitur propositum: vꝫ ꝙ forma nō intenditur ꝑ appositionem graduum nec est intēsior qꝛ compositior quia nulla est composita: sed quelibet est eque simplex. ¶ Ex ꝑdictis duabus cōclusionibus apparet falsitas ⁊ improbabilitas opinionis ꝑdicte dicentium formam ꝑcedentem corrumpi ꝓpter sequentem. qm̄ cōstat ⁊ ad sensum apparet formam intensibilem continue fieri intensiorem ⁊ perfectiorem ꝑ cōtinuam appositionē graduum eiusdem rationis vt etiā argutum est in ꝑcedenti articulo. eoꝝ que sunt eiusdem specifice rationis nullū est alio ꝑfectius nisi qḋ est ipso composit⁹: sed ista duo habet negare ista opinio vt appꝫ ex duabus conclusionibus supradictis. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio. ꝙ quādo forma intensibilis intendit̃ seu ꝑfectior efficit̃ gradus ꝑcedens non corrumpitur sed manet insimul cuꝫ sequente. ¶ Hec apparet primo corollarie ex ꝑdictis. secundo qꝛ si gradus ꝑcedens forme intēsibilis puta caloris corrumperetur ꝓpter aduentum sequētis / quero a quo agente? aut eñ corrumpetur semꝑ ab eodem agēte a quo fuit ꝓductus / puta a calido: vel a cōtrario puta a frigido. sed non potest poni ꝑmum qꝛ calidum non corrumpit calidū: sed ꝓducit ⁊ conseruat ipm̄. nec pōt dici ꝙ corrūpatur ab eius effectu: puta a gradu sequente caloris inducto / ꝓpter eandem rationē: qꝛ non magis illud calidum ꝙ̄ alterū qḋ est eius effectiuum principium corrumpit calidum sed frigidum. nec potest dici secundo ꝙ corrumpatur ab agente contrario: qꝛ tale agens non est vt supponitur ꝑñs passo. ergo ⁊c. ¶ Tertio. qꝛ actus sequens habituꝫ non corrumpit ipm̄ habitum quem supponit: sed ꝑ talē actum habit⁹ adquirit̃ aliquis vlterior gradus eius: alias habitus non adquireret̃ nec intenderetur successiue ꝑ diuersos actus: qḋ ē falsuꝫ: ergo actus habitus ⁊ gradus ꝑcedens ⁊ sequēs ipsius sunt insimul in eodem. quare ⁊c. ¶ Confirmat̃. quia ex vno actu non generatur totus habit⁹: sed si adueniente vltimo gradu habitus adquisito ꝑ vltimum actum eius corrumperet̃ totus habitus ꝑcedens / ꝑ illum vnicum actum vltimum esset totus habitus post ipsum remanens adquisitus. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est. ꝙ quando forma intensa remittit̃ nullus eius gradus nouiter generatur. ¶ Hec appꝫ primo. qꝛ vnum intensum non remittitur nisi ꝑ aliquod sibi cōtrarium / vt calidum ꝑ frigidū: sed vnū contrarioruꝫ nō est alicuius gradus alterius ꝓductiuum: sed poti⁹ corruptiuum: ergo calido frigidum remittente non ꝓducitur sed potius destruitur aliquis grad⁹ frigidi: nec ecōuerso producit̃ aliquis gradus calidi a frigido remissi. ¶ Secundo. qꝛ nulla forma remittitur: sed potius intenditur quando nouum indiuiduum eiusdeꝫ rationis secum sibi apponitur. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ ꝑ hoc remitti dicit̃ qꝛ indiuiduum corruptum ꝑcedens fuit ꝑfectius ꝙ̄ sit istud sequens nouiter generatum. Primo qꝛ vt dictum est vnum contrariorum non est alicui⁹ gradus alteri⁹ ꝓductiuum. Secundo. qꝛ diuersi grad⁹ forme intensibilis ⁊ remissibilis non sibi repugnāt: nec ꝑ consequens ꝓpter vnum oportet destrui alterum. quare ⁊c. ¶ Ad ꝑmum illorum que supius sunt adducta ꝓ opinione alia / respondetur ꝙ terminus a quo intensionis forme non est gradus ipsius forme ꝑcedens vt accipitur in minore: sed negatio seu nō esse forme sequētis. ¶ Sed contra hoc arguit̃ primo. quia motus secundū philosophum est inter terminos positiuos. est eñ a subiecto in subiectū: ergo negatio non potest esse termin⁹ a quo motus intensionis. ¶ Secundo. qꝛ forma preće-

Quantum ad primum primus modus dicendi hic excludendus est quorundam dicentium ꝙ inter personas diuinas est identitas similitudo ⁊ equalitas. quoniam licet in deo non sit ratio communis alicuius generis: est tamen in ipso ratio speciei aliquoꝝ puta species qualitatis et etiam quantitatis. est enim in ipso essentia magnitudo ⁊ sapientia: que tamen non in re extra sed tantum secundum rationem sunt distincta. sed vnum in substantia facit idem in qualitate simile ⁊ in quantitate equale secundũ philosophum. ergo ⁊c. ¶ Sꝫ hic modus dicendi est omnino irrationabilis: quoniam licet vera sit conclusio quam ponit: videlicet ꝙ inter personas diuinas est equalitas: omnino tamen est falsum hoc qđ accipit/quando dicit ꝙ in diuinis est ratio speciei: non tamen alicuius generis. quoniam esto ꝙ forte e conuerso in aliquo posset reperiri ratio generis sine ratione alicuius speciei: non tamen ratio speciei sine ratione generis/sicut ratio hominis sine ratione animalis. ergo si de deo verificatur ratio alicuius speciei/⁊ generis. ¶ Confirmatur. quia arguendo a specie ad genus et ab omni inferiori ad superius constructiue semper est bona consequentia: dum tamen termini consequẽtie puta inferius et superius supponant non simpliciter pro seipsis: sed personaliter pro rebus significatis. sed cum dicitur ꝙ in deo est magnitudo vel ꝙ ipse est magnus magnitudine que est species quantitatis/hic termin⁹ magnitudo qui dicitur esse species quantitatis non potest supponere pro seipso sed pro re extra significata: ergo non minus sequitur/deus est magnus: ergo quantus: vel sapiens: ergo qualis qualitate que est de genere qualitatis: q̃ sequitur/sortes est homo: ergo animal et substantia. quare ⁊c. ¶ Secũdus modus dicendi est aliquorum dicentium ꝙ licet in diuinis personis non sit equalitas similitudo vel identitas vt ista accipiuntur proprie: sunt tñ inter ipsas personas diuinas ista omnia large sumpta. ¶ Primum videlicet ꝙ non sint inter eas ista vt proprie sumpta/declaratur per hoc: quia secundum philosophum. 5. metaphysice ista tria sunt tres relationes que vt pprie sumpte ⁊ stricte tribus generibus sunt appropriate vt identitas substantie equalitas quantitati ⁊ similitudo qualitati. est enĩ identitas vnum in substantia/eq̃litas vnum in quantitate/⁊ similitudo vnum in qualitate: ita ꝙ fundamentũ pximũ idẽtitatis est tñ substãtia/eq̃litatis quãtitas/⁊ similitudinis q̃litas. sꝫ ꝯstat ꝙ in diuinis nec ẽ rõ generis substantie nec q̃titatis nec q̃litatis. g̃ ⁊c. ¶ Secũdũ vero ꝙ sint ibi ista large sumpta/declarat̃ p̃ hoc. qm̃ oẽ ens est in seipso q̃d: hẽt aliquẽ pfectibilẽ gradũ: ẽ forma vel habens ipsaꝫ: ⁊ ita sup̃ q̃dcũq; ens vt sic tripliciter ꝯsideratuꝫ fundat̃ triplex relatio supradicta cõiter ⁊ large sumpta: vt identitas fundat̃ sup̃ ipsum vt est q̃d: eq̃litas sup̃ ipsum vt ẽ magnũ/hoc ẽ hñs aliquẽ pfectionis gradũ: ⁊ similitudo vt est quale. hoc mõ sunt ĩter diuinas personas relationes hmõi trãscẽdẽtes. ¶ Sed nec iste modus dicẽdi videtur rationabilis propt̃ tria q̃ accipit ⁊ videt̃ supponere q̃ sũt falsa. Quoꝝ primũ ẽ ꝙ ista puta identitas silr̃tudo ⁊ eq̃litas sunt aliq̃ in re extra ab extremis relatis distincta ⁊ in altero coꝝ vꝫ in fundamẽto fundata realiter seu existentia vt accipitur in subiecto. hoc siquidem non est verũ: vt alias est ostensum/⁊ adhuc ostẽdetur in dist. 31. vbi de hoc agetur. ¶ Secũdum est ꝙ relationes hmõi vno mõ sunt determinati gñis/vꝫ put eq̃litas dicit̃ de quãtitate/silr̃tudo de q̃litate/⁊ identitas de substãtia. Alio aũt mõ sũt trãscẽdentes put vꝫ dñr de q̃libꝫ ente tã creato q̃ etiã increato. ¶ Hoc siquidem non ẽ verũ: qm̃ identitas consimiliter ⁊ s̃m eandẽ rationẽ dicit̃ de q̃litatibus vel quantitatib⁹ sicut ⁊ de substantijs: ⁊ silr̃tudo ac eq̃litas de substantijs sicut de q̃litatib⁹ vel quãtitatib⁹. nec enĩ vna albedo dicit̃ silr̃is alteri nisi q: est talis qualis ipsa: qđ non hẽt formaliter ab alio a seipsa. sed sicut vna albedo ẽ talis q̃lis alia semetipsa: ita ⁊ vna substãtia vel q̃titas est similiter talis qualis altera. sicut ẽt vna q̃titas ẽ tanta q̃ta alia nõ maior ipsa: ⁊ ideo dicit̃ ei eq̃lis: ita ⁊ vna substãtia vel q̃litas tanta quãta alia vel maior ipsa: ergo eq̃lis. ꝯsilr̃ter est dicendũ de identitate. ergo ista tria puta idẽtitas silr̃tudo ⁊ eq̃litas ⁊ eis opposita puta diuersitas dissilr̃tudo ⁊ ineq̃litas ñ magis sũt determinati gñis vt appropriãtur specialr̃ diuersis gñib⁹ q̃ vt dñr vñiter de oĩb⁹. ¶ Cõfirmat̃: q: oẽ accidẽs substãtie ĩexistẽs ⁊ ab ipsa realr̃ differens est alicuius determinati gñis nõ trãscẽdẽs: sꝫ s̃cđm opinionẽ istã ponẽteꝫ relationes istas ⁊ alias distingui realiter ab extremis nõ magis idẽtitas substantiarum silr̃tudo qualitatum ⁊ eq̃litas q̃titatũ sũt accidẽtis ab extremis diuersa q̃ identitas q̃litatũ vel quãtitatũ silr̃tudo substãtiarũ vel q̃titatũ ⁊ eq̃litas substãtiarũ vel q̃litatũ: qm̃ p̃ eãdẽ rõnẽ q̃ ꝓbat opinio ista silr̃tudinẽ q̃litatum puta duarum albedinũ vel identitatẽ duarũ substãtiarũ vt duorum angelorum esse formã distinctã realiter ab extremis: quia videlicet est forma que destruitur destructo solo altero extremorum reliquo remanente: arguitur ⁊ probatur ꝙ similitudo angelorum ⁊ equalitas ipsorum ab eis sit distincta realiter quia separabilis: et per consequens ꝙ sit forma accidentalis. nec enim ex quo ponitur esse res separabilis potest poni nisi accidentalis forma ab eis realr̃ distincta. ergo similitudo angelorum vel equalitas non minus est generis determinati q̃ ipsorum identitas. q̃re ⁊c. ¶ Tertiũ falsũ qđ videtur ponere opinio predicta ẽ ꝙ ista vꝫ idẽtitas similitudo ⁊ eq̃litas sunt ĩ diuinis p̃sonis tanq̃ aliqua distincta aliqualiter ĩ re extra ab eis. hoc siq̃dem non est verum vt in dist. 31. prolixius ostendet̃ quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quãtum ad secundum: vbi ad q̃stionẽ est aliter respõdẽdũ/ẽ sciẽdũ ꝙ magnũ qđ dẽ eq̃le vel ineq̃le vt ad alterũ ꝯpatuꝫ idem est quod pfectum. dicitur autem perfectum seu magnuꝫ aliquid multis modis. videlicet intensiue et extensiue. Intensiue dupliciter. Vno mo

do dicitur intensiue magnum siue perfectum illud quod est ex diuersis eiusdē rationis indiuiduis indistantibus realiter constitutum: mō quo albedo ⁊ oīs alia forma itē sic dicitur esse pfecta/vez quia ex talibus constituta vt ꝓbatū est in dist. 17. Alio modo aliquid dicit intensiue magnum siue pfectum: non qz ex aliqbus ꝯstitutum siue cōpositum cum sit simplicissimū. hoc mō tā angelus ꝙ de⁹ dicitur magnus intensiue non extensiue perfectus. scđm enim August. 6. de tri. in his q̄ nō sūt mole magna idē est esse melius qd̄ maius. Extēsiue etiaz dicit dupliciter eē magnū siue perfectū. Uno modo potest dici extēsiue magnum siue pfectū illud qd̄ includit aliqua pl'a discreta nō cōtinua nec ꝑ se vnū aliqd̄ facientia: modo q̄ numer⁹ q̄to est pluriū tanto dicit esse maior siue pfectior. hoc eñ mō pprie vel exercitus de magn⁹. Alio mō ⁊ ꝓprius extensiue dicitur esse magnū illud qd̄ includit ⁊ ꝯtinet ī se pl'a distantia/tamen cōtinua ⁊ vnita: ex quoꝝ vnione ⁊ continuatione ipm̄ est vt aliquod ꝑ se vnū totū realiter constitutum. Sicut magnū dicitur quatuor modis p̄dictis/ita ⁊ equale vel inequale dicitur totidē modis. dicit eñ eq̄le vnum perfectū simplex alteri simplici: vt angelus angelo/⁊ vnum pfectū siue magnum cōpositum alteri cōsili modo magno vt vna albedo intensa alteri: ⁊ numer⁹ numero: ⁊ continuum alteri continuo.

Hoc præmisso apparet quid sit dicendum ad quesitum: quoniam ꝯstat personas diuinas⁹ non esse equales secundum magnitudinem extēsiue acceptā nec etiam intensiue primo mō sed tantum secundo modo sumptā. ¶ Primū apparet: quoniaz in nulla ꝑsona diuina est aliqua magnitudo extensiua continua nec discreta nec intēsiua ꝯposita: sed simplicissima. ergo ⁊c. ¶ Secundum videlicet ꝙ sit inter ipsas eq̄litas scđm magnitudinez alio modo sumptam vez ꝓ ente perfecto simplici/apparet: qz omnis res taz simplex ꝙ ꝯposita alteri cōparata est ea pfectior vel impfectior vel eq̄ pfecta: sz vna ꝑsona diuina nō ē pfectior nec īperfectior alia: ergo eq̄ pfecta: ⁊ per ꝯñs equal': cū nihil aliud sit dicere aliqua distincta esse secundum magnitudinem talez equalia ꝙ ipa esse eq̄ pfecta. q̄re ⁊c. ¶ Sed hic sunt tria dubia. Primū est quid sit itelligēdū ꝑ hmōi eq̄litatē diuinarū ꝑsonarū. Scđm/an eq̄litas similitudo ⁊ idētitas differāt in diuinis. Tertiū/an vna ꝑsona diuīa dicat eq̄lis alteri ꝓpter vnitatē deitatis omnib⁹ cōis: vel ꝓpt ꝓprietatē relationis. ¶ Ad primū dico ꝙ si eēt vera opinio vulgata eoꝝ qui dicūt ꝙ equalitas similitudo ⁊ identitas sunt forme accidentales in creaturis distincte realiter ab extremis omnis eq̄litas similitudo vel idētitas cuiuscūq; rei create ad alteram comparata esset talis forma accidentalis ab extremis realit' distincta. nō eñ magis plēs res spūales/vt angeli vel aīe intellectuales/possunt seipsis esse idem similes ⁊ equales: ꝙ plures res eiusdē rationis et eq̄lis pfectiōis alie corporales vt plēa albedies vel quātitates vel substātie corpales. ⁊ ita si talia corporalia nō possunt dici idem nec similia nec equalia sicut nec alba vel nigra nisi identitate similitudine ⁊ equalitate tanq̄ formis accidentalibus ab eis differētibus realiter informata/consimiliter ⁊ de omnibus creaturis spiritualibus est dicendum. Quicquid autem sit de hoc in creaturis nullo modo in diuinis potest poni equalitas similitudo nec identitas tanq̄ aliquid distinctum in re extra aliq̄liter a personis. ¶ Ad secundum consimiliter est dicendū videlicet ꝙ nec ista vt de personis diuinis dicta sunt īter se sicut nec a personis distincta. sunt enim diuine ꝑsone idem totaliter diuerse equales ⁊ simpliciter similes semetipsis: quia quelibet per seipsā est talis ⁊ tanta qualis ⁊ quāta alia ⁊ vna essentia cū ipsa: licet alia persona ab ea. ¶ Confirmatur. quia etiam due res create vt due albedines equalis perfectionis sunt distincte numero idē specie equales ⁊ similes semetipsis non mediantibus aliquibus eis appositis ab eis distinctis: ergo multo magis hoc debet poni in diuinis vbi sunt tantuz tria distincta realiter ⁊ non plura. quare ⁊c. ¶ Ad tertium ⁊ vltimum est dicendum ꝙ cū diuina essentia in nullo sit distincta a proprietate aliqua relatiua magis ꝙ a seipsa vt in precedentibus pluries est probatum: per consequens nō oportet querere/an persone diuine dicantur equales similes eedem an diuerse propter essentiam an propter relatiuam proprietatem/tanq̄ inter ista sit aliqua diuersitas in re extra. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. quoniam equale et inequale non tantum dicuntur de magnitudine extēsa seu continua ⁊ discreta que sunt de genere quantitatis sed etiam de magnitudine intensiua seu intensa tam composita ꝙ simplici: qualis magnitudo dicitur de personis diuinis.

SEcundo quæro de secundo: videlicet de circūinsessione personarum/vtruz quelibet diuina persona sit realiter in qualibet alia. ¶ Et videtur ꝙ sic: quoniam vt dicit saluator de seipso Joannis. 14. Ego in patre ⁊ pater in me est: sed non plus pater est in filio ⁊ econuerso ꝙ in spiritu sancto ⁊ ipse sanctus spiritus in patre ⁊ in filio. ergo ⁊c. ¶ Contra: quia si pater est in filio ⁊ filius in patre econuerso/pater est in seipso: sed hoc est falsum. nihil enim dicitur proprie existere in seipso: sed in alio. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquiram quid sit intelligendum per istam circuminsessionem personarum. Secundo dicam ad quesitum.

Quantum ad primum aliqui dicunt ꝙ huiusmodi personarum circuminsessio siue inexistentia vnius persone in alia est respectus aliquis distinctus in re extra aliqualiter ab ipsis personis. ¶ Quod probat: quoniaz constat ꝙ quelibet persona realiter est in altera ergo oportet ꝙ huiusmodi esse in seu inexistentia vnius persone in altera sit aliquid distinctum a personis omnibus in re extra. sed non potest poni aliquid absolutum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nec in creaturis inexistentia vnius eorum in alio vt locati in loco vel alterius cuiuscunq; existentis in alio est aliquid absolutum: sed tm̄ respectiuum ab extremis distinctū. ¶ Sed hic modus dicendi est impossibilis: quoniam tantum sunt in diuinis tres relatiōes videlicet originis indistincte totaliter a personis: ergo impossibile est per huiusmodi circuminsessionem siue inexistentiam vnius personarum in alia importari aliquid respectiuum nec absolutū a personis distinctum. ¶ Confirmat. quia in diuinis non sunt nisi tres res: que quidem sunt vna ⁊ summa res: ergo huiusmodi circuminsessio personarum non potest poni in diuinis tā ꝙ aliquid distinctum ab ipsis personis. ¶ Nec valet ratio qua probatur predicta conclusio. quando enim dicit ꝙ vna persona realiter est in altera/concedo: sed ex hoc non sequitur quod infertur: videlicet ꝙ sit in ipsa mediāte inexistētia diuersa ab ipsis personis omnibus in re extra: quia etiam omnes persone sunt realiter et ex tempore in qualibet re create: nec tamen sunt in ipsa mediante tali inexistentia: sed non minus vna persona potest esse et est ab eterno in alia omni tali relatiua inexistentia circumscripta distincta ab ipsis personis omnibus in re extra/ꝙ persone omnes sint immediate ex tempore in qualibet creatura. quare ⁊c. ¶ Ad con

firmationem dico ꝙ falsum accipit: quia vt ostēdetur in secundo ⁊ in quarto / nec inexistētia locati in loco nec alicuius creati alterius in alio est in re extra distinctum aliquid ab extremis. vnde confirmatio illa est ad oppositū. ¶ Et ideo q̄tū ad istū articulū aliter est dicendū. Ad cuius euidentiam est sciendum ꝙ huiusmodi circūīsessio siue vnum esse in alio importat diuersitatem ⁊ aliquā eorū vnitatē siue intimitatē. ¶ Primū vero ꝙ circūinsessio dicat diuersitatem / apparet: quia nec idē dicitur ꝓprie existere in seipso: ergo omne qđ est realiter ⁊ ꝓprie in aliquo oportet ꝙ realiter distinguat̄ ab eo. quare ⁊c. ¶ Secundum videlicet ꝙ importat etiam aliquam intimitatem seu vnitatem / apparet. impossibile enim est aliqđ esse in altero nisi sit vnitum ⁊ per ꝯsequens aliquo modo vnū cū eo. nisi enī vnū esse in alio importaret aliquam extremorum intimitatem seu vnitatem: sed diceret solā diuersitatē: quodlibet esset in quolibet vniformiter: qđ est falsum. ergo vnum esse in alio vltra diuersitatem importat aliquam vnitatē. Nec tamen per istam diuersitatē nec vnitatem siue intimitatem est intelligendum aliquid in re extra distinctum ab illis quorum vnum dicitur esse in alio. Sic igitur per huiusmodi circuminsessionē siue existētiam vnius in alio non est intelligendum aliud q̄ diuersitatem aliquorum ⁊ intimitatem seu aliquam vnitatem ipsorum. Unde quod est ab alio distinctum ⁊ tamen ab eo indistans ipsi. ꝓ realiter vnitum seu presens potest dici in eo existens: sed ad hoc ꝙ aliquid sit distinctum ab alio ⁊ indistans ab eo / non requiritur aliquid ab eis in re extra distinctum: ergo nec ad hoc ꝙ vnum sit in altero. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum ꝙ duplex est inexistentia vnius in alio. quedam enim est per solam presentiam vnius in alio: siue talis presentia sit contenti in continente vt locati in loco / siue vnius indistantis cū alio indistante ipsum tamen non continente. Alia inexistentia est que vltra presentiam seu indistantiam realiter distinctorum / quorum vnum dicitur esse in alio / importat consubstantialitatem siue essentialem ipsorum identitatem. ⁊ talis inexistentia vnius in alio est perfecta: quia dicit realem diuersitatē ⁊ essentialem idētitatem: ⁊ per consequens perfectam vnitatem siue intimitatem. ¶ Hoc supposito ita premisso apparet quid sit dicendum ad quesitum. Cōstat enim primo ex scriptura sacra vt argutū est in principio: ꝙ vna ꝑsona est in altera. Secundo ꝙ non potest esse in ipsa primo mō accipiendo inexistentiam: sed secundo. quoniam inter personas diuinas nō tm̄ est realis diuersitas cum presentialitate seu indistantia vnius ab alia: sed etiam cum consubstātialitate siue ipsarum essentiali identitate. ergo ⁊c. ¶ Sed nunquid posset poni aliquod exemplum in creaturis in quo sit aliquo modo consimilis modus essendi vnius in alio sicut vna persona diuina existit in altera? ¶ Ad hoc respōdent aliqui ꝙ sic: ponentes exemplum de partibus ⁊ de toto. est enim inter totum qđ est in partibus ⁊ partes ipsas cōsubstantialitas siue essentialis identitas. Ex quo arguunt sic ad ꝓpositū / videlicet ad probandū ꝙ vna ꝑsona possit eē ī alia ꝑ circūīsessionē. qꝛ nō pl' repugnat vni ꝑsone eē ī alia ⁊ ecōuerso ꝑ circūīsessionē q̄ repugnet toti esse in suis partibus ⁊ econuerso. sed secundum philosophum quarto physicorum / totum est in partibus ⁊ econuerso ꝑtes in ipso toto. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur: quia si vna ꝑsona nō posset esse in alia / ⁊ econuerso: aut hoc esset quia īpossibile eēt vnū esse in alio ⁊ ecōuerso: aut hoc esset scđo quia persone sunt vnum essentialiter: aut qꝛ nō est sufficiēs distinctio inter ꝑsonas: aut quarto quia vna persona non continetur seu ambitur ab alia ⁊ econuerso.

Sed primū non impedit: quia falsum accipit / vt apparꝫ in toto ⁊ ī partibus. Nec secundū: quia ēt totuꝫ ⁊ partes sunt vnū essentialiter: ⁊ tamen totum est in partibus ⁊ partes in eo. Nec tertium: quia inter personas est realis diuersitas. Nec quartuꝫ: quia nec totum ambit partes nec partes totum magis q̄ idem seipsum. ⁊ tamen hoc nō obstante vnum istoꝝ est in alio ⁊ econuerso. quare ⁊c. ¶ Sꝫ hoc videt̄ irrationabiliter dictū. qꝛ nulla creata realiter distincta sunt cōsubstantialia hoc est essentialit̄ indistincta. ¶ Hoc apparet: qꝛ vbi precise reperit̄ realis diuersitas ⁊ consubstantialitas siue essentialis idētitas / vbi sūt plures res q̄ oēs sūt vna res siue essentia ab eis totaliter indistincta. sꝫ hoc est tm̄ nō ī diuinis: non aūt est possibile in creatis: ergo nec pōt reperiri exēplū aliqđ ī creatis in q̄ vnū sit ī altero sicut vna ꝑsona diuina ē ī alia: sic vꝫ ꝙ sit inter illa creata q̄rū vnū est ī alio ꝯsubstātialitas ⁊ realis diuersitas. ¶ Cōfirmat̄ arguendo de exēplo quod adducūt de partibus ⁊ de toto. quoniam aut totum ipm̄ est a partibus omnibus simul sumptis realiter indistinctum vel distinctum. Si primum: ergo vnū non est in alio magis q̄ idem in seipso. huiusmodi enim inexistentia vt dictum est diuersitatē importat realē. Si autē ponatur secundum: ergo non potest poni inter totum ⁊ partes cōsubstantialitas: cum inter quecūq; creata realiter diuersa sit etiam essentialis diuersitas. vbi autem est essentialis diuersitas non potest poni consubstantialitas. quare ⁊c. ¶ Ex hoc apparet ꝙ ī nullo ꝯcludit p̄dicta ratio nec eius ꝯfirmatio / qua probatur ꝙ vna persona sit vel esse possit in altera. Et ideo aliter est dicenduꝫ: videlicet ꝙ nulla creata sunt nec esse possunt quorum vnum sit in altero sicut vna persona diuina est in alia: cū inter sola diuina supposita non inter alia sit simul ⁊ realis diuersitas ⁊ consubstantialitas siue essentialis identitas. Nec vnā personam esse in altera ⁊ ecōuerso potest probari aliter q̄ ꝓbetur inter ipsas esse diuersitatem realem ⁊ consubstantialitatem seu identitatē essentialem: cum nec aliud sit vnā personam esse in alia vt dictum est / q̄ ipsas esse indistantes consubstantiales et realiter diuersas. Ista autē omnia de personis diuinis sunt cuilibet catholico fide nota. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicenduꝫ est ꝙ non sequitur qđ infertur / videlꝫ ꝙ pater sit in seipso. non enim seq̄tur / pater distinguitur a filio ⁊ est ipsi consubstantialis ac ab eo indistans: et similiter a patre filius econuerso: ergo ⁊ idem a seipso. sed vnam personam diuinam esse in alia importat omnia ista. vꝫ cōsubstātialitatē ⁊ diuersitatem: vt dictum est supra. ergo ⁊c.

CIrca distinctionē vigesimam in qua magister ostendit diuinas personas esse eq̄les secundū potentiā in agendo: postq̄ ostendit ipsas esse equales secūduꝫ magnitudinē in essendo: Quero primo vtrū diuine persone sint equales ī potētia. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ omnia que licet realiter distincta / sunt tñ sic vnum omnipotens ꝙ vnuꝫ sine alio nihil potest / sunt equalia in potentia: sed ꝑsone diuine sunt huiusmodi. sūt enim omnes vnū omnipotens: nec vna potest in aliquod possibile sine altera. sunt enim secundum Augustinuꝫ indiuisa omnia trinitatis opa. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia non minus est potētius aliquo illud qđ pōt ꝓducere ens aliqđ īfinitū qđ ipꝫ nō pōt ꝓducere: q̄ qđ pōt ꝓducere ens aliqđ limitatum qđ alterum nō pōt ꝓducere: sed pater pōt ꝑ generare filium sibi equalem ⁊ per ꝯsequens infinitū: pater

⁊ filius pñt spirare spūm sanctū similiter eis equalē:nec filius aūt pōt generare filium nec spūs sctūs spirare nec ꝓducere aliquid sibi equale.ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enī inquiram qd sit hic intelligēdum ꝑ potentiam diuinarū ꝑsonarū. Scdō dicam ad quesitū.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ per istam diuinarū personarū potentiā non ē itelligēdū aliqd in re extra ab ipsis ꝑsonis distinctū:vt sit itellect⁹ q̄stionis/an diuine ꝑsone sint eq̄les an iequales ī potētia vt ī aliq̄ ab eis ꝑticipato ac distīcto aliq̄lit̄ ī re extra. ¶ Qḋ appet p̄io:q2 nihil ē ī ꝑsōis diuinis oīb⁹ distīctū ab eis.tā essentia eñi q̄ potētia ab ipsa indistincta ē idem in re extra totalit̄ in ꝑsonis. si eñi essentia vel potētia cēt aliqd in re extra distinctum a ꝑsonis seq̄ret̄ ꝙ esset maior pluralitas distinctorū q̄ trinitas in diuinis:s3 hoc ē īpossibile.g̃ ⁊c. ¶ Scdō:q2 nō magis creature actiue sūt potentes seipsis q̄ diuine ꝑsone:nec per ꝯñs magis potētia diuine ꝑsone distinguit̄ ab ipsa q̄ potētia creature distinguat̄ ab eaꝫ:sed in creaturis potētia rei create nō ē ab ipsa distinctū aliqd in re extra:sicut potētia calefactiua nō distinguit̄ a calore:nec ḡnatiua ignis ab igne ⁊ sic de alijs:g̃ nec potentia creatiua ab aliqua diuina ꝑsona. q̄re ⁊c. ¶ Sic g̃ appet ꝙ ꝑ hmōi potētiā ipsarū ꝑsonarum non est intelligēdū aliqd ab eis distinctū. Ex q̊ seq̄t̄ ꝙ cū potētia ꝑsonarū sit ab eis indistincta:sicut ēt potētie rerū creatarū ab eis:ꝑ ꝯñs sicut q̄rere/an aliq̄ duo entia creata puta duo ignes sint eq̄les ī potētia:nō ē q̄rere an sint eq̄les ī potētia tanq̄ in aliq̄ ab eis distincto ⁊ eq̄liter ꝑticipato:sed an in tot effectus ⁊ eq̄ ꝑfectos possit vnus sicut alt⁹ nō aliq̄ mediāte alio q̄ seipsos:ita ꝯsiliter ī ꝓposito est dicēdū. in hoc tñ dissiliter ī diuinis ⁊ in creatis:q2 in diuinis p̄s vt oēs diuine ꝑsone sūt vna nūero potētia q2 vna essētia oīm possibiliū creatiua. oīa aūt creata realiter distīcta actiua sūt diuerse potētie ⁊ diuersoꝝ realit̄ effectiue. ¶ S3 ē hic dubiū/an potētia de q̄ hic q̄rit̄ sit cōis ad potētiā ḡnatiuā ⁊ spiratiuā ⁊ ad potētiā creatiuam/an tñ dicat̄ creatiua. ¶ Ad hoc ē dicēdū ꝙ potentia ꝓductiua pōt sumi dupliciť. Vno mō large vt respiciat qḋcūq3 ꝓducibile siue necessariū siue possibile. Alio mō magis ꝓprie vt respiciat tñ possibile diuisum ꝯ necesse esse. Ut primo mō sūpta potētia ꝯstat ꝙ est cōis tā ad potētiā ḡnandi q̄ spirādi q̄ ēt creādi. vt aūt scdō mō sumit̄ nō cōtinet sub se potētiā ḡnatiuā nec spiratiuā ad intra. ⁊ hoc mō accipiūt potētiā cōit̄ scti ⁊ doctores catholici ī q̄stione ista. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secūdū est sciēdū:ꝙ hic nō querit̄/an ꝑsone diuine sint eq̄les ī potētia itensiue tāq̄ in aliq̄ eq̄ ꝑfecto ab eis ꝑticipato siue totalit̄ idistīcto. q2 ꝯstat ꝙ vt sic sūt eq̄les/vt appet ex dictis in alia q̄stione vt eñi ibi dictū ē oēs diuīe ꝑsone sūt ꝑfecte eq̄les ī ꝑfectionia magnitudīe.s3 q̄rit̄/an sint eq̄les in potētia extēsiue:sic itelligendo ꝙ totidē ⁊ eadē sint ꝓducibilia ab oīb⁹ ꝑsonis:an nō:s3 aliqd sit ꝓducibile ab vna qḋ nō alia. ¶ Hoc supposito appet ex ꝑcedentibus qd dicēduꝫ ad q̄situm:quoniā extendendo potentiā ad potētiā ḡnatiuā ad spiratiuam ⁊ creatiuā ꝯstat ꝙ ꝑsone diuine non sunt equales in potentia/sed poti⁹ ineq̄les:sine oñi tñ imꝑfectione alicuius ꝑsonarū. vocando aūt potentiam sicut et cōiter vocant sancti solaꝫ potētiā creatiuā rei possibilis ꝓductiuā/sic oēs ꝑsone sunt eq̄les totaliter ī potētia sic accepta. ¶ Primum apparet:q2 dicere ꝑsonas diuinas esse eq̄les in potentia large sumpta/est dicere oēs ipsas esse quorūcū3 ⁊ eorūdem ꝓducibiliū ꝓductiuas. s3 hoc ē falsum:nec eñi filius est ꝓducibilis nisi a p̄re:nec spūs sanctus nisi a patre ⁊ a filio:ergo cum aliquid sit ꝓducibile ⁊ productum a patre qḋ non a filio:⁊ aliqd a patre ⁊ a filio qḋ nō a spū sancto:per consequens sequitur ꝙ persone diuine non pñt dici equales in potētia sic accepta. ¶ Ex hoc seq̄tur corollarie: ꝙ si omnipotentia includeret seu diceret vl̄iter potentiam cuiuscū3 ꝓducibilis ꝓductiuā/nec filius nec spūs sanctus posset dici omnipotens:sed pater solus:cū ipse sol⁹ sit oīa ꝓducibilia ꝓductiuus. nec tamē ex hoc seq̄tur ꝙ pater sit perfectior q̄ filius nec spiritus sanctus:quia ꝙ pater ⁊ non filius nec spiritus sanctus possit generare/⁊ pater ⁊ filius spirare non autem spūs sanctus/hoc nō arguit aliquam maiorē perfectionem in patre q̄ in filio vel in spiritu sancto. non eñi generare seu spirare est maioris ꝑfectiōis in patre q̄ generari in filio ⁊ spirari in spiritu sancto. q̄re ⁊c. ¶ Secundum videlicet ꝙ persone sint eq̄les extensiue in potētia alio mō sumpta/apparet per contrariam rationē:vez quia nihil est creabile vel quomōcū3 ad extra ꝓducibile ab vna ꝑsonaruꝫ qḋ non sit producibile a qualibet aliarum. sed illa dicuntur esse equalia in potentia a quib⁹ eadeꝫ sunt ꝓducibilia. ergo ⁊c. ¶ Hoc mō sancti ⁊ doctores catholici accipiunt potentiam quando dicūt ꝙ diuine persone sunt equales in potētia: ⁊ ꝙ q̄libet ꝑsona est omnipotens. si eñi per omnipotētiā intelligerent vel sub ipsa ꝯprehenderent potentiā generādi ⁊ spirandi siue posse generare ⁊ spirare:nec omnes ꝑsonas dicerēt esse ī potentia equales:nec omnes omnipotētes. ¶ Et si q̄ratur quare sancti accipiunt potentiā nō intelligēdo per ipaꝫ potentiam generatiuaꝫ nec spiratiuam. ¶ Ad hoc respōdetur:ꝙ quia sancti loquūtur contra hereticos qui dicebant filium esse patre minorem ⁊ imperfectiorem: ideo ad errorē huiusmodi excludēdū ⁊ ad insinuandum personas esse omnino equales secundum ꝑfectionē/non vocāt potentiā nisi illā que ꝑsonis omnibus est cōis:qualis nō est generatiua nec spiratiua sed tantummodo creatiua que respicit tantuꝫ possibilia vt possibile diuiditur ꝯtra necesse esse non vt diuiditur contra īpossibile. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationeꝫ in principio apparet solutio ex predictis.

Secundo quæro:vtrum potentia generatiua ⁊ spiratiua ad ītra contineātur sub omnipotentia. ¶ Et videtur ꝙ sic: quia omnipotentia distribuit pro quacunq3 potentia:sed tam potentia generatiua q̄ spiratiua est aliqua potentia. ergo ⁊c. ¶ Contra:quia persone diuine sūt equales in potentia vt dictum est in questione alia:sed ipse persone diuine non sunt equales in potentia generatiua nec spiratiua:ergo nec potentia generatiua nec potētia spiratiua est potentia:nec per consequens cōtinetur sub omnipotentia. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquiram/an potentia generatiua ⁊ spiratiua sit potentia. Secūdo dicam ad quesituꝫ/an potentia generatiua dei vel spiratiua contineatur sub omnipotētia.

Quantum ad primum apparet ex questione alia quid dicendum. quoniam potentia actiua potest sumi dupliciter. Vno modo vniuersaliter ꝓ ol potentia ꝓductiua. Alio modo specialit̄ tñ ꝓ potētia effectiua. in plus eñi se habet ꝓductiuū q̄ effectiuū ⁊ ꝓducibile q̄ effectibile:quoniā potentia effectiua dicitur tantuꝫ respectu ꝓducibilis a producente essentialit̄ differētis:sicut ⁊ effectibile dr̄ ꝑ se illḋ qḋ ꝓductū a ꝓducēte essētialit̄ ē distīctū. ⁊ hīc ē ꝙ effectibile seu effectū vl factū nō dr̄ nisi de ente possibili esse ⁊ nō esse:nec potentia primo effectiua dicitur nisi respectu talis entis sic possibilis. solū enim tale ens ꝓductiuū est a ꝓducēte essentialit̄ distīctū

⁊ ideo per oppositum nec potentia gn̄atiua dei nec spiratiua dicitur effectiua: nec aliqua ꝑsona diuina dicit̄ aliā efficiens nec ab ipsa effecta: quia vna ab alia est essentialiter idistincta. Productiua aūt potētia dicit̄ respectu ꝓducibilis cuiuscūq; siue a ꝓducēte essentialit̄ siue tm̄ realiter differentis. sicut ⁊ ꝓducibile ab aliquo seu ꝓductū dicit̄ vniuersaliter oē illō qd̄ est ab ipso pont possibile seu de facto in esse positum siue sit ab eo essentialiter siue tm̄ realit̄ distinctū. Ex q̄ seq̄tur ꝙ cū nō oē ꝓductū sit factuꝫ nec omne ꝓducibile effectibile nec oē ꝓducēs efficiens: sꝫ econuerso omne efficiens ꝓducens vel effectuū ꝓductiuū ⁊ omne effectibile ꝓducibile / ꝙ in plus se habet potētia ꝓductiua q̄ effectiua. ¶ Hoc p̄misso apparet omni catholico: primo ꝙ potentia generatiua ⁊ spiratiua dei ad intra / est potentia ꝓductiua. Secundo ꝙ non est potentia effectiua. Utrunq; istoꝝ apparet: qm̄ potentia generatiua vel spiratiua respicit tantum personā ꝓductaꝫ a persona ꝓducente realiter non essentialiter differentē: sed vt dictū est potētia ꝓductiua ē respectu cuiuscūq; ꝓducibilis. Non aūt effectiua dicit̄ nisi tm̄ respectu ꝓducibilis a ꝓducēte essentialit̄ differētis. g̃ ⁊c. ¶ Ex p̄dictis apparet q̄d ad illum primū articulū sit dicēdū: qm̄ potētia gn̄atiua ⁊ spiratiua ē vtiq; ⁊ dicit̄ potētia actiua primo mō vꝫ vniuersaliter sūpta: non aūt scd̄o mō accepta vꝫ pro potentia effectiua. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundum: vbi respondendum est ad q̄stiū:

est sciendū ꝙ potētiā gn̄atiuā ꝯtineri sub oīpotētia nō est ipsam ꝯtineri sub ea vt singulare dicit̄ ꝯtineri sub vlī vt sortes sub oī hoīe: quasi ly omne additum potētie cū dicit̄ oīpotētia distribuat potētiā ipaꝫ cui additur pro quacūq; potētia: sicut cū dicit̄ oīs homo hoc signū oīs distribuit ⁊ stare facit hoīem ꝓ oī hoīe singulari. non eñ hoc mō potentia distribuit̄ pro oīpotētia singulari formalit̄ nec etiam eminēter cū dicit̄ omnipotentia. nō enim deus omnipotēs ē formalit̄ oīs potētia: ⁊ lꝫ oēꝫ potētiā singularē ⁊ oē ens ꝯtineat eminent̄: nō tm̄ ex hoc dr̄ oīpo. q2 si ꝑ impossibile eēnt duo dij cq̄ potētes quilibet diceretur oīpotens: nec tm̄ oīpotentia vnius ꝯtineret aliquo mō oīpotētiam alterius. solū g̃ ex hoc deus dicit̄ oīpo: q2 potest in oē possibile. nec eñ oīpotēs quātū ad significatū suū ꝓpriū dicit aliud q̄ illō qd̄ est i oē possibile potēs. ¶ Ex q̄ seq̄t̄ primo: ꝙ cū dr̄ oīpotētia vel oīpotens / nō distribuit̄ ꝑ ly omne potētia ꝓ oī potētia nec potens ꝓ omni potēte singulari: sed omnipotētia vel omnipotēs est vnum nomē equiualens vni termino recto specificato per signū distributiuū ⁊ suū distribuibilem terminū. qd̄ apparet: quia vt dictum est oīpotens idēꝫ est qd̄ potens in oē possibile. ¶ Secundo: ꝙ querere an potentia generatiua ⁊ spiratiua cōtineatur sub oīpotentia / non est querere an genituꝫ ⁊ spiratū cōtineatur vt singulare sub vlī sub ente possibili omni qd̄ respicit oīpotentia seu omnipotens. Hoc apparet: qm̄ constat ꝙ potētia gn̄atiua et spiratiua dei est ipsa diuina essentia: ⁊ per ꝯn̄s omnipotētia: que non est aliud q̄ diuina essentia. eodem eñ de⁹ vꝫ seipso est potens generare ⁊ spirare siue generans necessario atq; spirans quo pōt creare: ergo nō oportet q̄rere an potentia gn̄atiua vel spiratiua contineat̄ sub oīpotētia q̄si singulare sub vniuersali / vt sortes sub oī hoīe: cum oīpotētia sit illa eadē numero singularis potētia vꝫ ipsa diuina essentia quā importat potētia gn̄atiua et spiratiua: sꝫ est dubiuꝫ qd̄ hic q̄rit̄ / an ipsa diuīa essentia dicat̄ oīpotētia vl̄ de⁹ oīps vl̄ respectu oīs ꝓducibil̄ sub q̄ ꝯtinet̄ fili⁹ genit⁹ ⁊ sp̄us sctūs spirat⁹ / vel tm̄ respectu rei possibilis effectibil̄ sub q̄ non ꝯtinet̄ suppositū diuinū nō genitū nec spiratū. ¶ Ex quo apparet / ꝙ ista questio magis est verbalis ⁊ de significato vocis q̄ realis. ꝯstat eñ hic dere vꝫ ꝙ omnes diuine persone possunt ꝓducere omne possibile ab eis essentialiter distinctuꝫ quale est possibile diuisum cōtra necessarium. non aūt oēs p̄nt ꝓducere oē possibile absolute sumptum vt cōtra impossibile diuisum: quia nec omne tale possibile est ꝓducibile / sicut paternū suppositum improductum. alia aūt duo supposita / licet sint producibilia et producta / non tamen ab omnibus personis. Ex quo sequitur ꝙ qui vellet vocare omnipotens solum illud quod potest in omne producibile absolute ⁊ vniuersaliter sumptum / haberet dicere consequent̄ ꝙ solus pater est omnipotēs: non aūt filius cum nec possit generare: nec sp̄us sanctus / cū nec possit generare nec spirare. ⁊ tunc secundū hoc esset dicendum ꝙ potētia generatiua ⁊ spiratiua cadit seu ꝯtinet̄ sub oīpotentia mō preexposito hoc intelligēdo. Qui aūt vellet vocare omnipotens p̄cise illud qd̄ pōt i oē possibile diuisum contra impossibile / talis q̄ hoc vocabulo abuteretur h̄ret dicere consequēter ꝙ oīpotēs ē impossibile: nec aliqua persona diuina nec trinitas ip̄a tota est oīpotēs: cū nec aliq̄ diuīa ꝑsona nec oēs simul̄ possint ꝓducere oē possibile sic acceptum / cū non oē taliter sumptū sit ꝓducibile sicut suppositū paternū qd̄ impossibile est esse ꝓductū. Uocādo autem tertio oīpotēs illud qd̄ pōt in oē possibile diuisū contra ens necessariū mō q̄ accipitur a sanctis oīpotēs ⁊ omnipotentia: sic ꝯr̄ter est dicendum ꝙ oēs ꝑsone sunt oīpotētes: nec potētia gn̄atiua vel spiratiua cōtinet̄ sub omnipotētia sic accepta. ¶ Ex q̄ sequitur ꝙ hoc mō accipiēdo oīpotētiā nō est verum dicere ꝙ oīpotēs est soluꝫ qd̄ pōt in oē illud qd̄ non implicat contradictionem. nō enim iplicat ꝯtradictionē filium generari nec sp̄ūm sctm̄ spirari: nec tm̄ pōt fili⁹ generari nec sp̄us sctūs spirari ab omni persona omnipotente. ¶ Confirmat̄. q2 oīpotēs vt sic sumptū non respicit oē ꝓducibile possibile vt cōtra i possibile diuisum: sed vt ꝯ necessariū: sed possibile ꝓducibile cōtradictionē nō iplicās dicit̄ oē ꝓducibile necessarium vel ꝯtingens: ⁊ ꝑ ꝯn̄s ē possibile ꝓduci vt diuisum cōtra ipossibile. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc pōt argui: q2 Augusti. ꝓbat filium esse equalem patri per hoc: q2 si pr̄ non pōt gn̄are filium sibi equaleꝫ / seq̄tur ꝙ sit impotens: sed hoc non seq̄ret̄ nisi posse generare esset simplicit̄ posse. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc respondetur ꝙ licet consequentia Augusti. predicta sit bona: vꝫ ꝙ si pater nō posset gn̄are filium sibi equal̄ non esset oīpotens sed impotēs: nō tm̄ ex hoc seq̄tur ꝙ posse generare sit posse simplicit̄ vt loqmur hic de posse: cū posse vt hic sumit̄ solū sit r̄spectu possibil̄ ꝯtingētis. ⁊ tō sicut bn̄ seq̄t̄ / pr̄ nō ē de⁹: g̃ nō ē potēs nec tm̄ ex hoc seq̄t̄ ꝙ deū eē sit posse: ita ꝯsil̄r̄ i ꝓposito ē dicēdū. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnes i p̄ncipio apparet solutio ex predictis in vtroq; articulo q̄stionis.

Circa distinctionē vigesimam primā in qua magister incidēter determinat aliqua de q̄busdam dictionib⁹ exclusiuis ostēdēdo quō possūt verificari de diuinis ꝑsonis vt quō possit dici ꝙ tāta ē sola vna persona quāta oēs tres simul sumpte: ⁊ vtrum sit verū dicere ꝙ solus pater est deus: ⁊ ꝙ trinitas est sol⁹ deus: quero de istis duobus. Et primo de primo. vtrum hec sit vera: vꝫ ꝙ tanta est vna sola ꝑsona diuina quāta trinitas simul tota. ¶ Et videt̄ ꝙ sic: q2 sola vna ꝑsona ē diuina essentia: sed diuina essentia ē tāta quāta tota trinitas: immo est trinitas ipa tota. g̃ ⁊c. ¶ Cōtra: q2 vna res non ē tot nec tantum quot ⁊ quantum sunt tres: quarum altera est ipsa / alie autem due sibi equales sunt ab eo realiter differentes. sed vna persona diuina sola est tan-

tum vna res. trinitas autem ipsa importat tres res equales et realiter differentes. ergo &c. ¶ Responsio. vbi sic procedã. Primo enim ostendam quomodo ad questionem istam est respondendum secundum opinionem ponentium diuinam essentiam esse ab omnibus personis distinctam in re extra. Secundo quid est ad ipsam dicendum secundum veritatem: ponendo opinionem aliam veram / videlicet ꝙ nulla est inter essentiam et personas diuersitas in re extra.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ vnum esse tantum quantum alterum est ipsum esse eque perfectum. et hoc vel intensiue: vt vna albedo dicitur tanta quanta alia quia eque intensa. vel extẽsiue: vt vnũ continuum dicitur tantum quantum alterum. vel discretiue: vt vnus numerus vel exercitus dicitur tantus quãtus alius. In proposito autem quando queritur / an vna sola persona sit tanta quanta trinitas tota / nõ accipitur tantum et quantum extensiue nec discretiue: sed intensiue. nec enim vna persona nec omnes simul sunt aliquid continuum: nec vna sola persona est discretiue tot persone quot simul omnes. ergo non querit / an vna persona sola sit tanta quanta omnes simul aliquo predictorum modorum primorum duorum: sed tertio modo tantum / vz an sit tante perfectionis vna persona intensiue per se sola quante est trinitas ipsa tota. ¶ Hoc supposito videt mihi ꝙ ponentes diuinam essentiam esse a personis omnibus simul sumptis distinctam existere in re / habent dicere consequenter ꝙ nullo modo vna sola persona est tãta quanta trinitas simul tota. ¶ Hoc probo sic. impossibile est vnum per se sumptum esse tante perfectionis intensiue quante est ipsum idem et alterum ab eo distinctum sibi equale: sed diuine persone omnes sunt in perfectionis magnitudine equales et realiter differẽtes sic ꝙ nec vna est altera nec res aliqua que sit ipsa: supposito ꝙ diuina essentia communis omnibus sit distincta ab eis omnibus in re extra. ergo &c. ¶ Maior est euidens: quoniam aut illud alterum dicit aliquem perfectionis gradum a perfectione primi per se sumpti distinctum / vel nõ. sed nõ potest poni secundum / videlicet ꝙ nullũ dicat perfectionis gradum a perfectione alterius distinctũ: quia supponitur ꝙ est equalis perfectionis secum. illa autem duo quorum vnum est perfectissimum: et alterum nullũ dicit perfectionis gradum / non possunt equaliter esse perfecta: ergo relinquitur primum: vz ꝙ importet aliquem perfectionis gradum a perfectione alterius distinctum: sed non magis vnum per se solum potest esse tante perfectionis intensiue quante est ipsum simul et alterum eque perfectum secum: ꝙ aliquod vnum continuum possit esse tantũ extensiue per se sumptum quantum est sumptum cum alio ipsi apposito ac equali. ergo &c. ¶ Minor quantum ad primam partem est euidens / videlicet ꝙ persone diuine sint equales. alia pars videlicet ꝙ sic sint realiter differẽtes ꝙ nec vna sit alia: nec res aliqua ab vtraque indistincta: ẽ etiã euidens / supposito vt supponitur ꝙ essentia sit distincta a personis omnibus in re extra. nec enim vna persona potest dici res que sit alia nisi quia est diuina essentia: sed si deitas cõmunis omnibus personis distinguitur ab ipsis personis omnibus in re extra: ex hoc ꝙ quelibet persona est deitas nõ sequitur ꝙ sit res que est altera. ergo &c. ¶ Confirmat. quia ꝙ vna sola persona dicat tanta quãta est trinitas tota: aut hoc est: quia vna persona est omnis alia persona et trinitas tota: aut quia est res puta deitas q est omnis persona formaliter vel eminenter. Sz cõstat ꝙ primũ non potest poni. non enim vna persona est aliqua alia que ab ipsa realiter sit distĩcta. Nec scdm potest poni supposito ꝙ essentia diuina sit distincta a personis omnibus in re extra. Nec tertiũ: quia si deitas esset eminenter omnis persona seu proprietas relatiua sequeretur ꝙ ipsa esset perfectior omni persona seu proprietate relatiua: et per consequens ꝙ omnis persona esset imperfecta et ab ipsa essentia diuina realiter distincta. quecũque enim quorũ vnum est eminenter alterum sunt realiter sic diuersa ꝙ vnũ est alio imperfectius: et per consequẽs imperfectũ. nec enim realiter eorundem vnũ põt esse altero perfectius: nec per consequens ipsum existere eminenter. sed ista videlicet ꝙ essentia diuina sit ab omnibus personis realiter distĩcta ac eis perfectior et per consequens ꝙ omnis persona sit imperfecta / sunt impossibilia et absurda. ergo &c. ¶ Si dicat ꝙ licet diuina essentia sit distincta a personis omnibus in re extra: non tñ realiter sed realiter est omnis persona: et ideo licet vna persona non sit alia: est tñ res puta ipsa diuina essentia q est ipsa cũ sit ab omni persona realiter indistincta. ¶ Hoc nõ valet. primo quia vt probatũ est supra in dist. 4. si diuina essentia sit distincta a personis omnibus in re extra / non minus ab eis omnibus ꝙ vna persona ab altera est distincta: ergo nõ magis hoc supposito diuina essentia esset aliqua personarum ꝙ vna persona sit altera. Secũdo: quia esto ꝙ hoc esset verum videlicet ꝙ essentia esset distincta in re extra ab omni persona: et ꝙ esset realiter omnis persona: non tamẽ sic esset omnis persona: nec ei idem sicut sibiipsi: cũ ab omni persona et non a seipsa supponatur esse distincta in re extra: ergo nec vna persona posset esse tanta / nec etiam ipsa diuina essentia / quanta est trinitas ipsa tota ¶ Consequentia probatur: quoniam vt dictum est supra / vnum per se sumptũ non est tantum quantum sumptum cũ alio ipsi equali ac ab eo in re extra distĩcto: sed omnes persone diuine vel proprietates relatiue habẽt poni eque perfecte cũ diuina essentia: alias si essentia esset eis perfectior: ipse essent imperfecte et ab essentia realiter distĩcte: ergo si essentia est ab eis omnibus distincta in re extra / nec vna persona nec ipsa essentia potest dici tanta quanta est trinitas simul tota. quare &c. ¶ Ex his predictis apparet impossibilitas et improbabilitas opinionis predicte ponẽtis diuinam essentiam esse distinctam a personis omnibus in re extra. ad illam enim opinionem sequitur maior pluralitas ꝙ trinitas in diuinis: et ꝙ nulla persona sit alia nec res que ẽ ipsa: et per cõsequens ꝙ persone omnes non sint vnicum ens perfectũ sed ista et alia multa que ad eam sequuntur sunt inconuenientia et absurda. quare &c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum dico primo ꝙ secundum veritatem vna sola persona diuina est tanta quanta est trinitas simul tota. Secundo ꝙ hoc potest saluare opinio que ponit diuinam essentiam esse in re extra totaliter indistinctã a personis omnibus simul sumptis ¶ Primum apparet: quoniam quelibet persona diuina est per se infinita non tantum trinitas ipsa tota: sed infinito nihil perfectius esse potest: ergo nec omnes tres persone simul sumpte sunt aliquid perfectius ꝙ earum altera per se sola: ergo et quelibet est tanta quanta est trinitas simul tota. ¶ Confirmatur. quia non tantum omnes tres persone simul sunt deus: sed etiam quelibet earum est deus nec prima habet aliquo modo ꝙ sit deus ab aliqua aliarum: nec secunda etiam nec tertia nisi tantum originalit. formaliter enim quelibet persona est deus seipsa non aliqua alia mediãte. ergo nec oẽs simul persone sunt aliqd perfectius ꝙ vna ipsarũ tantũ. ¶ Cõsequẽtia est euidẽs quia eo qđ est deus nihil põt esse perfectius: sed quelibet persona est deus formaliter semetipsa non tantum trinitas simul tota. ergo &c. ¶ Secundum: videlicet ꝙ predictã veritatem possit saluare opinio illa que ponit diuinã essentiam esse indistinctam totaliter in re extra a qualibet personarum et ab omnibus simul sumptis: probatur.

quoniam opinio ponens personam quamlibet esse rem aliquam a personis omnib⁹ indistinctā euidēter pōt pone re imo expresse ponit ⁊ saluat quamlibet personam esse tante pfectionis quante est trinitas simul tota. ¶ Hoc ē euidens: quia qđ est idem totaliter cum pluribus tantū est quātum oīa illa plura: nec solum ipm qđ est idē cū illis pluribus: sꝫ etiā oē illud qđ est idē totalr̄ in re extra cū illo ab illis pluribus indistincto: sed opinio q̄ ponit diuinam essentiam esse indistinctam totaliter in re extra a q̄libet personarū ⁊ ab omnibus simul sumptis/ponit quālibet personarum esse rem aliquam puta diuinam essentiam que ē trinitas simul tota cum sit ab omnibus trib⁹ personis indistincta totaliter in re extra. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia licet vna persona non sit alia cum sit ab ipsa realiter distincta: est tamē res videlicet diuina essentia que est omnis persona: cum a nulla magis q̄ a seipsa sit distincta in re extra. sed qđ est res a personis omnibus indistincta/esto ꝙ non sit omnis persona est tante perfectionis quante est omnis persona. ergo non tantum diuina essentia que est omnis persona est tanta quanta trinitas simul tota: sed etiam quelibet personarum: cum quelibet sit essentia que est omnis persona: licet vna persona non sit alia. et hoc expresse ponit opinio supradicta. quare ⁊c. ¶ Sed nunquid deus per se solus potest dici tante perfectionis quante est ipse simul sumptus cum qualibet vel cum aliqua re creata? ¶ Ad hoc est dicendū/ꝙ licet deus ⁊ creatura simul sint aliquid perfectius formaliter extensiue q̄ deus solus tantummodo per se sumpt⁹ quia tamen deus est omnis perfectio possibilis a se alia eminenter: adeo deus solus est tantus formaliter vel eminēter quantus ipse ⁊ quelibet res creata. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis: quoniam maior illa assumpta que dicit/vna res non est tanta quanta plures/vera est de illa re que sic est vna ꝙ nec est plures nec aliqua vna a pluribus indistincta. non sic autem est vna res aliqua vna persona cuꝫ quelibet vt dictum est sit diuina essentia a pluribus rebus videlicet ab omnibus personis indistincta totaliter in re extra.

SEcundo quæro de secundo: videlicet vtrū hec ꝓpositio sit vera: sola vna ꝑsona puta solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus est de⁹. ¶ Et videtur ꝙ sic: qm̄ sola trinitas est deus: sed sola vna ꝑsona est res que est tota trinitas. est em̄ essentia diuina q̄ est omnis ꝑsona. ergo ⁊c. ¶ Cōtra: qꝛ nō omne qđ ē deus est vna ꝑsona sola. ergo nec sola vna ꝑsona est deus. ¶ Cōseq̄ntia ē euidens. qm̄ ꝓpositio affirmatiua cum exclusiua dictiōe accepta infert vlēm de terminis trāspositis: sicut ista/solus homo est risibilis vel currit/infert istam: ergo oē risibile vel currēs ē hō. quare ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓcedā. Primo enim dicam ad q̄sitū/vꝫ an ista sit vera: sola vna persona est deus. Scđo inq̄ram an hec sit vera/sola trinitas est deus.

Quantum ad primum est opinio quorundaꝫ dicentium ꝙ dictio exclusiua addita vni correlatiuoꝝ non excludit alterum: ⁊ ita ꝑ hoc ꝙ dicit̄ pater solus/non excluditur filius: quoniam nihil potest excludi ab eo qđ est de intellectu ipsius: sed vnum relatiuorum est de intellectu alterius cum ponatur in diffinitione ipsius. ergo ⁊c. ¶ Tunc secundum opinionem istam forsitan diceretur ꝙ ista est vera/solus pater est deus: quia cum dictio exclusiua addita patri non excludat filium cum ista/solus pater est de⁹/stat ꝙ filius sit deus. ¶ Sꝫ hic modus dicendi deficit. Primo quia falsum accipit quando dicit ꝙ dictio exclusiua addita vni correlatiuorum non excludit alterum. si enim hoc esset verum sequeretur ꝙ ista propositio esset falsa/solus pater est pater/vel solus filius est filius: et ista vera/sola creatura est. sed hoc est falsum. prima enim est vera ⁊ secunda falsa. ergo ⁊c. ¶ Consequentia probatur: quoniā hec est falsa/pater ⁊ filius sunt pater: ⁊ hec vera/omne quod est est creator vel creatura/vel sola res creata ⁊ increata est. sed si dictio exclusiua vni relatiuo addita non excludit sed includit alterum: ista propositio/solus pater est pater/equipollet isti/pater et filius est pater: quam cōstat esse falsam: ⁊ ista/sola creatura est/equipollet isti/creator et creatura est: quam constat esse veram. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia dictio exclusiua addita alicui subiecto excludit omne ab illo subiecto distinctum realiter ⁊ negatum: sicut cum dicitur solus homo/excluditur omne illud quod non est homo: sed constat ꝙ pater non est filius sed ab eo realiter est distinctus. ergo ⁊c. ¶ Nec valet ratio que ad probandum conclusionem predictam adducitur. non enim sic vnum correlatiuorum est de intellectu alterius ꝙ omni conceptu quo concipitur vnum concipiatur ⁊ alterum: alias hec propositio in mente formata/pater est persona improducta vel generat vel distinguitur realiter a filio/esset falsa: cum tamen sit vt vera ab omni catholico cōcedēda. quare ⁊c. ¶ Consequentia apparet: quoniaꝫ propositio ista sicut ⁊ omnis in mente formata constat ex diuersis actibus intellectus: quorum alius videlicet conceptus patris est subiectum: de quo quero/an sit conceptus seu actus intelligendi patreꝫ tātum an patrem simul et filium? Si primum: ergo habeo propositum/videlicet ꝙ non sic filius est de conceptu patris quin possit concipi pater aliquo conceptu quo non concipitur filius ⁊ ēconuerso. Si auteꝫ ponatur secūdum: ergo propositio supradicta est falsa sicut et ista/pater et filius sunt persona improducta vel generans et a filio realiter distinguūtur. Hoc autem non est verum. ergo ⁊c. ¶ Secūdo deficit modus dicendi predictus: quia esto ꝙ esset verum hoc quod accipit/non sequeretur ꝙ hec esset vera: solus pater est deus: quoniam spiritus sanctus non est relatiuum patris secundum ꝙ pater est: sed solius filius: ergo esto ꝙ cum dicitur solus pater non excludatur filius supposito ꝙ dictio exclusiua addita vni correlatiuorum non excludat alterum: ex hoc tamen non habetur quin excludat spiritum sanctum: de quo tamen vere dicitur predicatum vꝫ deus: quare ⁊c. ¶ Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicenduꝫ sicut dicitur communius. Ad cuius euidentiam est sciendū ꝙ dictio huiusmodi exclusiua solus/potest teneri seu accipi in propositione dupliciter/videlicet precisiue ⁊ exclusiue. Ut primo modo videlicet precisiue accipitur nihil a subiecto cui additur per ipsam remouetur seu excluditur: sed tantum denotatur ꝙ predicatum conuenit subiecto et est verum de ipso per se accepto nullo alio mediante. Ut autem secundo modo videlicet exclusiue: quo modo proprius ac communius sumitur: excluditur seu remouetur per ipsam a subiecto cui additur/oē vere ab eo negatum: ⁊ significatur per talem propositionem ꝙ predicatum sic competit subiecto adequate ꝙ nulli alteri conuenit a quo subiectum ipsum negatur. ¶ Hoc premisso apparet quid dicendum: quoniam si solus accipiatur primo modo videlicet precisiue: sic propositio ista potest concedi tanq̄ vera/solus pater vel solus filius vel solus spiritus sanctus est deus. non autem si secundo modo/videlicet exclusiue accipiatur: immo vt sic est falsa. ¶ Primum apparet/quoniam constat ꝙ hec propositio est vera/pater seipso non aliquo alio a se distincto mediante est deus: sed ista/solus pater est

deus idem significat qđ illa vt ista dictio exclusiua solus accipitur primo mō videlicet ꝑcisiue. vnde ista ꝓpositio solus pater est deus/vt solus accipitur ꝑcisiue/exponit per istam pater seipso non aliquo alio est deus. hanc autem propositionem constat esse verā. ergo ꝛc. ¶ Secundum vero ꝙ sit falsa vt ly solus accipitur secundo modo/quomō nō ꝑlo ꝑdicto accipitur exclusiue ꝓbatur: quoniam ista solus pater est deꝰ vt ly solus accipit exclusiue infert istam vlem terminis transpositis/omnis deus est pater sed cōstat ꝙ ista est falsa. ergo ꝛ pria. ¶ Maior apparet/quia per ꝓpositionem omnem cuius subiecto apponitur dictio exclusiua exclusiue sumpta/significatur ꝙ ꝑdicatum cōuenit soli subiecto nō alicui alteri ab eo negato: ergo per istā/solus pater est deus significatur ꝙ predicatū eius qđ est deus cōuenit soli patri non alicui alteri: sed si nihil a patre distinctum est deus/oīa deus ē pr. ¶ Cōfirmatur per regulaȝ adductā in pricipio/vȝ ꝙ semper ab exclusiua ad vniuersalem affirmatiuam de terminis trāspositis est bona ꝯña: sicut si solus hō est compositus ex aīa intellectiua ꝛ corpore: ergo oē sic cōpositū est hō. ergo ꝛc. ¶ Et qr ista ꝓpositio solus pr est deus ꝛ alia omnis i q̄ ponitur consimilis dictio exclusiua/accipitur cōmuniter ꝛ intelligit in sensu illo in q̄ tenet ipsa exclusiua dictio exclusiue: ideo absolute ꝛ simplicit est dicendum ꝙ non est vera: sed falsa ꝓpositio supradicta. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundum consimiliter est dicendum sicut dictum est ad primū: vȝ ꝙ ista ꝓpō sola trinitas est deus: est vera si sola tenеatur ꝑcisiue: quia constat ꝙ trinitas est deus ꝑ se/se ipsa. si autē teneat exclusiue non videtur esse vera: quoniam vt apparet ex regula allegata in articulo precedenti ista ꝓpositio sola trinitas est deus mō ꝑexposito intellecta infert istam vlem de terminis transpositis omnis deus vel oē qđ est deus est trinitas: sȝ hec est falsa. non enī pater est trinitas nec filius nec spūs sanctus: cum deus vere dicatur non tm̄ de trinitate tota: sed etiam de ꝑsona qualibet ꝑ se sumpta ergo ꝛc. ¶ Sȝ contra regulā supradictam instat: ꝛ ꝙ nō sit vniuersaliter vera ꝓbatur: quoniam non sequitur/tātū necessariū de necessitate est verum: ergo omne verum de necessitate est necessariū. ¶ Ad hoc respōdet ꝙ regula illa est vera qn̄ exponentes exclusiuam sunt ꝯuertibiles cum ipsa. quādo aūt aliqua exponēs non est ꝯuertibilis nec regula illa est vniuersalis: sicut declarat i exemplo ꝓposito. exponens enī predictam exclusiuaȝ tm̄ necessariū de necessitate est verum/q̄ quidem exponēs est ista nihil aliud a necessario est de necessitate verum/non est conuertibilis nec simpliciter vera: ꝛ ideo non sequitur: tm̄ necessarium de necessitate est verū/ergo omne verū est de necessitate necessariū: sed debet inferri: ergo omne qđ est de necessitate verum est necessariū. In ꝓposito aūt oēs exponentes istam exclusiuaȝ sola trinitas vel solus pater ē deus sunt simpliciter ꝯuertibiles: ꝛ ideo hic tenet rña. ¶ Sȝ nunquid saltē ista propositio/trinitas est solus deus/pōt cōcedi vt vera? ¶ Ad hoc respondet August. lib. 6. de trinitate secūdū ꝙ magister recitat in litera/ita dicēs. Trinitatem dicimus deū solū quāuis semper sit cum spiritibꝰ a animabus sanctis: sed solum dicimꝰ quia non aliud q̄ ipsa trinitas deus est. non enī illi cū illa deus sunt vel aliq̄ alia: sed ipsa trinitas tantū non illi vel alia deus est. Hec August. Ex q̄bus habetur ꝙ si per istam/trinitas est solus deus/intelligatur ꝙ non aliud q̄ trinitas vel ꝑsona aliqua trinitatis est deus/vel ꝙ trinitas est deus tantuȝ non aliquid ab ea distinctum/potest ꝯcedi propositio lȝ i ꝓpropria tanq̄ vera. si autem per eā intelligat ꝙ trinitas est deus solitarius qđ ꝛ magis per eam intelligi vr vt sic ꝓpositio non est vera. ¶ Sic ad questioneȝ. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. non enim vt dictum est hec est vera simpliciter/sola trinitas est deus. esto etiam ꝙ esset vera non sequeret ꝙ ista esset vera/solus pater est deus: nisi illo mō q̄ in precedentibꝰ est ostensum.

CIrca distinctionē vigesimamsecundā in qua magister determinat de quibusdam noībus q̄bus deꝰ est a nobis nominabilis: ꝛ hoc in gnāli ostēdens quomō deus ipse diuersimode ꝛ diuersis noībus noīatur: Quero primo: vtrum deus sit nominabilis aliquo nomine sibi imposito a viatore? ¶ Et videtur ꝙ sic: quoniā de facto deus nominatur multis nominibus sibi a viatore impositis: sed talis noīa viator ad deū significandum imponere non potuisset nisi deus ipse eis noīabilis extitisset. ergo ꝛc. ¶ Cōtra: qr oē illud qđ potest ab aliquo nomē iponi potest ab ipso conceptu aliquo sibi ꝓprio intelligi sed deus nō est sic ab intellectu viatoris intelligibilis. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enī ꝑmittā de nominibus quandam cōmunem distinctionem. Secūdo dicam ad questionem.

Quantum ad primum distinctio communis de nominibus premittenda est: ꝙ noīm alia sunt prime ꝛ alia secunde impositionis. Nominū prime impositionis alia sunt prime ꝛ alia secunde intētionis. Nomina prime impositionis ꝛ etiaȝ prime intentionis dicunt esse illa q̄ significant res veras extra animam existentes vt hō angelus color ꝛ corpus. illa aūt dicuntur esse prime ipositionis ꝛ secūde intentionis q̄ significant ꝯceptꝰ mentis ꝛ pro eis supponunt: non aūt ꝓ rebus extra animam talium ꝯceptuum obiectis. ꝛ talia noīa sunt predicabile vlē genus species differentia diffinitio ꝛ diffinituȝ licet quodlibet istorum possit supponere non tantum ꝓ conceptu mentis: sed etiā pro voce. non tm̄ enī conceptꝰ mentis sed etiaȝ oratio vocalis dicitur diffinitio: ꝛ nomē etiā diffinituȝ ac vlē cū sit ꝑdicabile in ꝓpōne vocali sicut conceptus in ꝓpositione mētali. Noīa autem secūde impositionis dicūtur esse illa que significant non res extra signatas nec earum conceptus in anima existentes: sed voces rerum significatiuas vel vocū significatiuarū ꝯditiōes siue ꝓprietates: cuiusmodi noīa sunt nomē verbum ꝑticipiū casus numerus ꝛ similis proprietates nominum importantia. non aūt de numero talium videtur esse ꝓpō: quoniā ꝓpositionum alia est vocalis ꝛ alia mētalis: ꝛ ideo propositio non tantum dicitur de voce complexa: sed etiam de conceptione seu intellectione similiter complexa in mente formata. Unde posset dici ꝙ nominū alia significant res extra que ita sunt signata ꝙ non signa/vt homo lapis ꝛ similia. ꝛ talia dicūtur nomina prime intētionis ꝛ prime impositionis. Alia autem sunt quorum significata sunt aliorū signa ita ꝙ simul sunt significata ꝛ signa: alia tamen a significatis suorū signorum. ꝛ ista sunt in duplici differentia. alia enim sunt que tantuȝ significant conceptū iportatū vt conceptus vel actus intelligendi vel intellectio sensatio ꝛ similia nomina quorum signata sunt precise res existentes in anima: q̄ quidē sunt signa existentiū in re extra. Alia aūt sunt que tātū significant voces rerum significatiuas vel earuȝ ꝓprietates vt illa de q̄bus est exēplificatū supra: q̄ dicūtr noīa secūde ipositiōis. Alia aūt tertio sūt q̄ significāt tā voces q̄ cōceptus vt diffinitio ꝛ diffinitū ꝓpositio ꝑdicabile ꝛ vlē. Alia aūt sūt q̄ significāt tria oīa supradicta vȝ tam res q̄ earum conceptus ꝛ voces significatiuas vt qualitas

ens ⁊ aliud omne trāscēdēs. tam albedo eñ vel alia oīs qualitas in re extra significata ꝙ eius cōceptus ꝙ vox significatiua dicitur qualitas ⁊ ens ac aliud quodcunq₃ transcēdens puta vnū verum ⁊ bonū. ¶ Ex p̄dictis pōt concludi falsam esse opinionē quorūdā dicētiū ꝙ omnis vox significatiua signat primo mentis conceptū: et scđo rem extra eius obiectū. quoniā vt apparet ex dictis aliqua sunt nomina que ita significāt rē cōceptā ꝙ nō eius conceptū vt hō ⁊ angelus. Alia que ita significāt conceptum ꝙ nō significāt obiectū per eū apphensum: vt intellectio ⁊ sensatio. Alia aūt sunt q̄ significāt vtrūq₃ istorum tam conceptū videlicet ꝙ eius obiectū eque primo vt qualitas ⁊ ens. ergo falsum est dicere omnē vocē significare primo mentis cōceptū ⁊ secūdario rē extra que est eius obiectū. ¶ Consequētia est euidēs. sed antecedens probatur. quoniā omnis vox potest supponere in ꝓpōne vocali pro suo significato. sed nec homo nec angelus nec alia aliqua vox q̄ est significās rē extra vt significatiue sumpta potest supponere nisi pro re extra: nec intellectio vel sensatio nisi ꝓ actu siue cōceptu in anima existente. q̄litas autē ⁊ ens vel aliud omne transcēdēs potest supponere ꝓ vtroq₃ istorū indifferēter: quoniā tam res extra ꝙ eius cōceptus in anima affirmatur siue dicitur qualitas et ens ⁊ aliud omne transcendēs. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si instetur de ista ꝓpōne / homo est species / vel aīal est genus: i qua homo nō supponit nec aīal ꝓ re extra. quoniā in tali ꝓpōne homo nō accipitur significatiue. non enim supponit pro suo significato: sed tantummodo ꝓ seipso. ¶ Ex quo sequitur corollarie: ꝙ licet cōceptus mētis dicatur vere gen⁹ vel species quia p̄dicabilis i ꝓpōne mētali sicut vox in ꝓpōne vocali: nō tamē in ista ꝓpōne vocali / homo est species / p̄dicatū qđ est species verificatur nec affirmatur de ipso mētis conceptu sed tantū de voce significāte. quoniā nullius ꝓpōnis p̄dicatū verificatur nec affirmatur i ipsa ꝓpōne / nisi vel de eius subiecto supponēte pro seipso: vel de alio a subiecto si subiectū supponit ꝓ eo. sed huiusmodi ꝓpōnis vocalis / homo est species / subiectū nō potest supponere ꝓ mētis cōceptu: quia nec significat eū. nullus autē terminus potest supponere nisi vel ꝓ seipo vel ꝓ suo significato. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc arguitur: ⁊ ꝓbatur ꝙ omnis vox significet mētis conceptū. Primo ꝑ illud pħi dictum in p̄mo peri hermenias: quia voces sunt signa earū q̄ sunt in anima passionū. Secūdo quia scđm Priscianū / nihil aliud est esse partē orationis ꝙ mētis ↄceptū significare. Ex quo sequitur ꝙ omnis pars orationis significat conceptū mētis quare ⁊c. Tertio. quia voces sunt inuente ad exprimēdū mētis ↄceptū. sed illud significāt etiā p̄mo ꝓpter qđ exprimendū sunt inuētę. ergo ⁊c. ¶ Ad primū respondetur ꝙ pħs p̄ise intendit dicere ꝙ voces ⁊ mētis conceptus quos ibi vocat passiones sunt signa eiusdē rei ordinata: quia cū res prius cōcipiatur ꝙ ad ipsam significandum nomē ipsi imponatur: ꝑ ↄsequēs prius res ipsa ꝑ conceptū ꝙ ꝑ vocē significatur. ⁊ quia vox est signū rei posterius p̄supponēs conceptū vt signū eiusdē rei prius: ideo dicitur ꝙ vox significat hoc est dat intelligere ⁊ supponit seu exigit ↄceptū / quo mediāte est imposita ad significādū. non autē pħs intēdit dicere ꝙ voces significent passiones seu mētis cōceptiones vt ipsarū ꝓpria significata: alias ↄtradiceret sibi ipsi cū in multis locis dicat cōtrariū vcȝ ꝙ vox significat rē non aūt eius ↄceptū: vt quādo dicit pluries ꝙ diffinitio est oratio siue sermo indicās tātūmodo quidditatē siue essentiā rei. constat enī ꝙ conceptus rei in mēte formatus nō est essentia seu q̄ditas eius: nec ꝑ ↄñs importatur scđm pħm ꝑ sermonē diffinitiuū. quare ⁊c. ¶ Ad scđm respōdetur ꝙ ↄceptus mētis aliquādo appellatur omne cognitū ab intellectu et hoc modo vocando mētis conceptū obiectū intellectum est verū illud Prisciani dictū: vcȝ ꝙ oīs pars orationis significat mētis ↄceptū non ꝓprie vcȝ ꝓ actu in mēte existēte vt accidens in subiecto / modo quo est hic sermo de ipo / sumptū: sed vocādo mētis ↄceptū obiectū cōceptū. quare ⁊c. ¶ Ad tertiū negatur illđ qđ assumitur in maiore. non enī oēs voces sunt inuētę nec institute ad exprimendū mētis cōceptū: sed aliquę ad exprimēdum ipsos mētis cōceptus vt intellectio ⁊ sensatio: alię ad exprimendū affectiōes: vt ista vox amor vel odiū / ⁊ alię passiōes ↄsequētes p̄dictas affectiōes sicut gaudiū vel leticia ⁊ tristicia / delectatio ⁊ dolor: que ꝓprie ꝑtinent ad sensitiuā sicut letitia ⁊ tristitia ad itellectiuā. alię ad exprimendū res extra: vt homo vel angelus ⁊ substantia. et alię ad exprimēdū voces: vt nomē verbū ⁊ oīa alia secūde impositionis. alię aūt voces institute sunt ⁊ inuētę ad exprimendū vtr̄ ⁊ differenter oīa supradicta vt ens ⁊ alia omnia transcendentia vt dictum est supra. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quātum ad secundū vbi est respondē

dum ad quesitū: pono quatuor ↄclusiones. ¶ Prima est ꝙ deus est noīabilis noībus impositis ad eū significādū a quolibet hominū cōprehēsorū. ¶ Hec est euidens. quia quilibet beatorum intelligit distincte et clare deum / nec minus homo cōprehēsor ꝙ viator potest formare vocale signū: sed omnis potens distincte intelligere aliquod obiectū ac formare vocale signū potest ipm īponere ad significandū obiectū distincte apphēsum vbi iam sit ab alio impositū / ꝙ si sic: potest vti eo vt signo talis signati ad qđ significanduȝ est impositum. ergo ⁊c. ¶ Scđa cōclusio est: ꝙ etiā deus est noīabilis noībus impositis ad eū significandum a viatore. ¶ Hec ꝓbatur sic ab vno doctore. si viator nō posset instituere seu īponere nomen aliquod ad significandū diuinā essentiā / hoc nō esset nisi quia nō posset distincte itelligere ipsam. sed hoc nō obstat quia vox aliqua potest aliquid distīcte significare qđ nū ꝙ p̄fuit distincte intellectum: sicut apparet de ista voce / homo / que distincte significat omnē hominē tam p̄sentē ꝙ futurū: cū tñ hō futurus nō fuerit distincte intellect⁹ ab imponente ipsam ad significādū. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nisi aliquid posset distīctius significari ꝙ intelligi / cū substantia nō intelligatur a nobis nisi in cōceptu entis cōmuni: ꝑ ↄñs nullū nomē impositū a viatore posset significare aliquā rē de genere substātię distincte qđ est falsum. quare ⁊c. ¶ Sed ista ratio accipit dubium vcȝ ꝙ nō oporteat ad aliquid distincte significandū siue ad nomē distincte significās imponēdū ipȝ esse distincte intellectū. sicut enī nullus pōt nomē aliquod īponere ad significādū aliquid nō p̄intellectū / ita nec ad significādū distincte nisi distincte p̄intellectum. nō enī magis absolute significatū oportet esse intellectum ꝙ distincte significatū distincte intellectū. sed cōstat ꝙ nullus pōt nomē aliquod ad significādū imponere nisi rem absolute ⁊ simpliciter intellectam. ergo nec distincte nisi distincte intellectam. ¶ Cōfirmatur. quia nūꝙ hec vox homo potuit imponi ad significādū magis istā rē ꝙ aliā: vt omnē hominē ꝙ lapidē: ⁊ lapis ecōuerso ad significādū magis lapidē: nisi aliquis cōceptus fuisset habitus ꝓprius homini quo nō intelligebatur lapis ⁊ alius ꝓprius lapidi quo hō nō p̄fuit intellectus. sicut enī hoc nomen substantia significat idistīcte hominē ⁊ lapidē: ⁊ hoc nomē ens qđlibet ens tam substātiā ꝙ accidēs similiter indistīcte: ita ⁊ omne aliud nomen indistincte ista omnia īportaret nisi nomina ad significādū imponēs ipsa significata distīcte intelligeret. quare ⁊c. ¶ Nec valet illud qđ arguitur quādo dicitur ꝙ hoc nomē homo significat distincte omnem

hominē.quia hoc falsum est. non enim hoc nomen homo
imponitur ad significādum distincte aliquem hominem
singularem sed indistincte:sicut ens significat qdlibet si
militer indistincte.quare ꝛc. ❡Ad cōfirmationē dico ꝙ
falsum accipit quādo dicit ꝙ substantia nō est cōceptibi
lis a nobis nisi in ꝯceptu cōmuni entis. omnis enim ille
cōceptus est substātie ꝓprius quo ita cōcipitur substan-
tia ipsa ꝙ non aliquod accidēs.ꝑ conceptū eīn cōmunē
entis non magis substātia intelligitur ꝗ accidēs/nec ac
cidens ꝗ substātia ecōuerso.sed aliquis cōceptus est pos
sibilis viatori quo ita cōcipitur substātia ꝙ nō accidēs
sicut ꝛ aliquis quo ecōuerso ita intelligitur accidens ꝙ
nō substātia.ergo ꝛc. ❡Et ideo est aliter probāda ꝯclu-
sio supradicta ꝑ hoc.quia omnis distincte intelligens rē
aliquā ꝛ vocem formare potens/potest vocem ipsam a se
formatā imponere ad significandū rem distincte ꝑintel-
lectam:sed viator potest deum distincte intelligere/ ꝛ vo
ces diuersas formare.ergo ꝛ ipsas ad eum significādum
imponere. ❡Minor quātum ad secūdā partē: videlicet
ꝙ viator possit voces diuersas formare/ē euidēs. ❡Pri
ma pars videlicet ꝙ viator possit deum distincte intelli-
gere/probatur: quia illud hic voco distincte intellectum
qd solū est ꝑ actum aliquē apphensum nullo alio apphē
so per ipm. ❡Hoc apparet.ideo enim hominis ꝯceptus
dicitur indistinctus quia ꝑ ipsum nō magis nec distinct⁹
cōcipitur vnus homo singularis ꝗ alius: sed quilibet in
distincte. ꝛ ꝑ contrariū ideo sortis cōceptus est distinct⁹
quia ita ꝑ ipsum intelligitur vnus homo singularis vez
ipse sortes ꝙ nō aliquis ali⁹:sed viator potest habere et
habet cōceptū quo ita intelligit deum tantū ꝙ non ali-
quod aliud ens creatū.ergo ꝛc. ❡Minor apparet. quia
potens diligere aliquod obiectū absqꝫ aliquo cōdilecto
potest ipsum intelligere absqꝫ alio intellecto: sed viator
potest super omnia deū diligere ꝓpter seipsum: cuius di-
lectionis actus solus deus est obiectum nō aliquod ens
creatū.ergo ꝛc. ❡Cōfirmatur. quia viator super omnia
deū diligens ꝓpter se ꝑintelligit ipm eē taliter diligendū
alias talis dilectio nō esset virtuosa nec moraliter perfe-
cta nisi eam ꝑcederet notitia dictatiua ipsi cōformis.sed
per talem dictatiuā notitiā qua deus ꝑintelligitur ꝛ di-
ctatur vt sup oīa diligēdus/nō intelligit nisi deus. ꝗ ꝛc.
❡Preterea ad idem arguitur.quia viator format ꝛ for-
mare potest tales ꝓpositiones in mēte/deus est infinitus
deus est obiectum beatificū ab omni re creata distinctū
et similes:de quarū subiecto quero an sit ꝯceptus solius
dei an nō/sed eius ꝛ alicuius alterius entis creati? Non
potest poni secūdū:quia tunc quelibet ꝓpōnū taliū esset
falsa.ergo relinquitur primū qd est ꝓpositū: vez ꝙ viator
potest habere cōceptū dei ꝓpriū quo intelligit ipsuꝫ: qui
conceptus nullius obiecti alterius esse potest.quare ꝛc.
❡Cōfirmatur.quia sic distincte intelligens aliquā vnā
rem ꝙ nō aliquā aliam vel vtrāqꝫ distincte intelligens
potest nomen imponere ad significandū ita vnam ꝙ nō
aliam:vel etiā diuersa nomina:vel idē ad significandum
vtrāqꝫ:sed viator potest vt dictum est deū distincte intel-
ligere ꝑ conceptū ipsi ꝓpriū.ergo ꝛc. ❡Tertia cōclusio
est:ꝙ etiam angeli ꝛ anime separate possunt formare si-
gna rerum non tamen sensibilia sicut homo sine assum-
pto corpore. ❡Hec apparet.quoniā tam angeli ꝗ ani-
me separate possunt mutuo sibi loqui/et vnus angelus
dicitur illuminare ꝛ docere alium . sed omnis alteri lo-
quens ipsum illuminans ꝛ docens causat aliquid. nō po
test autem angelus nec anima separata causare ī aliquo
alio a se cui loqꝑ actum aliquem intelligēdi nec aliquid
aliud preter tale aliquod spirituale nō sensibile signum
rerū de quib⁹ loquitur expressiuū vt in secūdo prolixius
ostendetur.ergo ꝛc. ❡Sed nunquid angeli vel anime se

parate possunt signa huiusmodi ab eis formabilia ad si-
gnificandū imponere? ❡Ad hoc dicēdum est ꝙ nō:sup
posito ꝙ signa huiusmodi significent illa que signifi-
cant a natura. nec enim signa naturalia significant ex
impositione aliqua:sicut intellectio vel sensatio vel spe-
cies non significāt illa que representant ex impositione
sed naturaliter ex seipsis. si autem possunt aliqua signa
formari ab eis sicut a nobis que non sint signa aliquorū
determinata/ nec aliquid significent a natura : possunt
vtiqꝫ talia imponere ꝛ instituere ad significandū.de hoc
autez quid sit verius apparebit in secūdo prolixius:vbi
agetur de locutione angelorum. ❡Quarta ꝛ vltima cō-
clusio:ꝙ signa a viatoribus imposita possunt esse eiusdē
rationis in essendo cum signis impositis ab hominibus
comprehensoribus: nō autem cum signis angelorum vel
animarum separatarum in essendo: sed tantummodo in
significādo. ❡Hec apparet quantum ad primam partē:
quoniam licet conceptus quo comprehensor intelligit
deum sit alterius rationis ab illo quo viator intelligit eū
tamen propter diuersitatem conceptuū signorum rerum
naturalium non arguitur diuersitas vocum signorum ea
rundem rerum ad placitum. omnes enim potentes for-
mare huiusmodi sensibilia signa seu vocalia eadem pos-
sunt ipsa formare ac ad significandū quecunqꝫ obiecta
imponere nisi iam sint imposita licet obiecta huiusmodi
sint diuersis ꝛ alterius rationis accidētibus intellecta:
sed viatores ꝛ comprehensores homines possunt eadem
signa sensibilia formare.non enim est verisimile quin be-
atus possit in patria verba vocalia eiusdem rationis for
mare que formauit ꝛ proferre nouit ī via.ergo ꝛc. ❡Sed
supposito sicut ꝛ tenendum est ꝙ inter beatos homines
sit sermo vocalis/nunquid omnes vtuntur eodem idio-
mate an diuersis in patria sicut fecerunt in vita? ❡Ad
hoc videtur probabiliter esse dicendum : licet non sit cer
tū quia nec in scriptura expressum/ ꝙ idē sit idioma vo-
cale omniū hominū beatorum. Si autem ponatur esse
diuersuz ita ꝙ sint illa eadē idiomata/ ꝛ sic diuersa apud
diuersos in patria que fuerunt apud eosdem in via:tunc
non quilibet posset intelligere alium loquentem sensibi-
liter nisi deo supernaturaliter cuilibet omnia idiomata
que in via non nouerat reuelante: sicut nec etiam si lo-
quātur eodem idiomate qd est probabilius/potest quili-
bet intelligere quēlibet nisi a deo supnaturaliter vel quo
modocunqꝫ aliter nouiter fuerit eruditus.quoniam aut
vnicum omniū idioma est distinctum ab omnibus que fu-
erunt in via nota diuersis beatis: aut aliquod illorum.si
primum: ergo cum illud nulli in via fuerit notum/ nec ꝑ
consequens aliquis beatorum hominū potest intelligere
ipsum nisi fuerit nouiter eruditus.si etiam ponatur secū
dum:cum id non fuerit antea notuz omnibus sed quibus
dam/nec in patria possunt ipsum intelligere illi qui non
nouerant antea nisi etiā nouiter sint instructi.quare ꝛc.
❡Secunda pars conclusionis predicte videlicet ꝙ si-
gna angelorum vel animarum separatarum non sint in
essendo sed in significādo eiusdem rationis cū signis vo-
calibus hominum comprehensorum vel viatorum/appa
ret:quoniam sensibile ꝛ insensibile non sunt eiusdem ra-
tionis in essendo licet in significādo/ si sensibile ꝛ insen-
sibile sint signa eorundem obiectorum: sed signa quibus
loquūtur angeli vel anime separate sunt insensibilia/eo
rundem tamen obiectorum significatiua quorum signa
nostra vocalia sunt ad placitum significatiua. ergo ꝛc.
❡Sic ad questionem. ❡Ad rationem in principio ap-
paret ex predictis ꝙ ratio illa falsum in minore accipit
qn dicit ꝙ deus non potest aliquo ꝯceptu sibi proprio in
telligi ab intellectu viatoris.

SEcundo quero vtrum nomina dicta proprie de deo significēt aliquid qd formaliter sit ī ipso. ¶ Et videtur q sic. quoniā deus dicitur ꝓprie et formaliter sapiens immortalis ⁊ ens: nō aūt leo nec vitis: sed tantū metaphorice. sic eñ scd̄m Augustinū in quodā sermone dicit̄ vitis per similitudinē nō ꝑ ꝓprietatē. sed nisi nomina supradicta puta ens ⁊ sapiens importarēt aliquid qd formaliter sit in deo/ nō ꝓprius nec magis formaliter q̄ alia dicerētur de eo. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia qd significat aliquid distinctū a deo/ nō importat aliquid qd formaliter sit ī ipo cū nihil distinctū a deo formaliter sit in eo. sed ꝑdicta nomina importāt aliqua a deo distincta. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic procedam. Primo enim excludam vnam opinionē. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quantum ad primū est sciendum q eorum que dicitur de deo ꝓprie dimissis aliis que dicuntur de ipso transumptiue ⁊ similitudinarie/ alia sunt nomina positiua omnibus ꝑsonis cōmunia: vt ens/ sapiēs intellectus/ volūtas/ memoria/ ⁊ similia essentialia. alia sunt notionalia nō oībus personis cōmunia vt generatio actiua ⁊ passiua ⁊ spiratio. alia aūt sunt negatiua vt immortalis incorporalis vel īcorruptibilis ⁊ īfinitus. Nō dicitur aūt de ipso nomē aliquod priuatiuū. cuius ratio est: quia nomē priuatiuū ꝓprie sumptū est ꝑcise illud qd negat habitū possibilē cuicūq qd tali priuatiuo nomine nūcupatur: sicut apparet exemplū de ceco. nullus eñ nominat̄ cecus nisi cui est possibilis visus. sed deus non caret aliquo sibi possibili. ergo nec potest dici priuatus nec priuatiuo aliquo nomine nominatus. ¶ Hoc premisso et supposito etiā q negatio nō est aliquid extra animā existens in illo de quo dicitur/ nec ꝑ ꝯñs est dubiū de nolb⁹ negatiuis an significent aliquid qd formaliter sit in deo cū illa que negant sint ipsi incōpossibilia: cor aūt negationes nō sint aliquid in re extra: quātū ad alia noīa positiua de quibus est questio/ est opinio excludēda que ponit q deus nō dicitur sapiens siue intelligens siue volēs nec ens nec pater nec filius nec generās nec genit⁹ nec aliquod similiū siue eorum que dicūtur essentialia siue aliorum que dicūtur notionalia formaliter: sed tantum perfectionaliter. ¶ Pro ista conclusione vcȝ q nullum ꝑdicatorū dicatur de deo formaliter/ arguitur. Primo q2 nulla ratio cōtrahibilis est formaliter in deo. sed oīs ꝑfectio transcēdēs vt entitas vel sapientia ⁊ quecūq alia/ est talis ratio sic contrahibilis ꝑ rationes inferiores. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. quia nihil abstractū ab vno se toto distincto ab alio in re extra est ī illo: sed omne qd attribuim⁹ deo abstrahim⁹ a creatura se tota ab ipo deo distincta. ꝰ ⁊c. ¶ Tertio. quia in deo nō est formaliter nisi vnica sola ratio deitatis: qua quidem ipse ab omni alio est distinctus sed ratio deitatis cū sit a nobis inintelligibilis nō est aliqua istarū transcēdentiū que a nobis intelligūtur ⁊ deo attribuuntur: ergo nec aliqua taliū formaliter est in deo. ¶ Quarto. quia illa que scd̄m suas rationes formales distinguūtur manēt distincta vbicūq formaliter existūt sed huiusmodi perfectiones transcēdētes puta intellectus volūtas intellectio ⁊ volitio ⁊ alia sunt formaliter distincta: ⁊ in deo nō sic sunt disticta. ergo nec ī ipso sunt formaliter. ¶ Quinto. quia deus nō vult ꝑ intelligere: ꝰ nec ꝑ aliquid ab ipso indistinctū: sed in deo velle ⁊ intelligere idē dicūt: ergo deus nō intelligit ꝑ ītelligere magis q̄ per velle/ nec ꝑ velle vult magis q̄ per intelligere: sed si in ipso esset intelligere ⁊ velle formaliter/ vtiq ipse ꝑ velle diligeret seu vellet/ ⁊ ꝑ intelligēdi actū ītelligeret. ergo ⁊c. ¶ Sexto. quia continēs formaliter perfectionē duorum oppositorū nō est formaliter aliquod illorū: sed cū deus eodē actu velit ⁊ nolit/ idem actus eius cōtinet perfectionē volitionis ⁊ nolitionis. ergo talis actus ei⁹ nec est formaliter volitio nec nolitio. ¶ Septimo ⁊ vltimo arguitur de notionalibus. quoniā vbicūq est formaliter paternitas ⁊ filiatio ibi est actiua ⁊ passiua generatio a paternitate ⁊ a filiatione distincta. sed diuina paternitas ⁊ actiua generatio sunt idē sicut ⁊ filiatio cū generatione passiua. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia vbi est paternitas ⁊ generatio actiua/ ibi paternitas est ꝓducta ꝑ ipsam generationē actiuā: sed diuina paternitas est simpliciter improducta. ergo ⁊c. ¶ Secūdū/ videlicȝ q de⁹ dicatur ꝑdicta omnia eminēter siue perfectionaliter/ ꝓbat per Damasc. dicētē ꝑmo lib. sentētiarū. c.4. q deus nihil est eorum que sunt: nō vt sit nō ens sed sup omnis ens et sup ipsum esse ens. ¶ Cōtra opinionē istā arguo. Primo sic. deus aliter dicitur ens sapiens et similia q̄ dicatur lapis vel angelus et quodlibet alterū ens creatum sed si nō dicitur formaliter ens nec sapiēs seu intelligēs sed tm̄ perfectionaliter seu eminenter nō dicit̄ aliter qdlibet istorum q̄ dicatur quodlibet ens creatū puta lapis vel angelus/ ⁊ quodlibet aliorū entiū creatorū. ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur. qm̄ deus vt dicit ista opinio nō dicit̄ ens nec sapiēs/ nec aliquod aliorū transcēdētiū nisi tm̄ modo eminēter. sed cōsimiliter potest dici quodlibet ens creatū: qm̄ deum eminēter seu perfectionaliter esse aliqd nō est aliud q̄ ipsum esse perfectiorē illo. cōstat aūt deum esse eminētiorē seu perfectiorē nō tm̄ ꝑdictis que dicunt de ipso/ supposito q deus nō dicatur aliquod talium formaliter: sed etiā omni ente creato. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄ quia constat q hec est vera/ deus est eminētior siue perfectior qualibet re creata. sed dicere deum esse eminēter qdlibet ens creatū nō est aliud q̄ dicere ipm̄ esse perfectiorem ⁊ eminētiorē omni ente creato. ꝰ deus vere dicit̄ eminēter quodlibet ens creatū. sed nō aliter scd̄m opinionē istam dicitur ens nec sapiēs seu intelligens neq volens. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idē. cū deus dicitur sapiens/ aut sapiens supponit pro sapiētia increata vel ꝓ creata vel pro aliqua alia vtriq cōi: vel ꝓ seipso vcȝ vt est tale ꝑdicabile transcēdēs nō pro aliquo solo significato. sed nō potest dici q supponat vltimo modo videlȝ simpliciter pro seipso/ modo quo hic supponit cū dicit̄ q sapiētia est transcendēs. qm̄ sapientia vel entitas vt sic sumpta nō est aliud q̄ vox vel cōceptus mētis/ sicut nec aīal qd dicitur esse genus. solus eñ terminus vocalis vel mētalis est ꝑdicabilis nō res extra ꝑ eū significata. ⁊ ita sapiens dictū de deo supponēs pro seipso nō est aliud q̄ talis terminus vocalis si ꝑdicatur in ꝓpōne vocali vel mētalis si in ꝓpōne mētali. sed cōstat q ista propositio/ deus est sapiens vel ens vel pater vel generans nō est vera aliquo eius termino supponēte ꝓ seipso: modo quo hec animal est genus vel homo est species/ est vera: sed ꝓ suo significato. quero tūc qd est istud significatū pro quo supponit huiusmodi ꝑdicatū: ⁊ pro quo ꝓpō ipsa est vera: Nō potest dici q sit aliqd cōmune deo ⁊ creature. quia nihil est eis cōmune in re extra: vt etiā ponit opinio ista. ergo aut huiusmodi res significata ꝓ qua supponit sapiens vel ens de deo ꝑdicatum est creata vel increata. si creata: ergo nō aliter dicitur ens nec sapiēs q̄ angelus vel lapis. nō eñ plus deus est eminēter sapientia accidētalis creata q̄ quecūq alia creatura. si autē dicat̄ q est res īcreata: ergo est deitas ipsa: ⁊ ꝑ ꝯñs deus nō dicit̄ de⁹ formaliter/ sed eminēter: qd est abominabile ⁊ absurdū. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia ꝑdicatū huius ꝓpositionis in mēte formate/ deus est ens vel sapiens/ est cōceptus deo ⁊ creature cōmunis: cuius significatū nō potest esse aliqua res deo ⁊ creature ꝯmunis: quia talis res

est impossibile:sed eius immediatū significatū seu obiectū per cū cognitū est deus ⁊ creatura. ergo cū ꝓpositio ista sit vera eius ꝑdicato supponente pro suo significato aut supponit simul ꝓ deo ⁊ ꝓ creatura/aut tm̄ ꝓ creatura/aut tm̄ pro deo.sed nō potest poni primū nec secundū quia si supponeret pro deo ⁊ ꝓ re creata:ergo deus esset deus eminēter/⁊ quelibet res creata. si autē supponeret tm̄ pro creata:ergo nō diceretur aliter ens vel sapiens ꝙ angelus vel equus:que omnia sunt absurda.ergo relinquitur tertiū videlicet ꝙ tm̄ supponat ꝓ deo. sed deus non potest dici eminenter sed formaliter omne illud qd̓ dicitē de deo: ⁊ supponit tm̄ pro eo magis ꝙ dicatur deus eminēter ⁊ nō formaliter:quia licet cōceptus ille puta entis vel sapiētis et aliorꝝ transcēdētiū sit alius a cōceptu deitatis:non tn̄ supponit ꝓ alio obiecto significato:sed pro illo eodē verificatē ꝓ quo supponit.ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idē.deus est obiectum plurium cōceptuū ut cōceptus entis sapiētis ⁊ aliorꝝ transcēdētiū tā inter se ꝙ a cōceptu deitatis realiter distictorū. ¶ Hoc apparet quia nisi deus esset cōceptibilis diuersis cōceptibus realiter differētibus nūꝙ de ipso posset a viatore nec etiam a cōprehensore formari in mēte aliqua ꝓpō:cū ois mētalis ꝓpō consistat ex subiecto ⁊ ꝑdicato tāꝙ ex cōceptib⁹ eius partialibus realiter distinctis. sed hoc est falsum.ꝗ deus ipse est diuersorū conceptuū obiectū. ¶ Hoc supposito arguo sic.omnis illa ꝓpō affirmatiua est vera formaliter nō eminēter cuius subiectū ⁊ ꝑdicatum sunt diuersi cōceptus ꝓ eodē obiecto ītellecto penitus supponētes. sed omnis ꝓpōnis in qua ꝑdicatur de deo aliquod trāscēdens puta ens vel sapiēs vel quodcūꝗ alterū/ ꝑdicatū et subiectū sunt cōceptus si ꝓpositio sit mētalis: vel voces si vocalis idē obiectū vez solum deū significātes ⁊ ꝓ ipso solūmodo supponētes.sicut enī cū dicitur/homo est animal vel ens/aīal ⁊ ens nō supponūt nisi tm̄ pro eadē re pro qua ⁊ homo:ita nec cū dicitur/deus est ens vel sapiens/ꝑdicatū licet sit cōceptus alius a subiecto supponit pro alio ab eius vez subiecti significato.ergo non magis deus potest dici ens vel sapiens eminenter ꝙ deus. ¶ Confirmatur.quia licet huius ꝓpōnis/deus est deus subiectū ⁊ ꝑdicatū sint cōceptus eiusdē rationis solo numero differētes:⁊ per ꝯñs minus in essendo ꝙ subiectum et ꝑdicatū istius/deus est ens vel sapiens:cū conceptus sapiētie ⁊ entis ⁊ alius omnia transcēdēs sit alterius a conceptu deitatis in essendo nō tn̄ in significādo: cū nec cōceptus entis ut de deo dictus pro alio supponat ꝙ ꝓ obiecto cōceptus deitatis ꝓpōnis subiecto.sed nō est formaliter magis vera illa ꝓpō cuius subiectū ⁊ ꝑdicatum sunt eiusdē rationis in essendo:sicut est ista in qua idē dicitur de seipso: ut homo est homo/vel deus est deus: ꝙ illa cuius ꝑdicatū ⁊ subiectū licet sint alterius rationis ī essendo:nō tn̄ in significādo/quia sunt signa eiusdē rei: ꝓ qua per utrūꝗ significata vnū de altero verificatur:ut cū dicitur homo est aīal vel deus est ens vel substantia.ꝗ ⁊c. ¶ Preterea cū dicitur ꝙ prima persona est pater: aut intelligitur ꝙ sit pater paternitate creata aut increata:⁊ similiter secūda fili⁹ filiatione creata vel increata.si creata cōcedo ꝙ ꝑma ꝑsona est pater/⁊ secūda filius eminēter/hoc est nobilior omni patre ⁊ filio creato.sed hoc modo nō magis vna ꝑsona potest dici pater nec fili⁹ ꝙ altera: nec ꝙ trinitas ipa tota.omnis enī diuina ꝑsona et trinitas tota est incōparabiliter nobilior seu eminētior omni paternitate ⁊ filiatione creata sicut ⁊ quecūꝗ alia creatura.si autē ītelligatur de paternitate ⁊ de filiatione increata/impossibile est dicere ꝑmā ꝑsonā esse patrē ⁊ secūdam filiū magis ꝙ deū existere eminēter:cū talis paternitas ⁊ filiatio videlicet increata sit a deitate indistīcta totaliter in re extra.quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur.quia cuiuscūꝗ ꝓpositionis affirmatiue vere nō formaliter sed tātū perfectionaliter seu eminēter subiectū ⁊ ꝑdicatū supponūt ꝓ diuersis realiter:sed huius ꝓpōnis/prima ꝑsona est pater/vel secūda filius/vel deus est ens/⁊ similiū subiectū ⁊ ꝑdicatum supponūt ꝓ eadē re significata ꝓ qua vnum vez ꝑdicatū de alio puta de subiecto veraciter affirmatur.ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quia sicut illud dicitur alterū virtualiter qd̓ potest ipm efficere causaliter sicut sol dicitur virtualiter calidus:quia potest calorem efficere:⁊ ꝑ ꝯñs cū nihil possit efficere semetipm̄:sed alterum ab ipso essentialiter distinctum: cuiuscūꝗ ꝓpōnis in qua vnum verificatur de alio isto modo/ut calidū de sole subiectū ⁊ ꝑdicatū oportet significare essentialiter distincta ⁊ supponere ꝓ eisdē:ita ⁊ de omni ꝓpōne cuius ꝑdicatum verificatur de subiecto eminenter seu ꝑfectionaliter cōsimiliter est dicēdū. ⁊ ꝓpter consimilē rationē quia nō minus qd̓ est ꝑfectius altero oportet esse distinctū ab eo ꝙ effectiuū principium alicuius distinguatur ab ipso cuius est principium effectiuū:ergo ⁊c. ¶ Hec de ꝑmo.

Quātū ad secundū vbi ad quęstionem istam est aliter respondēdū: est sciēdum ꝙ nomina positiue predicta dicta de deo significare aliquid qd̓ formaliter sit ī ipso/dupliciter potest intelligi. Uno modo ꝙ eorum significatū sit in re extra aliquo modo distictū a deo et tn̄ ꝙ formaliter sit in ipso.⁊ hoc modo acciperetur proprie esse in: cū idē nō possit dici ꝓprie esse formaliter in seipso. Alio modo ꝙ eorū significatū esset in re extra a deo totaliter indistinctū/nec ꝑ ꝯñs dicatur in ipo ꝓprie esse nisi eo modo quo quādoꝗ idē dicitur esse formaliter ī seipo ut humanitas ī homine/deitas in ꝑsona/⁊ memoria ī intelligētia ⁊ volūtas in diuina essentia ⁊ etiā in ꝑsona. ¶ Secūdo est sciēdum ꝙ aliquid potest formaliter dici tale dupliciter. Uno modo quia ꝑ utrūꝗ vez ꝑ subiectum ꝓpōnis ⁊ ꝑ ꝑdicatum idē importatur:⁊ vnū verificatur de alio ꝓ eodē significato totaliter ꝑ utrunꝗ: ut cū dicitē homo est animal vel substātia. Alio modo:quia licet subiectum ⁊ ꝑdicatū significēt distincta realiter: vnum tn̄ significatum est ī alio actualiter:ut cum dicitur ꝙ homo est albus.quā autē ꝓpōnis subiectū ⁊ ꝑdicatū significant diuersa realiter quorum neutrum est in altero actualiter/nec ꝓpositio ipa affirmatiua ex talib⁹ terminis cōstituta potest esse vera formaliter.

His premissis: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est:ꝙ ꝑdicabilia predicta vocalia vel mētalia ꝓprie dicta de deo significant aliquid distictum a deo:qd̓ formaliter sit in ipo. ¶ Hec est euidēs.quia ꝑdicabilia transcēdētia ut ens sapiens pater filius ⁊ similia nō significāt rē aliquā deo ⁊ creature cōmunē cū ī nullo in re extra cōueniāt deus ⁊ creatura.ergo huiusmodi ꝑdicabilia significāt immediate ⁊ ꝑ se deū ⁊ creaturam: sed creatura que sola est distincta a deo nō est formaliter in ipo.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.quia licet omne transcendēs significet indifferēter deum ⁊ ens creatū:tn̄ nulla ꝓpositio affirmatiua in qua predicatur aliquis cōceptus transcēdēs de deo est vera nisi ꝑdicato ꝓ solo deo nō pro aliquo alio supponēte: sicut nec quando transcēdēs ꝑdicatē de aliqua creatura ꝓpositio est vera nisi ꝑdicato supponēte ꝓ sola re creata ipa:sed nullum transcēdēs dictū de deo supponēs tantū ꝓ eo significat aliquid distinctum ab ipo ꝓ quo sit vera ꝓpositio.ergo ⁊c. ¶ Secūda ꝯclusio est:ꝙ huiusmodi ꝑdicabilia dicta de deo nō sunt vera de ipo formaliter illo secūdo modo ītelligēdo. ¶ Hec apparet ⁊ sequitē ex prima ꝑdicta.quia illa ꝓpō est vera formaliter isto modo cuius subiectū ⁊ ꝑdicatū significāt distincta realiter quorum vnum est in alio actualiter:ut cum

dicitur/homo est albus: sed huiusmodi transcēdentia de
deo dicta nō significāt aliquid ab ipso distinctū qȯ sit i co
vt dicit ꝑcedēs conclusio. nihil eni est in deo distinctū ab
eo nisi eo mō quo homo assumptus dicitur esse in verbo
cū nec relationes originis sint distincte a diuina essentia
in re extra: vt ꝓbatū fuit supra. ergo ⁊c. ❡ Confirmatur.
quia huiusmodi predicabilia transcēdētia vniformiter ⁊
cōsimiliter ꝑdicatur de deo ⁊ de ente creato/siue de con-
ceptu proprio dei/⁊ de alio conceptu ꝓprio entis creati:
sicut omne vle de suis inferioribus: vt animal de homine
et asino/⁊ homo de sorte ⁊ platone cōsimiliter ꝑdicatur.
sed conceptus transcēdēs puta ens sic ꝑdicatur de ente
creato puta de homine ⁊ de quocūq alio ꝙ nō verificat
de ipō ꝓ aliquo significato distincto ab eo qȯ formaliter
sit in ipō. nec eni cū dicitur homo vel angel⁹ est ens/est
sensus ꝙ ens ꝑdicatū importet entitatem ab homine ⁊
ab angelo differentē/⁊ in vtroq actualiter existētē: quia
nec entis ꝯceptus/nec aliquis alius cōmunis significat
aliquod vnum in re extra ꝯmune pluribus creaturis ma
gis ꝗ deo ⁊ creature: sed tñ cōcept⁹ entis importat deū
immediate ⁊ quodlibet ens creatū: cum quecūq create
realiter distincta sint se totis distincta nō in aliquo ꝯmu
ni eis conueniētia in re extra: vt alias ostēsum est. ergo ⁊c.
❡ Ex hoc apparet improbabilitas ⁊ falsitas opinionis
exclusē in articulo ꝑcedenti dicētis: ꝙ non ponētes ali-
quid vniuocū deo ⁊ creature nō possūt ponere aliquā isto
rum perfectionū trāscēdētium esse in deo formaliter. sed
hoc possunt ponere illi qui cōcedūt aliquid esse vniuocū
deo ⁊ creature. ❡ Hoc siquidē est falsum simpliciter. qm̄
aut opinio ista intelligit ꝑ huiusmodi trāscēdētia aliqua
in re extra diuersa: aut tñ diuersos mētis cōceptus idē
in re extra penitus ipoꝛtātes. Si primū: nullus potest
ponere/nec intendit vel saltē nō debet intēdere/quia nec
est possibile ponere talia in deo: cū oē qȯ est in ipō sit idē di
stinctū in re extra ab eo. Unde nec ponēs aliquid esse vni-
uocū deo ⁊ creature magis ꝗ negās potest ponere ꝙ in
deo sint formaliter entitas memoria volūtas et alia tāꝗ
in re extra tam inter se ꝗ a deitate distincta: cū nec huius
modi vniuocū sit nisi in ꝯceptu mētis/cuius obiectum si
gnificatū nō est aliquod vnū ꝯmune pluribus in re extra
sed omnia insimul illa plura. ergo ⁊c. ❡ Si autē ꝑ huius-
modi transcēdētia ꝑdicta intelligat diuersos mētis conce
ptus idē penitus importātes: nec etiā vt sic aliquis siue
ponat aliquid esse deo ⁊ creature vniuocū siue neget pōt
ponere talia in deo formaliter existere: cū huiusmodi trā
scēdētia nō sint aliud hoc supposito ꝗ diuersa i mēte exi
stentia subiectiue: quorum significata prima ⁊ immedia
ta sunt deus ⁊ creatura. ergo ⁊c. ❡ Tertia conclusio est:
ꝙ ꝑdicta ꝑdicabilia positiua dicūtur de deo siue de eius
cōceptu ꝓprio ⁊ sunt vera de ipso ꝓprie ⁊ formaliter pri-
mo modo ꝑdictoꝝ duorum accipiēdo aliquid formaliter
esse tale. ❡ Hec apparet. et sequitur ex ꝑdictis. qm̄ ois
illa ꝓpō affirmatiua est vera formaliter isto modo cuius
subiectū ⁊ ꝑdicatū idē significant/⁊ ꝓ eodē supponūt pe
nitus in re extra. sed talis ꝓpō est omnis illa in qua ꝑdi
catur aliquis conceptus transcēdēs vt ens vel sapiens
de cōceptu ꝓprio dei vel etiā de ꝯceptu ꝓprio entis cre
ati: cū dicit/deus est ens vel homo/vel quecūq alia res
creata est ens. nūꝗ eni cōceptus entis nec aliquis alius
vlis supponēs ꝓ aliquo alio a significato cōceptus ipō
inferioris ꝑdicatur de eo vel cōceptu inferiori. sicut aial
supponēs ꝓ asino nō potest verificari de homine: nec cō-
ceptus hominis supponens ꝓ platone de sorte. ergo ⁊c.
❡ Cōfirmatur. quia vt dictū est ꝯceptus transcēdēs si-
gnificat tñ deum ⁊ ens creatū. ergo cum dicitur ꝙ deus
est ens/que ꝓpositio est vera eius vtroq extremoꝝ sup
ponente nō ꝓ seipso sed ꝓ suo significato: aut ꝑdicatū qȯ
est entis ꝯceptus/supponit tñ pro deo significato ꝑ con
ceptum ꝓpriū deitatis huius ꝓpōnis subiectum: aut ꝓ
ente creato: aut insimul pro vtroq: videlicet ꝓ deo ⁊ pro
creatura. sed nō potest poni scdm nec tertiū: quia vtroq
istoꝝ modoꝝ entis cōceptu supponēte in ꝓpōne ipsa ꝓ
positio esset falsa: cū nec deus sit ens creatum tñ nec in-
creatū insimul ⁊ creatum. ergo relinquitur primū: qȯ est
propositū. ❡ Quarta ⁊ vltima conclusio est: ꝙ ꝑdictoꝝ
predicabiliū transcēdētiū aliqua dicuntur de deo siue de
eius cōceptu ꝓprio formaliter primo modo ꝑ se. alia aūt
licet dicātur de ipso formaliter modo ꝑexposito/non tñ
per se primo modo. ❡ Hec ꝓbatur. qm̄ solus cōceptus ille
est ꝑdicabilis de alio ꝑ se primo modo qui est eius diffini-
tiuus: quia vez habet poni in diffinitione siue descriptio
ne ipsius. sed ꝑdictoꝝ ꝑdicabiliū de cōceptu dei proprio
aliqua sunt diffinitiua ipsius: vt cōceptus entis ⁊ substā
tie. alia aūt non sunt eius diffinitiua vt personalia puta
cōceptus paternitatis filiationis ⁊ passiue spirationis.
null⁹ eni hoꝝ ꝯceptuū ponitur in diffinitione cōceptus
proprij deitatis: licet idē cum ipso totaliter significet in
re extra: vt ista omnia fuerūt in ꝑcedentibus declarata.
ergo ⁊c. ❡ Sic ad questionem.

Ad primū illorum quę in articulo prę
cedenti pro opinione alia adducūtur: quādo dicit ꝙ nul
la ratio cōtrahibilis est in deo/ꝯcedo. sed quando addit
in minore ꝙ tam entitas ꝗ omnis alia ꝑfectio transcen-
dens est ꝯtrahibilis: si ꝑ entitatē intelligas aliquid in
re extra animam: dico ꝙ falsum est. nihil eni est in re ex-
tra animā nisi tñ singulare se toto distictū ab omni alio
singulari. nullū autem tale est cōtrahibile. quare ⁊c. Si
aūt ꝑ ens ⁊ per aliud omne transcēdēs intelligas sicut
debes nō aliquid aliud ꝗ cōceptū existentē in anima sub
iectiue/cōcedo ꝙ omne trāscēdēs vt sic sumptū sicut ⁊ est
sumendū/est cōceptus contrahibilis ꝗ ꝯmunis ꝑ alios
inferiores cōceptus: nec aliquod trāscēdēs sicut nec ali-
quod aliud vle est in deo nec in aliquo alio ente creato ni
si tñ in anima vt accidēs in subiecto. nec tñ ex hoc sequi
tur quin deus sit formaliter ens: quia nec deū nec aliqȯ
aliud ens creatū esse formaliter ens est ipm esse ens enti
tate tāꝗ aliquo differēte ab ipō ⁊ existēte in eo: sicut nec
isto modo sortes est formaliter homo nec animal nec cor
pus nec substantia: cum nullū hoꝝ dicat aliquid distin-
ctum a sorte existens in ipso vt dictū est supra. sed sortes
dicitur formaliter homo corpus ⁊ substātia: quia est tal'
res qualia importat per quēlibet istoꝝ cōceptuū ꝑdica-
bilium. ⁊ hoc modo deus ⁊ quodlibet aliud ens creatum
est formaliter ens: nō aūt lapis vel angelus nec aliquod
aliud ens creatū. ❡ Ad scdm dico ꝙ se totis distincta in
re extra possunt ꝯuenire in aliquo vno cōceptu eis ꝯmu
ni existēte in anima ab vno eoꝝ abstracto: alias nullum
vle esset possibile: cum vle nō sit nisi cōceptus existēs in
anima cōmunis singularibus distinctis se totis in re ex-
tra. ⁊ ideo falsum est illud qȯ accipit in maiori quādo di
citur ꝙ nihil abstractū ab vno cōuenit alteri se toto di-
stincto ab ipso. a re eni nihil abstrahi dicitur nisi cōcept⁹
quo res ipsa concipitur. vnus aūt ⁊ idem conceptus/vt
cōceptus animalis abstractus ab homine: cōuenit asino
ab homine ipso in re extra se toto distincto: sicut ⁊ conce
ptus hominis abstractus a sorte cōuenit platoni a sorte
se toto distincto. cōuenit dico non tāꝗ aliquid existēs in
eo: sicut homini dicitur cōuenire albedo. hoc enim modo
cōceptus nō cōuenit nisi creature intellectuali ꝯcipiēti
sed cōuenit ipsi sicut obiecto ꝑ eū cōcepto: modo quo cō-
uenit alteri a quo est abstractus. ⁊ ita in ꝓposito ꝯcept⁹
entis ⁊ alius ois transcēdēs a creatura abstractus cōue
nit isto mō deo licet ab ipsa creatura distincto i re extra

se toto abstractus. quare ꝛc. ¶ Ad tertiū apparet ꝙ ex falsa imaginatione ꝓcedit. imaginatur eni rationē entis esse rationē aliquā in re extra vnā cōmunē oībus entib⁹ que sit obiectū ꝑse intellectum ꝑ istū entis ꝯceptū. hoc aūt est falsum. obiectū eni huius ꝯceptus nō est aliquod vnū cōe pluribus in re extra vt dictū est supra: sed sic oīa sicut obiectū ꝯcept⁹ aīalis est oē aīal singulare nō vnū aliqd̄ cōe eis oībus ī re extra. Et ideo ad ꝓpositū ꝯcedo illud in maiore assumptū: vꝫ ꝙ in deo nō est nisi vnica ratio deitatis. ꝯcedo etiā ꝙ nec deitas nec aliqua alia res creata ab actu intellectus distincta est aliqd̄ transcēdēs nec ꝓ seipso supponēs: q2 trāscēdēs nō est aliud ꝙ̄ conceptus mētis de pluribus p̄dicabilis vt supponēs nō simpliciter ꝓ seipso / sed ꝑsonaliter ꝓ quolibet illoꝝ suo significato. sicut eni homo dicit formaliter aīal: nō vt aīal supponit ꝓ seipso. hoc eni mō aīal cū sit quidā vocalis terminus vel mētalis est ab omni hoīe essentialiter distict⁹ sed vt supponit ꝓ re extra significata. ita ꝛ de ꝯceptu entis ꝛ de oī alio trāscēdēte ꝯsimiliter est dicēdū: vꝫ ꝙ quilibet taliū ē p̄dicabilis formaliter ꝛ ꝓprie de deo ꝛ de alio ente creato nō vt supponit ꝓ seipso / sed vt supponit pro suo significato. ¶ Et quādo addit ꝙ ratio deitatis est a nobis intelligibilis: Dico ꝙ falsum est: q2 imo ratio deitatis est a nobis intelligibilis saltē ꝑ rationē entitatis ꝛ quācūꝗ aliā trāscēdētē: ꝑ quā nō est intelligēdū vt accipit argumētū aliquod obiectū intellectū: sed ip̄m intelligēdi actū: cui⁹ obiectū est tā deus ꝙ̄ qđlibet ens creatū: vt supius fuit dictū. quare ꝛc. ¶ Ad quartū / apparet ex dictis ꝙ nō cōludit: quia falsum accipit ꝛ supponit. Imaginatur eni ꝯceptus hmōi trāscēdētes cōes oīb⁹ significare diuersa in re extra in quolibet ente existētia: qđ falsum est. nō eni significāt nisi īmediate qđlibet singulariū quibus cōceptus hmōi sunt cōes. Et ideo qn̄ dicitur ꝙ trāscēdētia sunt formaliter distīcta: puta intellectus / volūtas / ꝛ alia: si ꝑ trāscēdētia diuersa intelligas sicut debes ꝯceptus diuersos cōes deo ꝛ creature / cōcedo tales cōceptus etiā realiter eē distinctos. si aūt intelligas tales trāscēdētes ꝯceptus significare diuersa ī re extra cōmunia oībus qbus ꝯceptus hmōi sunt cōes: sic ē falsuꝫ. hoc eni mē ens verū vnū ꝛ bonū volūtas ꝛ itellectus nō sunt formaliter distīcta: sed bn̄ alio mō possunt ꝯcedi formalit̄ eē distīcta: cū oī tn̄ idētitate coꝝ ī re extra quātū ad ip̄oꝝ significata: vt fuit alias in p̄cedētib⁹ declaratū. ¶ Ad qntū alibi supra est respōsuꝫ. ¶ Ad sextū qn̄ dicit ꝙ actus quo deus vult ꝯtinet ꝑfectionē actus volēdi et nolendi / cōcedo de actu volēdi ꝛ nolēdi creato: nō aūt de actu increato. nō eni idē seip̄ꝫ ꝯtinet eminēter: sed qđ est imperfectius ip̄so / ꝛ ꝑ ꝯn̄s ab eo distinctum realiter. Ex hoc aūt non sequitur nisi ꝙ in deo non est velle nec nolle creatū formaliter / qđ constat esse verū. ¶ Ad septimū et vltimū dico ꝙ maior est falsa. nec eni etiam in creaturis actiua generatio distiguitur a paternitate / nec passiua a filiatione vt alias prolixius est probatū. vel esto ꝙ maior assumpta sit vera de paternitate ꝛ de generatiōe ac filiatione creatis: nō tamen de diuinis. Si tamen per rationem istam velis probare ꝙ in diuinis non sit formaliter paternitas nec generatio tāꝙ̄ aliquid distinctū in re extra a diuina essentia / ꝯcedo. probatum eni est in p̄cedētibus ꝙ diuina essentia est ab omni relatiōe originis sicut a seipsa indistincta totaliter in re extra. q̄re ꝛc. ¶ Ad cōfirmationē ꝯsimiliter est dicendū: vꝫ vel ꝙ maior est vtr falsa / vel si alicubi est vera nō nisi ī creaturis: vel ꝙ vera est cōclusio quā infert vꝫ in deo nō esse paternitatē nec generationē tāꝙ̄ aliq̄ distincta inter se / ꝛ ab essentia ī re extra: cū hoc tn̄ stat ꝙ de⁹ vere ꝓprie ꝛ formaliter sit generans atꝗ pater. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionē vigesimātertiā ī qua magister determinat in speciali de trib⁹ diuinis nominib⁹: vꝫ de noīe persone / substātie / ꝛ essentie: Quero p̄mo: vtrū persona dicatur vniuoce de oībus personis tā creatis ꝙ̄ etiā increatis. ¶ Et videt ꝙ sic. qm̄ sicut conceptus entis se habet ad omnia entia: ita cōceptus ꝑsone ad omnē personā. sed conceptus entis sic se habet ad omnia entia ꝙ est vnus ꝛ vniuoce p̄dicabilis de cōceptibus omniū: videlicet tam dei ꝙ̄ cuiuslibet alterius entis creati vt in p̄cedētibus est ostēsum. ergo ꝛc. ¶ Contra. quia omnia illa quibus est ꝯmune aliquid vniuocum de eis predicabile sunt in genere: cum tale commune vniuocū de pluribus p̄dicabile videatur esse alicuius generis conceptus: sed nec deus nec aliqua persona diuina est in aliquo genere. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. Primo enim dicam ad questium. Secūdo inquiram an persona dicatur ad se / an ad alterum.

Quantum ad primū est sciendum: ꝙ personam dici vniuoce de omnibus personis tā creatis ꝙ̄ increatis potest intelligi duob⁹ modis. Uno modo sic ꝙ cōceptus ꝑsone significet aliquid in re extra cōmune personis oībus: qđ quidē sit eius p̄mū ꝛ immediatū obiectū ab illis quibus cōuenit in re extra distinctū. Alio modo sic: ꝙ cōceptus ꝑsone non significet aliquod tale vnū nec ip̄m respiciat vt obiectū: sed immediate ꝛ eque p̄mo ac indifferēter quālibet ꝑsonarum increatarum ꝛ creatarum.

Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ essentia ꝛ persona vt primo modo sumpta videlicet vt dicitur tam de increatis q̄ etiā de creatis significant diuersa secūdo modo hoc intelligēdo nō primo ¶ Hec apparet. quoniā essentia vt sic sumpta est nomē nō minus cōmune q̄ esse seu ens vel entitas et ita ꝑ ꝯñs est nomē transcēdēs significans omne possibile vt diuisum cōtra impossibile. sed ꝑsona nō significat omne tale possibile: sed aliquod tm̄ videlicet intellectuale suppositū tā creatū q̄ etiā increatū. ergo omnis ꝑsona est essentia: nō tn̄ ecōuerso oīs essentia est ꝑsona. quare ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia licet ꝑsona vt sic absolute sumpta sit transcēdēs ꝓ quāto significat tam creata q̄ etiā increata: nō tamē significat omnia creata. essentia autē sicut ꝛ ens significat oīa. de nullo eīm dicitur ens de quo nō dicatur essentia. et ita ꝑ ꝯñs sic se habēt essentia ꝛ ꝑsona sicut cōmunius ꝛ minus cōmune vt animal ꝛ homo vel ens ꝛ substātia. sed omnia talia significāt diuersa modo p̄dicto intelligēdo vȝ quia aliquid significatur per illud qȝ est ꝯmuni9 qȝ nō significatur ꝑ illud qȝ est minus cōe: nō tn̄ econuerso. ergo ꝛc. ¶ Scḋa ꝯclusio est: ꝙ hoc nomē ꝑsona nō significat aliqd additū illi rei quā iportat hoc nomē essentia. ¶ Hec ꝓbat̄. qm̄ nō min9 essentia q̄ ens significat qȝcūqȝ possibile positiuū. sed sic ens significat quodcūqȝ totū possibile positiuū siue increatū siue creatū: ꝙ nullū nomē alterū pōt significare aliquid suo significato additū ꝛ ab eo distinctū. nihil enī est possibile positiuū qȝ non sit entis significatum. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ oīs vl'is vocalis terminus vel cōceptus significat īmediate oīa singularia de quoꝝ terminis vel cōceptibus ꝓpriis est p̄dicabilis: nō aūt aliquid in re extra cōmune eis. non eīm aīal significat rē aliquā cōmunē homini ꝛ asino/ sed īmediate ipm̄ totū hominē ꝛ asinū et quodlibet aīaliū singulariū aliorū/ nec ꝑ ꝯñs asin9 nec homo nec aliquod aliud aīal singulare iportat aliqd additū ei qȝ est significatū ꝑ aīalis terminū vel cōceptū vt fuit sepe tā ī hoc libro supius q̄ alibi ꝓlixius declaratū. sed hic vocalis termin9 vel cōceptus esse qui nō est alius q̄ entis cōceptus respicit hūc terminū ꝑsone/ sicut superius siue cōmunius minus cōmune seu īferius / vt apparet ex cōclusione alia. preterea: isto etiā ꝙ alia inferiora aliquid adderēt sup significatū suoꝝ superioꝝ: vt homo sup aīal: nō tn̄ ꝑsona/ cū ꝑsona dicat p̄cise tale puta itellectuale suppositū qȝ sup naturā nō addit aliqd positiuū vt in tertio ostēdetur. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ essentia ꝛ persona vt secūdo modo sumpta videlicet ꝓut dicūtur tātūmodo de diuinis vt essentia diuina ꝛ ꝑsona diuina/ nō significāt diuersa: sed idē penitus in re extra. ¶ Hec probat̄. quoniā si ista nomina sic accepta significarēt diuersa aliqua in re extra/ haberet esse altero duoꝝ predictoꝝ modoꝝ: videlicet aut quia eoꝝ significata essent disparata: videlicet quia nullū significatum vnius esset significatū alterius: aut qꝛ aliqd significaret ꝑ vnū qȝ nō ꝑ alterū/ licȝ nō ecōuerso. sed neutrū pōt poni istoꝝ. nec eīm hoꝝ significata sunt disparata/ nec vnū eoꝝ significat aliqd qȝ nō significet alterū. vtrūqȝ enim istoꝝ vȝ tā essentia q̄ ꝑsona significat tantū vnā rē que est tres res ꝛ nō aliquid vltra. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. qꝛ deitas nō magis in re extra distīguit̄ a ꝓprietate aliqua relatiua q̄ a seipsa vt ꝓbatū est supra in distinctione. 4. nec est in diuinis aliquid ab essentia ꝛ a ꝓprietate relatiua distinctū. sed hoc nomē essentia diuina significat deitatē: hoc nomen ꝑsona relatiuā ꝓprietatē. g̃ ꝛc. ¶ Preterea qꝛ nō magis essentia ꝛ ꝑsona significāt diuersa ī diuinis q̄ in creaturis. sed essentia ꝛ ꝑsona vt dicuntur de quacūqȝ alia re creata nō significāt diuersa. licȝ eīm essentia plura significet q̄ ꝑsona: eadē tn̄ oīno res creata que significat̄ ꝑ ꝑsonā/ ꝛ ꝑ essentiā. nec dicit̄ res illa ꝑsona ꝓpter aliqd additū ei qȝ significat hoc nomen essentia vt dictū est supra. g̃ ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ ꝑ ꝑsonā iportat̄ tm̄ intellectuale suppositū creatū vel icreatū: sed nec diuina essentia increata nec creata est suppositū ꝑ aliquid sibi additū ab ea in re extra distinctū. ergo ꝛc. ¶ Sed cōtra cōclusionē istā forsitan arguet̄. qꝛ qȝ intelligi potest sine alio est aliqd diuersum ab eo: sed deitas pōt intelligi sine aliqua ꝑsona vt ꝓbatū fuit supra in distinctiōe. 1. ergo cū deitas significet̄ ꝑ essentiā aliqd iportat essentia distinctū ab hoc qȝ significat ꝑsona. ¶ Ad hoc appȝt solutio ex dictis tā ī distinctione. 1. q̄. 6. q̄ etiā ex dictis ī distinctione. 2. q̄stione. 5. Non eīm est intelligendū deitatem posse intelligi sine ꝑsona tanq̄ sine alia re ab ipsa: sed qꝛ possum intelligere rē illā increatā esse deum/ nō intelligēdo eā esse patrē nec filiū nec spiritū sanctū/ licet res illa nō alio sed eodē penitus in re extra sit deus pater ꝛ fili9 et spiritus sanctus vt ibi est prolixius declaratū. q̄re ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima ꝯclusio est: ꝙ etiā diuina essentia et quelibet ꝑsona determinata puta pater vel filius vel spiritus sanctus importāt idē penitus i re extra. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ nō tm̄ oēs ꝑsone diuine simul sumpte vel ꝑsona in cōmuni accepta vt dicit̄ de oībus/ sed etiā nomē ꝓpriū vel cōceptus cuiuslibet determinate ꝑsone diuine significat rē que est deitas: cū nihil a deitate distinctū sit possibile ī diuinis. sed eādē rē ꝛ nullā aliā significat hoc nomē essentia. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ licet pater significet rē distinctā realiter a filio ꝛ a spiritu sancto/ nō tamē a deo: cū deus sit a ꝑsonis oībus ꝛ a qualibet totaliter indistinctus. sed nomē cuiuslibet ꝑsone determiāte significat nō tm̄ rē ab alia realiter distīctā/ sed etiā deitatē ab omnibus indistinctā. essentia autē nō aliud significat q̄ huiusmodi deitatē que ē vnica summa res ꝛ tres. ergo idē est significatū essentie et ꝑsone. ¶ Sic ad q̄stionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex p̄dictis. qm̄ vt dictū est ꝑsona etiā determinata vt pater non tm̄ importat rē ab aliis personis realiter distinctā: sed etiā essentiam ab omnibus indistinctam. essentia etiā nō tm̄ significat deitatē a personis oībus indistinctam: sed etiā omnes personas inter se realiter distinctas/ licet ab ipsa essentia indistinctas. quare ꝛc.

Secundo quero vtrũ hoc nomẽ persona sit absolutũ an relatiuũ. ¶ Et videt ꝙ absolutũ. quoniã omne illud nomẽ dicitur absolutũ qḋ sic significat aliquod vnũ ꝙ non exigit alterũ ad hoc ꝙ dicatur de illo seu de ei⁹ cõceptu proprio seu nomine: ipsum significãte. sed tale nomen est persona. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia significatũ ꝑ nomẽ absolutũ in diuinis est vnicũ tm̃. sed hoc nomẽ ꝑsona non significat vnũ tm̃ sed plura: vez tria diuina supposita realiter distincta. ergo ⁊c. ¶ Respõsio. vbi sic procedã. Primo em̃ ostẽdã quid est intelligẽdũ ꝑ nomẽ relatiuũ ⁊ per nomen absolutũ. Scḋo inquirã quid est huiusmodi nois persone significatũ. Tertio ex istis dicã ad quesitum.

Quãtum ad primũ pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ nullũ nomẽ dicitur relatiuũ magis ꝙ̃ alterum formaliter ex seipso. ¶ Hec est euidẽs. quia omnis vox formata est formaliter res aliqua absoluta. nõ magis em̃ ista vox similitudo est relatio ꝙ̃ albedo nec relatiua nisi ꝓ esse in ordine ad significatũ. sed talẽ ordinem ad significatũ nõ habet vox aliqua ex seipsa: sed ex impositione sola. ergo ⁊c. ¶ Secũda est: ꝙ nec vnum etiã vocabulum aliquod dicitur magis relatiuũ ꝙ̃ alterum in ordine ad eius significatũ aliquod per se vnum. ¶ Hec probatur. quoniã si aliquod nomẽ diceretur relatiuũ vt similitudo ꝓpter eius significatũ aliquod per se vnum: aut huiusmodi eius significatum esset res aliqua ab omni ente absoluto distincta: aut non / sed ens aliquod absolutũ. sed nõ potest poni primũ: quia vt ꝓbabitur in scḋo: ⁊ est ꝓbatũ etiã in hoc libro distinctione. 30. nullus respectus in creaturis est in re extra distinctũ aliquid ab extremis: nec ꝓter entia absoluta est aliquid in re extra. nec potest poni secũdũ: q2 hoc est cõmune omni nomini significatiuo absoluto / vez ꝙ eius est significatũ aliqḋ ꝑ se vnum: vt homo ⁊ albedo ⁊ similia: quorũ qḋlibet licet multa significet / quodlibet tm̃ eoꝝ est ens aliquod per se vnũ. ergo ⁊c. ¶ Tertia cõclusio est: ꝙ nomẽ dicit relatiuum in ordine ad diuersa eius significata simul sumpta: quorum vnum sine alio acceptum nõ est eius significatũ. nomẽ aũt absolutũ dicit in ordine ad significatũ eius aliquod ꝑ se vnum de quo ipm̃ verificat quocũqȝ alio circũscripto. ¶ Hec ꝯclusio declarat quãtũ ad vtrãqȝ ꝑtẽ simul. quoniã quero quare similitudo dicitur nomẽ relatiuũ ⁊ albedo absolutũ. aut em̃ hoc est quia similitudo importat rẽ aliquã per se vnã ab extremis puta a duabus albedinibus distinctã realiter. que quidem dicitur relatio a qua hoc vocabulum similitudo dicitur relatiuum. albedo autẽ nõ importat talem rem: sed vtrũqȝ eius extremorũ absolutorũ: quorum quodlibet per se sumptum est eius significatũ. aut hoc est quia similitudo sic significat illa plura extrema videlicet plures albedines simul sumptas ꝙ nõ vnicã per se tantũ: cuius contrariũ est de isto nomine qḋ est albedo / ⁊ de omni alio qḋ dicitur albũ. sed primũ nõ potest poni vt hic suppono ex declaratis ⁊ probatis alibi. ergo relinquitur scḋm: qḋ est ꝓpositum. ¶ Ex hoc concludo corollarie. ꝙ omne nomẽ plurale vt albedines vel homines vel etiã quodcũqȝ singulare multa significans nõ alterum tãtũ eorũ vt numerus vel populus vel exercit⁹ / potest dici et est vocabulũ relatiuũ. ¶ Hoc apparet. quoniã vt dictum est similitudo nõ dicitur vocabulum relatiuũ nisi quia sic est plurium simul significatiuũ ꝙ nõ alicuius vnius eorum tantũ de quo sine alio possit dici. sed nec albedines nec aliquod aliud vnum in plurali nec populus nec exercitus nec numer⁹ significat aliquod vnũ tantũ sed plura distincta. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cõclusio est: ꝙ sicut dictũ est de vno nomine absoluto ⁊ de alio respectiuo ita consimiliter est dicẽdum de vno conceptu absoluto ⁊ de alio respectiuo. ¶ Hec probatur. quoniam sicut vnũ nomen non dicitur magis ꝙ̃ alterũ relatiuũ formaliter ex seipso ita nec vn⁹ conceptus magis ꝙ̃ alius dicitur respectiuus: cũ quilibet sit formaliter in anima qualitas absoluta: nec vnus magis refertur ꝙ̃ alius ad suũ significatum videlicet ad obiectum per eum intellectũ. nõ potest etiã cõceptus aliquis magis ꝙ̃ nomẽ dici relatiuus ex aliquo vno eius significato distincto ab omnibus absolutis: quia tal͛ res significata vt dictũ nõ est possibilis in creatis. ergo relinquitur ꝙ in tertio modo quo nomẽ vnum dicitur absolutum ⁊ alterũ relatiuũ: similiter cõceptus vnus denominetur absolutus / videlicet ille qui potest esse solius vni⁹ obiecti per eũ intellecti / ⁊ alius relatiuus videlicȝ ille q̃ nõ potest esse nisi tãtum plurium obiectorum insimul cognitorũ. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia septem ponitur cõmuniter ꝓdicamenta respectiua ⁊ tria alia absoluta. sed cum predicamentũ vt alibi ostensum est sit collectio seu multitudo diuersorũ conceptuũ predicabilium / hoc non posset poni nisi ponẽdo aliquos conceptus formatos in aĩa absolutos ⁊ alios respectiuos. ꝯcept⁹ aũt respectiui vt dictũ est nõ possunt dici formaliter ex seipsis: cũ quilibet sit absolutus formaliter ex seipso: nec ex vno aliquo eius significato / cum omnis ꝯceptus absolutus sit vni⁹ obiecti significati seu intellecti. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundũ est opinio cuiusdam dicentis in primo suo in distinctione ista ꝙ ꝑsona diuina significat primo suppositũ itellectuale diuinũ: sicut ꝑsona absolute sumpta significat suppositũ intellectuale absolute sumptũ tã increatũ vez ꝙ̃ creatum. ⁊ q2 nec essentia diuina nec relatio ẽ formalit͛ itellectuale suppositũ: sed qḋ est ex essentia ⁊ relatiõe ꝯstitutũ / hoc tm̃ ẽ diuinũ suppositũ: ideo ꝑ ꝯñs ꝑsona significat tm̃ hmõi diuinũ suppositũ ex relatiõe ⁊ ex essentia ꝯstitutũ: nõ aũt essentiã ipsã nec relationẽ magis ꝙ̃ relatio puta paternitas vel filiatio seu passiua spiratio significet essentiam nec ecõuerso magis ꝙ̃ essentia significet aliquã relationẽ. ¶ Sed hic mod⁹ dicẽdi est irrõnabilis: q2 videt supponere duo falsa. quorũ ꝑmũ ẽ: ꝙ īter essentiã / relationẽ / et ꝑsonã sit aliqua diuersitas in re extra. Scḋm est ꝙ ꝑsona diuina sit ex relatione ⁊ ex essentia vt ex duob⁹ distinctis aliqualiter in re extra realiter constituta. vtrũqȝ em̃ istorũ est absurdũ vt sepe in ꝓcedẽtibus est ostensum. quare ⁊c. ¶ Et ꝓterea cũ suppositũ nõ sit notius ꝙ̃ ꝑsona / ꝑ ꝯñs nõ est cõuenienter dictum ꝙ persona absolute sumpta significet intellectuale suppositũ taȝ creatũ ꝙ̃ increatũ ⁊ persona diuina tantũ suppositũ icreatum. quia nec suppositũ increatũ siue diuinũ est notius ꝙ̃ persona increata vel diuina. nõ enim est notius quid per vnũ horum nominũ importetur ꝙ̃ per alterum. ¶ Et ideo quãtum ad istum articulum aliter est dicendũ sicut iam in ꝓcedentibus fuit dictũ / videlicet ꝙ ꝑsona seu intellectuale suppositũ significat omne ens intellectuale cõpletum in nullo alio sustentatũ nec informabile ab aliqua substãtiali forma / nec etiã alicuius iformatiuũ siue formaliter perfectiuũ. Quomodo aũt ista descriptio sit itelligẽda dictũ est in q̃stione scḋa distinctionis. 23. ¶ Ex hoc sequitur ad ꝓpositum: ꝙ diuina essentia vel ꝓprietas relatiua vere potest dici ⁊ est suppositũ ⁊ ꝑsona cũ ipsi ꝯueniat descriptio supradicta. est em̃ tã essentia ꝙ̃ relatio secũ idẽ totaliter in re extra ens intellectuale ꝑfectũ in nullo alio sustentatum nec ab alio informabile / nec alicui⁹ alterius informatiuum. Tunc igitur dico: ꝙ licet persona absolute sumpta plura significet ꝙ̃ diuina essentia cũ significet tam increata ꝙ̃ creata: non tm̃ persona diuina

aliquid importat nisi illud idē q̄d significat essentia ⁊ ꝓprietas relatiua vt dictū est in q̄stione alia. nō eni minꝰ in diuinis q̄ in creaturis eadē res totaliter est essentia ⁊ persona. sed in creaturis oīs ꝑsona est essentia nō ꝑ aliquid ipsi additū: sicut nec econuerso essentia creata aliq̄ est suppositū nec ꝑsona ꝑ aliquid positiuū distinctū ab ipsa essentia. ergo ⁊c. ¶ Sed contra hoc forsitan arguet. qm̄ in diuinis nō est tm̄ vnicū suppositū seu ꝑsona. sed diuina essentia est nūero vnica. ergo ipsa nec debet dici suppositū nec ꝑsona. ¶ Respōdeo. q̄ p̄missę sūt vere: sed nō sequitur ex eis ꝯclusio que īfert magis q̄ sequatur q̄ nec deus sit aliqua ꝑsona nec aliqua ꝑsona sit deus: sic arguendo sicut tu arguis: nō est vnicum suppositum tm̄ vel ꝑsona in diuinis: sed deus est vnus numero: ergo sic est distinctus ab oībus ꝑsonis deus q̄ nec aliq̄ ꝑsona est deus nec deus est aliqua ꝑsonarū. ꝯstat q̄ ista ꝯclusio est falsa nec sequit̄ ex illis p̄missis. q̄ cū dicit̄ ī minore q̄ deus est vnus numero: aut intelligit̄ q̄ est vnus numero ꝑ exclusionē oīs pluralitatis quorūcūq̄ realiter distinctorū: et sic est falsa. qm̄ sic deus est vna res numero / q̄ etiam est plures que inter se realiter sunt distincte: aut intelligitur q̄ deus est vnus numero: sic tn̄ q̄ est a pluribus rebus numero ⁊ realiter inter se distinctis vez a ꝑsonis indistinctus totaliter in re extra / ⁊ sic est minor vera: sed ex ipsa nō sequitur conclusio illa sed ei opposita vez q̄ deus est oīs ꝑsona. cōsimiliter in ꝓposito quādo arguit̄ de ꝑsona vel de supposito est dicēdū. non eni est intelligendū q̄ in diuinis sint tria supposita vel tres persone sic diuerse q̄ nō sint aliquid vnū ab eis totaliter indistinctū / nec q̄ in diuinis sit sic vna nūero essentia q̄ ipsa nō sit aliq̄ plura realiter inter se distincta / licet ab ea totaliter indistincta. q̄re ⁊c. ¶ Ex p̄dictis cōcludo q̄ hoc nomē ꝑsona diuina importat tm̄ illud q̄d hoc nomē deus in cōcreto vel deitas seu diuina essentia in abstracto. ¶ Sed contra. quia oēs ꝑsone sunt vnus deus. nō sunt aūt vna ꝑsona. ergo ꝑ deum ⁊ ꝑ ꝑsonā nō importatur idē totaliter in re extra. ¶ Respondeo: q̄ ratio est ad oppositū. qm̄ sic oēs ꝑsone sunt vnus deus q̄ etiā deus vere est quelibet ꝑsonarum. etiā quelibet ꝑsona dicit̄ essentialiter esse deus. hoc aūt nō esset si deus ⁊ ꝑsona importarēt aliqua diuersa ⁊ ī re extra distincta. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia nō tm̄ deus in ꝯcreto sed etiā deitas vel diuina essentia in abstracto dicitur vere pater filius ⁊ spiritus sanctus. de omni aūt de quo dicit̄ pater vel filius vel spiritus sanctus dicitur et ꝑsona diuina. ergo diuina essentia ⁊ oēs ꝓprietates relatiue vere dicitur esse ꝑsona. q̄re ⁊c. ¶ Hec de secūdo.

Quantū ad tertium & vltimū: vbi est respondendū ad q̄stionē: est sciēdū ad euidētiam dicendoꝝ q̄ aliter est loquēdū de hoc nomine cōmuni ꝑsona ⁊ aliter de multis noībus specialibus sub eo cōtētis: de quorū quolibet supponente ꝓ re significata est p̄dicabile vt superius de inferiori hoc nomē persona. taliū eni nominū sub ꝑsone nomine cōtētorum aliqua cōstat esse absoluta vt sunt homo angelus ⁊ deus: alia relatiua vt pater et filius saltē in natura intellectuali. oīs eni talis pater vel filius est persona: nō tn̄ ecōuerso. nec tn̄ sequitur / pater ⁊ filius est ꝑsona: sed pater ⁊ filius sunt noīa relatiua ergo ⁊ ꝑsona: magis q̄ sequatur pater ⁊ filius vel paternitas ⁊ filiatio vel similitudo est ens: ergo ens est nomē relatiuum sicut quodlibet istorum.

Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ hoc nomē ꝑsona nō est relatiuū sed absolutū. ¶ Hec apparet. qm̄ illud nomē nō est relatiuū sed absolutū q̄d licet significet plura q̄dlibet tn̄ eoꝝ est aliquid ꝑ se vnū ⁊ talis noīs significatū ꝑ se p̄mū sum-

ptū quocūq̄ alio circūscripto. sed tale est hoc nomē ꝑsona. omne eni suppositū intellectuale vnicū ꝑ se sumptū dicit̄ ꝑsona vt quilibet vnꝰ angelus vel vnꝰ hō. licet eni ad hoc q̄ vnus hō vel angelus dicat̄ filius vel dissimilis requiratur aliud ens ab ipso: nō tn̄ ad hoc q̄ dicatur persona. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur ꝑ descriptionē superius positā de ꝑsona dicētē quid noīs. nō eni descriptio illa respicit necessario seu exigit plura sic q̄ nō conueniat alicui illorū ꝑ se accepto: sed tm̄ omnibus siue pluribus simul sumptis. ergo ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est: q̄ nec etiā ista duo nomina persona diuina sunt relatiua / sed absoluta. ¶ Hec apparet. quia nō magis diuina persona seu diuinū suppositū est nomē relatiuū q̄ deus. sed deus non est nomē relatiuū sed absolutū: nec ꝑsona etiā ē relatiuū nomē vt ꝓbatū est ī ꝯclusione alia. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q̄ si ꝑ īpossibile nō eēt nisi vnicū suppositū ī diuinis adhuc illō diceret̄ ꝑsona diuina. ergo nō magis ꝑsona diuina q̄ creata significat suppositū vnū in ordine ad alterū siue oīa simul sumpta tm̄: sed q̄dlibet ꝑ se ip̄m. hoc aūt non faceret si nomen relatiuū existeret: cum tale vt dictum est in primo articulo sic significet plura simul q̄ dicatur de eoꝝ aliquo ꝑ se sumpto. quare ⁊c. ¶ Nec valet si ꝯtra hoc arguatur. q̄ ꝑsona diuina significat tres ꝑsonas. q̄ etiā homo significat multos hoīes singulares: nec tn̄ est nomē relatiuū: q̄ sic significat illos oēs q̄ īportat quēlibet per se sumptū: ⁊ dicit̄ de ipso omni alio circūscripto cuius cōtrariū est de noīe relatiuo. ꝯsimiliter dico de ꝑsona cum dicat̄ de quolibet diuino supposito absolute sumpto ⁊ per impossibile quocūq̄ alio circūscripto. ergo ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio est: q̄ res significata ꝑ hoc nomē ꝑsona est realiter relatiua. ¶ Hec ꝓbat̄. q̄ oīs res illa dicit̄ realiter relatiua q̄ necessario exigit seu respicit aliā ab ea realiter distinctā sine qua īpossibile est existere ipsam. ¶ Hec fuit alias declarata: vbi fuit ꝓbatū q̄ nulla res dicit̄ ad alterā relata q̄ relatione informata tāq̄ forma aliqua ab illis rebus distincta: sed oīs res importata ꝑ hoc nomen persona est talis. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. qm̄ constat q̄ nulla res creata potest existere sine increata ab ipsa essentialiter distincta. res etiā increata est tres persone: quarū vna non potest existere sine alijs duabus tā inter se q̄ a tertia realiter distinctis: licet essentialiter indistinctis. sed oīs res significata ꝑ hoc nomē ꝑsona est creata vel increata. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia omnis res est relatiua que vel est originaliter ab alia vel ab ipsa est alia que non potest existere sine ea. sed omnis res creata per ꝑsonā significata est ab alia puta ab increata sine qua nō potest existere. q̄dlibet etiam diuinū suppositū per personā significatū vel est a quo alterū vt p̄mū: vel q̄d ab alijs tantū vt tertium: vel q̄d ab alio ⁊ a quo alterum vt medium videlicet verbū. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra cōclusionem istā forsitan arguetur. Primo. quia omne nomen dicitur relatiuū cuius significatū realiter est relatū sed hoc nomē ꝑsona nō est tale / nec etiā diuina ꝑsona vt dictū est supra. ergo nec oē eiꝰ significatū est realiter relatū. ¶ Scd̄o. q̄ diuina essentia nō refert̄ realiter: q̄ nec ꝓducit nec ꝓducit̄. sed ꝑsona significat diuinā essentiā. ergo non oīs res ꝑ ꝑsonā significata est realiter relata. ¶ Ad p̄mū dico q̄ maior est falsa. alias si esset vera / oē nomē esset relatiuū: cum omnis res significata tā creata q̄ increata sit realiter res relata. ergo nomē nō dicitur relatiuū quia eius significatū realiter est relatum: sed quia nō habet significatū aliquod ꝑ se vnū de quo dicatur omni alio circūscripto. nō oē autē nomen est tale sicut nec hoc nomē ꝑsona. licet eni res ꝑ ip̄z significata sit realiter relata: nō tn̄ sic significat hoc nomen illa plura quorū vnum dicitur referri ad alterum vt simul sumpta: quin etiam significet ipsorum quodlibet per se sumptum. quare ⁊c.

¶ Ad secūdū dico ꝙ imo diuina essentia est res que refertur que ꝓducit ⁊ que ꝓducitur. est enim tres persone quarū vna refert̄ ad aliā: ⁊ alia est tantū ꝓducēs vt ꝑma alia ꝓducēs ⁊ producta vt secūda/ ⁊ alia tantū ꝓducta vt tertia. quare ⁊c̄. cum hoc tamē ꝙ essentia est totaliter indistincta a persona ꝓducente ⁊ a producta stat ꝙ ipsa essentia non producit nec ꝓducitur realiter nec refertur. qd̄ quidē quomō sit intelligēdū superius in distictiōe.5. est prolixius declaratū. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: ꝙ aliqua nomina propria personarū tā diuinarū q̄ etiā creaturarum aliquarū sunt relatiua. ¶ Hec apparet. quia vt dictum est illa nomina omnia dicūtur relatiua: quorū quodlibet significat sic aliqua plura quorū vnū refertur ad alterum ꝙ nō importat aliquod ipsorū tantū: de quo scʒ de eius nomine ꝓprio dicatur alio circūscripto. sed aliqua propria nomina personarū tam increatarū q̄ etiam aliquorū nō tn̄ omniū creatorum sunt talia vt pater ⁊ filius generās genitum ⁊ spiratum. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. quodlibet enim nominū predictorū esto ꝙ primo significet aliquod vnū suppositum/ sic tamē cōnotat alterum ꝙ nō dicitur de primo principaliter significato sine alio ꝯintellecto. nullum enī diuinū suppositū nec creatum dicitur pater nisi existente filio/ nec generās nisi existēte genito/ nec filius econuerso nisi existente patre. horum autem nominū vltimū tantū videlicet spiratū significat tantū personam tertiam increatā: nō aliquam creatam. licet enī persona intellectualis creata vt angelus dicatur spirans actiue/ nō tamē passiue: quia nec res spirata est persona sed accidētalis forma. ⁊ ista licet spirās significet personam tam increatam q̄ creatam sicut ⁊ dicens: licet etiam spiratum sicut ⁊ dictū importet tā personam increatam q̄ etiā aliquā rem creatā/ nō tamē aliquā personā creatā: cum omnis creata spirata vel dicta sit accidētalis forma que nec est nec dici pōt ꝑsona. alia aūt omnia vʒ pater filius generās ⁊ genitū sunt nomina significātia aliquas ꝑsonas increatas ⁊ aliquas etiā creatas. hō enī dr̄ generās ⁊ genitus pater ⁊ filius: non autē angelus. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia illud nomē significās ꝑsonas aliquas increatas vel creatas vel insimul has ⁊ illas dicit̄ relatiuū: qd̄ ita respicit plura quorum vnum dicitur referri ad alterū: ꝙ nō dicitur de aliquo illorū solo ꝑ se sumpto/ altero ꝑ impossibile circūscripto. sed talia sunt nomina supradicta. si enī ꝑ impossibile esset vnicū tn̄ suppositū increatū/ illud licet diceret̄ ꝑsona vt dictū ē supra: nō tn̄ eēt nec eē posset pater nec filius nec generās nec genitū neq̧ spirās. ꝯsimiliter dico de omni alio supposito creato vnico ꝑ se sumpto: vʒ ꝙ nec tale denoīaret̄ aliquo taliū nominū ꝑdictoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Sed nūquid hoc nomē spiritus sanct⁹ ē de numero ꝑdictorū noīm relatiuoꝝ? ¶ Respōdeo. ꝙ nec hoc nomē spirit⁹ nec hoc adiectiuū sanctus nec vtrūq̧ istorū simul vʒ spiritus sanctus est nomē alicui persone diuine ꝓpriū/ nec est nomē etiā relatiuū. ¶ Primū apparet. q2 nomē cōmune pluribus ipsa oīa indifferēter importās nō pōt dici eē ꝓpriū alicui illoꝝ: sed vtrūq̧ hoꝝ duorū nominū ⁊ ambo simul sumpta sunt cōmunia oībus ꝑsonis increatis ⁊ multis etiā creatis. cōstat enī ꝙ tā pater q̄ filius est spiritus/ non corpus: est etiā sanctus/ imo sanctissimus: nec tn̄ quelibet ꝑsona diuina: sed etiā oīs aliā creata incorporea/ qual' est oīs alia ab hoīe/ dicit̄ spiritus: vt oīs angelus. nō tn̄ dicit̄ sanctus nisi beatus. ergo spiritus sanctus non sunt noīa tertie ꝑsone diuine ꝓpria/ sed tn̄ appropriata ꝓpter rationē in scda q̄stione.18. distinctionis supius explicatā. ¶ Scdm̄ vʒ ꝙ nec spiritus sanctus sit nomē relatiuū/ appet. qm̄ sic īportat quālibet ꝑsonarū ꝑ se sumptā ꝙ diceret̄ de ipsa sicut ⁊ hoc nomē ꝑsona etiam ꝑsona alia circūscripta. nec enī aliqua ꝑsona increata nec creata dicit̄ spiritus sanct⁹ q2 ꝓducit ꝑsonā aliā nec q2 ab alia est ꝓducta: sed vt ꝑ se absolute accepta. quare ⁊c. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationē in ꝑncipio appet solutio ex ꝑdictis. qm̄ enī dicit̄ ꝙ nomē absolutū in diuinis significat vnuʒ tantum/ si intelligat̄ ꝙ sic significet vnū ꝙ illud vnū eius significatū nullo mō sit aliq̄ plura realiter inter se distīcta/ sic est falsuʒ vt supius fuit dictū. nec enī hoc nomē de⁹ qd̄ dicit̄ absolutū significat aliqd̄ sic vnum: cū diuina essentia quā significat sic sit vna ꝙ tn̄ est plura: vʒ tres ꝑsone distīcte realiter nō ab ipa sed inter se. ⁊ sicut hoc nomē absolutū deus significat vnum qd̄ tn̄ vnum est plura: ita ⁊ hoc nomen persone significat illa plura que tamē sunt vnum. sicut enī deus nō significat solū vnum ita nec hoc nomen ꝑsona importat seu significat tantum plura. quare ⁊c̄.

Circa distinctionē vigesimāsextā/ in qua Magister determinat in generali de ꝓprietatib⁹ personalibus a quibus aliqua nomina diuersa ꝑsonis ꝓpria imponūtur: Queꝛo primo: vtrū paternitas filiatio siue actiua ⁊ passiua generatio ac spiratio/ que dicūtur ꝓprietates personales/ sint relationes reales. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. qm̄ ꝓprietates ꝑsonales ꝑsonas ꝯstituētes necessario sunt reales. sed ꝑdicta sunt ꝑsonas ꝯstituētes earū q2 ꝓprietates. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. q2 nō magis ista in diuinis q̄ in creaturis sunt obiecta realia ab extremis distincta. sed nullū hoꝝ īportat in creaturis aliqd̄ distinctū realiter ab extremis oīb⁹ absolutis: sed oīa ista īportāt ꝑcise extrema quorū vnū est ab alio. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓcedā. Primo enī inquirā an ista sint relationes reales in creatis. Secūdo dicā ad q̄stitū: videlicet an sint relationes reales in diuinis.

Quantum ad primū est sciendum: ꝙ ista videlicet generationē actiuā vel passiuā paternitatē vel filiationē vel spirationē esse realia in creatis pōt intelligi duobus modis. Uno modo: ꝙ qōlibet istoꝝ sit res aliqua ꝑ se vna respectiua distincta realiter ab extremis absolutis quorū vnū est ab alio effectiue. Alio modo ꝙ ista sint realia: quia ꝑcise sunt extrema ipsa absoluta que ꝯstat esse realia ⁊ vnum realiter eē ab alio effectiue.

Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ nullū ꝑdictoꝝ puta actiua vel passiua spiratio vel ḡnatio vel paternitas vel filiatio est ī creaturis res aliq̄ respectiua ꝑmo mō sumpta. ¶ Hec ꝓbat̄. qm̄ nulla res talis est possibilis in creaturis. oē enī ens creatū est absolutū. ⁊ licet sit relatiuū: q2 vnū ⁊ idē pōt absolutū existere ⁊ relatum: nō tn̄ est relatum quia relatione tāq̄ forma aliqua distincta ab ipso ⁊ ab alio ad qd̄ relatum dicitur informatum. ergo nullum horum est res aliqua respectiua modo ꝑexposito ītellecta. ¶ Cōsequētia est euidens. quia qōlibet horū/ vʒ tam actiua generatio q̄ passiua paternitas vel filiatio/ importet aliquid vel aliqua plura in re extra existentia. sed res respectiua sic intellecta nō est aliquid ī re extra. ergo nec actiua generatio nec passiua nec paternitas nec filiatio potest dici res huiusmodi respectiua. ¶ Antecedēs alias tam in scdo ꝓbādū q̄ alibi sepe ꝓbatū prolixe/ breuiter hic declaro sic. ꝯstat ꝙ nullum accidens absolutum vt albedo vel intellectio est respectus vt concedunt qui formas huiusmodi respectiuas ab extremis distinctas in creaturis ponūt: sed nō magis similitudo vel paternitas vel filiatio vel actiua vel passiua generatio vel alia quecūq̧ ab

eis posita relatio potest dici respectus aliquis q̄ albedo vel aliud quodcūq; accidēs absolutū: supposito illo qd̄ ab eis cōcedit/puta q̄ talis forma respectiua sit aliqua per se vna ab oībus extremis distincta. ergo ꝛc. ¶ Probatio minoris. qm̄ aut similitudo vel alia q̄cunq; relatio dicitur magis respectus realis q̄ albedo vel aliud qd̄cū q̄ accidēs absolutū: q: est alicuius vt subiecti in quo fundatur/aut q: est nō tm̄ alicui⁹ vt subiecti/sed etiā est ad alterū vt ad terminū absolute ꝛ de facto/aut q: simpliciter sic est vnius istoꝝ ad alterū q̄ nullo modo pōt existere sine vtroq; eoꝝ: quoꝝ alterū respicit vt terminū ꝛ reliquū vt subiectū. Sed nō potest poni primū: q: etiā oē accidēs absolutū est alicuius vt subiecti ꝑ ipsum actualiter informati nisi ab ipso subiecto ꝑ diuinā potētiā separatū. nec scdm̄: quia etiā multe forme accidentales vt oēs actiue sunt alicuius vt subiecti/et ad alterum vt ad terminū: sicut calor respicit ignem vt subiectū/ꝛ aliū calorem ab ipso producibilem vt terminū. nec potest poni tertium: quia quecūq; essentialiter distincta/sunt ꝑ diuinā omnipotētiā separabilia vt in scdo ꝛ ī quarto ꝓlix⁹ est ꝓbādū: sed vt dicūt oīs realis relatio in creaturis est distincta essentialiter ab oībus suis extremis. ergo ꝛc. ¶ Si dicat̄ q̄ licet accidēs absolutū respiciat subiectū et terminū/nō tm̄ ꝑ seipm̄. est em̄ in subiecto inherētia mediāte: ꝛ refert̄ ad terminū puta ad effectū sibi possibilem alio respectu mediāte. forma aūt respectiua vt similitudo vel paternitas vel filiatio nec subiectum nec terminū respicit mediāte alio a seipsa. ¶ Cōtra. Primo: q: assumptū est falsum: vꝫ q̄ accidēs absolutū sit in subiecto mediāte alio a seipso. nec em̄ accidētis inherētia est ab accidente ꝛ a subiecto distinctū aliqd̄ ī re extra vt in q̄rto in materia de eucharistia est ꝓbādū. nullū etiā accñs absolutū nec quodcūq; aliud ens principiū alicuius alterius productiuū est eius ꝓductiuū nec ꝓducēs quando actu producit ipm̄ mediāte aliquo a ꝓducēte ipo ꝛ a ꝓducto distincto vt ostēdetur in scdo. sicut em̄ calor est nullo a se alio mediāte in subiecto receptibil̄: ita ꝛ similiter per se ipm̄ est ꝓductiuus alterius caloris sibi possibilis. ergo nec subiectū nec terminū respicit mediāte aliquo sibi apposito sed seipso. quare ꝛc. ¶ Scdo. q: esto q̄ hoc assumptū esset verū adhuc nō soluitur argumētū nec habet̄ intētū: vꝫ q̄ magis vna forma accidētalis aliqua ꝑ se vna q̄ alia sit respectiua. qm̄ scdm̄ oēs ponentes inherētiam accidētis esse formā ꝑ se vnā ab accidēte ꝛ a subiecto distinctā/oīs forma accidētalis tam absoluta q̄ respectiua alia ab inherētia est in subiecto ipsa inherētia mediante tā q̄ forma aliqua ab accidēte ꝛ a subiecto realiter differēte. ergo cū scdm̄ eosdē tā paternitas q̄ filiatio vel actiua vel passiua generatio vel similitudo sit forma accidētalis alia realiter ab inherētia: nulla istarū formarū magis q̄ albedo vel quecūq; forma alia absoluta est in subiecto immediate sed inherētia mediāte. nulla etiā istarum formarū immediate respicit terminū. nulla em̄ creatura distincta realiter a ꝓductiuo principio ꝛ a ꝓducto termino ac a subiecto ꝓsupposito producti termini receptiuo respicit immediatius ꝓductū terminū q̄ eius ꝓductiuū principiū ꝛ subiectū: sed similitudo caloris ꝓducētis cū calore ꝓducto est vt dicūt aliqua creatura distincta essentialiter tā a calore ꝓducēte q̄ a ꝓducto q̄ a passo ꝓsupposito: sicut etiā paternitas ac filiatio vel actiua vel passiua generatio. ergo nec similitudo īmediatius respicit calorē ꝓductū q̄ calor eius ꝓductiuꝫ principiū/nec q̄ subiectū eius receptiuū: nec paternitas nec filiatio nec aliqua actiua vel passiua productio suū terminū q̄ subiectum/nec q̄ principiū productiuū respiciat terminū ab eo productū. sed vt dicūt nec aliquod accidēs distinctum ab inherētia in subiecto immediate recipitur/nec ipsum nec aliquis alius cause secunde effectus a sua causa effectiua immediate producitur: sed mediāte ꝓductiōe actiua ꝛ passiua. ergo ꝛc. ¶ Ex predictis infero corollarie primo: q̄ ponentes respectum in creaturis tā q̄ formā aliquam ꝑ se vnā distinctā essentialiter ab extremis/habēt ponere ꝛ concedere cōsequēter omnē formā accidentalē actiuam ꝛ etiam substātialem materialem/hoc est alicuius perfectibilis seu informabilis perfectiuā esse formā respectiuā. ¶ Hoc probo. quoniā omnis talis est vnius ad alterum. respicit eniꝫ subiectū ꝛ terminū puta aliquē sibi possibilē effectum/nec potest a subiecto excepta sola anima ratiōali naturaliter separari: supnaturaliter aūt potest vt dictū est tā ipsa q̄ alia omnis forma ab eo essentialiter distincta: qualis conceditur esse forma quelibet respectiua. ergo ꝛc. ¶ Nec valet si dicat̄ q̄ forma absoluta actiua pōt esse etiā naturaliter sine termino: vꝫ sine effectu sibi possibili: qd̄ nō pōt dici de forma respectiua. qm̄ hoc est falsum supposito q̄ forma actiua huiusmodi absoluta habeat passum dispositū sibi ꝓsens. nō em̄ ē naturaliter impossibilius similitudinē sine termino existere q̄ calorē calefactibile subiectū sibi ꝓpinquū nō calefacere/ꝛ ꝑ ꝯñs in ipso calorē īducere effectiue. quare ꝛc. ¶ Scdo īfero similiter etiā corollarie ex ꝓdictis: q̄ nec ponentes respectū esse in creaturis modo ꝓdicto vꝫ tā q̄ aliquid per se vnū distinctuꝫ essentialiter ab extremis omnibus simul sumptis/possunt saluare q̄ tal' respect⁹ sic ab eis positus sit ad aliud magis nec aliter q̄ quodcunq; aliud accidens absolutum/nec etiā magis nec aliter q̄ forma substantialis corruptibilis. ¶ Hoc probo. quoniam quando dicunt q̄ paternitas vel filiatio vel alius omnis respectus est ad aliud: aut intelligunt q̄ est ad aliud quia est essentialiter duo distincta: quorum vnū refertur ad alterum. aut quia licet sit aliquid per se vnū ab illis duobus distinctum/exigit tamē necessario vtrūq; illorum duorum. Sed non possunt ponere primū: quia contrarium dicunt videlicet q̄ talis respectus qui dicitur ad aliud ab extremis suis omnibus simul sumptis essentialiter est distinctus. ergo relinquitur secundū. sed ex hoc non habetur q̄ vna aliqua accidētalis forma magis q̄ alia sit ad aliud. tum quia supnaturaliter ꝛ simpliciter loquendo nulla magis q̄ alia exigit necessario aliquid a se distinctum essentialiter: cū omnia distincta essentialiter sint separabilia supnaturaliter. naturaliter aūt nō magis est separabilis aliqua forma vna accidētalis q̄ alia a subiecto/nec etiā q̄ forma substātialis corruptibilis. eque em̄ est impossibile naturaliter loquēdo calorē istuꝫ esse sine subiecto ꝛ sine termino puta alio calore ab eo ꝓducto circa passum dispositū ipsi ꝓsens: sicut similitudinem vel quācunq; formā aliā respectiuā sine extremis. quare ꝛc. ¶ Secundo. quia illud non potest dici ad aliud qd̄ nec est illud ad/nec illud aliud/nec refert̄ ad ipꝫ nec est ratio qua aliquid referatur ad ipsum. sed paternitas vel filiatio vel alia quecunq; relatio supposito q̄ sit distincta realiter ab extremis/nō est aliquod illorū/nec per consequēs est ad/qd̄ dicitur de fundamēto: nec aliud qd̄ dicitur de termino. fundamētū em̄ dicitur ad terminū vt vnum ens ad alterū. nec est ratio propter quā fundamentum referatur siue dicatur ad terminū: quoniam eo vna albedo dicitur ad alterā/quia ipsi similis: et ad nigredinem quia ipsi dissimilis: quo est talis qualis est alia albedo et non talis qualis nigredo. eo etiam generans refertur ad genitum et econuerso: et vnum puta generans dicitur pater et genitum filius: quo vnum est a quo alterum: ꝛ alterum quod ab illo: sed nec vna albedo est talis qualis alia/nec nō talis qualis nigredo mediante alio a seipsa ipsi accidentaliter inherēte/nec generās est a quo genitū propter aliquid ab vtroq; distinctū. g̃ ꝛc,

¶ Cōfirmatur arguēdo sic ad principalē conclusionē. si paternitas vel actiua generatio seu passiua τ filiatio hominis sūt forme accidētales ab hoīe ipso gñante τ a genito essentialiter differētes/q̄ro in quo subiecto existūt. aut enī sunt in corpore hominis vel in aliqua eius forma vel i ipso toto homine ex anima τ corpore resultāte/supposito q totū a ptib⁹ sit distinctū. Sed nō potest dici q in corpore nec in toto homine. tū quia tūc sequeretur q essent forme extēse:cū forma accñtalis inextensa non sit in subiecto aliquo corporeo seu extēso. hoc autē videtur oīno irrationabile concedere:qꝛ tūc ꝯsequēter oporteret dicere q quelibet pars corporis hominis generātis eēt generans τ pater:qꝛ generationis actiue τ paternitatis parte aliqua īformata:sicut q̄libet ps corporis dealbati dicitur esse alba. τ ita per ꝯñs diuisa aliqua pte corporis hoīs amoueret τ diuideret ab ipso aliqua pars paternitatis vel filiationis τ actiue vel passiue generationis: q̄ omnia videntur absurda. tū secūdo:qꝛ si generatio vel paternitas est forma aliqua accñtalis nō videt existere subiectiue nisi in potētia generatiua a qua est genitū effectiue:sed potētia hoīs τ cuiuscūq3 alterius aīalis generatiua/est ab anima indistincta vt patebit in.2.ergo τc. Nec pōt dici q huiusmodi forme sint subiectiue in aliqua forma hoīs corporea/puta in forma corporis ꝓpter easdem rationes. Nec i aīa. Primo. quia tūc esset forma indiuisibilis τ spiritualis sicut τ aīa eius subiectū. Secūdo. qꝛ remaneret in aīa a corpore separata vel remanere posset cū respectus nō destruat nisi destructo altero extremoꝝ vel vno ab alio separato. sed neutrū hoꝝ est ponēdū. g̃ τc. ¶ Preterea ad idē arguit. qꝛ remanētibus duobus hominib⁹/quoꝝ vnus fuit genitus ab alio/ necessario vn⁹ vt ille qui genuit est pater/τ alius qui est genitus est fili⁹ nō alterius q̄ eius a quo est genitus. sed si ille qui genuit esset pater precise/quia paternitate tā q̄ forma distincta ab ipso realiter:τ alius qui est genit⁹ filius filiatione ab eo distincta similiter informatus:genitus posset non esse filius eius a quo est genitus τ esse filius alterius a quo nūq̄ fuit genit⁹. τ silr generās posset nō eē pater ei⁹ quē genuit τ esse pater eius quē nūq̄ genuit:vt alias hoc prolixe ostēsum fuit cum aliis multis inconuenientibus que sequūtur ad opinionē istā ponētiū generationē paternitatē τ filiationē esse formas accidētales in creaturis distinctas realiter ab extremis. ergo τc. ¶ Cōfirmatur. qꝛ homo p hoc q generat hominē nullam formā accidētalem pmanētem extensā vel inextēsam producit causaliter in seipso nec recipit ab homine generato/nec talis paternitas que in ipso ponitur vt forma accidentalis permanēs in subiecto videtur posse esse seu fieri effectiue ab alio q̄ a generante vel a genito/sicut nec filiatio in genito:in quo similiter non videtur fieri saltem necessario ab aliquo ipsorum:cum nullus causet eūde effectus sit ab ipsa necessario:sed possit a prima causa ne eueniat impediri. non potest autem impediri ne duorum hominum existentium quorum vnus genuit altum/generās sit pater τ genitus filius. ergo τc.

Secunda conclusio est: q nec aliquod

predictorum dicit tantum ens vnicum absolutū. ¶ Hec euidens est. quia constat q nullum ens creatum vnicum potest esse generans nec genitum/nec pater nec filius p seipsum omni alio ente creato ab ipso distincto realiter circūscripto. nullus enim potest esse generans nec genitus/nec pater nec filius nisi respectu alicuius alteri⁹ ab ipso realiter differentis. sed si quodlibet horum diceret tantum ens vnicum absolutum/hoc necessario sequeretur:videlicet q vnicum solū ens positiuū esset generās vel genitum pater vel filius per seipsum omni alio circūscripto:cum generatio non possit poni sine generante et genito nec paternitas nec filiatio sine patre τ filio. ergo τc. ¶ Confirmatur. quia si actiua generatio vel passiua vel paternitas vel filiatio dicit in creatis ens tantū vnicum absolutum: aut huiusmodi ens vnicum est generans tantum vel genitū tm/aut simul generans τ genitū/aut nec generans nec genitum sed tam a generante q̄ a genito realiter distinctū. Sed nō potest dici q sit generās tm nec genitum tm: quia impossibile est etiam in diuinis vnū τ idem esse generans semetipsum. τ ita vbicūq3 est generans vel quodcunq3 producens oportet ponere productum ab ipso producente realiter distinctum. nec potest dici q non sit generans nec genitum:quia impossibile est ponere generationem nec paternitatem nec filiationem sine generante τ genito realiter ab ipso generante distincto. ergo τc. ¶ Preterea quia si aliquod predictorum importaret tantum ens vnicum absolutū:aut huiusmodi ens esset accidēs/aut substātia. sed non accidens:quia cum omne accidēs absolutum possit per diuinam potentiam ab omni creata substantia separari sequeretur q posset esse tam generatio actiua q̄ passiua tā paternitas q̄ filiatio sine omni creata substantia:qđ est falsum. nec potest dici q sit vnica sola substantia. ergo τc. ¶ Cōfirmatur. quia nullū horū importat min⁹ seu pauciora vt in abstracto q̄ si sumatur in concreto. sed cōstat q quodlibet istorum vt sumitur in concreto videlicet generans vel genitum pater τ filius importat nō vnicum tātum/sed plura realiter distincta. ergo τc. ¶ Maior apparet. quoniā si generatio non importaret tot quot generans vel genitum: sed tantum diceret formam aliquā per se vnam: vt albedo. generans autem in cōcreto τ genitum significarent eandem formam connotādo aliquid ab ea distinctum ipsa realiter informatum vt albū quod connotat seu importat subiectum albedine informatum sicut albedo potest esse nō existente aliquo subiecto albo licet non econuerso:ita etiam cōsimiliter posset esse tam actiua generatio q̄ passiua nullo generante nec genito existēte:τ filiatio similiter sine filio/τ paternitas sine patre:licet non econuerso. ¶ Consequentia est euidens. qꝛ non magis vna forma accidētalis q̄ alia saltē absoluta potest a suo separari subiecto. ¶ Falsitas consequentis est manifesta. quare τc.

Tertia conclusio est: q nec aliquod no

minū predictorum significat plura insimul absoluta quomodocunq3 accepta siue in esse posita. ¶ Hec probatur. quoniam si paternitas vel filiatio/et actiua vel passiua generatio importarēt plura aliqua entia absoluta: vt quomodocūq3 sumpta τ in esse posita:a quocunq3 talia plura per huiusmodi importata vel eorum alterum poneretur in esse/vniformiter diceretur in esse actiua τ passiua generatio paternitas et filiatio. ¶ Hoc declaratur per exemplum de similitudine vel dissimilitudine. qꝛ enim similitudo importat plura quorum vnum est tale quale alterum absolute τ a quocunq3 illa in esse ponantur:adeo vniformiter talia sunt similia a quocunq3 agēte in esse posita: vel dissimilia illa quorum vnum non est tale quale alterum. non enim est maior similitudo inter duas albedines eque intensas productas ab vno agente q̄ ab alio effectiue. sed illa plura/que per predicta nomina importantur/ videlicet per actiuam vel passiuam generationem paternitatem τ filiationem/sic se habent q vt vnum eorum ponitur in esse ab alio talia dicuntur de eis:non autē si ponātur ambo in esse a tertio. non enim si illi duo homines quorum vnus fuit in esse positus mediante alio/fuissent immediate a deo vnus eorū diceretur generans videlicet pater:nec alius

ab alio genitus nec eius filius. ergo nec actiua nec passiua generatio nec paternitas vel filiatio dicit plura entia absoluta vt quomodocūq₃ accepta / seu a quocūq₃ in esse posita seu producta. ¶ Confirmatur. quia si actiua generatio vel paternitas vel filiatio seu passiua generatio huius hominis dicit plura quomodocūq₃ accepta ⁊ a quocūq₃ in esse posita: aut tantum dicit duos homines quorum vnus dicitur generans ⁊ pater / ⁊ alius genitus et eius filius absolute: hoc est vt a quocunq₃ in esse positos siue videlicet vnus eorum sit ab alio / siue ambo a tertio: aut vltra istos duos aliquid eis appositum / ac ab eis distinctū. Sed non potest poni primū: quia tunc si ambo fierent ab aliquo tertio puta a deo: consimiliter vnus esset pater ⁊ generans ⁊ alius filius eius ac ab eo genitus / sicut modo vno eorum alterū producente. hoc autē est falsum. ergo ⁊c. Nec potest poni secundum / quia omne ens positiuum potest fieri a deo immediate / ⁊ totaliter omni causa secūdaria circūscripta. ⁊ ita p cōsequēs nō tātum duo homines absoluti quorū vnus est ꝓductus mediāte alio: sed etiam quodcūq₃ aliud positiuū qd̄ importat ab eis distinctū realiter potuit immediate a deo fieri causaliter omni agēte alio circūscripto. esto etiā ꝙ illud additum non fieret a deo: sed ab alio agente creato: nullo modo vnus duorum hominum a deo solo immediate ⁊ totaliter productorum posset dici generans nec pater respectu alteri⁹ nec alius eius fili⁹ nec ab eo genitus. q̄re ⁊c.

Quarta & vltima cōclusio est: ꝙ quod

libet nominū p̄dictoꝝ īportat p̄cise plura absoluta entia isto mō videlicet vt vnū eorū est in esse positū ab alio: nō autem aliquid aliud ab eis distinctum aliqualiter in re extra. ¶ Hec probatur. Et primo quātū ad primā partē videlicet ꝙ importet plura quorū vnū est ab altero effectiue. quoniam illud significat actiua generatio vel passiua paternitas ⁊ filiatio huius hominis: quo posito omni alio circūscripto vnus homo dicitur vere pater et alius eius vere filius / vnus generās ⁊ alius genitus: sed positis duobus hominibus quorū vnus sit product⁹ ab alio seu in esse positus mediante ipso omni ab eis alio circūscripto vnus necessario est pater ⁊ generans ⁊ alius fili⁹ ab eo genitus: non autem posito vno eorum tantum nec etiam ambobus productis ab alio. ergo quodlibet predictorū nominū significat tātū duo absoluta puta duos homines nō quomodocūq₃ in esse positos: sed hoc modo videlicet vt vnus est ab alio effectiue. ¶ Ex eodem sequitur pars secunda cōclusionis: videlicet ꝙ nullum nominū predictorū significet aliud ꝙ̄ duo predicta entia absoluta p̄expositomodo sumpta: quoniā vno eorum ab alio posito ⁊ ambobus videlicet homine generāte ⁊ genito permanētib⁹ vnus est necessario pater alteri⁹ ⁊ alius ei⁹ filius quocūq₃ ab eis distincto realiter circūscripto. hoc autē verū nō esset si hominē esse patrē vel filiū generātē vel genitum diceret aliquid in re extra duobus hominibus appositum / ac ab eis distinctum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia illud precise importat quodlibet horū videlicet actiua vel passiua generatio paternitas ⁊ filiatio: quo posito vniformiter habetur generans ⁊ genitum pater ⁊ filius omni alio posito vel amoto. nō aūt significat illud propter qd̄ positū nō magis aliquis est pater nec generans nec filius nec genitus ꝙ̄ ipso amoto. sed sola duo entia absoluta puta duo homines quorum vnus est ab alio / sunt hmōi. eis eñ manentibus quocūq₃ ab eis distincto posito vel amoto vniformiter vnus est pater alterius / ⁊ vnus generans alius genitus. nullo autem ab eis distincto eis addito vnus est magis pater nec alius filius ꝙ̄ illo amoto. ergo nullum nominū predictorū importat aliquid in re extra nisi precise aliqua plura entia absoluta p̄expositomodo sumpta: quorum vnū dicitur generans ⁊ pater alterius qd̄ dicitur genitū ⁊ filius ei⁹.

¶ Si forte dicatur ꝙ impossibile est vnam substantiam vel aliam rem quācūq₃ creatam fieri ab aliqua causa secūda nisi mediante productione tanꝙ̄ forma aliqua a producente ⁊ a producta distincta: ⁊ ita eo ipso quo generatio importat vnam substantiam generantem ⁊ aliam genitam significat generationem actiuam et passiuam ab vtraq₃ substantia distinctam: Contra hoc in diuersis locis est argutum / et in prima questione. 2. sententiarum prolixius arguetur. ⁊ ideo ex iam dictis ⁊ etiam ex dicēdis in secundo suppono hic hoc simpliciter esse falsum. quare ⁊c. ¶ Ex predictis apparet primo quid sit dicendum ad dubium in isto articulo pertractādum: videlicet an actiua gñatio vel passiua paternitas vel filiatio sint respectus reales in creaturis. qm̄ si vocas respectū realem formam aliquam per se vnam ab omnibus absolutis realiter differentem / nullū horum respectum aliquē importat ī creatis: cū respectus talis nō sit possibilis vt patet tam ex dictis superius ꝙ̄ ex declaratis alibi prolixius. Si autem vocas respectum ipsa extrema absoluta quorum vnum per seipsum nō per aliquod sibi appositum dicitur referri ad alterū / sic concedo ꝙ ista omnia dicunt respectus reales in creaturis. importāt eñ plures res extra animā existentes: quarum vna realiter est ab alia vt ab aliqua eius causa vt declaratum est supra. quare ⁊c. ¶ Scd̄o etiā ex p̄dictis apparet ꝙ opinio ista que ponit respectū in creaturis esse indistinctū totaliter ab extremis / saluat qd̄ nō potest facere alia ipsi cōtraria vulgata / oēm respectū esse ad aliud. qm̄ hoc qd̄ dico ad aliud duo importat: quorū vnū dicit̄ ad alterū. nihil eñ vnicū vt cōparatū ad seip̄m potest dici ad alterū vel ad aliud. ergo opinio ista saluat respectum esse essentialiter ad aliud que ponit respectū ip̄m nō esse aliquid p se vnū sed duo distincta quorū vnū respicit alterū: nō aūt opinio illa que ponit respectū esse formā p se vnā essentialiter distinctā ab omnib⁹ illis quorū vnū dicitur ad aliud. sed opinio prima que dicit respectū nō eē aliud ꝙ̄ extrema seipsis relata / ponit respectū essentialiter esse illa quorū vnū est ad alterū. hoc aūt nō ponit sed negat alia opinio vulgata que dicit respectū esse formā aliquā p se vnā ab extremis omnibus absolutis realiter differētē. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicat̄ ꝙ relatio est ad aliud: qz est ad fundamētū ⁊ ad terminū: qz ex hoc nō habes ꝙ sit ad aliud essentialiter: cū vt dicis relatio distinguat̄ tā a fundamēto ꝙ̄ a termino realiter ⁊ essentialiter. nec etiā habes ꝙ sit ad aliud aliter ꝙ̄ forma absoluta / vt visio: vel alia q̄cūq₃ sensatio q̄ similiter est ⁊ ad subiectū in quo existit ⁊ ad terminū puta ad obiectū sensatū in qd̄ anima eius subiectū tēdit. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est respon-

Alia opinio excludenda est quorundam dicentium ꝙ vltra speciē/ habitū/ τ intelligendi actum/ quorū qđlibet est in anima subiectiue existens in ipsa realiter vt accidēs in subiecto/ est aliqđ obiectū formatū singularium rerū signū: qđ vocāt cōceptū formatum per intelligendi actū: τ hoc obiectum sic formatū singulariū rerum hēt esse non subiectiuum sed tm̄mō obiectiuū in intellectu intelligente aliqđ cōe nullo singularium intellecto: vt qn̄ intelligit hominem sine platone τ sorte τ sine quocūqꝫ alio singulari homine intellecto. talis enim actus intelligendi cum non habeat pro obiecto aliquem hoīem singularē nec aliquid per ꝯn̄s habens extra aīaꝫ esse aliqđ subiectiuū/ oportet ꝙ ei⁹ obiectū sit aliqđ ens ab intellectu formatū eē habens in ip̄o tm̄mō obiectiuū qđ est idolū τ signum oīm hoīm existētiū in re extra: quorū quilibet dicit in illo intelligi vt signatum in signo: et talr dicitur v'e puta genus/ species/ τ qđlibet p̄dicabilium aliorum. qn̄ eīn dicitur ꝙ aīal est genus vel homo est species: hoc ē verū aīali τ hoīe supponētib⁹ ꝓ hmōi obiectis formatis plurīū singulariū rerū signis. ¶ Tūc dicūt isti ꝙ verbū vt ab August. accipit dicit nō tm̄ act⁹ intelligendi simplex vel ꝯplex⁹ exn̄s ī aīa subiectiue: sed etiā ꝯceptus p̄dict⁹ seu obiectū mediāte actu intelligendi formatū hn̄s esse ī aīa tm̄mō obiectiuū. Hoc autē ꝓbāt p beatū August. 15. de trin. c. 12. sic dicētē. De his nūc disserim⁹ q̄ nūc cogitam⁹ τ nota sūt nobis etiā si nō cogitētur a nobis: sed certe si ea dicere velimus nisi cogitata nō possumus. ¶ Ex istis verbis vt dicūt intelligit August. ꝙ nō tm̄ act⁹ intelligēdi seu cogitandi exn̄s subiectiue ī mēte sed etiā illa q̄ cogitant q̄ q̄dē non pn̄t esse nisi in mente nec sine cogitatione pn̄t dici verba: sicut vt dicunt propositiones τ conceptus non possunt cogitari nec possunt esse nisi actualiter cogitentur. τ ita ista omnia possunt dici verba. ¶ Sed hic mod⁹ dicendi deficit dupliciē. Primo enim ꝯsimiliter sicut prior deficit/ vꝫ q: sicut ille ita τ iste falsū fundamentū accipit: vꝫ ꝙ in intellectu sit tale obiectum formatū per intelligēdi actū habens esse tātūmō obiectiuū. Secūdo: q: esto ꝙ hoc assumptū esset verum tale ens habens esse tantūmodo obiectiuū nō posset dici verbū. ¶ Primū/ vꝫ ꝙ illud assumptū sit falsū pluries in precedentibus est ostensum vbi cōtra tale esse obiectiuū p intelligēdi actū fabricatū plr̄i⁹ est argutū τ probatum ꝙ nullo modo esse hmōi est ponendū. nullum enim ens est possibile cui repugnet esse per se τ in alio subiectiue: cum omne ens possibile sit substātia vel accidens. si accidens potest esse in alio subiectiue: per se autem/ si substantia. quare ꝛc. ¶ Cōfirmat. q: diuersis intelligentibus aliquod cōmune puta hoīem nō intellecto aliquo homine singulari/ constat ꝙ actus isti diuersi τ diuersorū intellectuum non possunt terminari ad vnū numero obiectum formatū. non eīn diuersi intellectus possunt hēre saltem naturaliter eundem actum intelligendi sed diuersos: per quos si forment aliqđ obiectum non possunt formare vnum obiectum numero sed diuersa. Hoc supposito quero quare vnus intellect⁹ potest intelligere magis obiectum a se q̄ ab alio intellectu formatum: et in ipso dicitur intelligere res extra singulares quarum hmōi obiectum formatum dicitur esse signū. aut enim hoc est: quia ab eo hoc obiectum τ non alterū est formatum effectiue aut quia hoc obiectuꝫ τ non alterum est in eo subiectiue. Sed non potest poni primū/ videlicet ꝙ q: est ab ipso effectiue: quoniam hoc nihil facit ad hoc ꝙ possit intelligi magis q̄ alterū ab ipso nō effectum. nō eīn minus actus intelligendi vel volendi a deo ī ipsus creature intellectualis pōt ab ipsa intelligi per actū reflexū q̄ actus ab ipsa elicitus effectiue. si etiam p impossibile intellectus creatus posset ꝓducere aliqđ extra se non magis tale ens ꝓductū posset esse eius q̄ alteri⁹ intellectus obiectū. Nec pōt poni ab eis secūdū: tū q: vt dicūt tale obiectū formatū nullū hēt esse alicubi subiectiuū: nec p ꝯn̄s magis est ī intellectu formante q̄ in alio nō formāte ip̄m: tū q: esto ꝙ esset subiectiue ī intellectu ip̄m formāte nō magis posset ab ipso intelligi q̄ ab alio intellectu maxime separato. nihil eīn preter actum seu mētis conceptuꝫ τ velle vel nolle est in aliquo intellectu creato subiectiue qđ nō possit consimiliter intelligi ab alio ītellectu sepato sicut ab illo in q̄ existit subiectiue. Licet enim intellectus vnus non possit vti specie in alio existente modo quo ipse ea vtitur videlicet vt signo quo mediante tendit in obiectum per eam representatū: nec etiam habitu vt eo mediante eliciat actum promptius sicut facit habituatus: vtrūqꝫ tm̄ istoꝝ videlicet tam speciem q̄ habitū q̄ oē aliud p̄ter actus p̄dictos existēs in intellectu subiectiue potest habere sicut τ ille in quo existit actualiter vt obiectuꝫ. quare ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idem. si obiectum actus intelligendi hominem in communi est aliqđ per actum intelligendi ibi formatum habens esse tantummodo obiectiuū/ quero per quem intelligendi actū formatur ens huiusmodi obiectiuū. aut eīn formatur per ip̄m met actū

caluo est obiectum: aut p aliud puta per actū intelligen di aliquem hominem singularem. sed nō potest poni pri mum: q per nullū intelligendi actū formaƚ nec ɔstituiƚ i aliq̄ esse ab eo distinctū suū obiectū. nec eīm creatura a deo ab eterno intellecta ꝛ volita habuit aliq̄d eē ab ei⁹ actu diuino fuit obiectū eternum distinctū. nec pōt etiam poni secundum. qm̄ si per aliquem intelligendi actum formaƚ aliq̄d tale obiectū intelligibile vt signū seu idolum rep̄sentatiuum alicui⁹/ nō nisi illud q̄d fuit obiectū p actum hm̄ōi intellectū: ergo per actum intelligendi sortem vel quemcūq; aliū hoīem singularem nō pōt formari aliq̄d obiectum rep̄sentatiuum oīm hoīm. nō eīm aliq̄d p actū intelligendi formatū pōt magis esse rep̄sentatiuum plu riū obiectoꝝ q̄ ipse actus ei⁹ formatus: sed act⁹ itelligē di sortē vl̄ quēcūq; aliū hoiēz singularē tm̄ nō pōt eē oīm hoīm. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmaƚ. q null⁹ act⁹ itelligēdi magis q̄ volēdi vel sentiēdi est productiu⁹ seu formatiuus alicui⁹ ab ipso distincti non existentis in eius subiecto. producitur enim actione immanente: quia nec ipse nec aliquid per eum producitur extra eius subiectum ipsius principium productiuum: sed ens huiusmodi obiectiuum non poniƚ i eo esse/ cum nullū ponaƚ habere esse alicubi subiectiuū. ergo ꝛc. ¶ Secundum/ vez q esto q poneret tale obie ctum p̄dictum formatū non posset dici verbū/ de quo hic est sermo/ p̄batur. quoniam hic nō loq̄mur nisi tm̄ de ver bo mentis interiori/ de quo dicit August. 9. de trini. cap. 8. Sic veracē notitiam tanq̄ verbum apud nos habem⁹ ꝛ dicēdo itei⁹ gignim⁹ nec a nobis nascendo discedit. sz scd̄m opinantez p̄dictū obiectū illud q̄d ponit forma tū per intelligēdi actū nō est interi⁹ in mēte intelligētis. cū eīm vt dicit nullū alicubi eē habeat subiectiuū nō ma gis est in intellectu ip̄m formāte q̄ in alio. ergo ꝛc. ¶ Cō firmatur: q illa q̄d est in intellectu habēs esse subiectiuū ꝛ cuz hoc est rei intelligibilis rep̄sentatiuū signū/ magis videƚ posse dici verbū mētis q̄ illō q̄d lz sit rei signū: nul lū tm̄ hēt i mēte eē subiectiuū: sz spēs itelligibilis q̄ est i telligibilis rei signū existit in aīa vt accidēs i subiecto: nec tm̄ dr̄ verbū: g mīn⁹ pōt dici verbū tale obiectū forma tū nullū hn̄s esse i aīa subiectiuū. ¶ Preterea v̄bū pōt esse ꝛ frequēter ē i aīa nō itellectū. sufficit eīm q sit intel lectū ei⁹ obiectū. sz ens hm̄ōi q̄d poniƚ obiectiuū nō pōt manere vt ponit opinās nisi actualiter intellectū: nec tm̄ ꝓpter ip̄m intellectū pōt dici itelligi ei⁹ obiectū cui⁹ ip̄z vt ait opinās dicitur eē signū. Hoc p̄baƚ. qm̄ lz itellect⁹ intelligat ꝛ sensus sentiat obiectū p speciē rep̄sentantez ip̄m qm̄ vtiƚ specie nō vt obiecto tendēdo in ipsā p actuz sz vt medio tēdēdo in obiectū p eā: illō tm̄ qm̄ ipsā respicit vt obiectum intelligēdo eā ex hoc dr̄ intelligere ei⁹ obie ctū magis q̄ qui itelligit angelū dicaƚ itelligere asinū. ꝓ pter nullum eīm obiectū intellectū vel dilectū pōt dici in telligi nec diligi aliq̄d alterū obiectū ab eo essentialiƚ et totaliter distinctū. sed tale obiectū formatū q̄d intellect⁹ intelligit vt opinio ista ponit qm̄ itelligit aliq̄d cōe puta hoīem/ est distictū totaliƚ ab oī re singulari cui⁹ dr̄ esse si gnū etiā magis q̄ vnū singulariū ab alio distinguaƚ: g ꝓ pter tale obiectū formatū intellectū nullū singulariū per ip̄m significatū pōt denoīari existere intellectū magis i mo minus/ q̄ ꝓpter vnū singulare intellectū puta sortez plato dicaƚ intellectus: cū magis hō cōis hn̄s esse tm̄ ob iectiuū sit distinctus ab oīi homine singulari q̄ vn⁹ hō singularis ab alio. q̄re ꝛc. ¶ Confirmaƚ. quia per hoc q aīa intelligit vel diligit nullum ens habet aliquod esse obiectiuum nisi illud q̄d est talium actuum obiectū: q̄d videlicet est intellectum actualiter ꝛ dilectuz. sed res ha bens esse extra aīam subiectiuū potest esse taliū actuū obiectum. non potest autem actu esse obiectum nisi intel lectu actu intelligente: ergo non minus res extra aīam existens actualiter intellecta pōt dici verbum q̄ tale ob iectum formatum magis ab actu intelligendi distinctuz q̄ res habens esse subiectiuum distinguatur ab ipso. sed hoc est falsum. non enim res aliqua intellecta ab omni actu intelligendi distincta dicitur proprie esse verbum. er go ꝛc. ¶ Ad illud quod opinans predictus primo argu it quando dicit q intellectus potest intelligere hominez non intelligendo aliquem hominem singularem/ appa ret ex declaratis in distinctione tertia quomodo hoc sit i telligendum. Si enim intelligatur vt qui sic arguit intel ligit q conceptus quo intelligitur homo nullo singulari homine intellecto sit cōceptus alicui⁹ vnius obiecti dis tincti ab omni homine singulari: sic est falsuz: quia nec ali q̄d obiectū distinctū ab oīi homine singulari est magis homo q̄ asinus: nec per consequens actus aliquis intel ligendi aliquod tale obiectum distinctū ab omni hoīe singulari potest dici conceptus hoīs magis q̄ asini vel angeli si sit alterius obiecti ab eis. nō ergo est intelligen dum nullo singulari homine intellecto posse intelligi ho minem tanq̄ aliquod obiectū distinctū ab omni homine singulari: modo quo est verum dicere intellectum posse intelligere angelum vel lapidem nullo intellecto homi ne singulari: sed q potest haberi conceptus aliquis con fusus per quem lz apprehendantur omnes homines sin gulares: nullus tamen distincte magis q̄ alius percipitur sicut videns album ꝛ nigrum a remotis dicitur videre co lorem ꝛ non albedinem nec nigredinem: non q color qui dicitur visus sit res alia a nigredie ꝛ ab albedine: sed q per actum ipsum quia confusum ꝛ imperfectum sic albe do ꝛ nigredo videntur indistincte ꝛ imperfecte q per ta lem actum sensus non potest distinguere inter ipsa. sic si militer in proposito est dicendum: vt in precedētibus fuit plures declaratum. ¶ Et quando additur q illud obie ctum formatū est species ꝛ genus ꝛ oē aliud p̄dicabile: Dico q falsum est. nihil eīm distinctum ab oīi conceptu ꝛ voce significante est species neq; genus nec aliq̄d vlē cū omne vlē sit de pluribus predicabile ꝛ solus cōcept⁹ ꝛ vocalis terminus sit predicabilis vt dictum ꝛ p̄batuz est sepius in precedentibus. ¶ Ad illam auctoritatem Augustini apparet q male illa auctoritas ꝛ contra men tem August. exponitur. non eīm August. intendit nec ex auctoritate ista innuit q verbum dicatur obiectum cogi tatum q̄d quidem non potest esse nisi in mēte actu cogi tante: sed q rem aliquaz non possumus dicere hoc est ex primere alteri nisi cogitatā/ hoc est actu pre intellectam. ex hoc autem non sequitur q obiectum cogitatuz sit ver bū. Et esto q hoc intendat Augustinus: videlicet q illō obiectum cogitatum dicatur verbum quod precise est in mente actu cogitante: ex hoc non sequeretur q esset verbum hoc de quo tu arguis/ videlicet obiectum forma tum singularium rerum signum. quoniam huiusmodi ob iectum vt dicis/ non est in mente subiectiue sed tantum modo obiectiue. sed res extra animam existens non ali quod tale ens fictum est q̄d habet esse tantum in mente obiectiuum ꝛ non nisi in mēte actualiter cogitante: ergo magis hoc obiectum verum q̄ tale fictum deberet poni verbum si hoc q̄d ille qui sic arguit accipit esset verum. sed hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶ Preterea falsum etiam est aliud quod addit vltimo quando dicit q propositiones ꝛ conceptus sunt talia que non possunt esse nisi actuali ter cogitentur. quoniam nullus actus intelligendi rect⁹ simplex/ vel complexus qualis dicitur propositio forma ta in mente/ exigit actum reflexum: sed nullus concept⁹ intellectus creati rectus intelligitur nisi p aliū actum videlicet per reflexum: ergo potest esse in mente cōcept⁹ simplex rectus ꝛ complex⁹ videlicet propositio ip̄a abs q; hoc q actualiter intelligantur. ¶ Confirmatur. quia

per nullũ actũ intelligendi simplicẽ vel cõplexum põt intelligi nisi eius obiectũ. sed nullus actus intelligẽdi alicuius intellectus creati põt esse obiectũ suiipsi⁹ sed alterius actus ab ipso realiter distincti. ergo licet nec ꝓpositio nec aliq̃ alia simplex notitia possit esse in mẽte per quã eius obiectum nõ intelligat: põt tamẽ esse absq; hoc ꝙ ipsa itelligat. quare ⁊c. ¶ Preterea ꝓpositio omnis in mente formata nullũ esse habet subiectiuũ. est eñ in mẽte sicut accidẽs in subiecto. ꝯstat eñ ex duob⁹ actibus intelligẽdi simplicib⁹: quorũ vnus dicit subiectũ ⁊ alius p̃dicatũ/ vt in p̃cedẽtib⁹ fuit sepius declaratũ. ergo falsũ est qȯ iste supponit hic/ vez ꝓpositionem ⁊ cõceptũ aliquẽ habere esse in mẽte tantũmȯ obiectiuũ; non aliquod subiectiuũ. ¶ Cõfirmat. q: omẽ accñs realiter existens exigit subiectũ in quo actualiter est exñs. sed ois ꝯceptus vt ab obiecto ꝯcepto distinctus siue sit simplex siue cõplexus vt ꝓpositio ipa formata/ est accidẽs realiter ⁊ de gñe qualitatis. ergo tã ꝓpositio in mẽte formata q̃ etiã ꝓpositio ore ꝓlata habet esse aliqȯ subiectiuum. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi ad quesitum

aliter est dicendũ: est sciendũ ꝙ verbũ vt potest haberi ex dictis Aug. in diuersis libris de trinitate multipliciter potest sumi: ⁊ hoc loquẽdo de verbo intus in mẽte formato: de quo solũmodo hic est sermo. quõcunq; autẽ verbũ ab Aug. acceptũ semꝑ verbũ est signũ. licet eñ nõ omẽ signũ sit verbũ: ecõuerso tñ omẽ verbũ est signũ existẽs in anima. Existũt aũt in anima aliqua subiectiue vt actus tam cognitiui q̃ iudicatiui q̃ appetitiui et habitus ac spẽs: alia obiectiue tantũ/ vt ois res extra animã ab ipsa anima intellecta. omne eñ obiectum cognitum dicit esse obiectiue in cognoscẽte mediãte actu cuius est obiectũ. Act⁹ aũt cognitiuus est multiplex/ videlicet sentiendi/ ⁊ intelligendi/ simplex/ ⁊ ꝯplexus/ rectus/ ⁊ reflexus.

Hoc p̃misso pono quatuor cõclusiões

¶ Prima est. ꝙ nihil est verbũ qȯ habet esse in intellectu ĩ tũmȯ obiectiuũ. ¶ Hec ꝓbat. qm̃ vt supius est arguтũ/ verbũ de quo est hic sermo est interius realr̃/ vez in mente intelligẽtis: sed qȯ habet esse in ipso tantũ obiectiue nõ subiectiue vt accidẽs in subiecto/ nõ est in eo realiter: sed tantũ intentionaliter. nec eñ lapis intellectus est in intelligẽte realius q̃ alius nõ intellectus: q: lapis intellectus solũ dicit esse in intelligẽte denominatiue: denoĩatiõe sumpta ab actu existẽte in ipõ itelligente a quo aũt huiusmodi a lapide eius obiecto non minus q̃ ab alio qui nõ est eius obiectũ/ realr̃ est distictus: nec per ꝯñs propter ipsum lapis eius obiectũ est in intellectu realius q̃ alius lapis qui nõ est eius obiectuz. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmat. q: omẽ verbũ est signũ: sʒ nullũ ens habẽs in intellectu esse tñ obiectiuũ nõ aliqȯ subiectiuũ; est intẽtionale seu mẽtale signũ sed poti⁹ significatũ. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. qm̃ aut hmõi ens esse in ĩtellectu obiectiuũ habẽs est extra aĩam subiectiue: aut nullũ habet esse alicubi subiectiuũ: sed tm̃ in aĩa obiectiuũ. sed secũdũ nõ põt poni: q: tale ens vt ꝓbatũ est impossibile est. ergo relinquit primũ. sed res extra ĩtellecta nõ est signum intellectuale sed significatũ cũ sit obiectum intellectũ ꝑ ipsi⁹ intellectus ꝯceptũ. ergo ⁊c. ¶ Preterea ad idẽ arguit ꝑ Aug. qm̃ ipe Aug. a quo p̃ncipaliter est habitũ ĩ creaturis hoc vnũ/ nũq̃ vocat ṽbũ obiectũ intellectũ. nec eñ lapis vocat verbũ: nec aliqȯ obiectũ aliud intellectũ ab oĩ actu intellectus distinctũ. qua ratiõe eñ vnũ taliũ diceret ṽbũ/ eadẽ qȯlibet alioꝝ. quare ⁊c. ¶ Cõfirmat. q: nõ min⁹ verbũ intellectuale q̃ vocale distinguit a suo significato obiecto. sed sic distinguitur verbũ vocale a suo significato: ⁊ sic verbũ vocale dr̃ de voce significatiua ꝙ nõ dicit de aliqua alia re significata ꝑ ipsaz. ergo ⁊c. ¶ Secũda ꝯclusio est. ꝙ nihil etiã vocat verbũ qȯ est in aĩa subiectiue ⁊ est distinctũ ab oĩ actu cognitiuo iudicatiuo ⁊ intellectiuo. ¶ Hec apparet. nec eñ aliq̃s actus appetitiuus vt amor vel odium nec aliq̃s habitus appetitiu⁹ vel cognitiuus/ nec act⁹ etiã sensitiuus nec spẽs aliqua dicit esse verbũ. nec Augusti. eñ in lib. de tri. in quo specialr̃ loquit ⁊ dicit multa de verbo: nec aliq̃s alioꝝ doctorũ hoc vocabulo vtentiũ vocat verbũ aliq̃d p̃dictoꝝ: nec qȯcũq; alterũ in aĩa ponat qȯ ab omĩ actu intellectus taz cognitiuo q̃ iudicatiuo realiter distinguat. ¶ Tertia ꝯclusio est. ꝙ verbũ ab Aug. vocat ois actus intellectiuus tam simplex q̃ cõplexus appꝛehẽsiuus q̃ etiã iudicatiuus. ¶ Hec apparet. vocat eñ August. verbũ omnẽ intellectiuum actũ vlr̃. decimoq̃nto de tri. cap. xi. vbi sic dicit: Si verba nõ sonãt ĩ corde tuo q̃d vtiq; cogitas: quasi dicat nihil: q: nullus põt aliquid mẽtaliter cogitare nisi existẽte in eius mẽte aliqua cogitatione. ois aũt cogitatio ĩtellectualis siue incõplexa siue cõplexa dicit esse verbum alias posset aliq̃s aliq̃d cogitare ṽbo nõ existẽte ĩ ipo quod non est verum/ magis q̃ econuerso secundum Augustinũ: vt vez aliquid cogitetur verbo nõ existẽte ĩ ipso intellectu alibi. Secũdo Aug. vocat verbũ nõ vlr̃ oẽm intellectiuũ actũ/ sed p̃cise actũ cõplexũ ꝑ quẽ alicui assentit vel dissentitur/ vt apparet decimoq̃nto de trinit. c. xvi. vbi sic dicit: Verbũ vero nõ est nisi qȯ de re que scitur gignit. falsum est isto mȯ verbũ nostrũ: nõ est cũ fallimur. cũ aũt dubitamus nondũ est verbũ de re de qua dubitam⁹. hic cõstat ꝙ August. vocat verbũ nõ vlr̃ omnez intelligendi actũ sed tantũ illũ ꝑ quẽ alicui assentit vel dissentit: q: ⁊ act⁹ talis vez assẽtiẽdi vl̃ dissentiẽdi seu iudicãdi sequit post actũ intelligendi complexũ: ⁊ ideo dicitur generari de re scita: hoc est preintellecta. non eñ potest haberi actus assentiendi vl̃ dissentiendi nec iudicandi nisi presupposito actu intelligendi. nec enim potest aliq̃s iudicare: ergo tur nec ipsi assentire nec etiã dissentire. hmõi autez actus assentiendi vel dissentiendi et iudicandi/ vt ostensum est alibi/ est distinctus ab omni actu intelligendi. ergo ⁊ ce. ¶ Consimili modo videtur accipere verbum decimoq̃nto de trini. cap. xi. vbi sic dicit: Necesse est cum verbum loquimur. i. qȯ scimus loq̃mur ꝙ ex ipsa scientia quã memoria tenemus nascat verbũ. ⁊ subdit. Formata q̃ppe cogitatio ab ea re quaz scimus verbuz est quod in corde tenemus: quod nec grecum est nec latinuz nec lingue alicuius alterius. Alibi etiam accipit verbum pro notitia cum amore producta vt nono de trinitate cap. octauo: vbi dicit ꝙ verbũ amore concipitur. ¶ Sic igitur ex predictis ⁊ alijs multis in diuersis libris Augustini contentis/ patet ꝙ Augustinus aliquando vocat verbum ⁊ sic potest vocari vniuersaliter omnis actus intellectus siue sit actus intelligendi simplex vel complexus/ vt propositio in mente formata: siue sit actus assentiendi vl̃ dissentiendi vel iudicandi sequens actum intelligendi complexuz. ¶ Sʒ est hic dubium an actus intelligendi dicatur verbum precise vt ab intellectu creato productus: an vt absolute et quomodocunq; in esse positus et acceptus. ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ vnus ⁊ idem numero actus totaliter tam essentialiter q̃ accidentaliter inuariatus nullo sibi addito nec amoto potest produci immediate et totaliter a prima causa/ secunda puta memoria creata ad ipsum nullatenus coagente: ⁊ ab ipsa causa secunda videlicet a memoria creata insimul ⁊ a prima. non enim ꝑ hoc ꝙ effect⁹ aliq̃s cause scḋe possibilis ab ipã cã scḋa

ꝓducitur aliquid positiuū est in ipō qđ nō possit esse in eo vt a pma causa tm̄ producto: cū pma causa possit per se agere ad oē positiuū producibile a secūda causa absq; ipsa secunda causa ad ipsum agente / vt alias in secundo prolixius ostendetur: cum hoc tamen stat ꝙ licet effectus vt a pma causa tantum vel vt ab ipsa pma ⁊ a secunda insimul productus sit idem ⁊ totalit̄ inuariatus / potest vocari vno nomine vt a secūda causa ⁊ alio vt a pma causaliter est productus: sicut si a pma causa maxime si sine passo psupposito est productꝰ dicitur creatus non generatus: econuerso autem si a secunda causa actus intelligēdi est productus dicitur generatus: nec tamen generatus est accidētaliter nec substantialr̄ seu essentialit̄ alius q̄ creatus. ⁊ ita ad propositum: cum noīa sint ad placitū imposita: hoc qđ dico verbum potest dici vel de actu intelligendi intellectus creati a quocūq; in esse positi vel de ipso vt tm̄ a memoria creata producto. ⁊ vt sic positus in esse actus intelligēdi vocatur ab Aug. ⁊ ab alijs doctoribꝰ cōiter v̄buz sicut enim in diuinis persona producta modo nature dicitur verbū: ita ⁊ in creaturis actus intelligendi nō qūocūq; in esse positꝰ: sꝫ mō nature ꝓductꝰ vocat̄ a doctoribus verbū. ¶ Ex p̄dictis apparet falsum esse dictū quorūdā ponētiū ꝙ actus intelligēdi a solo deo creatus nō est verbū: quia caret dictione passiua sine qua actus intellectiuus nō dicit̄ esse verbū. hoc em̄ falsum est intelligendo vt ipsi intelligūt per dictionem passiuam formā aliquā positiuam actui inexistentē: ⁊ ab eo realit̄ differentem. nec enim passiua nec actiua dictio est aliquа talis forma: ⁊ esto ꝙ esset posset vtiq; actus intellectiuus simul cum ipsa fieri a prima causa sine creata memoria coagente. ergo actus intellectiuus a deo productus nō ideo nō dicitur verbum quia caret aliquo qđ habet qñ a memoria creata est dictꝰ: sed solū q: hoc nomē verbū nō est īpositū ad significandū talē actū vꝫ intellectuū nisi vt a mēoria creata modo nature ꝓductū. ⁊ ideo non dicit̄ de ipō vt a supnaturali agēte libere ꝓducto: sicut nec hoc vocabulū creatū dicit̄ de aliquo effectu ab aliqua causa secunda sed tantū a prima ꝓducto: licet vnꝰ ⁊ idē effectus secūde cause possit esse pme. eūdē em̄ calorē numero ꝓductum ab igne potuit ꝓducere deus: a quo productꝰ sine subiecto p̄supposito dicitur creatus non autem vt ab ipso igne causatus: cum tm̄ scđm se sit totaliter inuariatus. ⁊ ita in proposito de verbo cōsimiliter est dicendū. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est. ꝙ etiā amor factus dicit̄ spiratus ille solus qui est a voluntate creata productus: non autē ille qui est a deo creatus: nec tamen amor a deo vel a volūtate creata ꝓductus est essentialr̄ nec accidētaliter variatus. ¶ Hec apparet ex p̄cedentibus. qm̄ sicut doctores vocant verbum actū intelligendi: qđ etiā vocāt dictū: nō vt a quacunq; causa sed tantum vt a memoria ꝓductum: a qua tamen producitur productione seu dictione actiua nec passiua mediāte ab ipso actu ⁊ a memoria differēte: ita ⁊ de amore consimiliter ꝓp̄a est dicendū. q̄re ⁊c. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio dicendū est ꝙ August. nō intendit dicere ꝙ omne verbū vocale significet verbum intellectuale loquentis: accipiendo ꝓprie significare prout est signi respectu signati: sed pro quāto verbū vocale ⁊ mentale sunt eiusdem signati duo signa ordinata: quorum pmū est verbū intellectuale ⁊ secūdum vocale. ⁊ ideo q: vocale exigit ⁊ supponit mentale seu intellectuale: licet non vt suū significatum: sed vt p̄uium signum quo mediante vocale verbum imponitur ad significandum illud idē qđ per ipsum intellectuale verbum est significatum: propter hoc tantum dicitur eius signum.

Secundo quero de verbo increato:

Utrū solus dei filius sit verbū increatuꝫ. ¶ Et videt̄ ꝙ sic. quia in diuinis est vnicum verbū tantū. sed dei filius dicit̄ verbū. iuxta illud Joan. pmo. Verbū caro factū est. ergo nulla alia ꝑsona diuina dicit̄ esse verbū. ¶ Cōtra. q: omnis intellectualis notitia dicit̄ esse verbū: sed omnis persona diuina non magis vna q̄ alia est sapiētia seu intellectualis notitia increata. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓcedam. Primo em̄ inquirā an solus dei filꝰ sit suppositū genitū increatū. Secūdo dicā ad quesitū: vꝫ an sit verbum.

Quantum ad primum est opinio cuiusdā

dā dicentis ꝙ in diuinis nihil absolutū est genitū. Qđ probat. qm̄ secundū beatū Augustinū pmo de trinit. semꝑ est realis distinctio inter generās ⁊ genitū. sed nihil absolutū in deo distinguit̄ realiter ab aliquo qđ sit ī ipso. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc infert secūdo: ꝙ genitū suppositū diuinū est persona relatiua: hoc aūt nō pōt vt dicit ratione ꝓbari: sed habet sola fide teneri. ¶ Sed hic modus dicendi dupliciter deficit. Primo. quia nō magis ostēdit dei filium esse genitum q̄ spiritū sanctū. non em̄ magis filius dei est ꝑsona relatiua q̄ spiritus sanctus. ergo quia ꝑsona relatiua / nō sequit̄ ꝙ sit gn̄atꝰ magis q̄ spiritus sanctus: quem constat non esse genitum sed spiratū. ¶ Secundo. q: videtur ista opinio ponere in diuinis diuersitatē aliquā in re extra inter absolutū ⁊ relatiuū in diuinis: cum tamē talis diuersitas sit omnino impossibilis vt sepe in precedētibus est probatū. ¶ Assumptuꝫ apparet. quoniā illud absolutū qđ ponit esse ī genitū a relatiuo qđ dicit esse genitū innuit sicut ⁊ alibi expresse ponit esse distinctū in re extra. hoc aūt est īpossibile. ergo ⁊c. ¶ Nec valet ratio ꝑ quam arguit. quoniam quādo dicit ꝙ nihil in diuinis absolutum est genitū aut ꝑ absolutū intelligit vnū ens tantū ad nullum alterū a se distinctū realiter cōparatum: ⁊ sic cōcedo ꝙ nec in diuinis nec in creaturis generatur nec ꝓducitur aliquod absolutum: cum nihil possit ꝓducere realit̄ semet ipsum. aut ꝑ absolutum intelligit quodcūq; vnicuꝫ ens relatum seu cōparatū ad alterum ꝑ seipsum non aliquo mediante ab vtroq; eoꝝ differēte. ⁊ sic est falsuꝫ. hoc em̄ modo oē ꝓductū tā increatū q̄ creatū est absolutū: licet ad ꝓducens ipsum realit̄ sit relatū. non em̄ vt in precedētibꝰ est probatū: ꝓducit̄ ab eo mediante ꝓductiōe tāq̄ aliquo a ꝓducente ⁊ a ꝓducto distincto: sed sicut ē ab ipso immediate productū: ita est ad ipsum immediate relatū: cū nec ꝓductū ad ꝓducēs eē relatū sit aliud q̄ ipm̄ ab eo esse ꝓductū. ¶ Et qñ addit̄ ī minore ꝙ nihil absolutū distinguit̄ ab aliq̄ qđ sit in ipō: cōcedo accipiēdo absolutū pmo mō: vꝫ ꝓ aliq̄ vno tm̄ a quo nullū alterū est ꝓductū: mō quo essētia dicit̄ absoluta: nō aūt accipiendo absolutū scđo mō: vꝫ ꝓ ente ꝑ se vno ꝑ se relato ad alterū ꝓducēs ipm̄: mō quo oīs ꝑsona diuina ꝓducta ē ad ꝓducentem relata. ¶ Et iđ qñ infert scđo p̄dicta opinio ꝙ suppositū diuinū genitū est ꝑsona r̄latiua: si ꝑ ꝑsonā relatiuā ītelligas rē aliquā distinctā ab essentia absoluta q̄ nec ē generās nec genita: sic ē falsū. si aūt ꝑ ꝑsonā relatiuā ītelligas rē ab eē̄ntia absoluta īdistictā ⁊ tm̄ a ꝓducēte realr̄ distinctā ⁊ ad eā relatā nō mediante aliq̄ ab vtroq; distincto: sic ꝯcedo: sꝫ ex hoc nō sequit̄ qđ opinio ista p̄dicta ītēdit: vꝫ ꝙ ꝑsona diuina ꝓducta sit relatiua aliq̄ mediāte ab ipā ⁊ ab alia ꝓducēte distincto. ¶ Et iđ quantū ad istū articulū alit̄ est dicēdū. Ad cuiꝰ euidētiā est sciendū ꝙ genitū dupliciē potest sumi. Uno modo large ꝓ omī substātia ꝓducta ab alia. ⁊ alio modo stricte tantum pro substantia producta modo

nature siue primo modo siue secundo accipiatur genitũ dupliciter põt itelligi substãtiã creatã vel ꝑsonã increatam esse genitã. Uno modo ꝙ sit genita gñatione mediante ab vtraqꝫ substantia vꝫ tam a generante ꝙ̃ a genita differente. Alio modo: ꝙ sit genita absqꝫ tali generatione aliqua mediante.

Hoc ꝑmisso pono quatuor cõclusiões

¶ Prima est. ꝙ accipiẽdo genitũ primo mõ / filius dei est genitus. ¶ Hec apparet. quia omnis substantia producta ab alia dicitur genita isto modo. sed constat dei filium esse substantiam increatam productam a substãtia increata: videlicet a patre vt tenemus ex fide. ergo ⁊c. ¶ Secunda est. ꝙ nõ solus dei filius est genitus accipiendo genitũ dictõ modo. ¶ Hec apparet. q̃m nõ min⁹ spiritus sanctus ꝙ̃ filius est substãtia increata ꝓducta a substãtia increata. sed oẽ tale ꝓductũ dicit̃ genituꝫ isto modo. ergo ⁊c. ¶ Tertia est. ꝙ accipiendo genituꝫ secũdo modo vꝫ ꝓ substãtia modo nature ꝓducta / sola filij ꝑsona est genita nec aliqua alia ĩ diuinis. ¶ Hec apparet. q̃m licet idẽ sit ꝑncipiũ generatiuũ verbi ⁊ spiratiuũ spiritus sancti: vꝫ ipsa diuina essentia: tamen ipse dei filius solus procedit a patre modo nature: spirit⁹ autem sanctus ꝓcedit ab vtroqꝫ ꝑ modũ volũtatis: vt ostẽsum fuit supius in dist. nona. sed genitũ hic vocat̃ qd̾ est ꝓductũ ab alio isto modo vꝫ ꝑ modũ nature: nõ aũt qd̾ est ꝓductũ ꝑ modũ volũtatis. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmat̃ per illud symboli. Filius a patre solo est nõ factus nec creatus sꝫ genit⁹: spiritus aũt sanct⁹ a patre ⁊ a filio non factus nec creatus nec genitus sed ꝓcedẽs. Quomõ aũt sit intelligendũ filiũ ꝓduci ꝑ modũ nature ⁊ spiritũ sanctum ꝑ modũ volũtatis / apparet ex dictis in ꝑcedentibus vbi supra vꝫ in dist. nona: ⁊ alibi sepe. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est. ꝙ dei filius est a patre genit⁹ non mediante aliqua gñatione distincta ab ipõ ⁊ a patre generãte: sicut ⁊ ꝯsilr̃ spiritus sanctus est spiratus a filio ⁊ a patre vꝫ absqꝫ aliqua spiratione mediãte a ꝑsonis distincta. ¶ Hec apparet ex sepe dictis in ꝑcedẽtib⁹. vt enim frequẽter superius est arguitũ / si diuina productio ad intra esset in re extra distincta a ꝑsona producente ⁊ a ꝑsona ꝓducta / essent in diuinis plura distincta ĩ re extra ꝙ̃ tria. hoc aũt est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Assumptũ apparet. quia cõstat ibi esse tres personas. ⁊ ita si earuꝫ ꝓductiões puta actiua ⁊ passiua generatio ⁊ spiratio sunt distincte ab eis oĩbus in re extra / erunt ibi sex distĩcta: vꝫ tres ꝑsone ⁊ tres ꝓductiones: quaruꝫ due sunt passiua gñatio ⁊ passiua spiratio ⁊ vna actiua vꝫ generatio ipsa ⁊ essentia: quam similiter ponunt isti predicta concedentes esse distincta / distingui ab eis omnib⁹ in re extra. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia non minus productum potest attingi a producente passiue sine productione mediante passiua ꝙ̃ producens attingat ipsum actiue sine aliqua mediante productione actiua ab ipõ ⁊ a producto distincta. ¶ Hoc conceditur ab omnib⁹ ponentibus huiusmodi productiones distinctas a ꝓducẽtibus ⁊ productis tam in creaturis ꝙ̃ etiam in diuinis. oẽs eñ ponunt in producẽte productionem actiuam sicut ⁊ in producto ab ipso productionem passiuaꝫ. sed pater ⁊ filius spirant actiue spiritum sanctuꝫ absqꝫ aliqua spiratione actiua distincta ab eis ⁊ ab ipso spirato sancto spiritu in re extra. ergo nec in spiritu sancto oportet ponere spirationem passiuam tanꝙ̃ aliquid ab eo in re extra distinctum: nec per consequens generationeꝫ passiuam in filio nec actiuam in patre. non enim est magis necessaria aliqua actiua productio nec passiua media ad producendum filium ꝙ̃ ad producendum spiritũ sanctum. ¶ Minor vꝫ ꝙ actiua spiratio nõ sit aliquid distinctum a personis spirantibus ⁊ a persona spirata / cõceditur etiã ab illis qui generationẽ actiuã ⁊ passiuam ac spirationem passiuam ponũt esse distincta existere a personis. non enim ponunt nisi tres relationes originis cõstitutiuas trium ꝑsonarũ: sed si ponerẽt spirationem actiuam esse distinctã sicut gñationẽ actiuã ⁊ passiuam ac spirationẽ passiuã: haberẽt ponere res quatuor realr̃ differentes. ergo ⁊c. ¶ Sed forte dicetur ꝙ nõ est simile de spiratione actiua ⁊ de alijs ꝓductionib⁹ diuinis: vꝫ de gñatione actiua ⁊ passiua ac spiratione passiua: pro quanto q̃libet harũ est cõstitutiua alicuius ꝑsone / vt generatio actiua patris / passiua filij / ⁊ spiratio passiua spiritus sancti. spiratio autẽ actiua non est alicuius ꝑsone cõstitutiua: nec ꝑ ꝯñs oportet ipsam ponere sic in patre ⁊ in filio spirantib⁹: sicut generatio actiua ponit̃ ĩ patre passiua in filio ⁊ spiratio passiua in spiritu sctõ. ¶ Sed sic dicentes duplr̃ deficiunt. Primo q: rationem nõ soluunt. Secũdo quia dubiũ accipiũt. ¶ Primũ apparet quoniam esto ꝙ sane intelligẽda tres ꝓductiones ꝑdicte sint triũ ꝑsonaꝝ constitutiue: non aũt quarta que est spiratio actiua: ex hoc nõ habet̃ ꝙ minus spiratio actiua distinguat̃ a suppositis spirantibus nõ ꝯstitutis per ipsam ꝙ̃ ꝑsone distinguant̃ ab illis trib⁹ alijs ꝓductionibus ex quibus cõstituunt̃. nõ enim qd̾ aduenit cuicumqꝫ cõstituto vel cõposito min⁹ distinguit̃ ab eo ꝙ̃ illud qd̾ est eius constitutiuũ ipsiqꝫ intrinsecuꝫ: immo magis cum illud eius vꝫ nõ cõstitutiuum sed iam ꝯstituto adueniẽs sit ꝯstituto extrinsecũ: constitutiuuꝫ aũt eius sit ipsi intrinsecum. sed spiratio actiua aduenit suppositis spirantibus cõstitutis: generatio autẽ actiua ⁊ passiua ⁊ spiratio passiua ꝯstituunt personas. ergo si actiua generatio ⁊ passiua distiguunt̃ ab ipsis ꝑsonis in re extra: multo magis ipsa spiratio actiua: ⁊ ecõuerso si spiratio actiua est a suppositis spirãtib⁹ indistincta totaliter in re extra / ⁊ actiua gñatio ⁊ passiua. ¶ Cõfirmat̃. q: nõ minus realiter pater ⁊ filius spirãt ꝙ̃ pater generet filius generetur ⁊ spiritus sanctus spiret̃. ergo non plus oportet ponere patrem generare nec filiũ generari mediante generatione ab eis distĩcta: nec spiritũ sanctum spirari mediante spiratione passiua: ꝙ̃ patrem ⁊ filium spirare mediante spiratione actiua ab eis distincta. quare ⁊ cetera. ¶ Secundum videlicet ꝙ accipiant dubium / apparet quoniam quando dicũt patrem constitui generatione actiua / filium passiua / ⁊ spiritum sanctum spiratiõe passiua / nõ autem aliquam personam constitui spiratione actiua: aut intelligũt tres personas constitui dictis tribus productionibus tanꝙ̃ aliquibus distinctis ab eis omnibus in re extra: aut non sic: sed vocãt patrẽ constitui generatione actiua ipsum generare: ⁊ filiũ cõstitui generatione passiua ipsum generari: ⁊ spiritum esse spiratione passiua cõstitutuꝫ ipsum esse spiratum. Si ponãt primum / intelligunt ⁊ accipiunt falsum vt sepe in precedentibus est probatuꝫ. nulla enim diuina persona est ex aliquibus diuersis inter se nec ab ipsa persona realiter cõstituta: cum sit simplicissima. Si autem ponant secũdum / apparet ꝙ accipiunt dubium. quando dicunt ꝙ persone spirantes non constituuntur per spirationem actiuam: cum vt dictum est eque realiter pater ⁊ filius spirent sicut pater generat filius generatur et spiritus sanctus spiratur. quare ⁊ cetera. ¶ Confirmatur quia per istam / pater constituitur generatione actiua non videtur aliud posse intelligi nisi ꝙ pater est generatio ipsa actiua. ergo si pater non constituitur spiratione actiua: et accipiatur vniformiter constitui vtrobiqꝫ: maior diuersitas in re extra ponit̃ inter pr̃em ⁊ spirationẽ actiuã ꝙ̃ inter ipꝫ ⁊ gñationẽ actiuã. sꝫ tal' diuersitas est impossibilis. ꝓbatũ eñ est supra ĩ dist. 12. ⁊ 13. ꝙ

actiua spiratio ē a pr̄e ⁊ a filio siue ab actiua ḡratiōe ⁊ a passiua totaliter indistincta. ꝗ ⁊c. ¶ Hec de prima.

Quantum ad secundum vbi est respō-

dendū ad questitū: aliqui dicunt ꝙ filius dei solus in diuinis dicit̄ verbū: qꝛ verbū importat ꝯstitutū ex aliquo absoluto ⁊ ex dictione passiua: sed filius dei est tale suppositū ex dictione passiua ⁊ ex absoluta essentia cōstitutū: nullū aūt suppositū diuinū alterū est sic cōstitutū. ergo ⁊c. ¶ Sed sic dicēta deficiūt: qꝛ falsum innuūt ⁊ supponūt / vꝫ filiū dei esse ex essentia ⁊ ex dictione passiua tanq̄ ex aliquib⁹ distinctis in re extra quātūcūq̄ modicū cōstitutū. hoc eīm est impossibile: qꝛ nec essentia est in re extra distincta a ꝑsona nec a ꝓprietate aliqua relatiua vt sepe in p̄cedētibus est ostēsum: nullū etiā verbum creatū est ex talib⁹ cōstitutū: cum eius ꝓductio passiua seu dictio nō sit aliq̄d distinctū ab eo ⁊ a memoria ꝓducente / vt dictū est in alia questiōe. ⁊ ita hoc qđ p̄dicti accipiūt est falsum tam in diuinis q̄ etiam in creatis. quare ⁊c. ¶ Alij dicūt aliter. vꝫ ꝙ filius dei dicit̄ verbū qꝛ est notitia seu sapientia actualis: verbū autē importat talē notitiā taꝫ creatā q̄ etiā increatā. quare ⁊c. ¶ Sꝫ nec hoc sufficit. qm̄ licet filius dei dicat̄ sapiētia seu notitia actualis appropriate nō tamē ꝓprie magis q̄ pater vel spiritus sanctus. oēs eīm ꝑsone sunt vna sapiētia sicut ⁊ vna essentia. ꝗ si verbū importat notitiam actualem tm̄: non magis ꝓprie dicit̄ de filio dei q̄ de patre et de spiritu sancto. hoc aūt est falsum. ergo ⁊c. ¶ Et ideo aliter est dicendū. Ad cuius euidentiā est sciēdū: ꝙ verbū ꝓprie sumptū dicit̄ de quocūq̄ a memoria p̄mo producto. Dico aūt primo ꝓpter habitū a memoria creata mediātib⁹ actib⁹ ⁊ ideo nō primo ꝓductū. qui q̄dem habit⁹ nō dicit̄ verbū: sed tātū intellectiuus actus. nec aliud ab actu intellectiuo est verbum creatū: qꝛ nec aliud ab ipso ꝓducit̄ a memoria primo. oīne igitur ꝓductū siue increatum siue creatum qđ inquantū tale exigit suū principium sui primo productiuum esse memoriam / dicitur esse verbum. ⁊ hinc est ꝙ actus intelligēdi intellectus creati non dicitur esse verbum vt absolute sumpt⁹ sed tantū vt naturaliter ē productus. qm̄ vt naturalit̄ est productus exigit memoriā pro suo principio productiuo: cum a nullo alio q̄ a memoria concurrente possit taliter vꝫ naturaliter esse productus. supnaturaliter autem potest: quia licet per illud idem per qđ deus agit ad intra agat ad extra: tamen effectus eius non sic req̄rit illud esse memoriam sicut dei filius generatus.

Hoc p̄misso pono quatuor cōclusiōes

¶ Prima est. ꝙ secūda persona diuina que sola est genita requirit ꝙ eius generatiuum principiū qđ est essentia sit mēoria intellectiua: ita ꝙ essentia diuina inquātū talis memoria est generatiua. ¶ Hec apparet. quoniaꝫ scđa ꝑsona est intellectuale suppositū mō nature productū scđꝫ doctrinā sanctorū: sed oīne tale ⁊ taliter productū requirit memoriā ꝑ ꝑse suo p̄ncipio ꝓductiuo. ꝗ ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ sicut spiritus sanctus dicitur ꝓduci per modum voluntatis: qꝛ exigit volūtatē vt suuꝫ principium productiuum: ita ⁊ filius per modū intellectus: qꝛ vꝫ requirit intellectū esse suuꝫ principiū ꝓductiuū. non tamen sic intelligendo vt aliqui male intelligūt / ꝙ intellectus seu memoria ⁊ voluntas sint aliqua duo distincta: quorum vnum sit p̄ncipium verbi ⁊ alterū spiritus sancti. eadem eīm omnino essentia ⁊ indistincta totaliter in re extra est principium generandi verbū ⁊ spirādi spiritū sanctū: sane hoc intelligēdo vt ī p̄cedētibus fuit expositū. sed quia sic illa essentia vnica vt verbi generatiua est memoria intellectiua: hoc est talis res

qualis ꝑ memoriā importat̄: ꝙ si ꝑ īpossibile nō esset talis quale ꝫ importat volūtas adhuc esset generatiua v̄bi: nō autem si esset volūtas ⁊ nō memoria: sed tunc esset spiratiua spiritus sancti: hoc modo est intelligendū sicut ⁊ ꝓlixius in precedētib⁹ est expositū / memoriā esse principiū verbi ⁊ voluntatē spiritus sancti. ¶ Secūda cōclusio est. ꝙ secunda ꝑsona diuina dicit̄ ꝓprie verbuꝫ ⁊ filius. ¶ Hec apparet ⁊ sequit̄ ex p̄dictis. qm̄ tam fili⁹ q̄ verbū significat oē intellectuale suppositū ꝑ memoriā productū. oīne eīm intellectuale suppositū ab alio eiusdem rationis secū qualitercūq̄ ꝓductū dicit̄ ꝓprie ei⁹ filius. verbū aūt sic ab eo hoc modo vꝫ ꝑ memoriaꝫ modo p̄expositio est ꝓductum. sed secūda persona diuina ē intellectuale suppositū a patre essentialiter eodē secuꝫ productum: cuius principium ꝓductiuum est memoria vt dictū est in cōclusione alia. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ secūda ꝑsona eodē penitus dicit̄ verbū ⁊ filius nō alio ⁊ alio in re extra. ¶ Hec apparet. qm̄ nulla quātūcunq̄ diuersa signa vocalia vel mētalia significantia aliqđ vnū simplicissimū nullā pluralitatē includēs possunt dicta de illo supponere pro diuersis: sed penit⁹ pro eodē totaliter in re extra. sed secunda persona diuina sicut ⁊ quelibet alia est simplicissima non includēs in se aliqua in re extra diuersa. ergo ista duo nomina verbuꝫ ⁊ filius ipsam significantia non importāt aliqua distincta in ipsa existētia in re extra. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ esto ꝙ secūda ꝑsona esset vt dicūt alij ꝯstituta ex generatione passiua ⁊ ex essentia tanq̄ ex duobus in re extra distinctis tam inter se q̄ etiā ab ipsa persona / adhuc verbum ⁊ filius idem in ipsa penitus importarēt: vꝫ ꝑsonam ipsam ex talibus cōstitutā non aliquod tantum illorū ꝯstitutiuū nec etiā ambo simul: sꝫ tm̄mō cōstitutū. ergo ⁊c. ¶ Preterea secūda ꝑsona dicit̄ fili⁹ qꝛ est suppositū intellectuale generatū ab alio eiusdē rationis secum. verbū est: qꝛ est suppositū dictū: hoc est ꝑ memoriā productū. sed secūda ꝑsona nō est dicta aliquo alio q̄ ꝓducta. ergo ⁊c ¶ Cōfirmat̄. qꝛ sicut eadē res omnino dicitur color ⁊ albedo. nec eīm ista qualitas visibilis alio ē albedo ⁊ alio color: licet color dicat̄ de pluribus q̄ albedo. ita ⁊ in ꝓposito cōsimiliter est dicendū: vꝫ ꝙ licet filius in plus habeat se q̄ verbum vel saltem dicatur de aliquo de quo nō dicit̄ verbum: illud tamen de quo dicitur vtrunq̄ istorum nō alio ⁊ alio sed codeꝫ dicitur fili⁹ atq̄ verbum. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est ꝙ verbum ⁊ filius tam vt ad eorum significata oīa cōparantur q̄ etiā vt secundū se accipiuntur / nō idē sed diuersa esse dicunt̄. ¶ Hec apparet. qm̄ ꝯstat ꝙ filius ⁊ v̄bū non sunt eadem vocabula formaliter sed diuersa. non sunt etiam nomina synonyma / nec etiā se habētia vt superius ⁊ inferius sicut se habēt color ⁊ albedo / aīal ⁊ homo. de aliquo enim dicit̄ vnū istorū de quo nō dicit̄ alterū ⁊ ecōuerso. nec eīm omnis filius est verbum nec oīne verbū est filius. homo eīm ab homine genit⁹ dicit̄ eius filius: non tamē verbū. ecōuerso autē actus intelligēdi a memoria creata ꝓductus dicit̄ verbū eius nō tn̄ fili⁹ vn̄ excepta sola secūda ꝑsona diuina nō est aliq̄d increatū nec creatū qđ simul dicat̄ fili⁹ ⁊ v̄bū. nullū eīm aliorū qđ est fili⁹ est verbū: nec qđ est verbū est fili⁹. ꝗ licet scđa ꝑsona diuina ꝑ ista significata sit vnica ⁊ īdistincta totaliter ī re extra: nō tn̄ ipa hmōi ei⁹ signa vt vl'r ⁊ absolute sūpta: nec ēt vt ad sua significata oīa ꝯpata sunt eadē sed diuersa etiam dispar ata: cum sola secunda diuina ꝑsona excepta nullum alterum ens vnum creatum nec increatum sit vtriusq̄ istorum significatum. ¶ Confirmatur. quia omnes illi vocales termini vel mentales sunt diuersi ⁊ etiam quodam modo disparati per quorum vnum aliquid importatur qđ nō per alterū ⁊ ecōuerso.

¶ Hec apparet. quoniam illi termini in ordine ad significata ipsorum dicuntur diuersi non tamen disparati sz subordinati: quorum vnus importat omnem rem quaz alius ꝛ non econuerso: sicut se habẽt color ꝛ albedo: vel aĩal ꝛ hõ: ꝛ oĩe superius ꝛ suũ inferius: oẽ enĩ obiectũ cõceptus inferioris vel vocis / ꝛ superioris: non econuerso. non enim omne qȯ est color dicitur albedo: sed econuerso omnis albedo dicitur vere color. illi autem vocales termini vel mentales dicuntur diuersi esse ꝛ etiam disparati nec subordinati: per quorum vnum aliquid significatꝰ qȯ non per alterum ꝛ econuerso: esto ꝙ aliquod vnũ tantum sit eorum significatum. sed talia sunt ista: vez filius ꝛ verbum: quoniam vt dictum est sola secũda persona diuina excepta nihil aliud dicitur verbum ꝛ filius: ꝛ ita ꝑ consequens habent diuersa significata ꝛ disparata: cum aliquid significetur per vnũ istorum qȯ non per alteruz ꝛ econuerso. ergo ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis. non enim vt dictum est dicitur verbum aliqua notitia nisi illa que est a memoria producta: ꝛ per consequens realiter ab ipsa distincta: notitia autem siue sapientia diuina non est producens nec producta: cum sit ab omni persona totaliter indistincta. quare ꝛc.

Circa distinctioné vigesimamoctauam in qua magister determinat specialiter de duobus diuinis noĩbus priuatiuis / videlicet de ingenito et de innascibili: Quero primo. vtrum ingenitum ꝛ innascibile dicantur de solo patre. ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniam ingenitum et innascibile dicitur solum illud quod non est ab altero: sed omne diuinum suppositum preter primum / videlicet paternum est ab alio productum. ergo ꝛc. ¶ Contra. quia omne non genitum potest dici ingenitum / ꝛ non natum innascibile seu innatum: sed non solus pater sed etiam spiritus sanctus est tam non genitus ꝙ̃ non natus. ergo ꝛc. ¶ Respõsio. vbi sic procedam. Primo enim premittam aliquid ad vidẽdum significata istorum vocabulorum. ¶ Secũdo dicam ad quesitũ.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ ista / videlicet ingenituz ꝛ innascibile dupliciter possunt sumi. Uno modo vt ingenitum importat precise genitum ꝛ innascibile natum: vt ingenitum sic sumptum idẽ sit qȯ non genituz ꝛ innascibile idem qȯ nõ nascibile seu non natum. nec ista videlicet natum et nascibile non natum ꝛ non nascibile differunt in diuinis esto ꝙ in creaturis. licet enim possit reperiri aliquod ens creatum nascibile ꝛ generabile quod tamen non est genitum neqꝫ natum: sicut homo immediate creatus a deo: in diuinis tamen omne non natum est innascibile ꝛ non genitum ingenerabile. Alio modo possunt ista accipi vt ingenitum negat non tantum genitum ꝛ innascibile similiter non tantum natum sed vniuersaliter qualitercunqꝫ productum: ꝛ vt sic accipiuntur plus negant ꝙ̃ vt primo mõ: sicut plura negat non animal ꝙ̃ non homo. sic enim productum est superius ad genitum et ad natum / sicut animal ad hominem ꝛ ad asinum. omne enim natum vł genitum est productum: non tamen econuerso omne ꝑductum est genitum siue natum. ergo ꝛ omne non ꝑductum est non natum ꝛ non genitum: non tamen ecõuerso omne non natum vel nõ genitum est nõ productum. ¶ Consequẽtia est euidẽs. quia ad negationem inferioris nõ sequitur superioris negatio: licet ad positionem sequatur positio. quare ꝛc. ¶ Ex predictis apparet q̇d ista significẽt siue de quibꝰ dicãtur: videlicet inascibile ꝛ ingenitum: quod quidem erat in isto articulo declarãdum. quoniaz aut queritur de illo quod significãt negatiue / aut de illo pro quo possũt supponere positiue. Si ꝑmo modo / cum illud idem qȯ significat affirmatio positiue significet opposita sibi negatio vł priuatio negatiue seu priuatiue / vt visus ꝛ cecitas / homo ꝛ non homo: per cõsequẽs ingenitũ vt primo modo sumptũ vez ꝑut negat solũ genitum / significat idem negatiue qȯ significat genitum positiue: ꝛ inascibile seu inatum vel nõ natum idem qȯ natum: sicut nõ homo idem qȯ homo. Ut autem accipiũtur secũdo modo videlicet prout negãt vniuersaliter esse productum nõ tãtũ genitũ nec tãtum natum: cõsimiliter est dicẽduz: vez ꝙ significãt idez negatiue qȯ importat productũ sumptũ vniuersalit̃ positiue. Si autem queratur de illo pro quo ista possũt supponere positiue: que etiam possũt dici eoruz significata secũdario: sic dicẽdũ est ꝙ ĩgenitũ vt primo modo sumptũ importat oĩe ens positiuũ nõ genitum: sicut nõ homo / oĩe ens qȯ nõ est homo: ꝛ inascibile cõsimiliter sũptum / oĩe ens positiuum qȯ nõ potest esse natuz. vt autem ista vez ĩgenituz ꝛ ĩnascibile accipiũtur secũdo modo puta prout negãt oĩe productum ĩgenitum ꝛ ĩnascibile / significãt tãtum illud qȯ nõ est nec esse potest productum. ¶ Ex q̃ cõcludo corollarie: ꝙ illa videlicet ĩgenerabile ꝛ ĩnascibile vt primo modo sumpta importãt diuersa / nõ autẽ vt secũdo modo accepta. Qȯ apparet quoniam licet natum ꝛ genitum idem dicãt totaliter ĩ diuinis: tãtum enĩ diuinum suppositum natum dicitur genitum: nõ tamẽ vniuersaliter oĩe natum est genituz nec econuerso oĩe genitum est natum. oĩs enĩ substãtia creata naturaliter producta dicitur gñata nõ tamẽ nata nisi sola intellectualis substãtia. nõ enim proprie ignis dicitur nasci sed gñari. ecõuerso etiam notitia naturaliter producta dicitur nasci de memoria nõ tamẽ ꝓprie gñari: cum nõ sit substãtia: cuiꝰ solius est gñatio ꝓprie sumpta. Augustinus tamẽ vocat ĩ multis locis notitiam mẽtis nostre prolem: quam dicit nasci ꝛ gñari de memoria. ꝛ ideo vtẽdo istis vocabulis sicut ipse eis vtitur / potest dici ꝙ oĩe natum est genitum: nõ tamẽ ecõuerso oĩe genitum est natum. ¶ Primum apparet. qm̃ nulla creatura dicitur proprie nata nisi ĩtellectualis substãtia ꝛ accidẽtalis notitia: sed quelibet istarũ dicitur gñata. ergo ꝛc. ¶ Secũdum apparet. quoniam nulla alia creatura a duabus predictis dicitur proprie nata: sed multa alia dicũtur esse proprie gñata. ergo ꝛc. ¶ Ex his apparet propositum / vez ꝙ vt ingenitũ ꝛ ĩnascibile accipiũtur primo modo / diuersa significãt: qm̃ ingenitum significat oĩe qȯ nõ est genitũ: ĩnascibile autẽ oĩe qȯ nõ est natũ: sed nõ est idem natũ ꝛ genitũ vt probatũ est. g̃ ꝛc. Ut aũt ĩnascibile ꝛ ingenitũ sumunt̃ scȯo mȯ vez ꝑut negãt vł̃ ꝛ qualitercũqꝫ ꝑductũ / appet ꝙ vt sic idẽ dicũt totaliter: q: nec isto mȯ est aliq̇d ĩnascibile nec ingenitũ nisi solũ paternũ suppositũ vt dicet̃ in sequenti articulo. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respõdendũ / ad quesitũ apparet ex ꝑcedẽtibꝰ q̇d dicẽdũ. qm̃ si accipiant̃ ĩnascibile ꝛ ĩgenitũ ꝑmo mȯ illoꝝ duoꝝ in ꝑcedẽti articulo positoꝝ / cõstat ꝙ pater dicit̃ ĩnascibilꝭ ꝛ ingenitꝰ / nõ tñ solus. si aũt accipiant̃ ista scȯo mȯ / solus pater est innascibilis ꝛ ĩgenitꝰ: nõ aliquod alterum suppositũ ĩcreatũ nec etiã ens creatũ. ¶ Primũ apparet. quoniaz oĩe nõ genitũ neqꝫ natum nec generabile nec nascibile dicitur ingenituz ac ingenerabile isto modo: vt vez ista negant tantum genitum atqꝫ natũ. sed cõstat ꝙ tã pater eternus ꝙ̃ spiritus sanctus est huiõi: q:

nec pater nec spiritus sanctus est gñatus nec gñabilis
nec natus nec nascibilis:ergo tam pater ꝙ̃ spiritus san
ctus est innascibilis et ingenitus isto modo.quare ⁊ ce.
¶ Secundum / vȝ ꝙ vt secundo modo predicta acci•
piũtur solus pater dicatur innascibilis ⁊ ingenitus/est
euidens.quoniam solum illud ⁊ nihil aliud dicitur inna
scibile ⁊ ingenitum isto modo qḋ a nullo alio est produ=
ctum sed est totaliter improductũ.sed ꝯstat ꝙ solũ pa•
ternum ⁊ increatum suppositũ est simpliciter ⁊ vniuer
saliter improductum:omne autem alterum suppositũ
increatum ⁊ quodcunq̄ etiã ens creatũ est realiter pro•
ductum.ergo ⁊c̃. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur.
quoniam tam trinitas personarum diuinarum ꝙ̃ etiaȝ
essentia ipa diuina dicitur ingenita.sed persona patris
nõ est trinitas nec idem totaliter cum essentia.ergo nõ
solus pater dicitur ingenitus. ¶ Ad hoc dicendum est
ꝙ trinitas dicitur ingenita ratione alterius persone vi
delicet patris tantum:vt ingenitum accipitur prĩo mõ
vȝ prout est idem qḋ non productum/vel ratione dua•
rum personarum vȝ patris ⁊ spiritus sancti:⁊ hoc ꝓut
ingenitũ sumitˀ scḋo modo/vȝ vt est ideȝ qḋ nõ genitũ.
non enim trinitas personarum est aliud ꝙ̃ pater filius
⁊ spiritus sanctus:nec per consequens ista/ trinitas ꝑ•
sonarum est ingenita/est magis vera trinitate suppõẽ
te collectiue pro omnibus suis significatis /vȝ pro tri•
bus personis:ꝙ̃ ista/omnes tres persone sunt ingenite.
constat aũt istã esse falsam:cũ aliqua persona nullomo
do sit ingenita sicut filius.ſȝ vniuersalis affirmatiua nõ
potest esse vera particulari negatiua sibi contradicto•
ria existente vera.ergo ⁊c̃. ¶ Diuina etiam essentia liceȝ
dicatur non generans nec genita:⁊ per consequens in
genita:non tñ sic quin ipa sit vere res que est generans
⁊ res que est genita/quia pater ⁊ filius:cuȝ sit ab omĩ ꝑ
sona diuina indistincta totalitˀ in re extra. Quomõ aũt
cum hoc stet ꝙ ipsa nec est generans nec genita vide su
perius in distinctione.v. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad
rationem in principio quãdo dicitur ꝙ ingenitum ⁊ in•
nascibile dicitur tantum illud qḋ non est ab altera/con•
cedo accipiendo ista secundo modo:vȝ vt ingenitum ⁊
innascibile idem est qḋ nõ producibile nec productum.
⁊ ita vt sic verum est vt supradictum est/ꝙ solus pater
dicitur innascibilis ⁊ ingenitus/non autem vt ingenitũ
⁊ innascibile accipiuntur primo modo:vȝ pro non ge•
nito ⁊ non nato.vt sic enim spiritus sanctus est innasci•
bilis ⁊ ingenitus vt dictum est.⁊ hoc probat non aliud
ratio que adducitur in contrarium.quare ⁊c̃.

SEcundo quero. Vtrum ingeni
tum seu innascibile vel innascibilitas ⁊ pa•
ter siue paternitas dicant idem. ¶ Et videtˀ
ꝙ sic.quoniam innascibile ⁊ ingenituȝ signi
ficant tantum suppositum improductum/saltem vt in•
nascibile ⁊ ingenitum accipiuntur illo secundo modo ĩ
alia questione posito:vȝ pro non producto.sed pater
vel paternitas in abstracto vel actiua generatio nihil
aliud significat ꝙ̃ tale diuinum suppositum totaliter ĩ•
productum.non enim aliquod suppositum diuinum ꝓ
ductum dicitur esse generãs neq̄ pater.ergo ⁊c̃. ¶ Cõ=
tra.qꝛ affirmatio ⁊ negatio vel habitus ⁊ priuatio non
sunt idem.sed pater significat aliquid positiuũ vȝ sup
positum increatum:innascibile autem ⁊ ingenitum di=
cunt tantummodo priuatiuum seu negatiuum vȝ non
genitum neq̄ natum vel nullo modo productum . ergo
⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enim premit
tam aliquid ad videndum istorum nominum maxime
priuatiuorũ diuersam acceptionem et significationem.
Secundo dicam ad questionem.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ
omnia ista nomina supradicta:vȝ pater innascibile ⁊ ĩ
genitum/possunt sumi dupliciter. Vno modo vt ista di•
cuntur de diuinis specialiter : ⁊ alio modo respectu oĩȝ
significatorum suorum vniuersaliter : vȝ vt dicũtur taȝ
de diuinis ꝙ̃ etiam de creatis.licet enim innascibile ⁊ ĩ
genitum sumpta pro non producto nõ dicãtur de crea•
turis sed tantum de vnico supposito increato:tamen vt
innascibile ⁊ ingenitum est idem significans qḋ non ge
nitum neq̄ natum/quodlibet horuȝ dicitur tam de duo
bus suppositis increatis ꝙ̃ etiam de multis aliis crea•
tis.nullum enĩ ens a solo deo creatum est genitum neq̄
natum.⁊ per consequens quodlibet talium potest dici
ingenitum ⁊ innascibile:si non est ab alio eiusdem ratio
nis producibile:vt omnes substantie separate.si autem
sit producibile ab alio eiusdem ratiõis/vt homo imme
diate creatus a deo/potest dici ingenituȝ ⁊ innatuȝ:nõ
tamen ingenerabile nec innascibile. Cõstat etiaȝ ꝙ hoc
nomen pater est cõmune prime persone diuine ⁊ multis
creaturis:sicut ⁊ hoc nomen generans vel genitum.ꝓ•
ma autem duo nomina priuatiua/vȝ innascibile ⁊ inge
nituȝ siue specialiter vt de diuinis siue vniuersaliter vt
de diuinis ⁊ de aliis dicta/habent duo significata:quoꝝ
vnum est primum ⁊ determinatum:alterum autem eo•
rum significatum potest dici secundarium ⁊ indetermi•
natum. Significatũ primum ⁊ determinatum per hoc
nomen ingenitum est illud idem qḋ est significatum ꝑ
hoc nomen genitum:⁊ hoc nomen innascibile significat
illud idem qḋ significat hoc nomen nascibile:tamẽ dif•
ferentˀ:quia genitum ⁊ nascibile vel natum significant
talem rẽ positiue:ingenitũ aũt ⁊ innascibile negatiue.
dicunt enim eiusdem rei remotionem cuius genitum ⁊
natum dicunt positionem.sed sicut rei remotio non po•
test intelligi sine re ipsa itellecta:ita nec significari sine
ea significata. Significatum autem secũdarium ⁊ inde
terminatum talium nominum potest dici omne illud
ens cui repugnat primum eorum significatum per ipsa
negatiue importatum vȝ esse genitum atq̄ natũ. Qḋ
probatur.quoniam omẽ illud potest dici nominis signi
ficatum pro quo distincto a nomine potest supponere
nomen ipsum. ¶ Hec apparet.quia nec nomẽ aliquod
videtur in aliqua propositione posse supponere nisi vel
pro seipso/vt hoc nomen homo supponit quãdo dicitur
ꝙ homo est vox:vel pro suo significato ꝓ quo supponit
nomen ꝑdictum cum dicitur ꝙ homo currit vel est ani•
mal.sed vtrunq̄ duorum nominum ꝑdictorum ⁊ quod•
cunq̄ nomen aliud negatiuum vel priuatiuũ potest sup
ponere pro quocunq̄ cui repugnat res per ipsum nega
ta.ergo ⁊ omẽ tale vniuersaliter potest dici eius signifi
catum. ¶ Minor apparet.constat enim ꝙ omne illud
cui repugnat generari ⁊ nasci dicitur ingenitum ⁊ inna
scibile seu innatũ:⁊ ꝓ quocunq̄ tali ente põt suppone•
re vtrunq̄ istorum:sicut non homo pro quocunq̄ quod
non est homo:⁊ non creatum seu increatum dicitur esse
omne illud cui repugnat esse creatum/⁊ sic de quolibet
aliorum. ¶ Ex predictis sequitur corollarie.ꝙ vt inge
nitum significat precise non genitum:⁊ innascibile tan
tum non natum/vtrunq̄ istorum nominũ importat mul
ta.significat enim tam duo supposita increata ꝙ̃ alia
multa creata.omnia enim illa modo preexposito im•
portant quibus repugnat generari et nasci . sed talia
sunt duo supposita increata videlicet pater ⁊ spiritus
sanctus ⁊ alia multa creata.vt autem ingenitũ ⁊ inna•
scibile negant vniuersaliter omẽ qualitercũq̄ ꝓductũ
sic tãtum significãt vnicũ suppositũ increatũ.solũ enĩ ꝓ
mum suppositũ diuinũ vȝ paternũ ẽ ⁊ nullũ alterũ:qḋ

est impossibile eē ꝓductū.ǵ ꝛc. ¶ Sic igit̄ apparet ex dictis quid significent predicta nomina negatiua: videlicet ingenitum ꝛ innascibile: ꝛ ista alia positiua vz pater et generans siue paternitas et generatio. importāt enim plura supposita intellectualia eiusdem rationis: quorum vnum est ab alio tali modo vz ꝑ modū nature. non enī pater vel generans in cōcreto importāt plura q̄ paternitas et generatio in abstracto. nullum etiam horum in abstracto nec in cōcreto significat tātū vnū sed plura distincta vel essentialr̄ vt in creaturis: vel tn̄ realr̄ vt in diuinis: nō vt absolute vel quōcūq sumpta: sed vt sic/vz vt vnū taliū pluriū realr̄ vel essentialiter distinctorū est a quo alterum. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respōdendū ad questitū apparet ex precedētibus q̄d dicendū. ¶ Ad maiorē tn̄ euidentiā pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est. q ingenitū ꝛ innascibile vt vīr sumpta nō significāt idē totaliter sed diuersa. ¶ Hec apparet. qm̄ ingenitū vt vīr sumptū significat nō genitū: ꝛ innascibile seu innatū nō natū. sed genitū ꝛ natu nō sunt idē totaliter sed diuersa. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet. qm̄ licet oē natū dicat̄ genitū/nō tn̄ ecōuerso oē genitū dicit̄ esse natū: cū natū nō dicat̄ nisi de ꝓducto viuo vel saltē de ꝓducto ab ipo aliquo licet nō de oībus: nō quo notitia intellectiua nō tamē dilectio licet sit ab eodē vitali principio dicit̄ esse nata. ignis autē vel lapis vel aliud quodcunq ꝓductū nō viuū nec ab aliqua causa scdā viua ꝓductū licet dicat̄ gn̄atū: nō tamē dicit̄ ꝓprie esse natū. ergo ꝛc. ¶ Scda ꝯclusio est. q ingenitu ꝛ innascibile vt singulariter sumpta significāt idē totaliter in re extra. ¶ Hec apparet. qm̄ ista dicunt̄ sumi singulariter vt cuiuslibet eoꝝ significatū est tantū vnicū/modo quo sumūtur qm̄ significāt totalr̄ improductū: cū tale/vt dictū ē/sit tn̄ vnicū suppositū increatū. sed hmōi vnicū suppositū increatū tantū est vtriusq hoꝝ noīm vt sic acceptoꝝ significatū. ergo idē habēt significatū tam primariū qd̄ est ꝓductū ꝑ vtrunq negatū/q̄ etiā secūdariū qd̄ est suppositū vnicū increatū: cui repugnat primū eorū significatū/vz esse ꝓductū. ¶ Tertia ꝯclusio ē. q pater ꝛ generās idē dicūt totaliter ꝛ cōsilr̄ in diuinis/nō autē in creaturis vt sumunt̄ vīr. put aūt dicūt̄ de aliq̄bꝰ specialiter/idē importāt in re extra totalr̄/tn̄ aliqualr̄ differēter. ¶ Hec apparet. Primo quātū ad primā partē: vz q ista noīa idē totaliter ꝛ etiā cōsilr̄ significent in diuinis. qm̄ pater significat a quo est alterū ꝑ modū nature originatū. sed hoc idē ꝛ cōsilr̄ significat generās. nō enī importat gn̄ationē tanq̄ aliq̄d distinctū a supposito generāte ꝛ a genito in re extra. ¶ Secūda pars vz q nō idē significent vīr in creatis/apparet: qm̄ plura importat generās q̄ pater. licet enī oīs pater fuerit generās non tn̄ ecōuerso oē generās dicit̄ esse pater. non enī ignis dicit̄ pater ignis nec aliqua causa equiuoca sui effectꝰ nec etiā vniuoca nō viua vita intellectiua vel saltē sensitiua. ergo licet oīa que significat pater/ꝛ generās/nō tamē ecōuerso. ergo ꝛc. ¶ Tertia ꝛ vltima pars/vz q respectu illoꝝ specialiter de q̄bus ambo ista dicunt̄ vt respectu hoīs qui dicitur generās atq pater/idem importent realiter tn̄ aliqualiter differenter/apparet: qm̄ vt ꝓbatū est in p̄cedentibus/nullū hoꝝ nominū importat aliq̄d tn̄ vnū sed insimul plura quoꝝ vnū est a quo alterū/in hoc tamē aliqualiter differēter qr pater significat hominē a quo est generatus alius absolute: ꝛ ideo vtroq manēte semꝑ vnus dicit̄ pater alterius. generās aūt significat hoīez vt ab ipo est altꝰ ñ absolute sz nouiter generatus. ꝛ ideo hō nō dicitur semꝑ generās sicut dicitur semꝑ pater manente generato. quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima cōclusio est. q predicta duo nomina/videlicet pater ꝛ generans/non significant idem qd̄ ingenitū ꝛ innascibile significant primo sed bene idem qd̄ ista significant secūdo vt aliquo modo nō autem vt alio modo sumpta: ꝛ hoc vt ista omnia dicūtur de diuinis. vt autem dicuntur de creaturis: nec significatum primariuz nec secundarium habent totaliter idem. ¶ Hec apparet. primo quantū ad primā partē/vz q significatū primariū horum nominū nō sit idem in diuinis nec etiā in creaturis. qm̄ ingenitū ꝛ innascibile significant negatiue primo vt dictū est supra genitum ꝛ natū vel productum vt alio modo sumpta: sed nec pater nec generans hoc important: cuz p̄cise vt dictū est significēt suppositū a quo tali modo alterū est ꝓductū: ꝛ ita in diffinitiōe cuiuslibet istorū cadit ꝓductū. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars vz q etiam significent idem qd̄ illa significant secūdo vt vno modo nō autem vt alio modo sumpta/apparet: quoniā vt innascibile ꝛ ingenitū sunt idem qd̄ nullo mō productum/non significant secūdo nisi vnicum tantum suppositum increatum. sed nec pater nec generās significant aliud in diuinis nisi tantūmodo istud idē vnicuz suppositum increatū: ergo idem significāt cum eis/vz cum ingenito ꝛ innascibili vt sic sumptis. vt autem ingenitū ꝛ innascibile dicunt tantū nō genitum ꝛ non natum/significant secundario duo supposita increata: vz patrem ꝛ spiritū sanctū. sed nec pater nec generās significat nisi alterum horū tantū. ergo non omnino idem significant vt sic sumpta. ¶ Tertia ꝛ vltima pars vz q vt dicuntur de creaturis omnino significent idē primo non autē secundo in eis/apparet. quoniam taz pater q̄ generans cōnotat genitum per ingenitum ꝛ natuz per innascibile negatiue significatū. sed non pro omni ente creato pro quo potest supponere. hoc qd̄ dico ingenituz vel innascibile potest supponere generans neq pater/nec econuerso aliquod ens creatum qd̄ dicitur pater vel generans dicitur innascibile nec ingenitum vocando ingenitum tantum illud cui repugnat generari: sicut ꝛ innascibile dicitur qd̄ nō potest nasci. nullus enim homo est innascibilis nec ingenerabilis licet pater. ergo ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis tam in secūdo q̄ in primo articulo questionis.

CIrca distinctionē vigesimamnonam in qua magister determinat de hoc nomine principium/ostendens q dicitur de psonis omnibus differenter: quia tam pater q̄ filius dicitur principium ad intra: spiritus autez sanctus ad extra tantum/videlicet respectu omnium creatorum: quorum omnes tres persone diuine dicuntur vnum principium: ¶ Quero primo. Utrum pater ꝛ filius sint vnum principiuz spiritus sancti: ꝛ pater ꝛ filius ꝛ spiritus sanctus vnum principiuz cuiuslibet entis creati. ¶ Et videtur q sic. quia que sūt vna forma seu entitas numero/que quidem est principium productiuum aliquorum/possunt et debent dici vnum principium illorum. sed omnes tres persone diuine sunt vnica deitas numero: que quidem deitas vnicū est principium spirandi spiritum sanctum/ꝛ producendi omne aliud ens creatum. ergo pater ꝛ filius spirantes sunt vnum principium spiratiuum/et omnes tres persone creātes vnicū numero p̄ncipiū creatiuū. ¶ Cōtra. qr ratio p̄ncipij est respectiua q̄ multiplicat̄ multiplicatis fundamētis. sz psone diuine ꝛ relatiōes sup q̄s videt̄ fūdari rō p̄ncipij sunt distincte realr̄ i diuinis. ǵ ꝛc.

¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo eñ excludam vnū dicendi modum. Secundo dicā aliter ad quesitū.

Quantum ad primum est opinio cuiusdā dicētis ꝙ pater ⁊ filius sunt vnū ꝑncipiū spūs sancti ⁊ oēs tres ꝑsone cuiuslibet creature nō principiū tantū qđ nec tm̄ quo: sed vnū principiū qđ est mediū inter ista vꝫ inter illud qđ dicit̄ ꝑncipiū quo / ⁊ illud qđ dicit̄ tm̄ principiū qđ. Ad cuius euidentiā ponit ꝙ in creaturis aliqđ dicit̄ principiū alicuiꝰ quo tantū / vt calor principiū calefactionis: aliqđ principiū qđ ⁊ nō q̄: sicut ignis vel aliud oē corpus caloris subiectū ꝺ calefactionis seu caloris principiū ꝓductiuū: ⁊ aliqđ tertio dicit̄ ꝑncipiū mediū inter duo ꝑdicta / qđ quidē partim habꝫ rationē ꝑncipij quo / ⁊ partim rationē ꝑncipij qđ / vt cōcretū caloris vꝫ calidū: hoc eñ qđ dico calidū respectu caloris habet rationē ꝑncipij qđ. calidū eñ calefacit calore. respectu aūt ignis q̄ calefacit vt calidus habꝫ rōnē ꝑncipij quo. ¶ Tunc hoc ad ꝓpositū applicādo dicunt ꝙ pater ⁊ filiꝰ respectu spūs sancti ⁊ oēs tres ꝑsone respectu cuiuslibet creature sunt vnū ꝑncipiū non tm̄ quo nec tm̄ qđ / sꝫ vnū ꝑncipiū qđ ē mediū īter illud qđ ē tm̄ ꝑncipiū qđ / cuiusmōi ꝑncipiū ē suppositū: ⁊ illud qđ est tantū ꝑncipiū quo: quale ꝑncipiū spūs sancti est vis spiratiua ⁊ cuiuslibet entis creati potētia creatiua. ⁊ hmōi ꝑncipium inter predicta intermediū est cōcretum vis spiratiue ⁊ ꝯcretū potētie creatiue. cōstat eñ ꝙ vis spiratiua est in filio ⁊ in patre: ⁊ potētia creatiua in oībus simul tribus vna nūero ⁊ totaliter indistincta. ⁊ ideo licet ꝑncipiū spirās ⁊ creās qđ quidē est tm̄ qđ vꝫ ipꝫ diuinū suppositū nō sit vnū tm̄: tn̄ cōcretū tā vis spiratiue q̄ etiā creatiue significās vim hmōi spiratiuā ⁊ creatiuā ꝑ modū habētis ipsā intrinsece quā quidē suppositū habꝫ extrinsece / quod q̄dē est hmōi ꝑncipiū intermediū / est nūero vnū: sicut hoc ꝯcretū qđ est albū eēt nūero vnū si in pluribꝰ esset eadē albedo nūero q̄ cōsilit̄ ī ꝓposito hoc ꝯcretū qđ est spirās vel creās: cū sit vnꝰ nūero potētie spiratiue ⁊ creatiue: erit ēt vnicū nūero / licet tale abstractū sit pluriū. q̄re ⁊c. ¶ Sed iste modꝰ dicendi deficit. Primo in distinctione quā ponit de triplici ꝑncipio in creatis. Secūdo in applicatione quam facit ⁊ dicit postea in diuinis. ¶ Primū appꝫ. qm̄ falsum est hoc qđ ponit qñ dicit ꝙ subiectū forme est ꝑncipiū qđ forma aūt q̄ tm̄ / ⁊ ꝯcretū mediū inter ista. ¶ Cōtra ista tria oīa arguo. Et ꝑmo ꝯtra ꝑmū / vꝫ ꝙ subiectū forme nō sit efficiēs. qđ sic ꝓbo. illđ solū dicit̄ causa efficiēs alicuius effectus cuiꝰ virtute sequit̄ ad eius ꝑsentiā talis effectus circa passū dispositū sibi pñs. nō aūt illud pōt dici ꝑncipiū qđ efficiēs alicuiꝰ / quo posito nō magis illud sequit̄ q̄ ipo amoto. sꝫ subiectū forme est hmōi. q̄ ⁊c.

¶ Minor appꝫ ad sensū in oībus. nō eñ minus disgregat visū albedo separata a subiecto q̄ exñs in ipo. nec calor minꝰ calefaceret a subiecto separatꝰ q̄ ipli ꝯiūctꝰ nisi subiectū forte eēt talis forme ꝑncipiū equiuoce ꝓductiuū / vt ignis q̄ cāt in se ipo calorē. nec tñ ignis sine calore positꝰ videret̄ esse in aliqđ passū sibi extrinsecū caloris ꝑncipiū inductiuū: sed in se ipō tm̄: de quo in sequētibꝰ erit sermo suo loco. ergo subiectū forme nō pōt dici agens in passum extrinsecū sed tm̄mō forma ipsa / cū ad ipsā positā siue ī subiecto siue extra subiectū vniformiter sequat̄ actio ⁊ forme introductio in passo disposito existente: nō aūt ad subiectū positū sine forma saltē ad quodcūq̄ subiectū. ¶ Cōfirmat̄. q: oē qđ dicit̄ agens seu efficiens respectu alicuiꝰ effectus / ad cū totalit̄ vel saltē partialiter operat̄: sed subiectū forme saltē illđ qđ nō ꝯtinet virtualiter seu originalit̄ ipsā formam / sicut ignis ꝯtinet calorē sꝫ tm̄mō subiectiue seu potētialr̄: vt aqua calefacta cōtinet ipsum calorē: ⁊ superficies albedinē: nō cooperat̄ aliqđ siue agit totalit̄ nec ꝑtialiter ad effectū ipsius forme. non eñ substantia aque in qua est calor agit ad calefactionē: sed ad infrigidationē: cū sit nō caloris sed frigoris inductiua: nec substātia in qua est albedo ad disgregationē: nec corpus ī quo est aīa ad intellectionē nec ad sensationē ⁊ sic de alijs oībus. q̄ ⁊c.

¶ Ex eodē medio scđo pōt argui ꝯtra sc̄m mēbrū diuisionis ꝑdicte qđ ponit formā esse tm̄ ꝑncipiū agēdi quo tm̄: ⁊ nō agēs siue ꝓducēs qđ. qm̄ oē illud a quo causaliꝰ est effectus pōt dici ⁊ est veracit̄ causa eiꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs efficiēs respectu ipsiꝰ. sed calor existēs in aqua nō ipa aq̄ eius subiectū est a quo calor alius inducit̄ ⁊ causatur ī subiecto calefactibili sibi approximato: sicut ⁊ disgregatio est ab albedine nō ab eiꝰ subiecto. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄. q: illđ a quo effectꝰ aliqs est totalit̄ causalr̄ pōt dici ⁊ est veracit̄ causa effectiua seu efficiēs respectu ipsius: sed a forma siue in subiecto existēte siue separata ab eo est totalr̄ effectus cuiꝰ ipa ꝺ esse ꝑncipiū quo ꝓductiuū: vt calefactio a calore: disgregatio ab albedine et sic de alijs: supposita tñ semꝑ gñali influentia ꝑme cause. ergo forma ipa potest dici non tm̄ ꝑncipiū quo agendi sed etiā agēs ipm nō aūt eiꝰ subiectū: cū nō plus subiectū forma aliqua informatū agat ad eiꝰ effectū q̄ si esset forma illi ꝯtraria īformatū: sicut forma substātialis aque nō plus agit ad calorem ꝓducēdū quādo est ipso informata: q̄ qñ est sub forma ꝯtraria: nec substātia quecūq̄ qñ est sub albedine plus agit ad disgregādū visū q̄ qñ est sub nigredine ei opposita. ergo ⁊c. ¶ Preterea ad hoc idē arguit̄. q: nullū vnicū naturale agens videt̄ totalr̄ nec etiā ꝑtialiter agere ad ꝯtrarie ⁊ ꝯtradictorie opposita. sed si subiectum cuiuscūq̄ forme actiue esset agēs ad effectū possibilē sue forme / hoc necessario sequeret̄ / vꝫ ꝙ vnū ⁊ idē naturale agēs ageret partialit̄ tam ad cōtrarie q̄ etiā ad cōtradictorie opposita. ergo ⁊ cet̄.

¶ Minor apparet. qm̄ cōstat ꝙ aqua naturalr̄ agit ad ꝓductionē frigiditatis ⁊ ad corruptionē caliditatis. q̄ siñ informata caliditate agit partialit̄ cū calore eā īformāte ad calefaciēdū aliqđ passum: ꝑ ꝯñs agit ad caloris introductionē in illo passo / ⁊ ad corruptionē frigoris ꝑexistētis in eo: cū oē ꝓductiuū ꝑncipiū alicuius forme sit etiā corruptiuū sibi ꝯtrarie. ergo cū calor ⁊ frigus sint ꝯtraria / calor ⁊ nō calor vel frigus ⁊ nō frigus cōtradictoria / sequit̄ ꝓpositū: vꝫ ꝙ aqua vna ⁊ eadem agit naturalr̄ ad ꝯtrarie ⁊ cōtradictorie opposita. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q: nullū subiectū agit ad corruptionē sui accidentis proprij naturaliter: immo agit ad eius ꝓductionem ⁊ conseruationem: sicut ignis ad productionem sue caliditatis / ⁊ aqua sue frigiditatis / vt apparet in aqua violēter calefacta que sibi dimissa omni agēte creato alio circumscripto infrigidatur calore inducto corrupto / ⁊ frigore in ipsa nouiter introducto. huiusmōi autem frigiditatis introductio ⁊ caliditatis corruptio non potest esse causaliter ab alio agente secundario q̄ ab aqua: cum ista fiant omni alio circumscripto: sed si subiectum forma informatum coageret forme ad eius effectum / vt aqua calefacta ad calorem producendum / hoc necessario sequeretur: videlicet ꝙ ageret ad corruptionem sui accidentis proprij naturalis: quod cum est productiuum caliditatis est destructiuum frigiditatis. ergo subiectum nullo modo causaliter agit ad effectum forme in ipso existentis tantum vt in subiecto et non contente virtualiter in eo vt effectus continetur in suo principio productiuo. sed qđ nullo modo agit ad aliquē effectū: nec pōt dici ꝑncipiū effectiuū quo / nec efficiens qđ ipsius: ⁊ econuerso illud quod agit totaliter ad effectum pōt dici efficiēs qđ ipsius. ergo cū forma exñs

In subiecto sit vt ꝓbatum est tota causa effectus/nō mi
nus existēs i eo pōt dici efficiēs q̄ separata ab eo. si au
tem calor ignis esset p se sine subiecto calefaceret pas-
sum sibi ꝓximum sicut modo: tunc autē nō posset dici
calefaciens qd subiectum:nec aliquid aliud a calore es
set agens qd seu calefaciens:ergo nec nunc calore ipso
existente actualiter in subiecto:cū nō mini⁹ agat seu ca
lefaciat calor subiecto vnitus q̄ ab ipso separatus:nec
magis subiectū ipso informatū q̄ non informatū agat
aliquid ad calorem. ¶ Tertio arguitur contra tertiū
qd ponit p̄dicta opinio:quando dicit q concretū puta
calidum est agens intermedium inter agens qd ⁊ agēs
quo: quale dicitur esse forma. qm̄ calidū in cōcreto nō
significat aliquid distinctum a calore ⁊ ab eius subie-
cto:sed vel significat calorem tm̄/vel ipsum ⁊ eius sub-
iectū. sed subiectū vt ꝓbatum est nec est agens qd nec q̄
forma autem ipsa dicitur esse agens:ergo non potest di
ci calefaciens aliter q̄ sit calor. ¶ Confirmatur. qr cali
dum vt cōcretū non pōt dici agens seu calefaciens. qm̄
concretū dicit vox ipsa que non est calefactiua sed res
p eam significata. Qn̄ ergo dr̄ q concretū vez calidū
est agēs intermediū/habet intelligi p concretū nō ipm
concretū:sed eius significatū:quero tunc qd est illud si
gnificatū p hoc nomen concretum qd est calidū qd vo
cas agens intermedium inter agens qd ⁊ inter agens
quo tm̄: vel em̄ hmōi significatū est calor vel eius subie
ctum vel aliquod tertium ab vtroq̄ istorum distinctū
sed non primum: quia vt dicunt calor est principiū agē
di quo tm̄. nec secundum:tum quia vt dicunt subiectū
est agens qd tm̄:tum quia secundum veritatem subie-
ctum nullo modo agit ad forme effectum vt superi⁹ est
probatum. nec potest poni tertium. quia nihil a subie-
cto forme ⁊ a forma ipsa distinctū est significatum p cō-
cretum. nihil em̄ calidum significat a calore ⁊ ab eius
subiecto distinctum in re extra. ergo ⁊c. ¶ Et si contra
p̄dicta arguatur: qr calidum ⁊ etiam caloris subiectū
vt ignis vel aqua dicitur calefacere p calorem: Dico q
illud a quo calor non est in passo calefacto p̄supposito
effectiue/nullo modo calefaciens ꝓprie potest dici. sed
calor in passo aque calide proximo introductus nullo
modo est effectiue a substātia aque lz calore informata:
sed tm̄ ab ipso calore in aqua actualiter existe:q̄ aqua
ipsa non est calefaciens proprie:sed dr̄ tantum calefa-
ciens denominatiue/denominatione sumpta ab extrin
seco: vez ab ipso calore existente in ipsa. qui quidem ca-
lor solus est calorem alium in passo inducens: ⁊ p ɔ̄ñs
ipsū calefaciens effectiue. sicut enim res intellecta de
nominatur ⁊ dicitur esse in intellectu ꝓpter actū cui⁹
ipsa est obiectum qui est in ipso intelligente: ita ⁊ aqua
denominatur calefaciens ⁊ calorem in passo sibi approxi
mato inducens ꝓpter calorem cuius est subiectum pas
sum ipsum realiter calefacientem ⁊ calorē in eo causa-
liter inducentem. quare ⁊c. ¶ Quādo aūt dicit q cali-
dū calefacit calore: aut intelligit q calidum in cōcreto
sumptum supponat pro calore: aut pro ei⁹ subiecto: aut
ꝓ composito ex vtroq̄. sed non potest poni tertiū: qr cō
positum ex accidente ⁊ substātia non est aliquid preter
partes. nec secundum: quia subiectum vt dictū est non
est agens sed tm̄ denominatur agens quia est subiectū
forme que dicit esse agens. Vel si dicas q immo suppo
nit pro subiecto eo modo quo subiectū ipsum dicit esse
agens: tunc sensus seu intellectus huius ꝓpositionis
calidū hoc est aqua calefacit calore/est q aqua est sub-
iectum caloris calefaciētis. ergo relinquit primum vez
q calidum supponit pro calore. ⁊ sic dicere q calidum
calefacit calore/est idē dicere qd calor calefacit calore
⁊ hoc est verum ⁊ proprie dictū: qr omne agens est agēs

seipso non aliquo mediante a se quocūq̄ distincto. sicut
em̄ nulla est distinctio in re extra inter subiectum quod
est accidentis receptiuum ⁊ illud quo dicit esse eius re-
ceptiuū: nec em̄ ignis est receptiuus caloris nec aqua
frigoris aliquo mediāte a se differēte: ⁊ sic de alijs om̄i
bus subiectis respectu suorū accidentium: ita ⁊ de prin
cipijs agentibus respectu suorum effectuum consimili
ter est dicendum. quare ⁊c. ¶ Sic igitur appet p̄mum
vez falsitas illius distinctionis quā ponit opinio supra
dicta de triplici principio in creatis.

Secundo arguitur contra secundum

vez contra applicationem illam quā facit postea ad di-
uina. qm̄ aut p concretum vis spiratiue quod dicit esse
vnum principiū spirans/⁊ p concretum potētie creatti-
ue qd similiter ponit esse principium vnum creans/in-
telligit aliquid in deo distinctū ab ista spiratiua ⁊ crea
tiua potentia in re extra: aut nō. si sic/falsū accipit: qr
nihil est in deo vt suppono ex dictis in p̄cedētib⁹ distin
ctum a diuina essentia in re extra. ipsa autem essentia
non aliquid distinctū ab ea est potentia spiratiua gn̄a-
tiua ⁊ omnium creatiua/vt etiam ex dictis in p̄cedenti
bus hic suppono. ergo ⁊c. ¶ Si autem dicatur q p cō-
cretum hmōi non debet intelligi aliquid in deo distin-
ctum ab ipso seu ab eius vi spiratiua ⁊ potentia creati-
ua: ergo non aliter potest dici cōcretum illud esse vnū
principium q̄ abstractum: nec p ɔ̄ñs magis p cōcretū
q̄ per abstractū importatur principiū qd sit intermediū
inter p̄ncipiū tm̄ q̄ ⁊ inter principiū tm̄ qd. q̄re ⁊c. ¶ Cō
firmatur. qr quando dicitur q pater ⁊ filius sunt vnum
principiū sp̄us sancti: ⁊ oēs tres p̄sone vnū principiū
creature: non qd quale principiū est p̄sona: nec tm̄ quo
quale est vis spiratiua et potentia creatiua: sed vnum
principiū mediū inter ista: aut p ista tria principia quo
rum vnum vocatur principium tm̄ qd ⁊ alterum tm̄ quo
⁊ tertium medium inter ista/intelligunt diuersa vel idē
penitus in re extra. sed non potest poni primum. qr hoc
est impossibile. idem enim omnino sunt p̄sona ⁊ diuina
essentia in re extra. nec aliquid est in aliqua p̄sonarum
qd in re extra ab ipsa p̄sona ⁊ ab essentia sit distinctū:
ergo relinquitur secūdum: nec p ɔ̄sequens tale princi-
pium intermedium est ponendū inter p̄sonam que voca
tur principium qd/⁊ inter essentiam seu vim spiratiuā
⁊ potentiam creatiuam que vocatur principiū quo tm̄.
¶ Preterea non magis in diuinis q̄ in creaturis p prin
cipium ꝓductiuum qd/⁊ p principium quo importan-
tur diuersa aliqua in re extra: sed in creaturis vt appet
ex p̄dictis ista vez p̄ncipium qd seu agens ⁊ principiū
quo agendi idē important totaliter in re extra: cū nul-
la causa secūda sit agens vel actiua seu ꝓductiua aliq̄
alio a seipsa vt dictū est supra: nec est in creaturis aliqd
principium intermedium inter principium qd ⁊ quo. er
go ⁊c. ¶ Confirmatur. qr quando dicit q hoc concretū
spirans vel creans est vnū numero propter identitatē
virtutis spiratiue ⁊ creatiue: sicut album esset vnū nu-
mero dictum de pluribus eadem numero albedine infor
matis: aut ly vnum spirans vel creans supponit pro p̄-
sona: vel pro vi spiratiua ⁊ creatiua: vel ꝓ alio ab istis.
sed nō ꝓ p̄sona nec ꝓ alio ab ipsa persona ⁊ a vi spira-
tiua seu creatiua: qr tunc ꝓpositio esset falsa. nec enim
plures p̄sone sunt vna p̄sona: nec est aliquod vnū distin-
ctum in re extra ab essentia ⁊ p̄sona. essentia autem est
ipsa vis spiratiua ⁊ creatiua. ergo relinquitur secūdum
vez q ly vnum spirās vel creans habeat supponere ad
hoc q ꝓpositio ista sit vera pro vi spiratiua ⁊ creatiua:
sicut existente vna albedine in sorte ⁊ in platone ista ꝓ-
positio sortes ⁊ plato sunt vnum albū/nō esset vera ni

gis ꝙ si alia esset albedo vnius ⁊ alia alteri⁹ ipso albo eius ꝑdicato supponente ꝓ platone ⁊ ꝓ sorte subiectis albedinis. non enim sortes ⁊ plato sunt albedinis vnius subiectū: sed plura. non est etiā vera ipso albo supponente ꝓ alio ab albedīe ⁊ ab eius subiecto: nec ꝓ tali albū potest supponere: cum nec aliud significet ꝙ ipsam albedinē ⁊ eius subiectum: sed tm̄modo esset vera ipo albo ꝓ albedine supponente: nec em̄ huius ꝓpositionis sortes ⁊ plato sunt vnum albū / sensus seu intellectus est alius ꝙ iste / vna albedo est in platone ⁊ in sorte. nō enim potest dici ꝙ sortes ⁊ plato sint vna albedo: sed ꝙ in eis est vna albedo ꝓpter diuersitatem albedinis a sorte et a platone. si em̄ illa numero vna albedo esset a platone ⁊ a sorte indistincta totaliter in re extra: tunc sortes et plato dicerentur vnum album ⁊ vna albedo. ergo consimiliter in ꝓposito: cū vis spiratiua seu creatiua que est ipsa diuina essentia sit a personis omnibus indistincta totaliter in re extra: consimiliter ⁊ indifferenter ꝑsone diuine possunt dici vnum spirans vel creans in concreto ⁊ vna vis spiratiua siue creatiua potentia in abstracto. ergo non aliter vnum creans ⁊ vnum spirans dicit̄ vnum principium in concreto ꝙ vna spiratiua vel creatiua potentia in abstracto: nec ꝑ consequens diuine persone sunt vnum principium spirans vel creans aliter ꝙ vna potētia spiratiua ⁊ creatiua. quare ⁊c. Hec de pmo.

Quantum ad secundum vbi est ad questum aliter respondendum / est sciendū ꝙ hoc nomē pn̄cipium significat qḋcūq₃ a quo est alterum. omne em̄ illud a quo originaliter vel quomodocūq₃ aliter realiter est alterū est aliq̄ ordine eo pri⁹. ⁊ iō dr̄ pn̄cipiū respectu ei⁹. oē ei principiū ē pri⁹ eo cui⁹ ē pn̄cipiū. l₃ nō ecōuerso oē prius aliquo dicatur principium eius. quoniam principiū vltra ꝑoritatē importat quādā causalitatē vt causalitas se extēdit nō tm̄ ad cām ⁊ causatum: qualis causalitas est precise inter essentialiter distincta: sed etiam ad qualitercūq₃ producens ⁊ realiter ab eo ꝓductum qualis est inter ꝑsonas diuinas essentialiter indistinctas. non enim omne prius alio est eius originatiuū: nec realiter ꝓductiuum. omne igit̄ ⁊ solū illud hic vocatur principiū alterius qḋ est originatiuū seu realiter ꝓductiuū: ⁊ per ꝯñs eo prius.

Hoc ꝑmisso pono quatuor cōclusiōes.

¶ Prima est: ꝙ negantes omnem prioritatis ordinem in diuinis / nō vident̄ ꝯuenienter posse saluare patrē ⁊ filium eē pn̄cipiū spiritus sancti: l₃ possint saluare ꝙ oēs tres ꝑsone sunt pn̄cipium creature. ¶ Hec appet primo quantum ad pmam ptem. qm̄ vt dictum est principium hic importat aliquam ꝑoritatem nō tm̄ causalitatē: ꝙ omne pn̄cipiū alicuius est ipō aliquo modo prius. sed secūdum negantes oēm prioritatis ordinem in diuinis nulla personarum est aliquo ordine prior alia. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia cū patrem ⁊ filium esse prius origine spū sancto nō sit aliud ꝙ dicere spūm sanctū eē originalit̄ ab ipis vel a filio ⁊ a pr̄e: ꝑ cōsequens negātes inter ꝑsonas diuīas oēm ordinē ꝑoritatis ⁊ posterioritatis hn̄t vt videt̄ negare originē ꝑsonarū. s₃ cōstat ꝙ nō ponens vnā ꝑsonam esse originatiuā alterius non pōt saluare aliquam ꝑsonam esse pn̄cipiū alterius. ergo ⁊c. ¶ Secūda pars vero ꝙ possunt saluare ꝙ omnes ꝑsone sunt pn̄cipium creature / appet. qr ponunt omnes personas esse creaturam causantes / ⁊ ipsā non tm̄ originis seu causalitatis sed etiam durationis ordine ꝑcedētes. sed constat ꝙ omnis causa potest dici ⁊ est vere pn̄cipiū sui effectus. ergo ⁊c. ¶ Secunda cōclusio est. ꝙ ponentes pmā causam nō agere immediate effectiue ad oēm effectum cuiuscūq₃ secūde cause non possunt saluare deum esse principium saltem immediatū oīm effectuū ꝓductorū. ¶ Hec appet. qm̄ vt dictū est l₃ oē principium alicui⁹ sit eo aliq̄mō pri⁹ / nō tn̄ ecōuerso oē pri⁹ aliq̄ est principiū eius: sed solū illud a quo est causaliter seu aliquo modo originaliter alterū respectu cuius dr̄ esse principium. sed si cause secunde possunt totaliter in effect⁹ eis debitos sine pma causaliter ꝑcipās: ad earum maxime naturaliū causarū ⁊ necessario agentium effect⁹ pma causa minime saltem immediate causaliter operatur: quantūcūq₃ possit ne eueniant impedire. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qm̄ hoc supposito vero ꝙ deus nō agat effectiue ad aliquem effectū cause secūde / nō magis dici poterit pn̄cipium talium effectuum ꝙ vnū entiū creatorum ꝑcedens duratione alterum cuius tn̄ non ē causa dicatur eius principium. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ pater ⁊ filius sunt principium spiritus sancti ⁊ oīes tres ꝑsone cuiuslibet creature. ¶ Hec apparet. qm̄ omne qḋ est originatiuū alicuius: ⁊ ꝑ ꝯsequens eo prius / dicitur vere ⁊ est principium eius. nec em̄ vt in ꝓposito accipitur aliud est dicere vnum esse principium alterius ꝙ ipsum esse originatiuum seu ꝓductiuū ipsi⁹. sed constat ꝙ spūs sanctus est originaliter a filio ⁊ a patre ⁊ omnes creature ab omnib⁹ tribus ꝑsonis. sunt em̄ secundū Augustinum indiuisa omnia ad extra opa trinitatis. nullus autem effectus potest esse ab aliq̄ causa secunda sine pma principaliter coagente vt patebit in secūdo. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est. ꝙ pater ⁊ filius sunt vnum principium spirit⁹ sancti ⁊ tres omnes ꝑsone cuiuslibet creature. ¶ Hec appet pmo auctoritate August. dicētis. v. de trini. ca. xv. i fine. ꝙ pr̄ ⁊ fili⁹ nō sunt duo pn̄cipia spūs sancti s₃ vnū: sicut pr̄ fili⁹ ⁊ spūs sanctus sunt vnum pn̄cipium creature non tria principia sicut vnus creator ⁊ vnus dominus. ¶ Secūdo arguitur ꝑ rōnem. qm̄ que sunt vna numero virt⁹ ꝓductiua aliquorū vere sunt ⁊ dici possunt vnū pn̄cipiū non plura ipsorum: sed pater ⁊ filius sunt vna virt⁹ numero spiratiua / ⁊ tres ꝑsone vna potentia numero creatiua creaturarum omniū ꝓductiua: ergo tam pater ⁊ filius sunt spūs sancti vnum pn̄cipium ꝙ tres omnes ꝑsone diuine cuiuslibet creature. ¶ Cōfirmatur. quia vt dictum est esse pn̄cipium alicuius non est aliud ꝙ eē originatiuum seu ꝓductiuum ipsius. ergo nec eē vnū principium aliquorum est aliud ꝙ esse vnū originatiuū seu ꝓductiuum ipsorum: sed vbi est vna virtus numero ꝓductiua ibi est vnum numero pn̄cipium ꝓductiuū: sicut vna albedo numero siue in vno solo siue in pluribus existat subiectis non est nisi vnicum tm̄ pn̄cipiū disgregatiuum: nec vnus calor nisi vnicum tantum pn̄cipium calefactiuum. ⁊ sic de quolibet aliorum. ergo ⁊c.

Sed tunc est dubium pro quo supponit vnum principium: cū dicit̄ ꝙ plures ꝑsone sunt vnū principium: videlicet pater ⁊ filius vnum principium spiritus sancti / ⁊ tres ꝑsone vnum principium creature. non enim potest supponere ꝓ persona: quia tunc propositio esset falsa. non enim plures persone sunt vna persona. nec ꝓ essentia vt videtur: quia essentia non spirat nec spiratur: nec ꝑ consequens potest dici principium ꝑsone spirate: cum id dicatur ꝓducti cuiuscunq₃ principiū quod est ꝓducens ipm̄. spirans autem seu ꝓducens spiritum sanctum non est essentia sed ꝑsona non vnica sed due videlicet pater ⁊ filius. ergo magis pater et filius possunt dici duo principia spiritus sancti ꝙ vnum tantum: ⁊ similiter tres ꝑsone tria principia creature ꝙ vnū tantum. ¶ Ad hoc dicendum est: ꝙ sicut albedine vna numero existente in sorte ⁊ in platone sortes ⁊ plato di

cerentur vnum albuz: ipso albo propositionis subiecto supponente non pro sorte ⁊ platone nec pro aliquo alio ab albedine: sed tm̄ pro ipsa albedine que supponit vna numero esse. Jta consimiliter in proposito est dicenduz vez ꝙ vnum principium p̄dicatum de pluribus ꝑsonis non supponit ꝓ ꝑsona nec tm̄ pro vna aliqua ꝑsonarū nec pro aliquo distincto ab essentia ⁊ a ꝑsona: sed tãtuz pro ipsa essentia a ꝑsonis omnibus indistincta. intellectus em̄ huius ꝓpositionis pater ⁊ filius sunt vnū principium spirit⁹ sancti / vel tres ꝑsone sunt vnū principiū creature / est ꝙ pater ⁊ filius sunt vnus deus a quo ē spiritus sanctus ⁊ omnes ꝑsone sunt similiter vnus deus a quo est quelibet creatura. cum autem ꝑsone dicuntur vnus deus / hoc p̄dicatum qđ est deus nō supponit ꝓ ꝑsona: sed ꝓ essentia diuina. non enim ꝑsone sunt vna ꝑsona sed vna essentia. ¶ Et quando dicitur ꝙ diuina essentia non est spirans spiritum sanctum sed ꝑsona: nec ꝑ consequens essentia potest dici spiritus sancti principiuz sed ꝑsona: Respōdeo: ꝙ licet essentia nō sit spirās nec spirata / est tm̄ res spirans ⁊ res spirata cuz sit a personis indistincta totaliter in re extra. ⁊ ideo essentia nō dicitur principium spirandi spūm sanctum vt distinctū ab ipso: modo quo spirans ꝑsona dicit̄ principiuz ips⁹ sed dicitur principium tam a spirante ꝑsona vtra ꝗ̄ a ꝑsona tertia spirata indistinctum totaliter in re ex̄ / quo non obstante vez ꝙ sit idem cū spirato đr eius p̄icipiū quia est idem cum spirante a qua est originaliter ipsa ꝑsona spirata. Cū hoc etiā concedo ꝙ vtraqꝫ ꝑsona spirans potest dici principium spirate ꝑsone. sed non sequitur: ꝑsona spirans est principium persone spirate: sed ꝑsona spirans non est vna tantum: ergo nec est tm̄ vnum p̄icipium. sicut non sequit̄: persona spirans est deus: sꝫ persona spirans non est vna tantum / sed due sunt persone spirantes: ergo ipse ꝑsone spirantes non sunt vnus deus tantum sed duo. ¶ Et si queras: ex quo essentia est ab omni persona totaliter indistincta quomodo ista ꝓpositio persone sunt vnum principiuz est magis vera p̄ncipio supponente pro essentia ꝗ̄ pro persona: cum nec magis videatur posse supponere pro essentia ꝗ̄ pro ꝑsona ex quo persona ⁊ essentia dicunt idem totaliter in re extra: ¶ Respōdeo: ꝙ sicut quando dicitur ꝙ persona producitur ⁊ producit non autem essentia / non est intelligendum ꝑ essentiam rem aliquam a ꝑsonis omnibus in re extra distinctam: q: tunc sequeretur ꝙ esset quaternitas in diuinis vt superius in dist. scđa ꝓlixius est ostē sum: sed tantum est intelligendum ꝙ illi rei que importatur ꝑ personaz ⁊ per essentiam nō cōuenit producere nec ꝓduci vt importatur ꝑ essentiaz: sed vt importatur ꝑ personam: quia ⁊ nomen ꝑsone puta pater significat vnam rem tm̄ vez generantem a re genita realiter differentem. essentia autem non importat vnam rem tãtum sed vnam ⁊ plures. significat enim vnam rem a plurib⁹ inter se distinctis realiter ⁊ a qualibet earum totaliter indistinctam: vt sepe in p̄cedentibus est ostensum. ita et in ꝓposito consimiliter est dicēdum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex p̄dictis. non enim vt dictum est principium importat aliquid absolutū nec respectiuum a personis distinctuz et in eis fundatum: cum tm̄ dicat essentiam ab omnibus ꝑsonis totaliter indistinctam: nec ꝑ ꝯñs in eis fundatā nec multiplicatam: cum idem non dicatur fundari proprie in seipso. quare ⁊c.

Secundo quero: vtrum principium dicatur vniuoce de principio sumpto ꝑsonaliter ⁊ de principio sumpto essentialiter in diuinis. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia illud idez quod est p̄ncipium notionaliter ⁊ essentialiter in diuinis. sed qđ vnuz ⁊ idem existens dicit̄ de pluribus idez significãtib⁹ videtur vniuoce dici de eis. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia principium essentialiter dicitur de deo ⁊ de omnibus ꝑsonis in ordine ad extra vez ad creata. principium aūt notionaliter dicitur de aliquibus ꝑsonis tm̄ in ordine ad intra: vez de omni ⁊ de sola ꝑsona ꝓducente ī ordine ad ꝓductam ab ipsa. sed nihil de ꝑsonis vt comparatis ad intra ⁊ ad extra dictum videt̄ esse vniuocū. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. Primo em̄ ostendā qđ est essentiale ⁊ notionale siue dictum essentialiter ⁊ notionaliter in diuinis. Secundo dicam ad quesitum. vez an principium vt̄r sumptum dicatur vniuoce an equoce de istis.

Quantum ad primum: constat ꝙ illud vocatur essentiale a doctoribus in diuinis qđ est cōmune omnibus ꝑsonis. illud aūt notionale qđ nō conuenit omnibus: sed tm̄ aliquibus vel vni earuz tm̄. nō sic intelligendo ꝙ illud commune omnibus vel tm̄ aliquib⁹ sit aliquid in re extra distinctum a ꝑsonis quibus dicit̄ cōuenire. nec em̄ deitas vel voluntas cōmunis oīb⁹ est aliquid distinctum ab omnib⁹: nec generatio actiua vł paternitas cōueniens soli patri aliqđ ab ipso ī re extra distinctū vt sepe in p̄cedentibus est ostensum. cū hoc tm̄ stat ꝙ sola vna ꝑsona est pater ⁊ generans ⁊ omnes de⁹ ⁊ ideo pater ⁊ generatio dicuntur nomina notionalia seu ꝑsonalia: deitas autez ⁊ volūtas essentialia. ¶ Ex hoc apparet quid ad istū articulū sit dicēdū. qm̄ illō p̄ncipiuz dicitur essentiale seu essentialiter ī diuinis qđ dicitur indifferenter ⁊ vniuersaliter de omnibus personis illud autem dicit̄ notionale seu notionaliter qđ dicitur de aliquibus tm̄ puta de duabus vel tm̄ de vna. sed p̄ncipium cuiuslibet creature dicitur vł̄r de omnibus ꝑsonis. principium autem ꝑsone ꝓducte dicitur tantum de aliquibus vez vel de vna tantum vt p̄ncipium filij qđ dicitur de solo patre: vel de duabus vt p̄ncipiuz spirit⁹ sancti qđ quidem dicitur de filio ⁊ de patre. ergo principium creature ad extra dicitur essentiale: notionale autem seu ꝑsonale ad intra vez principium spiritus sancti. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam vna ⁊ eadem essentia est p̄ncipiuz ꝑsone generatiuū ⁊ spiratiuū ⁊ cuiuslibet creatiuum: ergo non magis principiū spiritus sancti vel filij est notionale ꝗ̄ p̄ncipium creature. ¶ Respōdeo: ⁊ concedo antecedens / sed nego consequentiam. qm̄ licet eadem essentia sit p̄ncipium ꝑsone gn̄ate ⁊ spirate ⁊ cuiuslibet creature: non tamē cōsimiliter sumpta: q: vt essentia ē in p̄ma ꝑsona est gn̄atiua: vt prima ⁊ secūda spiratiua siue p̄ncipium spiritus sancti. vt autem est tres ꝑsone est creatiua siue principiū cuiuslibet creature. nec magis sequitur ꝙ p̄ncipiū ꝑsone diuine sit essentiale: sicut p̄ncipium creature: q: ꝑ vtrunqꝫ eadem essentia importatur: ꝗ̄ sequatur ꝙ essentia diuina sit tm̄ vna ꝑsona puta pater ⁊ distincta ab alia sicut pater ipse vel paternitas: vel ꝙ essentia diuina sit notionalis sicut paternitas. q: ꝑ ista oīa vez ꝑ deitatem et patrem siue paternitatem idem in diuinis totaliter importatur: cum essentia a nulla ꝑsona distinguat̄ aliqualiter in re extra. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quãtū ad secundū est opinio doctoris subtilis dicētis ꝙ p̄ncipiū nō đr vniuoce de p̄ncipio essentialiter ⁊ de p̄ncipio notionaliter sumpto. ⁊ hoc loqn̄do de relatione ꝑ hoc nomen p̄ncipiuz importata. dicit̄ tm̄ vniuoce de p̄ncipio ꝑsonali siue notionali ad intra: vez de p̄ncipio filij dicto de p̄re / ⁊ de p̄icipio spūs sancti dicto de filio ⁊ de patre. ¶ Primum ꝓbat. qm̄ p̄ncipium

essentialiter sumptum dicit relationem rationis tm̄.nõ
eñi est relatio realis sed rationis tm̄ dei ad aliquod ens
creatũ cuius de⁹ dr̄ essentialiter nõ notionaliter princi-
pium. vt autem p̄ncipium dr̄ notionaliter ad intra/ im-
portat relationem realem ꝑsone que dicitur p̄ncipium
ad aliam respectu cuius dicit͛ principium. sed relationi
reali ⁊ rationis nõ est aliquid cõmune vniuocum. q: re-
latio realis est relatio simplicit͛: relatio autez rõnis tm̄
scd̄z q̄d. eis aũt q̄rũ vnũ ē simplicit͛ tale/ ⁊ alterũ s̄m q̄d
tm̄ non potest aliquid esse cõmune vniuocum. ergo ⁊c.
¶ Secũdum: vez ꝙ principijs ꝑsonalibus siue notiona
libus ad intra ratio p̄ncipij sit communis vniuoce/ de-
clarat ꝑ hoc. q: relatio originis omnib⁹ ꝓprietatibus
ꝑsonalibus est communis. cõstat enim ꝙ taz generatio
actiua q̄ passiua q̄ etiam spiratio est quedã originis re
latio. ergo ⁊c. ¶ Sed hic modus dicẽdi nõ apparet mi
hi rationabilis. Primo. q: videt͛ supponere ꝙ relatio
sit vnum aliquid ꝑ se in re extra distinctum a quolibet
absoluto. quod nec ĩ diuinis nec in creaturis est verũ vt
sepe in p̄cedẽtibus est ꝓbatum. ¶ Q: autem hoc suppo
nat/ apparet. q: ponit ꝙ hoc nomen p̄ncipium vt essen
tialiter sumptum ad extra importat tm̄ relationem ra
tionis: realem aũt vt ꝑsonaliter siue notionaliter sumit͛
⁊ ad intra. sed hoc nõ poneret nisi ꝑ relationem aliquid
ꝑ se vnum ab extremis relatis distinctum in re extra in
telligeret. non eñi relatio dei ad creaturaz potest nega
ri realis magis q̄ sua cõuersa vez creature ad deum: in
telligẽdo ꝑ relationem realem siue respectũ p̄cise vtrun
q₃ extremorum seipsis relatorum. constat enim deum
⁊ creaturam esse realia extra animam ⁊ realiter seipsis
relata. sicut eñi creatura est realiter a deo: ita ⁊ deus est
realiter a quo est causaliter creatura. sed dicere creatu
ram referri ad deum nõ ē aliud q̄ dicere ipsam eē ab eo:
ergo ⁊ deus etiã potest dici realiter referri ad ip̄am: cuz
ip̄e sit realiter a quo est causaliter quelibet res creata.
ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q: quãdo dicit͛ ꝙ relatio vnius
ꝑsone ad aliam est realis: nõ autez relatio dei ad creatu
ram: aut ꝑ relationem realem intelligunt͛ sola extrema
realiter distincta: quorũ vnũ est alteri⁹ originatiuũ: aut
aliquid ꝑ se vnum tm̄ in re extra ab eis distinctum. Si
primum: ergo falsum est dicere dei ad creaturam nõ esse
realem relationem: cuz deus ⁊ creature sint vere res dis
tincte essentialiter: quarum vna realiter circũscripto oĩ
actu rationis est ab alia vez creatura a deo causaliter
sicut ⁊ vna ꝑsona est ab alia originaliter. Si autem dat͛
scd̄m: vez ꝙ ꝑ relationem realem intelligatur aliq̄d vnũ
tantum ab extremis relatis in re extra distinctuz: ergo
falsum est illud q̄d ponit͛ qñ dr̄ ꝙ vnius ꝑsone diuine ad
aliam est relatio realis. qm̄ non est aliquid ĩ diuinis dis
tinctum in re extra a ꝑsonis. non eñi generatio actiua/
vel paternitas distinguitur a patre: nec passiua genera
tio seu filiatio a filio: nec passiua spiratio a sp̄ũ sancto: g̊
non magis est realis relatio sic accepta vnius ꝑsone di
uine ad aliam q̄ omnium ad aliquam rem creatã. qua
re ⁊c. ¶ Scd̄o deficit mod⁹ dicendi p̄dictus in ꝯclusio-
ne p̄ncipali quã ponit qñ dicit ꝙ p̄ncipiũ nõ dicit͛ vni-
uoce de p̄ncipio sumpto essentialiter ⁊ de p̄ncipio sum-
pto notionaliter in diuinis. qm̄ non minus principium
potest dici vniuoce de talibus p̄cipijs q̄ cõceptus en
tis de deo ⁊ de oĩbus creaturis: sed cõceptus entis cõ
munis oĩbus est vniuocus ⁊ de oĩb⁹ vniuoce dict⁹
vt in dist. tertia fuit ostẽsum superius. g̊ ⁊c. ¶ Cõfirma-
tur/ quia p̄ncipium dictum essentialiter de ꝑsonis diui-
nis non dicit aliud q̄ principium notionaliter sumptuz
p̄ter ens creatum respectu cuius deus dicitur tale prin
cipium cõnotatum. ergo ⁊c. ¶ Et quando doctor acci-
pit. ꝙ immo principium essentialiter importat relatio-
nem rationis: Dico ꝙ non est verum intelligẽdo ꝑ rela-
tionem rationis aliquid positiuũ a deo ⁊ a creatura dis
tinctum. ⁊ esto ꝙ esset verum adhuc esset falsuz illud q̄d
accipit quando dicit ꝙ p̄ncipium non potest esse dictũ
vniuoce de principio essentialiter ⁊ de p̄ncipio notiona
liter sumpto. ¶ Primum apparet. q: nec dei ad creatu
ram nec vnius persone diuine ad aliam est aliqua rela-
tio realis nec rationis: intelligendo per rationis respe
ctum aliquid ab extremis relatis distinctum. nullũ eñi
ens positiuum est possibile ꝙ sit a deo ⁊ a creatura dis-
tinctum: cum nullum possit poni medium inter ens in-
creatum ⁊ ens creatum. quare ⁊c. ¶ Secũduz: vez ꝙ si
assumptum p̄dictum esset verum adhuc principium es-
set vniuocum p̄ncipio essentialiter ⁊ notionaliter sum-
pto/ ꝓbatur. qm̄ nõ minus quibuscũq₃ entib⁹ positiuis
a deo distinctis potest aliquis cõceptus vniuocus eē cõ
munis q̄ deo ⁊ omnibus creaturis. magis eñi distingui
tur deus ab omni alio ente creato siue reali siue ratiõis
q̄ ens reale ab ente rationis: si ꝑ ens rationis itelligis
aliquid positiuum. sed deo ⁊ oĩbus creaturis aliquis
cõceptus vniuocus est communis: ergo ⁊ relationi rea
li ⁊ rationis: nisi ꝑ rationis relationez intelligas vẽr ni
hil ⁊ impossibile totaliter in re extra. ¶ Confirmat͛. q:
conceptus entis videtur esse communis omnibus crea
turis. sed si relatio rationis est aliquid positiuuz/ est ali
quod ens creatum: cum inter ens increatum ⁊ creatuz
large sumptuz nullũ possit esse mediuz. ergo ⁊c. ¶ Nec
valet illud quod doctor arguit in cõtrarium: qñ dicit ꝙ
relatio rationis est ens secũdum quid nõ simpliciter vt
relatio realis: q: magis est ens secundum quid quelibȝ
creatura in ordine ad deũ q̄ relatio rationis vt compa
ta ad relationem realem: ⁊ deus magis ens simpliciter
q̄ relatio realis vel aliqua alia creatura: quo nõ obstã-
te aliquis conceptus vniuocus est deo ⁊ creature com-
munis. quare ⁊c.

Et ideo quantum ad istum articulũ ali
ter est dicẽdum: vez ꝙ principium dicit cõceptuz vniuo
cum siue vnum ⁊ de principio essentialiter ⁊ de p̄cipio
notionaliter vniuoce dictum. qm̄ principium originati
uum vniuersalit͛ sumptum importat omne illud a quo
alterum est productum. sed hoc reperitur in diuinis taȝ
ad intra q̄ ad extra. quia ⁊ persona est a qua persona et
omnis persona est a qua est producta quelibet res crea
ta. vna etiã creatura est ab alia creatura. ergo p̄cipiũ
vt sic sumptum non tãtum dicit conceptum vniuocum
⁊ communem personis vt ad intra ⁊ ad extra compara
tis sed etiam creaturis. ¶ Confirmat͛. quia relatio ori-
ginis in communi sumpta nõ tantum est communis re-
lationibus diuinis sed etiã alijs ⁊ p̄dicabilis de eis. nõ
tm̄ enim ꝓductio actiua vel passiua persone diuine a ꝑ
sona: sed etiam omnis alia creature a deo vel creature
vnius ab alia põt dici relatio originis: intelligendo per
relationem originis ipsum originans ⁊ originatum nõ
aliq̄d ab eis in re ex͛ distictũ. ergo ⁊c. ¶ Cõsimiliter ē di
cendũ de p̄cipiato sicut dictum est de principio: vez ꝙ
p̄cipiatũ vniuersaliter sumptum est vniuocuȝ ⁊ vniuo
ce dictũ de omnibus p̄cipiatis siue originatis: videlicet
cet tam de diuinis personis productis q̄ de omnib⁹ effe
ctibus creatis. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem
in principio dicendum est ꝙ falsum est quod accipitur
in minore: quãdo dicitur ꝙ nihil de personis diuinis vt
ad intra ⁊ ad extra comparatis dictum est vniuocum:
cum etiam multi conceptus vniuoci sint deo ⁊ creatu-
ris communes vt in distinctione tertia superi⁹ est osten
sum prolixius. quare ⁊c.

Distinctio. XXX. Quæstio. I.

constat enim ꝙ sunt vtiꝗ inconuenientia ⁊ absurda ⁊ sic euidenter ꝙ vix ipa maxime eorum aliqua esse inconuenientia potest ꝓbari per alia notiora vel magis inconueniētia/vt apparet discurrendo per singula. ¶ Primū eīn videlicet infinitas effectuū apparet esse impossibile. vt enim alias ostensū est/sicut deus non potest facere aliquā formam intēsibilem vltimate perfectam: cum quacūꝗ data possit facere aliam ꝑfectiorem: ita nec pōt facere aliqua tot quin possit facere adhuc plura. hoc aūt non esset si infinita actu facere ipse posset cū nulla sit possibilis maior pluralitas q̄ infinita. ꝫ ⁊c. ¶ Secūdū vero mutationē toti⁹ vniuersi sequi ad ꝓductionem vel corruptionem vel quācūꝗ aliā mutationē alicuius vnius rei/est inconueniēs: qd̄ posuit Melissus: vt in primo physicorum recitat philosophus. qd̄ quidem apparet etiam inconueniens: quoniā aut forme huiusmodi respectiue nouiter aduenientes quacunꝗ re create nouiter posita vel mutata oīb⁹ alijs creaturis ꝓducūtur ab ipsis creaturis earum fundamentis quibus adueniūt: aut a termino earū puta ab illa re in esse posita vel mutata: vel tantum a pria causa īmediate. Sed nō ē ponendum primū. q: tūc seq̄ret̄ ꝙ ꝓducta qualibet re nouiter vel mutata oīs alia res creata ab ea distincta nouiter ⁊ diuersis actionibus ageret in seipsam. hoc autē videtur oīno inconueniens: vero ꝙ producto verme vel alio quocūꝗ ente hic inferius vel mutato aliud ens quodcūꝗ tā corruptibile q̄ īcorruptibile corporale et spirituale agat realiter in seipsum etiam diuersis actionibus realiter diuersis. ¶ Consequentia est euidens: quia respectu diuersorum productorum essentialiter distinctorū diuersas oportet in producente ponere actiōes seu actiuas ꝓductiōes. hanc habet concedere omnis ponēs actionem siue actiuam productionem esse formam aliquam per se vnā a ꝓducente ⁊ a producto distinctam sicut ponit ista opinio. sed huiusmodi relationes videlicet diuersitas vel identitas inequalitas vel equalitas similitudo vel dissimilitudo distantia vel ꝓpinquitas ⁊ inherētia cuiuslibet talium que adueniunt omnibus creaturis vniuersi ad ꝓductionem vel mutationem cuiuslibet vnius rei sunt vt dicit ista opinio distincta realiter tam inter se q̄ a rebus quibus adueniunt: ergo ab illis a quibus causaliter oriūtur diuersis productionibus producuntur. quare ⁊c. ¶ Nec potest poni secundum/videlicet ꝙ sint a terminis: quia tunc quodlibet ens productum nouiter vel mutatum ageret realiter diuersis actionibus ad predictas formas reales diuersas in quodlibet aliud a se differēs siue sibi presens siue quantumcunꝗ localiter vel quomodocunꝗ aliter a se distans. hoc autem videlicet ponere muscam vel albedinem ⁊ quamcunꝗ rem aliam corporalē agere diuersis actionibus realiter ad diuersa in quēlibet angelorum ⁊ in quodlibet aliud ens creatū/est omnino absurdum. ergo ⁊c. ¶ Nec potest dici tertio ꝙ relationes huiusmodi sint tantum immediate a prima causa quoniam cum prima causa contingenter agat ad extra propter nullum prius productum necessitatur ad aliquod posterius producendum a priori realiter distinctū. sed huiusmodi relationes ponūtur esse distincte realiter ab extremis ⁊ posteriores eis: ergo a prima causa immediate non producuntur si ad earum extrema posita a quibus realiter distinguuntur/necessario simpliciter consequuntur: nec etiam ab aliqua causa secunda: cum prima possit impedire omnem eius effectum. quare ⁊c. ¶ Tertium/videlicet nullum creatorū referri formaliter ad alterum nec esse ab eo dependens nec ipsi inherens esse īcōueniens/apparet. quoniam vnum entium ab altero esse distinctum/eiꝗ esse equale vel inequale simile vel dissimile/ab alio esse dependens vel ipsi inherens vt accidens/⁊ subsistens vt substantiā accidenti/vnū esse causam vel effectum/huiusmodi tales ꝓpositiones ⁊ similes tam secundum theologiam q̄ scḋm philosophiā sunt necessario cōcedende. persone enim diuine scḋm veritatē theologie dicūt̄ equales similes personaliter distincte ⁊ essentialiter indistincte. deus etiam dicitur causa aliorum omnium a se productiua ⁊ conseruatiua ⁊ omnia creata dicūt̄ ab ipso ꝓducta ipsi dissimilia ⁊ aliqua aliquo modo et similia ⁊ ad imaginem eius facta: ipsiꝗ omnia īequalia. ergo ⁊c. ¶ Quartum vero nullam formā substantialē immediate esse ī materia: nec accidentalē absolutā in subiecto: nec h̄umanitatē assumptā in verbo esse īcōueniens/apparet. qm̄ materia tam a ph̄is q̄ a doctoribus catholicis ponit̄ īmediatum subiectū forme substantialis in ea accn̄taliter existētis. hoc aūt eē nō posset si ī ipā nō existeret nisi forma accn̄tali aliq̄ mediāte vero vnione ab ipsa materia ⁊ a forma substantiali realiter differente. nulla etiā apparet ratio q̄re magis hm̄ōi vnio relatiua possit esse īmediate in suo fundamēto alteri vnito nulla mediāte alia vniōe q̄ aliqd̄ accidēs ab ipō distictū ī suo subiecto. oīno etiā videt̄ īcōueniens dicere hoīem eē vnitū v̄bo mediāte tali hypostatica vnione a verbo ⁊ ab ipso assumpto hoīe essentialiter differente. quoniam sic aut huiusmodi vnio est in verbo/aut non sed tantum in homine assumpto. si non est in verbo: ergo nec ea mediante homo assumptus est in ipso. vt eīn in precedentib⁹ est arguitū/nihil est in aliquo formalit̄ ꝙ

aliquid ab vtroqꝫ distinctum est in ipso vez in illo quod dicitur esse in altero. si autem sit in verbo cū psupponat hominem esse in ipso: per ɔ̄ns magis debet dici q vnio est ī verbo ꝓpter hoīem assumptum existentem in eo q̄ econuerso. q̄re ꝛc. ¶ Quintum vez q ponere deum non posse facere substantiā sine accn̄te nec effectū cause scd̄e suspēdere seu impedire sit inconueniens / appet. qm̄ cū deus sit oṗs potest in omne possibile quale est omne illud qđ nō implicat ɔtradictionem. ex quo sequitur q omnino sit inconueniens ponere primā causam per se non posse in aliqđ possibile. cū eī vniformiter respiciat oē possibile: si aliquod possibile est ipsi impossibile: ꝛ qđcūqꝫ: sed substātiā esse vel fieri sine accidēte nullā implicat ɔtradictionem magis immo minus q̄ econuerso vez accidens eē vel fieri sine substantia. hoc aūt constat deo esse possibile saltē de aliquo accidente: ꝛ qua rōne de vno eadem ꝛ de omi alio vt patebit in quarto. ꝗ ꝛc.

Ex eodem apparet similiter esse inconueniens dicere primam causam non posse oēm effectum cause scd̄e suspēdere. Primo: qꝛ null⁹ effect⁹ hēt ad cām suam ɔnexione magis necessariā q̄ accn̄s ad substātiā: sed nec ad substātiā necessario seqt̄ accidēs: nec qđ ē mirabili⁹ econuerso ad accn̄s aliq̄ substātia creata: cū accn̄s possit ab omi substātia separi: ꝛ p ɔ̄ns fieri sine ipsa. ꝗ ꝛc. ¶ Scd̄o: quia prima causa non agit ad extra necessario sed ɔtingenter: sꝫ cū nulla cā scd̄a possit in effectū aliquē sine ipsa / vt patebit ī scd̄o: p ɔ̄ns si ad cām scd̄aꝫ positā sic suus effect⁹ necessario poneret̄ q non posset p aliquē impediri: cū nec posset poni sine prima ad ipm̄ causalit̄ principaliter opante: per ɔ̄ns seq̄retur q ipsa prima causa ad extra non ageret contingent̄ sed eq̄ necessario sicut causa scd̄a. ꝗ ꝛc. ¶ Tertio: quia ɔstat de facto p fideꝫ aliquē alicuius cause secūde effectū aliqñ fuisse diuinit⁹ impeditū / vt appet de igne triū pueroꝝ nō agente in passuꝫ dispositum sibi p̄ns. sed q̄ ratione prima causa impedire hmōi cause scd̄e effectum / eadē potest ꝛ potuit impedire oēm aliū. vnde ꝛ dicere ɔtrariū est inter articulos excōmunicatos per magistros Parisienses vt erroneū cōdēnatū. q̄re ꝛc. ¶ Ex p̄dictis apparet etiā esse inconueniēs dicere deum nō posse aliq̄d annihilare nō annihilādo aliq̄d aliud ab illo realiter distinctū. qm̄ eq̄ est possibile / oē ens ɔtingens non necessarium in esse positū destrui quocūqꝫ alio ab eo diuerso realiter remanēte sicut fuit possibile ipm̄ fieri seu produci nullo alio ꝓducto distincto realiter ab eodē. sed scd̄m oportet concedere fuisse possibile ergo ꝛ primū. quare ꝛc. ¶ Sextū vez non debere poni ab aliquo nec ɔcedi quodlibꝫ esse actiuum in q̄libet / apparet. qm̄ nullū entiū possumus scire esse principiū ꝓductiuū nisi illius quod ad presentiā eius seq̄ videm⁹ vt alias est ē in precedentibus declaratū. sed ad nullius rei p̄sentiam scimus nec cognoscere possumus seq̄ aliquē realem effectū in q̄libet alioꝝ: ꝗ nec quodlibet ens creatū ē a nobis ponendum vt actiuū principiū in q̄dcūqꝫ. ¶ Ex eodē apparet q nec oīa debēt poni vt formarū eiusdē rōnis materialit̄ receptiua: cū nec etiā aliqua esse eiusdē receptiua scire possimus: nisi vel qꝛ ipsa sunt eiusdē rationis vel qꝛ ī eis līꝫ alterius rōnis videm⁹ existere talia eiusdē rōnis. sed nec oīa sunt eiusdē rōnis nec scire possumus ī oībus aliq̄ eiusdē ratiōis actualiter ɔtineri. ꝗ ꝛc. ¶ Septimum vez formam accidētalem indiuisibilē ꝛ extēsiuā non esse eiusdem rationis / appet. quoniā nō magis forma substantialis inextensa ꝛ indiuisibilis qualis est aīa rōnalis distinguit̄ ab omi alia forma substantiali diuisibili ꝛ extēsa q̄ vnū accidēs inextensū ꝛ indiuisibile ab alio diuisibili ꝛ extenso. sꝫ cōstat q omnis substātia diuisibilis ꝛ extensa est alterius rationis ab omi alia indiuisibili et inextensa. ꝗ ꝛc. ¶ Octauū vez non esse tutum concedere esse immediate in verbo formaꝫ accidentalem aliquam ab humanitate distinctam / appareret. quoniam nec verbum dicitur homo nec hō assumptus deus nisi quia homo realiter ꝛ suppositaliter est in verbo. ergo omne in ipso verbo existēs eque immediate ꝛ ɔsimiliter sicut homo dicitur deus consimiliter sicut homo. ¶ Hoc apparet. qꝛ etiam scd̄m omnes ponentes q deus posset assumere naturam accidētalē sicut substātialē / ipsa accidentalis natura si assumeretur vere ꝛ realiter de⁹ diceretur: ꝛ de⁹ etiā diceret̄ tale accidens econuerso: sicut nūc dicit̄ esse hō. sed cōstat q nec deus dicitur aliqđ accidēs sicut hō: nec aliqđ accidens sed homo solus dicit̄ esse deus. ꝗ ꝛc. ¶ Nonum vez q nō debeant in diuinis poni alie relatiōes a relationibus originis / appet. qm̄ in diuinis nō sunt nisi tres res que sunt vna res summa. vt habet̄ extra de summa tri. et fide catho. sed ponens tales relationes cōes esse in re extra distinctas a relationib⁹ originis seu ab ipsis diuinis personis / ponit res plures distinctas realiter q̄ tres. nulla eīm distincta in re extra possunt esse minus distincta q̄ diuine psone seu relationes originis ab eis indistincte: q̄s constat realiter esse distinctas. ꝗ ꝛc. ¶ Decimū ꝛ vltimū apparet etiā esse inconueniens. qm̄ nihil dictū de deo ex tempore excepto assumpto homine est in eo aliq̄d realit̄ distinctum ab eo. sed hmōi relationes supradicte dicunt̄ de deo ex tempore. non eīm ab eterno de⁹ dicitur creator nec maior seu pfectior aliq̄ re creata. ꝗ ꝛc. ¶ Hec de scd̄o.

Quantum ad tertium pono decem conclusiones. ¶ Prima est: q ista opinio ponens relatiōes originis in diuinis distinctas in re extra a psonis habet ɔcedere q nulla psona diuina est ꝓducens nec ꝓducta realiter semetipsa. ¶ Hec ꝓbatur. qꝛ qđ ponit̄ eē tale aliquo mediante a se distincto non potest poni tale realiter semetipso. ¶ Hoc apparet. qꝛ eīm albedinis subiectū ponit̄ albū per aliq̄d a se distinctum vez per albedinem informantem ipm̄: ideo non potest poni albū per seipsum. et p ɔtrarium / quia deus est sapiens per seipsum: ideo non potest dici sapiens per aliquid sibi appositum a se in re extra distinctum. sed secunduꝫ opinionē ponētiū relatiōes originis in diuinis esse in re extra distinctas a psonis vez gñationē actiuā ꝛ passiuā ꝛ spirationē passiuā / prima psona generat generatiōe actiua / scd̄a gñatur gñatiōe passiua / ꝛ tertia spiratur spiratiōe passiua ab ipa in re extra distincta sicut generatio passiua a scd̄a ꝛ actiua a p̄ia. ꝗ ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia non magis aliqua persona potest dici gñans seipsa nec genita nec spirata vel spirās si actiua productio ꝛ passiua est ab ea distinctum aliquid in re extra: q̄ deus diceretur sapiens seipso si sapientia distingueretur ab eo. sed constat q sicut nulla creatura intellectualis dicitur sapiens seipsa cum eius sapientia sit ab ea distincta: ita nec deus si per impossibile eius sapientia esset distincta ab eo aliqualiter ī re extra. ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio est: q nec ista opinio potest ponere vnaꝫ personam diuinam referri ad aliam per seipsam. ¶ Hec sequitur ex predicta. quoniam persona producens eo refertur realiter ad ꝓductum quo est producēs eum: ꝛ ꝓducta similiter econuerso eo est ad producentem relata quo est ab ipsa producta. sed scd̄m opinionē istaꝫ nulla psona diuina potest poni producens nec ꝓducta realiter semetipsa / vt ꝓbatum est ī ɔclusione p̄ia. ꝗ ꝛc. ¶ Confirmatur quia qđ est tale alio mediāte a se in re extra distincto non potest dici esse tale realiter semetipso. sed scd̄m opinionē istam persone diuine referuntur adinuicem mediātib⁹ relationib⁹ distinctis ab eis oīb⁹ ī re extra. ergo ꝛc. ¶ Tertia cōclusio est: q ista opinio habet ponere personas diuinas eē ɔpositas. ¶ Hec ꝓbat̄. qꝛ omne ex aliq̄b⁹ plib⁹

distinctis q̃tũcũq; modicũ in re extra realiter ↄstitutum
est vere ↄpositum.sed ista opinio ponit quãlibet diuinã p
sonã:n esse ex essentia ꝛ ex relatione sibi ꝓpria ab ea i re
extra distincta vez tam ab essentia q̃ a psona realiter cõ
stitutã:ergo ꝛ ↄpositã. ¶Cõfirmat.q: impossibile est ali
qd simplicissimũ esse ex aliqbus distinctis in re extra rea
liter ↄstitutũ.simplicius em̃ est qd nullo mõ est ↄstitutuz
q̃ ex talibus realiter cõstitutũ.quare ꝛc. ¶Quarta con
clusio est q̄ ista opinio habet ponere in diuinis plꝰs res
q̃ tres. ¶Hec apparet.quia quot sunt in re extra distin
cta tot habent poni res. nec em̃ sunt distincta realiter ni
si diuerse res.oĩa autem in re extra distĩcta realiter sũt
distincta.nec em̃ vt hic suppono ex dictis in ꝑcedẽtibus
aliqua põt in re extra minus esse distincta q̃ diuina sup
posita que constat realiter esse distincta.sꝫ opinio ista po
nit in diuinis plura q̃ tria esse distincta in re extra.ergo
ꝛc. ¶Cõfirmatur.q: opinio ista ponit tres personas cõ
stitutas ꝛ tres relationes eas ↄstituentes distinctas ab
eis oĩbus in re extra:sed vt dictum est omnia in re extra
distincta sunt realiter distincta.ergo ꝛc. ¶Quinta cõclu
sio est q̄ ista opinio habet ponere vel q̄ non sola diuina p
sona ꝓducit ꝛ ꝓducitur in diuinis:sed aliquid qd distin
guitur ab omnibus psonis:vel q̄ aliqd distinctũ ab essen
tia in re extra est ibi qd nec ꝓducitur nec ꝓducit. ¶Hec
apparet.quoniam aut habet ponere q̄ hmõi relationes
originis ꝓducãt ꝛ ꝓducant̄:aut q̄ nec ꝓducant nec pro
ducantur.Si primum:ergo cum ab oĩbus personis distĩ
guantur vt asserit in re extra/seq̄t q̄ non sola persona ꝓ
ducit vel ꝓducitur in diuinis:sed aliqua alia distĩcta ab
oĩbus personis/vez hmõi relationes originis.Si autẽ
ponat secundũ:ergo cum concedat relationes ipsas ori
ginis esse distinctas ab essentia in re extra:per ↄñs habꝫ
dicere q̄ non sola essentia est improducens in diuinis ꝛ i
producta sed alia plura ab ipsa distincta aliqualiter in re
extra. ¶Confirmatur.quia ex quo generatio actiua vel
paternitas distinguitur tam a prima persona q̃ ab essen
tia in re extra:aut sola prima psona generat:aut non:sed
eius generatio actiua simul cum ipsa. Si primũ:ergo nõ
sola essentia est non generans nec genita:sed aliquid dis
tinctum ab ea in re extra.Si secundum:ergo plures res
generant ꝛ plures generantur ꝛ spirantur:cum non sola
persona generet nec sola psona generetur nec spiretur:
sed alia a personis distincta.consimiliter em̃ põt argui de
generatione ꝛ de spiratione passiua sicut de generatione
actiua.ergo ꝛc. ¶Sexta conclusio est/q̄ opinio ista po
nens relationes cõmunes personarum diuinarum esse ab
eis in re extra distinctas/habet ↄcedere hmõi relatiões
esse tam a psonis q̃ inter se realiter distictas. ¶Hec ꝓ
batur.quoniã nulle relationes in re extra distĩcte possũt
minus esse distincte q̃ relationes originis diuine:sed iste
realiter sunt distincte:ergo ꝛ relationes cões puta equa
litas similitudo ꝛ identitas personarum:supposito q̄ dis
tinguantur in re extra. quare ꝛc. ¶Cõfirmatur.quia nul
la in re extra distincta possunt minus distingui q̃ illa
que sic sunt diuersa q̄ sunt res vnice . sed diuina suppo
sita sunt talia sic diuersa:ꝛ tamen realiter sunt distincta
ergo ꝛc. ¶Septima cõclusio est:q̄ opinio ista penẽs hu
iusmodi relationes cõmunes esse distinctas in re extra a
personis/habet ponere personas ipsas diuinas non eẽ se
ipsis easdez similes nec equales. ¶Hec apparet.quoniã
ponens aliquid esse tale mediãte aliquo a se distincto/nõ
potest ponere ipsum tale existere semetipso.sꝫ opinio po
nens huiusmodi relatiões vez eq̃litatẽ similitudinẽ ꝛ idẽ
titatẽ i diuinis distictas a personis ponit psonas ipsas di
uinas esse easdem siles ꝛ eq̃les per huiusmodi relationez
ab eis in re extra distinctas.ponit em̃ q̄ sunt idem iden
titate eq̃les eq̃litate ꝛ siles silitudine mediãte ab eis dis
tincta.q̃ ꝛc. ¶Cõfirmat.q: ponens aliqua plꝰa esse idem
equalia ꝛ similia semetipsis nõ ponit identitatẽ eq̃litatẽ
ꝛ similitudinẽ in eis tanq̃ aliqua ab eis in re extra distin
cta.ergo econtrario opinio que ponit in aliquibus iden
titatem similitudinez ꝛ equalitatem tanq̃ aliqua ab eis
distincta quibus mediãtibus ipsa sunt talia videlicet ea
dem similia ꝛ equalia/ necessario negat illa esse talia per
seipsa.quare ꝛc. ¶Octaua ↄclusio est:q̄ opinio ista po
nens ꝑdictas relationes cões esse a psonis diuinis disti
ctas in re extra/habet ↄcedere in talibꝰ relationibꝰ ꝓces
sum in infinitũ. ¶Hec ꝓbatur.qm̃ nulla realiter distĩcta
põt poni magis eadem nec similia nec equalia semetipsis
nullo mediante alio q̃ psone diuine:sed ipse diuine psone
secundum opinionem istã non sunt seipsis formaliter idẽ
similes nec equales/vt apparet ex alia conclusione:er
go nec hmõi relationes cões a personis distĩcte siue rea
liter siue quõcunq; aliter in re extra possunt seipsis esse
idem similes nec equales.sed ↄstat q̄ equalitates psona
rum sunt essentialiter idem sicut ꝛ persone ꝛ similes ꝛ ẽt
equales/cũ vna non sit maior seu pfectior alia:ergo sunt
eq̃les aliis eq̃litatibꝰ ꝛ siles aliis silitudinibꝰ ꝛ idẽ aliis
identitatibus.de quibus arguã vt de primis:vez q̄ cum
sint similes idem essentialiter ꝛ equales ꝛ non seipsis:q̃
aliis mediãtibus:ꝛ sic apparet q̄ sequit̃ in eis infinitas
euidẽter. ¶Consimiliter potest argui de similitudinibꝰ
vel identitatibus personarũ quas ↄstat esse idẽ similes ꝛ
equales:ꝛ nõ seipsis magis q̃ sint psone.ergo ꝛc. ¶Cõfir
matur.quia aut huiusmodi relationes cõmunes sunt ta
les videlicet idem similes ꝛ equales seipsis vel mediãti
bus aliis.sed secũdum opinionẽ istaz nõ põt poni primũ:
ergo secũdum:ad qd seq̄tur ꝓpositũ vez processus in infi
nitũ. ¶Minor apparet.qm̃ diuerse equalitates non pos
sunt dici seipsis similes idem et equales nisi quia vna est
seipsa talis ꝛ tanta q̃lis ꝛ quanta est alia: et omnes sunt
vna essentia.sed nõ magis vna equalitas vel similitudo
vel identitas est talis ꝛ tanta seipsa qualis ꝛ quanta est
alia ꝛ cum ipsa vna essentia:q̃ quelibet persona sit seipsa
talis ꝛ tanta qualis ꝛ quanta est alia ꝛ cũ ea vnica essen
tia:ꝛ tñ persone diuine secundum istam opinionẽ nõ pos
sunt esse formaliter semetipsis sed mediantibus aliis idẽ
similes ꝛ eq̃les.ergo ꝛc. ¶Nona ↄclusio est:q̄ octo om
nia in predictis octo ↄclusionibus explicata q̃ habet po
nere ꝛ concedere opinio supradicta sunt inconuenientia
ꝛ absurda. ¶Hec apparet euidenter cuilibet per singu
la discurrenti. ¶Decima ꝛ vltima conclusio est: q̄ oĩno
est impossibilis opinio q̃ ponit talẽ relationẽ originis in
diuinis esse aliqd per se vnicũ distinctum a psonis oĩbꝰ
in re extra. ¶Hec sequitur corollarie ex ꝑdictis.quoniã
omne illud est inconueniens et absurdum ad qd sequitur
inconueniens ꝛ absurdum.sed ad istam opinionez sequit̃
inter alia octo predicta que sunt impossibilia inconueniẽ
tia ꝛ absurda.ergo ꝛc. ¶Ex predictis omnibꝰ seq̄tur co
rollarie q̄ nec in creaturis necessitaz in diuinis aliqua re
latio est aliquid per se vnum ab extremis relatis in re ex
tra distinctum. ¶Sic ad questionem. ¶Ad rationem in
principio quando dicitur in minore q̄ respectum esse ab
extremis distinctum est opinio tam philosophorum om
nium q̃ doctorum catholicorum:Dico q̄ non est verum
vt videbitur in questione sequenti.

SEcundo quæro:vtrum opinio
negantium relationẽ esse aliqd per se vnũ ab
extremis distinctum sit cõtra intentionez do
ctorũ catholicorum ꝛ contra philosophum
ꝛ cũ hoc habeat ↄcedere vel negare aliqd inconueniens
ꝛ absurdum. ¶Et videtur q̄ sic. qm̃ decẽ predicamenta

esse distincta fuit cōis opinio tam philosophorum q̄ doctorum catholicorū vt August. ⁊ aliorum: ⁊ ideo hoc negare videtur esse inconueniens ⁊ absurdū: sed negantes respectum esse aliquid per se vnū ab extremis distinctū habent necessario hoc negare: cum tantum tria p̄dicamēta / videlicet substātia q̄titas ⁊ qualitas ponant̄ absoluta: alia autem septem oīa respectiua. ergo ⁊c. ¶ Contra quia non est verisimile q̄ tam doctores catholici q̄ ph̄i concordauerint in aliquo ad qđ euidēter sequat̄ aliquod manifestum incōueniens ⁊ absurdū: sed ad opinionē ponentium respectum esse aliquid per se vnum ab extremis distinctū / sequūtur vt apparet ex q̄stione alia multa icōuenientia tam in diuinis q̄ etiam in creatis. ḡ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. ¶ Primo eīn ostendam opinionem istam negātium respectū esse aliquid per se vnū distinctum ab extremis esse ꝯcordem philosophis ⁊ doctoribus catholicis. Scđo tangam ⁊ soluam aliqua q̄ contra hoc arguuntur ab aliis. Tertio inferam ex predictis q̄ opinio ista non habet ponere nec negare aliquid qđ sit inconueniens in diuinis nec etiam in creatis.

Quātum ad primum arguo primo de omnibus modis relationis a philosopho positis. Ad cuius euidentiam est sciendū: q̄ scđm ph̄m. 5. metaphysice cap. de ad aliqđ / tres sunt modi relationis: quoꝝ primus sumitur penes numerū vel vnum ⁊ multa modo q̄ secundum eū ibidem dicit̄ ad aliquid duplū ad dimidium. Secundus modus sumitur penes actiuū ⁊ passiuū: q̄ modo calefactiuum dicit̄ ad calefactibile ⁊ ꝓductiuum ad ꝓducibile. Tertius modus ⁊ vltimus accipitur penes mēsuram ⁊ mensurabile: sicut se habent secūdū eū ibi scibile ad scientiam ⁊ sensibile ad sensum. ¶ Tūc igit̄ primo de p̄io mō relatiuoꝝ sic. Duplū ⁊ dimidiū sunt relatiua primi modi: ⁊ vnū refertur realiter ad alterum: sꝫ neutrū istorum refertur ad alterū per respectum aliquem ab vtroq̄ distinctum: ergo respectus primi modi quē ponit ph̄us non est aliqđ p se vnū a suis extremis relatis distinctum. ¶ Minor ꝓbatur. q̄m ſm ph̄um vn⁹ nūerus est duplex respectu alterius: ita q̄ diuersi nūeri sūt extrema relationis istius primi modi: sed null⁹ numerus pōt poni scđm principia ph̄i aliqđ p se vnum a reb⁹ numeratis distinctū vt in dist. 29. supius est ꝓbatū. qđ aūt nō est p se vnum non pōt esse alicu⁹ vnius numero accidētis subiectū seu fundamētū. ḡ nec duplicitas nec dimidietas est aliqđ accidēs per se vnū a nūeris suis extremis distīctū. ¶ Assūptum vꝫ q̄ numer⁹ non possit poni ſm p̄icipia ph̄i vt aliqđ p se vnū a reb⁹ diuersis nūeratis distinctū / appꝫ q̄m ꝯstat secūdum principia ph̄i q̄ oīe accidens existit in aliquo subiectiue: ⁊ accidēs vnū habet vnū subiectum sed nullus numerus pōt eē in aliquo vno subiecto: cū tñ si sit aliqđ p se vnū a reb⁹ nūeratis distinctū nō possit poni nisi accīns. non eīn aliqs numerus vn⁹ pōt esse in reb⁹ oībus numeratis cū talia numerata sint diuersa ⁊ distantia: in q̄bus non potest esse vnicū accidēs quale habet eē numerus / supposito q̄ a rebus numeratis sit distinctus nec tñ in vno numeratoꝝ magis q̄ in alio nec ī aliq̄ alio a rebus numeratis. nullum enim vnum potest esse alicuius numeri subiectū. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia secūdum principia philosophi omnis res habet esse simplex vel ꝯpositū: sed nūerus nō potest poni res simplex omni parte carens: nec cōposita. q̄ si sic / aut ex ptib⁹ alterius rationis vel eiusdem. sed non primo modo. quia ſm ph̄um nullū accidens habet materiam ex qua. in omni autē cōposito ex partibus alterius rōnis sunt plura / quoꝝ vnum alterum perficit seu informat: cum ex talibus scđm ph̄um non fiat aliqđ per se vnū nisi vnū sit ī potētia ad alterum ⁊ per consequens respiciat ipm vt materia formam solū: sed numerus si est aliquid vnū a numeratis distinctū nō potest esse nisi accidens: ergo nō pōt esse cōpositus ex ptibus alterius rationis. nec scđo mō: vꝫ ex ptibus eiusdē rōnis. q̄m ſm ph̄um oē tale totū ex eiusdem rōnis ptib⁹ ꝯstitutū ē homogeneū de quo essentialit̄ p̄dicatū p̄dicat̄ de qualibet eius ptū. eiusdem eīn rōnis est tale totū cū qualibet suarū ptiū. sed ꝯstat q̄ nec numerus dict⁹ de binario predicatur de aliqua sui pte nec vnitas ecōuerso dicta de qualibet sua pte dicitur de numero ipso. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicat̄ q̄ hmōi relatiua primi modi puta duplū ⁊ dimidiū non dr̄ de numero aliquo vt a rebus numeratis distincto: sed tñ de ipso vt ꝓ rebus nūeratis accepto. q̄m nec res aliqua numerata dicit̄ dupla nec dimidia respectu alterius propter aliquid positiuū ab ea differens sibiq̄ accidentalit̄ inexistens. sicut eīn totum eo formaliter est maius parte quo est tantum quantum ipsa ⁊ aliquid vltra: eamala decem res sunt duple respectu q̄nq̄ illo quo decem sunt q̄nq̄ ⁊ quinq̄ simul. sed hoc nō cōuenit alicui ꝓpter aliqđ accidens ab eo differens ipsi accidentalit̄ inexistens. sicut eīn quocūq̄ a duob⁹ albis distincto amoto adhuc duo alba sunt similia q̄ vnum ē tale quale alterū: ⁊ equalia si vnum est tantū quantum alterū: ita quocūq̄ accidente a toto ⁊ a ptibus differente ⁊ a rebus decem numeratis posito vel amoto vniformiter totum est maius qualibet suarū partium. ⁊ decē res nūerate dr̄ duplum respectu q̄nq̄ earū tñ: ergo nec mediētas nec duplicitas est aliqđ per se vnum ab extremis distinctum in re extra. q̄re ⁊c. ¶ Confirmatur. q̄ qđ est tale seipso non potest dici tale aliquo alio mediante: sed totū seipso est maius parte ⁊ decē res duplū respectu q̄nq̄ nō aliquo accidente. substantialiter eīn nō accidētalit̄ totū est maius sua pte: cū per suā substātiā sit excedēs ipam sicut ⁊ decē res nūerate duple excedūt q̄nq̄. ḡ ⁊c.

Secundo arguo de relatiuis secūdi modi sic. secūdū ph̄um. 5. metaphysice ita realiter calefactiuū refertur ad calefactibile: ⁊ oīe aliud actiuum ad passibile: sicut calefaciens ad illud qđ calefit ⁊ oē agens ad passum. sed constat q̄ non magis aliqđ dicitur formaliter calefactiuum vel actiuū vel calefactibile vel quomodocūq̄ passibile q̄ deus dicat̄ creatiu⁹ ⁊ alia res ab ipso possibilis creabilis aliq̄ alio mediāte in ipso actiuo p̄cipio vel passiuo actualiter existēte. ḡ ⁊c. ¶ Maior q̄uis ostēdet̄ prolixius: probatur. q̄ eo actiuum principiū est actiuū q̄ est agens actualiter q̄n agit: sed nullum agens agit actualiter quando agit mediāte aliquo alio a seipso. esto etiā q̄ inter agens ⁊ passum esset respectus ab eis distinctus: nō tñ posset poni inter actiuū seu ꝓductiuū ⁊ ꝓducibile: cū ad non ens non posset esse respectus aliqs realis vt dicūt ponētes ipsos hmōi respectus ab extremis distinctos. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicatur q̄ in p̄cipio actiuo est respect⁹ nō actualis sed aptitudinalis seu potentialis. q̄m omnis forma accidentalis exn̄s actualiter in subiecto ē vere actualis: ⁊ ita si actiuitas dicat aliqđ existens in actiuo principio absoluto tale non debet dici potentiale sed potius actuale. si autem actu non sit aliqđ in ipso distinctū ab eo / habetur ꝓpositum / vꝫ q̄ hmōi relatiuum non dicit̄ relatiuum aliq̄ mediāte alio a seipō. ¶ Si forte dicatur q̄ calefactibile vel calefactiuū dicat respectum aliquē actualem: q̄ respectus aliquis actualis potest esse respectu termini actu non existentis. ¶ Cōtra hoc arguo dupliciter. Primo: quia aut hmōi respect⁹ actualis est vnic⁹ tñ ī p̄cipio ꝓductiuo respectu cuiuscūq̄ ꝓducibil̄ ab eo: aut diu̇s⁹ respectu ꝓducibiliū diuersoꝝ. sꝫ n̄ pōt pōi p̄mū: q̄ ſm cōēꝫ opinionē oīm ponētiū respectū eē ab extremis distinctū / nō magis respectu diuersoꝝ t̄minoꝝ q̄ fūdamētoꝝ pōt eēt vn⁹ r̄spect⁹. hoc ē

est expresse de intentione philosophi / vt videtur in libro predicamentorum. vbi dicit: q si aliquis diffinite scit aliquid eorum que sunt ad aliquid / et illud ad quod dicitur diffinite scietur⁹ et sicut exemplificat de duplo sic dicens. Et si scit diffinite quoniam duplum est / et cuius duplum est more diffinite nouit. sed si idem respectus posset esse multorum terminorum / scientem eius fundamentum non oporteret determinate scire aliquem illorum terminorum diuersorum magis q̄ alterum: et ita vel nullum eorum vel simul omnia / esto q essent infinita / oporteret cognoscere determinate: quorum neutrum concederet philosophus. quare &c. ¶ Nec potest poni secundum / scilicet q respectu diuersorum producibilium sint respectus diuersi in principio calefactiuo et in omni alio principio productiuo. quoniam cum quolibet productiuum principium sit vnius producibilis productiuum post alterum sine fine: per consequens sequeretur q in quolibet tali productiuo principio essent actualiter infinita vel saltem indeterminata: quia tot quot sunt ab ipso producibilia: quorum non est aliquis certus numerus neque finis. hoc autem omnino est inconueniens. ergo &c. ¶ Secundo sic arguo ad idem. cum nullum productum sit producibile iterum per naturam per consequens si ad quodcumque producibile ab aliquo principio est in ipso talis respectus / oportet respectum huiusmodi destrui ad productionem huiusmodi cuiuscumque producti: vnum scilicet ad productionem vnius et alium ad productionem alterius. hoc autem apparet esse falsum. non enim propter productum in esse positum oportet aliquid destrui nec corrumpi quod prius in principio productiuo. ergo &c. ¶ Tertio ad idem arguo. quia siue huiusmodi respectus sint multi siue solus vnicus in principio productiuo: cum sint distincti ab eo / oportet q sint causati in eo vel a seipso vel ab alio agente extrinseco. tunc arguo: quia cum quilibet sit producibilis vel respectu eorum sunt alij respectus in principio ipsorum productiuo / vel non. si sic / quero de illis alijs similiter producibilibus in infinitum. si non: ergo eadem ratione fuit standum in terminis absolutis eorum: nec per consequens respectu ipsorum sunt ponendi respectus huiusmodi in principijs productiuis. non minus enim calor potest esse caloris principium productiuum q̄ talium respectuum in seipso existentium absque omni respectu precedente a producibili et a producto ab ipso productiuo principio differente. ergo &c. ¶ Nec valet si dicatur q respectus huiusmodi sunt cum fundamento idem realiter: et per consequens sunt ab eo a quo est eorum fundamentum causaliter. Primo: quia respectus huiusmodi dicuntur esse diuersi in eodem numero fundamento. diuersa autem entia creata non possunt esse idem realiter cum aliquo vno realiter indistincto / alias res vnica esset plures: quod est impossibile in creatis. ¶ Secundo. quia esto q assumptum esset verum adhuc stat ratio / videlicet q non magis oportet alios respectus ponere respectu fundamenti et terminorum ipsorum q̄ respectu eorum in principio productiuo. sed constat q in calido producente aliud calidum non precesserunt respectus ad huiusmodi respectus qui sunt in ipso calore producto respectu producibilium ab eo innumerabilium calidorum siue calorum. ergo nec ipso calore producente oportuit precessisse respectum aliquem ad calorem productum ab vtroque videlicet a producente et a producto distinctum. quare &c. ¶ Tertio arguo de relatiuis tertij modi qualia sunt scibile et scientia: et hoc sic. si scientia refertur ad scibile propter respectum aliquem in ipsa actualiter existentem et ab ea et re extra aliqualiter differentem: aut huiusmodi respectus est scibilis seu intelligibilis: aut non. sed non potest dici q non tum quia ad hoc q scientia referatur ad scibile vel intellectio ad intelligibile non requiritur aliquid non intelligibile: tum quia omne possibile est intelligibile: ergo est intelligibile. et si est intelligibile notitia que est sui fundamenti per aliquam aliam: aut oportet esse in scientia qua est intelligibile aliud respectum ab ipso et a notitia que est intelligibile differentem: aut non. si primum: quod oportet procedere in huiusmodi respectibus processum in infinitum: quia tunc nec secundus respectus posset intelligi nisi mediante tertio: nec tertius nisi mediante quarto et sic in infinitum. hoc autem non potest poni. ergo &c. Si autem ponatur secundum: ergo eadem ratione fuit in primo standum scilicet in absoluto respectus huiusmodi fundamento. non enim minus absolutum q̄ respectus potest esse obiectum intellectum absque aliquo respectu alio in notitia existente. non enim magis ad sciendum aliquod absolutum q̄ ad sciendum respectum est necessarium aliquid ab actu sciendi distinctum. quare &c. ¶ Confirmatur. quia nec ad intelligendum aliquid nec ad sentiendum videtur esse necessarium nisi actus et eius obiectum: non autem aliquid sequens actum ab eo distinctum ergo nec ad scientiam actualem nec ad habitualem est necessarius talis respectus. non enim magis ad habitualem requiritur q̄ ad actualem. ergo &c.

Ex omnibus predictis potest probari non esse de intentione Aristotelis respectum aliquem de genere relationis esse aliquid per se vnum ab extremis relatis distinctum. Et hoc sic arguendo. tres enim sunt secundum philosophum .5. metaphysice modi relationum: sed nullus respectus alicuius illorum trium modorum est aliquid per se vnum ab extremis distinctum vt apparet ex precedentibus. probatum enim est q quodlibet relatiuum cuiuslibet illorum modorum dicitur relatiuum seu ad alterum formaliter per seipsum non propter aliquid sibi inexistens ab eo et a termino suo differens. ergo &c. ¶ Confirmatur primo. quia secundum philosophum .5. metaphysice cap. de ad aliquid. eorum que dicuntur ad aliquid secundum potentiam alia dicuntur ad aliquid vt quod fecit ad factum et facturum ad faciendum. sic enim pater filij dicitur pater. hoc siquidem scilicet pater fecit: illud autem scilicet filius passum est: hoc est genitus est. alia autem dicuntur ad aliquid secundum priuationem potentie vt inuisibile. sed constat q nec inuisibile nec aliquod aliud priuatiuum dicit aliquid distinctum ab illo quod dicitur esse tale. nulla enim res est inuisibilis sicut nec visibilis aliqua alio q̄ seipsa. si etiam philosophus intenderet q pater diceret aliquid positiuum a producente et a producto distinctum / non diceret aliquem esse patrem quia genuit nec filium quia genitus fuit: sed quia generans est tali forma accidentali scilicet paternitate et genitum alia scilicet filiatione informatum. hoc autem non dixit philosophus nec est verum. nec enim aliquod ens producens dicitur nec productum quia forma aliqua distincta ab eo realiter informatum. ergo &c. ¶ Secundo: quia philosophus in lib. predicamentorum describens ad aliquid non describit ipsum sicut aliquid per se vnum ab extremis distinctum: sed magis sicut idem totaliter cum extremis. quod apparet. dicit enim sic. Ad aliquid vero talia dicuntur quecumque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur vel quolibet ad aliud: vt maius hoc ipsum quod est alterius dicitur. aliquo enim maius dicitur et duplex alterius dicitur hoc ipsum quod est. sed si relatiua dicerentur formaliter talia scilicet relata propter aliquod per se vnum ab eis distinctum / philosophus non diceret q hoc ipsum quod sunt hoc est secundum proprias suas essentias essent aliorum: sicut totum de quo exemplificat dicitur maius parte formaliter propter seipsum: quia hoc ipsum quod est hoc est secundum illud quod est essentialiter non autem accidentaliter scilicet quod aliquo a seipso et a parte distincto actualiter informatum. Si enim philosophus poneret q totum est maius parte quia informatum maioritate sicut subiectum dicitur album quia albedine informatum: sicut dicit in lib. predicamentorum cap. de qualitate q qualia dicuntur que secundum hoc puta secundum aliquam qualitatem / denominatiue dicuntur: vt a candore candidus et a grammatica grammaticus et a iustitia iustus: ita si ipse philosophus intellexisset relationem sicut et qualitatem esse formam aliquam per se vnam ab omnibus extremis relatis distinctam / dixisset vtique omne relatiuum esse relatiuum non secundum seipsum: sed quia aliquo a se distincto et a termino informatum: vt totum maius maioritate a se et a parte distincta: et pars minor minoritate / sicut dixit subiectum esse a candore candidum a

grammatica grammaticū ⁊ a iusticia iustum. sed hoc nō dixit: sed pot⁹ ꝯtrariū non tm̄ vbi supra sed etiam alibi. communiter vbicūq; loquit̄ de relatiuis loquitur de ipso non tanq̄ de aliquo ꝑ se vno existente in altero extremorum relatoꝝ: sed ꝑcise sicut de extremis relatis / vt appet 5. metaphysice. vbi describens eadē similia equalia ⁊ diuersa q̄ oīa constat esse relatiua / sic dicit. Eadem sunt q̄rū substantia est vna. diuersa vero quoꝝ aut species sunt plures aut materia aut rō substātie. ⁊ omnino opposite eidē dicitur diuersuz. Differētia vero q̄cunq; diuersa sūt idem aliq̄d entia. Similia dr̄ q̄ idez passa ⁊ quoꝝ q̄litas est vna: sicut et equalia quorum q̄ntitas similiter est vna. constat q̄ in omnibus istis philosophus loq̄t̄ de quolibz horum ꝑdictoꝝ relatiuorum sicut de vtroq; extremorum non sicut de aliquo ꝑ se vno existente in altero eorum. nō em̄ dicit illa esse eadem inter que est vna relatio identitatis: nec illa diuersa inter q̄ est vna relatio diuersitatis: nec similia illa q̄ habent eandem similitudinē: sed q̄ habent eandem qualitatē. non conueniūt aūt aliq̄ in q̄litate nec in substantia nec in q̄ntitate q̄ ꝯueniunt in relatiōe. q̄re ⁊c. ¶ Preterea secundo arguit̄ principaliter sic ad idē. philosophus habet ꝓ inconuenienti tertio physicorum dicere q̄ mouēs q̄libz mouetur. ⁊ accipit motū ibi large: vt vez motus se habet communiter ad successiuū seu ꝓprie motū dictū ⁊ ad mutationē simplicē oppositā mō q̄ etiā accipit motū. 12. metaphy. vbi ꝓbat q̄ ē dare aliqḋ mouēs vt mobile primū. sed si itēderet ponere hmōi relationes vt ponuntur cōmuniter tanq̄ formas aliquas ab extremis distinctas: hoc non diceret: nec oē mouens moueri ꝓ inconuenienti haberet: imo oē mouens moueri poneret. qm̄ sicut motū refert̄ ad aliq̄d mouēs: ita etiā mouēs refertur ad motū: sed non nisi relatione in ipso existente ⁊ ab eo realiter differēte: vt habēt dicere ⁊ dicūt q̄ tales relationes ponunt. q̄re cū nouiter mouens sit nouiter relatū ad rem motā per ipm̄ ꝑ relationem nouiter sibi aduenientez / seq̄tur q̄ realiter sit mutatū. hoc aūt est ⁊ contra philosophum ⁊ etiam contra catholicum theologum. q̄re ⁊c. ¶ Nec valet si dicatur q̄ non oē mouēs sed aliqḋ est receptiuum talis relationis / vez actionis siue actiue motionis. qm̄ eadem ratione qua conceditur aliq̄d vere esse mouens vel efficiens alterum absq; respectu aliquo existēte in eo ⁊ diuerso ab ipso / pōt concedi de omni alio vel saltem de nullo alio ꝓbatur q̄ in eo oporteat ponere talez respectum ex hoc q̄ est mouens aliqḋ mobile a se distinctum: maxime cū ꝓpter talez respectū vnū non possit mouere alterum nec ꝓducere aliquē effectum: sed tm̄ mō ꝓpter seipm̄. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmatur. q̄ cū hmōi respectus arguatur esse in mouente ꝓpter motum ⁊ in efficiente ꝓpt̄ effectum ab eo ꝓductum: q̄ rōne dices vnum mouens vel efficiens non esse receptiuum talium respectuū / eadē potest dici de quolibet aliorum. q̄re ⁊c. ¶ Preterea tertio arguitur sic ad idem. scd̄m philosophum q̄nto physicorū ad relationem non est motus: sed hoc falsū esset: nec philosophus diceret cōtrariū si ꝑ relationez intelligeret formam aliquā per se vnā ab extremis diuersam ⁊ in eorum altero existentem vt accidēs in subiecto. hoc etiam supposito ad relationē esset motus: cū omne subiectum receptiuum alicuius forme realis ab ipso realiter differentis sit vere mobile vel mutabile ad ipm̄. q̄re ⁊c. ¶ Sed ad hoc dupliciter r̄ndet̄. Dicit̄ em̄ primo q̄ relatio non est aliq̄d ad se sed ad alteruz: ⁊ ideo nec illud cui aduenit mutatur ad se sed ad alterum. mutari aūt ꝓprie dicit̄ solum illud qḋ se habet ad se non ad alterū aliter nūc q̄ ante. q̄re ⁊c. ¶ Secundo dicitur q̄ licet philosophus dicat non esse motuz ad relationē: non tm̄ negat ad ipsam posse esse mutationē. ¶ Sed contra responsiones istas arguit̄. Et ꝯtra primā arguit̄ primo. qm̄ oē subiectuz forme alique positiue ab ipso realiter distincte nouiter informatum vere ⁊ ꝓprie est mutatū. sed relatio dicit̄ esse talis forma. q̄re ⁊c. ¶ Secundo. q̄ qm̄ dicitur q̄ relatio non est ad se: aut intelligit̄ per formam esse ad se / formam referri ad se / aut ipsam distingui realiter a quocunq; alio a se / aut nō exigere aliq̄d aliud a se nec ab ipso depēdere. Si detur primū vel scd̄z non minus relatio supposito q̄ sit forma aliqua ꝑ se vna est ad se q̄ albedo vel quecūq; forma alia absoluta. ita eciā relatio est sibiipsi eadem ⁊ ab oīi alio a se distincta / sicut q̄cūq; forma alia absoluta. si autem ponatur tertiū: seq̄t̄ q̄ nulla forma accidentalis possit dici maxime a philosopho forma ad se. quoniam scd̄m eum oē accidens nō minus absolutuz q̄ respectiuū sic necessario exigit subiectū ⁊ dependet ab ipso q̄ est impossibile existere sine eo. ergo non magis secūdum eū albedo q̄ relatio est forma ad se aliqua isto modo. nec etiā scd̄m theologuz: q̄ alias est ꝓbatum ⁊ ꝓbabitur ꝓlixius in secundo ⁊ in q̄rto / q̄ si relatio sit forma aliqua ꝑ se vna ab extremis distincta potest vtiq; per diuinā potētiā fieri sine eis: nec per ꝯñs magis exigit fundamentū aliquod seu subiectum nec etiam terminū q̄ accñs aliqḋ absolutū. q̄re ⁊c. ¶ Tertio: q̄ qm̄ dr̄ q̄ relatio est ens ad alterum: aut ꝑ ens ad alterū intelliguntur ꝑcise extrema relata quoꝝ vnū dicitur ⁊ refertur ad alterū: aut aliq̄d vnū tm̄ ab eis distinctum. sed nō pōt poni secundum: q̄ vnum ens tm̄ non est ad alterum. vbicunq; em̄ est ens ad alterum ibi sunt duo. nec pōt dici q̄ relatio dicatur ad alterū quia licet sit vnū tm̄ exigit alterum / vez fundamētū ⁊ terminum: q̄ etiā visio tam sensitiua q̄ intellectiua exigit vtrūq; istoꝝ / vez subiectū ⁊ obiectum. ¶ Et si dicas q̄ non exigit ista simpliciter necessario cum possit per diuinam potentiam fieri sine eis: consimiliter dicam tibi de relatione: supposito vt concedis q̄ sit forma aliqua per se vna distincta realiter ab extremis. ergo non magis relatio q̄ visio est ad alteruz isto modo. ergo relinquitur primum / videlicet q̄ cuz dicitur q̄ relatio est ens ad alterum / per ens ad alterum est precise intelligendum vtrunq; extremorum: quorum vnum dicitur ad alterum per seipsum / non quia aliquo alio informatum. hoc autem est propositum / videlicet q̄ relatio non sit in re extra nisi tātū extrema relata. quare ⁊c. ¶ Secūdo etiam arguit̄ contra secundam responsionez dupliciter. primo: q̄ est cōtra intentionē phī. non em̄ tm̄ phūs intēdit negare motū ꝓprie sūptū sz et mutationē esse ad relationē. qḋ ꝓbatur ꝑ illud qḋ dicit. 5. physicorū vbi sic ait. Cōtingit altero mutāte verū eē alterum nihil mutans. ꝑ qḋ nō intelligit aliud q̄ ꝑ mutationē alteri⁹ extremorum reliquum extremum dici vere ad aliquid sine omni mutatione sui: sicut facta creatura deus incepit esse dominus sine oīi eius mutatiōe. ꝓducto etiā aliquo qḋcūq; alterū ꝑexistēs dicitur nouiter sibi simile vel dissimile nulla mutatiōe ei adueniente. q̄re ⁊c. ¶ Secundo quia ponentes relationez esse formam per se vnam ab extremis distinctam / habent concedere ad eam esse non tātum mutationem sed etiam motum ꝓprie sumptum. qm̄ oīis forme acquisitio successiua est mot⁹ ꝓprie sumpt⁹: sed si relatio puta similitudo vel dissimilitudo sit forma aliqua vna ab extremis videlicet ab albo distincta: sicut albedo ipsa acquiritur successiue: ita ⁊ huiusmodi similitudo vel dissimilitudo. quare ⁊c. ¶ Hoc etiam videlicet respectiuū non esse aliquid per se vnum ab extremis distinctum / videtur esse de intentione sanctorum et doctorum catholicorum. quoniam constat secundum doctrinā eorum deum dici vere creatiuum ac gubernatiuum omniū possibiliū ⁊ premiatiuum electoꝝ: nō min⁹ q̄ calidū dicat̄ calefactiuū. dr̄ et vere maior vel ꝑfectior oib⁹ / dominus oīm et similia q̄ ꝯstat esse relatiua. sed nullū taliū que de deo dicūtur nec eis opposita similiter relatiua ⁊c.

creature dicta important aliquid per se vnum a deo et a creatura distinctū: cū nec aliqd tale sit possibile. ergo &c. ¶ Preterea hoc etiā videtur sentire Augustinus. 5. de tri. ca. vltimo. vbi sic dicit. Deus dicit ex eo dominus cū habere cepit seruū. nec tñ propter hoc est mutatus. minimus eñ cū dicitur principiū relatiue dicitur/ nec tñ mutatur cū esse cepit principiū. ex quo infert propositum subdens. Si ergo minimus multotiēs potest dici relatiue sine sui mutatione multo magis deus potest dici dominus ad creaturā tēporaliter: nō tñ ipsius substātie aliquid accidere dicit. Hec Augustinus. ¶ Ex his Augustini verbis pōt argui ad propositū euidēter. qm̄ illud qđ nouiter dicit tale absq; aliqua sui mutatione nō est tale formaliter aliquo mediāte existēte et distincto ab eo: sed vt hic apparet per Augustinū tā de deo q̄ de creatura dicitur nouiter relatiuū absq; aliqua eorum mutatione. est eñ scđm Augustinū/ deus nouiter dominus maior/ inequalis/ et alia relatiua de ipso oīno inuariato dicta: sicut etiā minimus sine sui mutatione dicitur principiū: ita et albūm preexistens dicitur alteri nouiter facto simile et equale vel inequale. sicut etiā deus dicitur seipso dominus creature/ et maior et ecōtrario potest dici: et sic est quelibet creatura minor deo et eius serua nullo absoluto nec respectiuo mediāte ab ipsa aliqualiter differente. ergo &c. ¶ Cōfirmatur. quia nō tñ deus dicitur talis ad extra tēporaliter/ sed etiam ad intra eternaliter. cū eñ sit generans et spirans genitus et spiratus: per cōns ab eterno principiū generationis diuine vel suppositū generans est generatiuū/ et spirans spiratiuū/ et suppositū genitū generabile/ et spiratū spirabile ab eterno. sed cōstat q̄ ista oīa relatiua de deo ab eterno vera ad intra nō dicūt scđm doctrinā sanctorū aliquid distinctū a diuina essentia in re extra. sicut eñ deus ab eterno dicitur creaturus ita et generatiuus spiratiuus generabilis spirabilis generans et genitus spirās et spiratus nō mediāte aliquo alio a personis. ergo &c. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū arguitur multipliciter. Et probat q̄ opinio supradicta ponēs respectū ab extremis distinctū sit cōtra itētionē tā phorū q̄ doctorū catholicorū. ¶ Primū/ vz q̄ sit cōtra intētionē phorum probatur. Et primo q̄ sit cōtra intētionē Aristotelis arguitur per illud qđ ait in predicamētis. vbi dicit. c. de ad aliquid/ q̄ ad aliquid dicūtur quecūq; hoc ipm̄ qđ sunt ad aliud sunt. sed nulla substātia nec res aliqua alia absoluta scđm id qđ est dicitur ad alterū. ergo &c. ¶ Preterea idē in eodē libro sic dicit. Eorū que scđm nullam cōplexionē dicuntur singula aut significāt substātiā/ aut quantitatē/ aut qualitatem/ aut ad aliquid/ aut vbi/ aut quando/ aut sitū esse/ aut habere/ aut facere/ aut pati. ¶ Ex hoc arguitur ad propositū. qm̄ cōstat scđm phm̄ q̄ quodlibet decē generū significat rem aliquā per se vnam. sed quodlibet septē generū significat tñ respectū nō aliquid absolutū. ergo vltra absolutū intēdit phs esse aliqd respectiuū ab omni absoluto distinctū. ¶ Preterea tertio idē phs dicit ī eodē libro: q̄ ī relatione est contrarietas sicut exemplificat de virtute et vitio que sunt relatiua contraria. Dicit etiā q̄ relatio videtur magis et minus suscipere: et q̄ illa que sunt ad aliquid sūt simul natura. sed per quodlibet horū videtur innuere euidēter relationē esse formā aliquā per se vnā in re extra. quare &c. ¶ Preterea quarto. quinto metaphy. distiguit tñ tres modos relatiuorum vbi ponens differētiā inter tertium et alios primos duos dicit q̄ in primis duobus modis relatio est in vtroq; extremorū. in tertio aūt modo nō nisi in altero tñ. hoc aūt phus nō diceret nisi intēderet relationē esse aliquid per se vnū ab extremis distinctū. quia nec aliter relatio potest dici esse in vtroq; vel tñ in altero extremorum. ergo &c. ¶ Preterea quarto metaphy. phs habet pro icōueniēti dicere q̄ omnia sunt ad aliquid. sed hoc incōueniēs non reputaret nec esset si relatio foret indistīcta ab extremis hoc eñ supposito oporteret cōcedere omnia existere relatiua. ergo &c. ¶ Preterea. 12. metaphy. dicit q̄ sicut predicamēta sunt alia ita et principia. vbi exēplificat specialiter de distīctiōe relatiōis ad alia/ et pricipiorū relatiōis ad principia aliorum. ex quo videtur q̄ intēdat ponere relationē vt rem aliquā ab alijs oībus differētē. ¶ Q etiā opinio ista sit cōtra intentionē aliorum phorum: probat primo per Algazelem. q̄ dicit. 1. metaphysice sue. c. 5. q̄ relatio ē accidēs substātie. constat aūt q̄ accidēs est aliquid distinctū a substantia. ergo &c. ¶ Secūdo per Simpliciū sup predicamēta/ improbātē opinionē istā/ vz dicētium relationē nō esse aliud q̄ extrema. ¶ Tertio per Auicēnā qui dicit tertio metaphy. sue: q̄ relatio habet propriā certitudinē propriū esse et propriam accidentalitatē: quod nō diceret nisi ipsam ab extremis distinctā esse poneret. g &c. ¶ Secūdū probat vz q̄ sit etiā opinio ista cōtra intētionem sanctorū. Primo. quia scđm Augustinū. 5. de tri. c. 5. in rebus creatis illud qđ nō scđm substantiā dicit restat vt scđm accidēs dicatur. sed cōstat q̄ relatio nō dicitur de aliqua re creata absoluta scđm substantiā: ergo scđm accidēs: qđ cōstat esse distinctū a substantia. quare &c. ¶ Secūdo. quia idem Augustinus dicit. 7. de tri. c. 6. q̄ ois essentia que relatiue dicit est aliquid excepto relatiuo. vt exēplificat subdēs: vt homo/ dominus/ equus/ iumētū/ nūmus/ et arca. homo eñ equus et nūmus substātie sunt dominus aūt seruus iumētū et arca relatiue dicūtur. hec Augustinus. Ex quibus videtur intelligere q̄ huiusmodi relatiua dicūt aliqua ī re extra a substātijs relatis distincta. ¶ Preterea hoc idē videtur sentire Ambro. 5. de tri. c. 5. vbi sic dicit. Si prius esset deus et postea pater generatiōis accessione mutatus est: auertat deus hanc amentiā. sed nisi generatio que est relatio esset aliquid distinctū a fundamēto nulla propter eius accessionē seq̄ret ī ipso mutatio. ergo scđm Ambrosiū/ generatio ipa est aliquid per se vnum ab eius fundamento distinctū. quare &c. ¶ Preterea hoc idē videtur sentire Damascenus in logica sua. c. 34. vbi sic dicit. Sciēdū q̄ quādo aliquid cōsideratur in se nō erit ad aliquid: cū aūt susceperit inseparabilē proprietatē ad aliud tñ dicit ad aliquid. ¶ Ex hoc arguitur. quoniam illud qđ recipitur in aliquo subiecto/ aliquo modo distinguitur ab ipso. sed scđm Damascenū/ relatio suscipitur in fundamento: ergo est aliquid distinctum ab ipso et a termino.

qua puta actualis vel habitualis notitia ab eo essentialiter distincta. nec enim aliquis intellectus creatus intelligit se nec aliqua actualiter nec habitualiter per suam substantiam: sed per notitiam a se essentialiter distinctam in eo existentem vt accidens in subiecto. sꝫ huiusmodi effectus artificis notitia actualis vel habitualis / puta species aliqua eiꝰ rep̄sentatiua / dicitur idea. ergo ⁊c. ¶ Nec sic autem est idea in mente diuina / vcꝫ tanꝙ̄ aliquid distinctum ab ea: cum sit ab ipsa vt probatū ē realiter indistincta. quia nec deus artifex sempiternus intelligit se nec alia per aliquid a se distinctum: sed omnia intelligit actu vnica notitia a sua essentia indistincta. sed notitia producendi operis est idea artificis vel propius econuerso notitia artificis est idea sui operis. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc qđ hic supponitur / ⁊ in p̄cedenti articulo est probatum / vcꝫ ꝙ idea creature sit diuina essentia / arguit quidaꝫ in primo suo distin. trigesimanona. vbi ponit qđ est in precedenti articulo reprobatum / vcꝫ ꝙ creatura secundum eē cognitum est idea qđ quidem esse cognitum est aliquid ab actu diuine cognitionis ⁊ per consequens essentie distinctum. ¶ Hoc autem probat primo. quia idem non potest esse necessarium ⁊ contingens. sed actus intelligendi diuinus ē necessarius: cum sit idem qđ deus. esse autem intellectum vel volitum creature est contingens: cum nulla creatura sit a deo necessario sed contingenter intellecta ⁊ volita. ergo ⁊c. ¶ Secundo. quia que non sunt inter se ideꝫ / nec cum aliquo tertio. sed esse intellectum ⁊ non intellectum volitum ⁊ non volitum non sunt ideꝫ inter se. ergo nec cum actu. sed omne aliud a deo volitum ⁊ intellectum ab ipso potest esse non intellectum nec volitum. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia illa non sunt idem: quorum vno immultiplicato alterum multiplicatur. sed esse intellectū a deo vel volitum ⁊ actus diuine intellectionis vel volitionis sic se habēt ꝙ actu diuino īmultiplicato ⁊ existēte vnico multa sunt a deo intellecta ⁊ volita: ⁊ per consequens esse intellectum ⁊ volitum est multiplex non tantum vnicum. ergo ⁊c. ¶ Tunc igitur dicit iste: ꝙ sicut ē duplex actio / vcꝫ transiens ⁊ immanens: ita est duplex terminus aliquod esse habens: cum nulla sit actio sine aliquo termino posito in esse per ipsam. terminus actionis transeuntis vt creationis prime cause ⁊ realis productionis secunde est res producta secunduꝫ esse quod habet in re extra. terminus autem actionis immanētis qualis est intellectio est res intellecta secunduꝫ esse aliquod diminutum obiectiuū qđ habet in intelligente: ⁊ tale esse cuiuslibet creature fuit eternum: cum quelibꝫ creatura ab eterno fuerit diuinitus intellecta. non minus autem per diuinam intellectionem ꝙ̄ per nostram creatam potest capere obiectum intellectum esse aliqđ diminutū ab actu intellectionis distinctum. sed per intellectionem creatam obiectum intellectum capit aliquod esse diminutum ab ipsa intellectione distinctū. qđ apparet. quia esse hmōi intellectuꝫ qđ habet obiectum intellectum / est in ipso intellectu intelligente non subiectiue: sed obiectiue. intellectio autem ipsa est in eo subiectiue: cum sit in ipso sicut accidens in subiecto. quare ⁊c. ¶ Ad huius intelligentiam / vcꝫ ad videndum quomodo esse intellectum est esse diminutum ab actu intelligendi distinctum / subdit ꝙ esse intellectum vel volitum dupliciter potest sumi. Uno modo vt esse intellectum est concretum ab intellectione ⁊ eē volitum a volitione dictum: sicut ab albedine album. ⁊ vt sic eē intellectum non distinguitur ab intellectione nec volitum a volitione: sicut nec aliquod aliud concretum ab abstracto suo: vt album ab albedine. Secundo modo pōt accipi precise pro substracto qđ importat ab ipso actu denominato: ⁊ vt sic est aliquid ab actu distinctum. huiusmodi enim esse substractum est esse diminutum factum seu formatum per ipsum actum: ⁊ per consequens oportet ꝙ sit aliquid positiuum ab eo distinctum.

Sed hic modus dicendi est omnino impossibilis. Primo. quia ponit mīta entia existētia sempiterna / vcꝫ tot quot fuerunt a deo eternalit̄ intellecta sed hoc est falsum ⁊ contra sacram scripturam ⁊ sanctorum doctrinā. ergo ⁊c. ¶ Secundo. quia ponit aliquod ens factum qđ nec est substantia nec accidēs. quoniaꝫ illud qđ nec ꝑ se potest subsistere / nec in alio subiectiue existere / nec substantia nec accidēs potest esse. sed huiusmodi esse intellectum cuiuslibet possibilium sempiternum nō pōt ꝑ se subsistere nec subiectiue in alio existere vt habet etiā ista opinio cōcedere. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia ponit duo gn̄a entium ⁊ duo vniuersa: quorum vnum cōcedit eē eternum ⁊ alterum habere principiuꝫ. qđ apparet. quoniam quot sunt entia realia quorum conceptus sunt decē gn̄a seu predicamēta / tot sunt vt dicit entia diminuta: que vocat esse vel entia obiectiua vel intellecta: quorum nullum potest poni in aliquo gn̄e seu predicamēto illorum decē realium. ergo vel horum omnium entium diminutorum / tamē positiuorum ⁊ eternorum erit vnum genus gn̄alissimum siue p̄dicamētum qđ nō erit p̄dicamētum substantie nec accidētia: cum nec aliquod istorum sit substantia nec accidēs: vel erunt decē p̄dicamēta istorum sicut sunt decē entium realium aliorum. ¶ Ex quo vlterius sequitur scđꝫ / vcꝫ ꝙ habeat positio ista ponere duo vniuersa. quoniaꝫ ꝑ vniuersum non est aliud intelligēdum ꝙ̄ vniuersitas omnium creatorū vnū habētium principiuꝫ increatū. ergo quot ponūtur tales vniuersitates totalit̄ distincte tot ponuntur vniuersa. sed positio ista ponit duas vniuersitates entium factorum: quorum nihil vnius ē aliquid alterius excepto increato principio vtriusq̄. ponit enim vniuersitatē diminutorum entium eternorum: ⁊ aliam realium ac tēporalium ꝑfectorum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ꝑfectum ⁊ imꝑfectum tēporale ⁊ eternū totalit̄ distinguuntur. sꝫ opinio ista ponit vnū vniuersum imꝑfectuꝫ seu diminutum ⁊ eternū / puta vniuersitatē intellectorū: q̄ vt dicit sunt entia diminuta: tamē ꝑ actum intelligēdi diuinū in eē posita ab eterno / in eē indꝫ positiuo licꝫ imꝑfecto ⁊ ab actu ipso diuino distincto: ⁊ ponit aliud vniuersum tēporale ⁊ ꝑfectum: quia ex entibus realibus ⁊ ꝑfectis non sic diminutis tēporalit̄ cōstitutū. sꝫ ista oīa ⁊ multa alia q̄ ad istā positionē sequunt̄ / sunt incōuenientia ⁊ absurda. ergo ⁊c. ¶ Preterea hmōi substractum ab actu intellectiōis denoiatū qđ vt dicit ista opio ab actu ipso est distinctū / est intelligibile a diuino intellectu: imo ⁊ ab eterno actualit̄ intellectū. qm̄ nō minꝰ deꝰ intellexit illa q̄ ab eterno ꝓduxit: ꝙ̄ illa q̄ tēporalit̄ in eē posuit. sꝫ oīa ex tēpore ab eo realit̄ ꝓducta cōceduntur fuisse ab ipso eternalit̄ intellecta. ergo ⁊ alia oīa ab eterno ꝓducta. sꝫ hmōi substractū qđ dicit̄ intellectū ⁊ est ab actu intellectionis denoīatū: est vt dicit opinio ista ꝑ actū ipsum intellectiōis diuine positū in eē qđ habet eternalit̄ seu ꝓductū. ergo ⁊ fuit a deo eternalit̄ intellectū seu diuine intellectionis obiectū. ¶ Tūc hoc supposito arguo vltra sic. aut huiusmōi substractū qđ ē diuine intellectiōis obiectū eternū ē ꝑ ipm̄ diuine intellectiōis actū in aliquo eē alio a se posituꝫ: aut nō. sꝫ nō pōt dici ꝙ sic: quia tunc q̄rerē de illo in infinitum. cum enim illud eēt etiam diuine intellectionis obiectuꝫ: ꝑ consequēs si oē obiectū intellectū eēt in aliquo eē a se ⁊ ab actu distincto posituꝫ / non eēt in talibus status sꝫ processus in infinitum. hoc autē poni non pōt: ergo relinquit̄ ꝙ licꝫ hmōi substractū ꝑ

actum intellectionis diuine productum sit intellectū ⁊ eiusdem diuine intellectionis obiectum: nullum tamen consequitur esse per actum a se ⁊ ab ipso actu distinctū; sed nulla est maior necessitas vnum contingentium obiectorum ⁊ a deo factorum ꝗ alterum poni in aliquo eē per diuine intellectionis actum cuius dicitur esse obiectum. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia aut huiusmodi ens substractum actu diuine intellectionis ab eterno productum a quo denominatur ⁊ dicitur intellectum / est ipsius diuine intellectionis obiectum tantum: non autem aliquod aliud ens reale ab ipso distinctum: aut vtrunqȝ videlicet tam ipsum ꝗ quodlibet aliorum possibilium realium ex tempore productorum qđ prefuit ab eterno eius obiectum. sȝ non potest poni primum: quia tunc sequeretur ꝙ deus ab eterno non intellexisset aliquē realem effectum temporaliter producendum. hoc autem est falsum. ergo relinquitur secundum / vȝ ꝙ tam huiusmodi ens substractum diminutum per actum diuine intellectionis ab eterno productum ꝗ quodlibet aliorū realium temporaliter productorum fuit eiusdem intellectionis diuine obiectum: ⁊ per consequens ab eterno intellectum. sed propter nullum obiectorū realiter distinctorum intellectum dicitur alterum intellectum magis ꝗ econuerso. ergo cum huiusmodi ens substractum diminutum ab omni alio ente reali temporaliter producto totaliter sit distinctum: non magis propter huiusmodi ens substractum ab eterno in esse positum intellectum dicitur esse intellectū ab eterno aliquod ens reale ex tempore producendū: ꝗ econuerso ipsum ens substractum huiusmodi diminutum sit intellectum propter alia entia temporalia intellecta. ex quo sequitur: ꝙ non magis huiusmodi ens substractum est ponendum propter notitias aliorum: ꝗ alia propter ipsum. quare ⁊c.

Nec valent illa quę pro opinione ista superius sunt arguta / vt apparet discurrendo per singula. ¶ Ad primum enim concedo qđ assumitur in maiore / videlicet ꝙ ens contingens ⁊ necessarium non sunt idē. sed tunc nego minorem / quantum ad illam partem que dicit ꝙ esse intellectum vel volitum est contingens. hoc enim non est verum intelligendo per ens contingens aliquid positiuum in esse positum / ab ente necessario distinctum: cum nullum tale ens fuerit sempiternum: ⁊ omne a deo in re extra positum fuerit ab eterno intellectum ⁊ volitum. ¶ Et quando probatur per hoc ꝙ nulla creatura est a deo volita nec intellecta necessario sed contingenter / concedo. sed ex hoc non sequitur quod infertur: videlicet ꝙ esse intellectum vel volitum sit aliquod ens contingens ab actu differens. quoniam res a deo intellecta ⁊ volita ab eterno est illa eadē nō alia ꝗ ex tempore est producta: illa aūt anteꝗ producta non erat aliquid quidditatiue: nec per cōsequens ens necessarium nec contingens. non enim sequitur / res est intellecta. ergo est. quare ⁊c. ¶ Et si vlterius arguatur: ꝙ si omnes res create fuerunt ab eterno contingenter intellecte ⁊ volite: ergo potuerunt non esse intellecte nec volite: nego consequentiam: intelligendo per consequens vȝ per res potuisse ab eterno non eē intellectas nec volitas / aliquid positiuū ab actu diuino distinctū potuisse non esse / qđ tamē de facto extitit ab eterno. hoc enim consequēs sic intellectū supponit falsum / vȝ ꝙ ens aliquod positiuū a deo distinctū fuerit sempiternū. si aūt per hoc consequēs / qđ est creaturas potuisse non fuisse intellectas / intelligat̄ nō ꝙ aliquid a deo distinctū nō esse potuerit qđ fuerit: sed ꝙ creature ipse quelibet ab eterno nihil a deo distinctū fuerint: tamē intellecte ⁊ volite fuerunt ⁊ nō intelligi potuerūt / sic potest concedi consequētia: quia nec cōsequēs vt sic intellectū arguit obiectum cognitū qđ ⁊ potuit nō esse cognitū nec volitū / ab actu diuino eē distinctū aliqđ positiuū. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia si ex hoc ꝙ deus intelligit cōtingēter qđlibet ens creatū / arguit̄ ꝙ eē intellectū sit aliqđ ens cōtingēs ab actu ⁊ ab obiecto differēs: cū eque contingenter intelligat hm̄oi esse intellectū diminutū a suo actu ⁊ ab omni ente reali extra distinctū: per consequēs sequit̄ ꝙ respectu huius obiecti intellecti oportet ponere aliud esse intellectū ab actu distinctū ⁊ respectu illius alterū; ⁊ sic in infinitū / vt superius est argutū. hoc autem poni non potest. ergo ⁊c. ¶ Preterea sic de⁹ vult ⁊ intelligit omnia a se alia contingēter: ꝙ sicut potuit vt arguis nō intelligere ea: ita ⁊ potuit intelligere vnū eorum ⁊ velle non intellecto aliquo aliorū ab illo essentialit̄ distinctorū. sed huiusmodi esse intellecta ⁊ volita eterna diminuta que ponis sunt distincta essentialit̄ ⁊ totalit̄ ab oīb⁹ creaturis productis tēporalit̄ in re extra: etiā magis incōparabilit̄ ꝗ vna creatura ab alia distinguat̄. ergo nō minus potuit deus ab eterno intelligere ⁊ velle omnes effectus temporaliter productos sine talibus sempiternis existentibus entibus diminutis vel eis existentib⁹ nō intellectis: ꝗ vnum effectuū realiter producibilium non intellecto nec volito aliquo aliorū. ergo ⁊c. ¶ Ad secundū quādo dicit̄ ꝙ esse intellectū ⁊ nō intellectum vel volitū ⁊ non volitū / non sunt idē: concedo. intelligēdo per esse intellectum ⁊ volitū intellectionis ⁊ volitionis actum: ⁊ per non esse intellectum nec volitum negationem talium actuum. intelligēdo autem per esse intellectum aliquid preter actum ab ipso actu distinctū / nihil fuit ab eterno intellectum. nec etiā ab intellectu creato intelligente obiectū aliquod non existens est aliquid intellectum: cum obiectū intellectum non sit aliquid ab actu distinctū. Et ideo quādo additur ꝙ omne aliud a deo intellectū ab ipso ⁊ volitum potest esse non intellectum ⁊ nō volitū: falsum est si non intellectum ⁊ nō volitum negent actum. nō enī pōt nō esse huiusmodi actus diuinus. verum autē est si negent obiectū ab ipso actu distinctum. sed nullum tale obiectum ab actu distinctū fuit a deo intellectū nec volitū ab eterno. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia non minus huiusmodi esse diminutū intellectū vel volitū sempiternū ab actu vt supponit̄ distinctū pōt nō eē intellectū nec volitū ꝗ aliud quodcūqȝ ens reale pfectū ab eo distinctū ⁊ ex tēpore productum. nec per cōsequēs magis tale ens diminutū esse ⁊ non esse intellectū vel volitū sunt idē ꝗ aliud quodcūqȝ esse ⁊ nō eē intellectū. ergo nō magis ratio illa probat ꝙ lapidē vel aliud quodcūqȝ ens creatū ab eterno eē intellectū ⁊ nō eē intellectū distinguantur / ꝗ hm̄oi ens diminutū eē intellectum vł volitum sempiternum ab actu diuino distinctum esse intellectum vel volitum ⁊ non eē intellectum nec volitum. ex quo sequitur / si ratio illa valet / ꝙ huiusmodi ens diminutum eternum non potest esse intellectum nec volitum ab eterno nisi mediante alio esse intellecto ⁊ volito: nec illud nisi alio mediante: ⁊ sic in infinitum / vt superius est deductum: qđ est euidēter falsum. ergo ⁊c. ¶ Ad tertium quando dicitur: ꝙ actu diuino existente vnico ⁊ immultiplicato multa sunt ab eo volita ⁊ intellecta: concedo ꝙ multa sunt nunc ab eo intellecta ⁊ volita: quia omnia creata que tam inter se ꝗ ab actu vnico essentialiter sunt distincta. sed ista ab eterno intellecta et volita nec fuerunt multa nec vnum aliquid ab actu ipso distinctum: cum ab eterno nō fuerint in re extra aliquid sed sint modo. quod autem nihil ē nec vnum nec multa nec cum ente idem nec ab eo diuersum realr̄ eē pōt. q̄re ⁊c. ¶ Et si ꝯtra hoc arguas:

quia deus non intelligit nunc plura q̃ intellexerit ab eterno: ⁊ ꝑ consequēs si plura intelligit modo/ ⁊ plura intellexit etiam ab eterno. concedo ꝙ intellexit plura: sed non sequitur/ ab eterno fuerunt plura intellecta. ergo ab eterno fuerunt plura: magis q̃ sequatur/ aliquod unum est intellectum: ergo est. licet enim deus ab eterno intellexerit plura/ tamen nullum illorum fuit aliqd ab eo seu eius actu distinctum: nec cum eo idem: cum nihil fuerit in re extra. quare ⁊c. ¶ Ad aliud qđ arguitur quando dicitur: ꝙ cum sit duplex actio/ videlicet imanens ⁊ transiens/ duplex terminus est ponendus: Dico ꝙ verum est: sed illud quod postea additur non est verū quando dicitur ꝙ intellectio et volitio est actio immanens. nō enim intellectio nec volitio intellectualis creature est actio imanēs sed eius terminꝰ: sane hoc intelligendo ut exponetur prolixius in secundo: nec per intellectionem vel volitionem intellectualis creature res ī tellecta vel volita accipit aliquod esse magis q̃ per sensationem accipiat esse aliquod res sensata. divina autē intellectio ⁊ volitio est ab essentia totaliter indistincta non tamen per remillam increatam ut est intellectio: hoc est ut est talis qualis importatur per intellectioneʒ ⁊ volitionem/ capit aliquod esse aliqua res ab eo volita vel intellecta. quare ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & ultimum: dicit ille cuius opinio fuit in primo articulo impugnata in primo huius questione predicta: ꝙ idee in mente divina ponuntur precise ut sint quedam exemplaria ad que intellectus divinus aspiciens producat creaturas. quoniam secundum Augustinum propter hoc precise sunt ī deo ponēde idee: quia deus est rationabiliter operans. unde Augustinus. Quis audeat dicere deum alia a se omnia irrationabiliter condidisse? sʒ ad rationabiliter operantem non requiritur nisi virtus productiva ⁊ operativa ⁊ exēplar ad qđ aspiciat in operando. sʒ idee nō sunt ipsa virtus productiva vel creativa producētis. ergo sicut exemplaria sunt ponende. ¶ Sed hic modꝰ dicendi non potest stare/ quia falsum supponit: vʒ ꝙ idee sint aliqua in re extra a deo distincta. hoc enim nō est verum ut in precedentibus est probatum. ¶ Preterea licet artifex creatus indigeat exemplari sui operis producendi: ad qđ exemplar aspiciens vel ad exemplatuʒ per ipsum/ suum opus exterius operetur: cum nec ꝑ suā essentiam possit cognoscere semetipsum nec aliqđ aliorum: tamen de artifice increato qui ꝑfectissimo aliter est dicendum. cum enim talis artifex sit perfectissimus ⁊ ꝑ seipsum non per aliquid a se distinctū omnia cognoscēs per consequēs non est in eo ponendum exemplar aliqđ ab ipso distinctum aliorum reꝑsentativum: ad qđ oporteat ipsum respicere ad hoc ut rationabilit̄ aliqd operetur. qđ enī potest rationabilit̄ agere ꝑ seipsum omni alio circunscripto/ nō indiget aliquo exemplari a se aliquo modo distincto. sed artifex sempiternus cum sit ex se perfectissimus/ quia omnipotēs ⁊ exemplar omniuʒ pōt rationabilit̄ in quodcunq; possibile ꝑ seipsum. ergo nec ad hoc ut agat rationabilit̄/ est ponēduʒ aliquod exemplar ab eo distinctum: nec ēt pōt poni. ¶ Confirmat̄ quoniā nō magis in artifice increato pōt poni exēplar ab eo distinctum: ad quod aspiciēs opetur unū effectuʒ possibilē q̃ aliuʒ. sed si idee sunt ī deo ut talia exemplaria ab eo distincta/ sunt effectus dei: cum oē a deo distinctum sit ab ipso productū. ergo si respectu aliorum effectuū ab ideis sunt in deo necessaria exēplaria ad ipsa rationabiliter opanda: ⁊ respectu talium exemplarium videlicet idearum/ licet esse diminutum habentium sempiternum/ tamē a deo productum/ erunt alia exemplaria necessaria seu idee ad eas similiter rationabiliter producēdas. hoc autem non potest poni: quia tunc esset in talibus exemplaribus seu ideis processus in infinituʒ: sic ꝙ unius idee esset alia ⁊ illius alia sine fine. ergo ⁊ cet. ¶ Preterea arguo sic ad idem. aut huiusmodi exēplaria a deo distincta que dicit iste esse ideas/ sunt in deo quidditative: aut tantummodo obiective. sed primum non potest poni: quia omē quod est isto modo in deo est indistinctum ab eo: ista autem exemplaria supponunt̄ ab ipso esse distincta. nec secundum: quia solum illud dicitur esse obiective in intellectu divino ⁊ in omī alio qđ est intellectum ab eo. creature aūt secundum esse reale non diminutum sed perfectum suum qđ postea acceperunt/ a divino intellectu eternaliter intellecte fuerunt. sed ipse secundum tale esse nō possunt dici sicut nec sunt exemplaria nec idee: sʒ potius exemplata ⁊ ideata. nec enim effectus artificis est idea in mente eius seu exemplar sed exemplatum vel ideatum: ut in primo articulo fuit dictum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia artifex nihil artificialiter nec rationabiliter operatur nisi quod preintelligit. ad hoc autē ꝙ omnia a deo artifice sempiterno ex tempore facta rationabiliter fuerint ab eo producta/ non oportuit ipsum ꝑintellexisse aliqua alia ab eis omnibus in re extra vel aliter quomodocūq; distincta. sed huiusmodi exemplaria ponuntur tam a deo q̃ ab omni effectu creato temporaliter ab eo distincta. ergo ipsa non oportuit preintelligi ad operandum rationabiliter alia ex tempore producenda. quare ⁊c. ¶ Preterea idea est exēplar artificis ipsi effectum ab ipō operabilē representans. sed licet tale exemplar in artifice creato sit distinctum ab eo: ⁊ respectu diversorum effectuum ipsi possibilium diversa exemplaria sint in eo: non tamen hoc est verum de artifice increato: cum eius ēntia qua cognoscit omnia/ sit exemplar unicum omnium aliorum non aliquid ab eo distinctum. ¶ Ex quo sequitur ꝙ falsum est quod ponit ista opinio/ quando dicit: ꝙ idee in mente divina sunt exemplaria ad que deus aspiciens operatur. non enim sunt exemplaria sed exemplata nec per consequens idee sed ideata illa ad que artifex aspiciens operatur: nec deus haberet aspicere ad ipsas ideas si essent exēplaria ad rationabiliter agendum: quoniam artifex non operatur artificialiter nec rationabiliter quia respicit ad exemplar/ sed quia per exemplar respicit ad exemplatum: sicut domificator non producit artificialiter domum: quia respicit ad exemplar seu ad ideam domus/ sed quia respicit ad domum ipsam. nec enim ad domum producēdam rationabiliter requiritur eius exemplar seu idea ut obiectum cognitum sʒ ut speculum domus fiende representativum: sine quo domificator non posset intelligere ipsam domum. ergo similiter in proposito est dicendum/ videlicet ꝙ si idee essent in mente divina exemplaria representativa effectuum possibiliuʒ/ non oporteret deum ipsa intelligere ad alia rationabiliter producendum. quare ⁊ cetera. ¶ Confirmatur. quia si deus per impossibile non intellexisset essentiam suam/ sed tātum quālibet rem creatā/ adhuc fuisset oīa rationabiliter ⁊ artificialiter opatus: nō autem si econverso intellexisset seipsum ⁊ non aliqd aliorum. ergo si idee essent exemplaria ab artifice ⁊ ab eius opere distincta: non oporteret artificem cognoscere ea ad rationabiliter producendum possibile sibi opꝰ quare ⁊c. ¶ Et quando postea additur arguēdo: ꝙ ad rationabiliter operantē non requiritur nisi virtus ꝓductiva ⁊ exēplar ad quod aspiciat opando: Dico ꝙ neutrum istorum requiritur: si per utrunq; eorum intelligatur aliquid ab ipso operante distinctum. nec enī virtus opativa dei seu creativa ē aliquid ī ipso distinctū ab eo.

sed non magis deus artifex sempiternus requirit ad rationabiliter operandum exemplar aliquod ab eo distinctum q̄ virtutem huiusmodi creatiuam. sicut enim ipsa essentia est virtus productiua omnium: ita ꝛ exemplar eorundē oīm ꝑ seipm nō aliq̄ alio mediāte. q̄re ꝛc.

Aliter dicit ille cuius opinio fuit impugnata in secūdo articulo de illo esse diminuto: quod ponit. iste enim ponit in eadem questione primi ꝙ idee sunt ponende in diuina mente non sicut rationes intelligendi alias: sed propter ordinem actuum vez operatiōis diuine immanētis ꝛ transeuntis. sicut enim in creaturis vbi operationes huiusmodi distinguuntur eorū termini sunt distincti: ita licet in deo sint indistincte: quia tamen actus diuinus licet realiter indistinctus continet eminenter huiusmodi duos actus / videlicet immanentem ꝛ transeuntem: habet enim circa quālibet rem creatam actum intelligendi ꝛ volendi qui est operatio immanens: ꝛ actum creandi qui est operatio transiens: quarum vtrinq̄ operationū oportet aliquod habere obiectum. ꝛ quia operatio immanens est prior q̄ transiens: prius enim deus vult ꝛ intelligit q̄ producat aliquam rem creatam: ideo oportet hmōi diuine oꝑatiōis immanētis prioris esse aliquod obiectuȝ prius obiecto oꝑationis posterioris alterius transeūtis: ꝛ tale est obiectū secundarium prioris oꝑationis terminatiuū. huiusmodi autē obiectum est quodlibet ens creatum secundum esse intellectum ꝛ diminutum: sicut secundum esse reale extra ꝑfectum est oꝑationis transeuntis puta creationis obiectū. sed entia hmōi vt sic cognita sunt idee. ergo idee nō ponuntur in mente diuina nisi q̄dam obiecta secundaria actus intelligēdi: ita ꝙ lapis vt cognitus ꝛ ꝑ consequēs vt obiectuȝ diuini actus est idea ipsius lapidis vt lapis est terminus actionis trāseūtis realis / vez creationis: ita ꝙ sicut oꝑatio diuina immanēs est via ad eius oꝑationē transeuntē: ita ꝛ terminus oꝑationis immanētis est via ad terminum oꝑationis transeūtis / qui terminus est res creata ꝛ posita in re extra. Ex quo infertur ꝙ in deo sunt īfinite idee. quot enī sunt ab eo obiecta cognita tot sūt idee: cū quodlibet obiectū cognitū habeat propriā ideā in eo. sȝ deus intelligit infinita. ergo ꝛc. ¶ Hec vt dicit est intētio Aug. dicētis ꝙ idee sunt forme rerū ꝑncipales atq̄ incōmutabiles: que diuina intelligētia continētur. ꝛ hoc vez ipsas ideas in diuina essentia cōtineri / est intelligēdum nō ꝙ sint in ea formaliter: sed tm̄ ꝑ modum obiectorum.

Sed hic modus dicendi coincidit cum prio ꝑdicto: nec differt nisi tantū vocalit̄ ab ipso. ꝛ ideo eadē possunt argui cōtra istū dicēdi modū: que contra aliū superius sunt arguta. qm̄ nec entia creata habēt ī mēte diuina aliqua eterna actū terminātia: ꝛ ab ipso ac ab oīb⁹ entibus creatis distincta. nec talia esto ꝙ ꝑ im possibile ponerent̄ / possent dici idee entiuȝ creatorum. qm̄ nullū entiū creatoꝝ a deo intellectorū est idea alterius ab eo totalit̄ differētis magis q̄ ecōuerso. sȝ talia entia diminuta que ponit ista opinio sempiterna sūt ab oībus creaturis realit̄ distincta. ergo nō magis possunt poni idee creaturarū talia entia diminuta q̄ econuerso creature tēporaliter ꝑducte sint idee eoꝝ: vl̄ q̄ vna creatura sit alteri⁹ idea / vt lapis hominis: cū nihil sit a deo distinctū nisi tantūmō ens creatū: ꝛ ꝑ ꝯñs talia oīa diminuta entia sint creata: cū ponant̄ a deo esse distincta ꝛ nihil sit a deo distinctū nisi tantūmō ens creatū. quare ꝛc. ¶ Preterea hic modus dicēdi deficit: q2 verba q̄ ponit falsum videtur supponere / vez inter operationeȝ dei ad intra ꝛ operationē eius ad extra esse diuersitatē aliquā in re extra: cū dicat vnā istarū esse priorē alia / sicut termin⁹ eius est prior termino alteri⁹. quorū vtrūq̄ est falsum. nec enī dei intellectio est distincta a creatiōe excepta creatura ꝑ creationē cōnotata. nec terminum intellectionis oportet esse nec fuit ab eterno aliq̄d positiuū ab ipsa intellectione distinctū / vt ī ꝓcedētibus ē probatū. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. q2 terminus intellectionis diuine eterne fuit eius obiectū intellectū. nō enim ē aliud dicere intellectiōis terminū q̄ obiectū. sȝ obiecta secūdaria a deo eternaliter intellecta fuerūt ipsa oīa entia creata postea in re extra: nec scd̄m aliud esse q̄ secūdū illd̄ qd̄ acceperūt postea qm̄ ꝑducta fuerūt / antea intellecta. ergo falsum est qd̄ dicit opinio ista / vez ꝙ oē obiectū creatū fuit secundum eē diminutū obiectū intellectionis eternū. illud enī idem ꝛ secundū idē esse quod fuit creationis obiectū ꝓfuit eternaliter intellectū: qm̄ si nō illud sȝ aliud deus ītellexisset / eo q̄ ꝑduxit seu creauit nō rōnabilit̄ seu artificialit̄ ꝑduxisset: cū nihil nisi ab artifice ꝓintellectū / ab ipo rōnabilit̄ seu artificialit̄ sit ꝑductū. g ꝛc. ¶ Ex ꝑdictis appꝫ falsum eē qd̄ dicit / vez ꝙ idee sunt obiecta scd̄aria intellect⁹ diuini: q̄ obiecta sunt entia creata non scd̄m esse qd̄ habēt in re: sȝ secundū esse intellectū qd̄ habēt in mēte diuina. non enī entia creata fuerunt a deo ꝓintellecta nec ꝑ consequēs sic intellectionis obiecta: nisi scd̄m illud idē esse qd̄ acceperunt postea in re extra: nec ꝑ cōsequēs res vt a deo intellecta fuit via ad ipsam vt producta postea in re extra: nec operatio immanens ad transeuntē: cum nulla sit diuersitas inter ista / ꝛ idem non sit via proprie ad seipsum. Apparet etiaȝ falsum esse illud quod addit corollarie concludēdo: cum dicit ꝙ idee sunt infinite cum sint tot idee quot sunt obiecta ab ipso cognita. quoniaȝ non sunt ponenda nec possibilia aliqua distincta a deo cognoscente ꝛ ab ipso cognito ab eo: cum nihil possibile sit quod deum latere possit. omnia enim possibilia intelligit. sed obiecta possibilia a deo cognita non sunt idee sed potius ideata. ergo cuȝ preter ipsa nihil sit a deo distinctum: nec per consequens potest dici ꝙ idee sint infinite / videlicet tot quot obiecta intellecta: ꝛ maxime cū sola diuina essentia que est vnica vt est omnium possibilium notitia / sit idea. quare ꝛc. ¶ Ex hoc apparet simpliciter esse falsuȝ vt sonat qd̄ infert ista opinio: cum dicit ꝙ quodlibet obiectum cognitum habet propriam ideam in deo. quoniam aut per propriam ideam intelligit ipsam diuinam essentiam: ꝛ sic cum ipsa sit omnium notitia / non est propria magis vnius q̄ alterius: licet vt est notitia vnius possit dici idea propria: et vt est notitia alterius similiter idea ipsius. aut per propriaȝ ideam intelligit rem creabilem vel creatam: ꝛ talis non ē idea sed ideata. aut aliquid a deo distinctum ꝛ ab omni re alia creabili vel creata. sed tale non est aliquid possibile sed simpliciter impossibile. ergo ꝛ cetera. ¶ Confirmatur. quia non magis ad hoc ꝙ creatura scd̄m eē qd̄ habet in re extra fuerit intellecta requiritur esse aliquod diminutum / ab intellectione diuina ꝛ a qualibet creatura distinctum / q̄ ad hoc ꝙ diuina essentia intelligatur sit necessarium tale esse ab ea distinctum. sed constat ꝙ ad ipsam diuinam essentiam intelligendam nō requirit̄ aliq̄d ab ea distinctū qd̄ sit talis intellectionis obiectum: quare nec propt̄ tale obiectum aliquod intellectum diceretur diuina eēntia intellecta. ergo ꝛc. ¶ Nec valet si dicatur: ꝙ non est simile de diuina essentia ꝛ de alijs: quoniam diuina eēntia est eterna: ideo potuit esse eternum intellectionis obiectum: non sic autem aliquod aliorū: cum nullum scd̄m eē reale suum fuerit sempiternum. quoniaȝ si hoc eēt verum seq̄retur ꝙ nullum ens creatum fuerit a deo eternalit̄ sȝ tātū tꝑalit̄ in-

tellectum. sed hoc est falsum. ¶ Consequentia est euidens quoniam idem est aliquid esse intellectum et intellectionis obiectum: et ita per consequens si non existens non potest esse intellectionis obiectum: nec potest existere intellectum. sed constat quod nullum ens creatum fuit eternum. ergo etc. ¶ Ad illud quod ait August. cum dicit quod idee sunt forme rerum principales atque incommutabiles apparet euidenter quod ista auctoritas non est pro conclusione predicta pro qua adducitur: sed potius contra eam. quoniam constat quod nihil a deo distinctum est incommutabile nec simpliciter principale. ergo si idea est incommutabilis et principalis forma: sequitur quod non sit aliud quam diuina essentia. quare etc. ¶ Confirmatur. quia talis diminuta entia secundum [illegible] que ponit opinio ista esse ideas: non sunt perfectiora nec per consequens principaliora sed imperfectiora quam alia creata entia posita in re extra: nec magis necessaria: nec per consequens incommutabilia: esto quod fuerint sempiterna: cum nihil a deo distinctum et ab eo factum sit necessarium nec necessario in esse positum sed tantummodo contingenter: et per consequens sit mutabile quia possibile non esse: cum prima causa nihil a se distinctum essentialiter necessario producat nec productum manutineat. sed idea secundum auctoritatem istam est forma principalis et incommutabilis. ergo etc. ¶ Et si queratur: quare ergo Augustinus dicit ideas esse formas in plurali: cum essentia diuina sit tantum vna. [illegible] hoc potest dici quod licet diuina essentia sit vnica [illegible] aliter non tamen virtualiter: cum sit omnium possibilium notitia et causaliter productiua. sed ipsa vt dictum est supra dicitur idea vt est effectuum possibilium diuersorum notitia seu exemplar. et [illegible] quia sic est idea vnius [illegible] ac est notitia seu exemplar eius quod non vt est notitia aliorum licet eadem sit notitia omnium: ex hoc in auctoritate ista dicitur forme in plurali et non in singulari. [illegible] quidem forme dicuntur in diuina intelligentia [illegible] quia essentia ipsa diuina tam vt secundum se sumpta quam etiam vt est aliorum notitia est a seipsa vt est intelligentia intellecta. ¶ Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum quod cum queritur: ad quid idee ponuntur in in[illegible] aut intelligitur ad quid ponuntur in ipsa tanquam aliqua distincta ab ea: aut non sic: sed ad quid vel propter quid ipsa diuina essentia est idea. ¶ Hoc premisso apparet ex precedentibus quod [illegible] dicendum quoniam questio ista primo modo intellecta supponit falsum. videlicet ideas esse aliqua in mente diuina ab ea distincta. hoc enim non est verum: cum nihil [illegible] in mente diuina distinctum ab ea nisi [illegible] cta secundaria: videlicet omnia possibilia intellecta que non sunt idee sed ideata vt dictum est supra. nec per consequens est querendum propter quid idee sint in mente diuina isto modo. Si autem secundo modo intelligatur questio sic quod in ea [illegible] ponitur est verum: vt [illegible] cet essentiam ipsam diuinam esse omnium aliorum ideam. cuius nulla est ratio nisi quia ipsa est notitia omnium effectuum possibilium et exemplar: quia nec vt dictum est supra aliud est idea operis artis quam notitia seu exemplar artificis opus ipsum ei possibile [illegible] tans. quare etc. ¶ Hec de tertio.

Quant[illegible] ad quartum & vltimum:

Utrum deus intelligat [illegible] ideas dicit ille cuius opinio fuit reprobata [illegible] in precedentibus in primo suo in distinctione. et questione qua supra quod sic. Ad cuius euidentiam premittit [illegible] hoc videlicet deum intelligere omnia a se alia per [illegible] sit intelligi secundum quod ly per pot[illegible] circumstantiam cause motiue: sicut cum dicitur [illegible] intelligit per habitum tanquam per causam motiuam vel effectiuam. Alio modo circumstantiam potentie intellectiue: sicut cum dicitur quod homo intelligit per intellectum. Tertio modo circumstantiam obiecti medij: sicut cum dicitur quod homo intelligit deum in via per quendam conceptum proprium ipsi. et quarto modo circumstantiam obiecti terminantis: sicut cum dicitur quod videbimus deum per essentiam: quia ipsa diuina essentia erit visa. ¶ Tunc hoc premisso dicit quod deus intelligit alia omnia a se per ideas ipsorum: non intelligendo seu accipiendo ly per primis tribus modis: sed quarto et vltimo modo tantum. quoniam idee nec mouent diuinum intellectum nec sunt ipse intellectus nec obiectum inter deum et alia a se cognita intermedium: sed sunt ipsamet obiecta cognita a deo alia quare etc. ¶ Sed apparet ex dictis in precedentibus quod falsum est quod iste supponit: videlicet ideas esse obiecta cognita alia a diuina essentia: vt enim dictum est supra obiecta a deo cognita ab eterno possibilia fuerunt entia temporaliter post[illegible] producta ab eo secundum illud idem esse reale quod postea acceperunt. sed talia non fuerunt idee nec exemplaria: sed ideata et exemplata. non enim effectus ab artifice productus et cognitus est idea seu exemplar [illegible] suus sed ideatum ac exemplatum. quare etc. ¶ Confirmatur [illegible] quia cum dicitur quod idea in in[illegible] diuina [illegible] obiectum cognitum: puta idea lapidis est lapis cognitus aut per lapidem cognitum qui dicitur esse idea [illegible] per lapidem [illegible] ideam [illegible] idem totaliter in re extra: aut non. sed non potest poni primum: quoniam idem esset [illegible] ectu suipsius idea et ideatum: exemplar et exemplatum. nec [illegible] cundum videlicet quod lapides huiusmodi quorum vnus est idea [illegible] distinguantur. ¶ Primo quia deus nunquam nouit lapidem nisi productum vel producibilem in re extra. ergo lapis ab eo eternaliter cognitus non fuit alius quam lapis temporaliter in esse productus. ¶ Secundo. quia nullum obiectum a deo cognitum et [illegible] est idea alicuius alterius [illegible] ab illo obiecto alio quam a deo. nec enim vna aliqua res creata [illegible] omnis a deo distincta est alterius idea. ergo si lapis a deo cognitus est aliquid a deo distinctum non potest esse idea alicuius alterius creature. ¶ Tertio. quia si idea lapidis que est lapis cognitus distinguitur a lapide ideato: aut lapis huiusmodi ideatus est a deo cognitus sicut [illegible]: aut non. Si dicatur quod sic cognitus: ergo deus cognoscit alias creaturas omnes ab ideis distinctas per ipsas ideas vt per obiecta cognita intermedia inter ipsum et cognitas creaturas. quod negas: cum dicas quod deus non dicitur cognoscere [illegible] ideas vt ly per dicit circumst[illegible] am obie[illegible] etiam sequeretur quod vna creatura a deo cognita esset alterius a deo cognite idea: quod poni non potest. nulla enim est ratio quare magis vnus lapidum a deo cognitorum sit idea alterius quam econuerso. ergo et cetera. ¶ Si autem dicatur quod lapis ille cuius lapis a deo cognitus est idea non est a deo cognitus: ergo sequitur quod nulla creatura in esse posita fuit a deo preintellecta: nec per consequens deus ipse aliquid produxit rationabiliter et artificialiter ad extra. nullus enim producens aliquid quod ignorat producit ipsum rationabiliter nec per artem nec habet esse eius ideam: cum idea artificis non sit respectu ipsius ignoti operis. hoc autem est falsum. ergo et cetera. ¶ Ex predictis apparet impossibilitas opinionis predicte [illegible] deum intelligere omnia a se alia per ideas tanquam per obiecta cognita: non tamen vt per obiecta intermedia inter deum et alia cognita obiecta. quoniam sic loquens videtur ponere et concedere [illegible] ens creatum ex tempore deo notum esse: quoniam si non tantum deus intelligit ideam lapidis sed ipsum etiam lapidem ideatum

productum temporaliter in re extra: aut nouit vtrunq; eque immediate/aut vnum per alteram: vt per ideam alterum lapidem ideatum. Sz nõ potest opinio ista ponere primum: cum dicat deum intelligere omnia alia a se per ideas vt per obiecta cognita. si enim aliquid a se et ab eis distinctum esset ab ipso cognitũ/non eẽnt idee omnia obiecta ab eo distincta cognita: cum aliqua ab ideis alia videlicet ideata essent cognita. nec potest ponere secundum/tum propter eandem rationem: tum q2 tunc deus cognosceret creaturas per ideas vt lapidez per eius ideam vt per obiectum intermedium: quod expsse positio ista negat. ergo 7c. ¶ Preterea aliud quod ponit cum dicit q̧ homo intelligit deum in via per conceptum sibi proprium vt per obiectum intermediuz terminans actum: falsum est et ex falsa imaginatione ac suppositione procedens. supponit enim iste sic loquẽs q̧ deus non potest a nobis in via intelligi secundum rationem propriam deitatis: sed tantum in aliquo conceptu a diuina essentia totaliter distincto. quem quidem conceptum imaginatur quoddam obiectum ab intellectu nostro formatum et a creaturis abstractum: qđ vt dicit est diuine essentie proprium signum. et ideo in ipso licet ab eẽntia essentialiter distincto conceptu dicitur cõcipi ab intellectu nostro eẽntia vt signatum in signo. cõtra ista autem omnia in precedentibus est argutum.

Et ideo quantum ad istum articulum vt apparet ex aliis precedentibus/aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euid[illegible] ntiam est sciendum q̧ deum intelligere alia a se omnia per ideas potest intelligi tribus modis. Uno modo q̧ intelligat alia per ideas tanq̧ per aliqua diuersa tam a se q̃ ab aliis omnibus ab eo cognitis in rec[illegible]a. Alio modo q̧ intelligat alia a se per ideas vt per obiecta intellecta non alia ab illis que dicuntur intelligi per ipsas ideas sed illa eadem: vt idee non sint aliud q̧ obiecta alia a deo disticta ab eo: modo quo deus dicitur intelligi per essentiam suam. non enim beatus intelligit deum per essentiam suam tanq̧ per aliqd ab ipso deo intellecto distinctum: cum deus intellectus non sit aliud q̃ ipsa essentia intellecta. Alio modo tertio potest intelligi q̧ deus intelligat alia a se per ideas quia intelligit ipsa per suam essentiam: que eorum oĩm est idea vt dictum est supra. ¶ Hoc premisso apparet ex p̃declaratis. Primo q̧ deus non potest dici proprie seipsum intelligere per ideas. Secundo. q̧ nec alia a se potest intelligere nec intelligit per ideas primo modo hoc intelligendo. Tertio q̧ nec intelligit alia a se per ideas secundo modo. Quarto q̧ intelligit omnia alia a se per ideas tertio modo trium predictorum et vltimo hoc intelligendo. ¶ Primum probatur. quoniam de⁹ non intelligit se per aliquid distinctum a se intelligente et intellecto [illegible] enim omnino et indistinctum est intelligẽs et intellectum quando deus intelligit seipsum. sed idem non est [illegible] pprius idea. ergo 7c. ¶ Confirmatur quia licet diuina essentia sit idea non [illegible] respectu sui dicitur idea sed [illegible]ntum respectu omnium aliorum possibilium. sed [illegible]us h[illegible] pr posi[illegible] propter sumpte deus in[illegible]lligit per ideaz: est q̧ illud p q̧ deus intelligit sit idea respectu rei intellecte. ergo cum diuina eẽntia non [illegible] idea respectu sui sed respectu aliorum a se: per consequẽs licet pro quanto essentia qua deus intelligit se et alia est idea poss[illegible] q̧ [illegible] on[illegible]a que intelligit videlicez tam se q̃ alia intel[illegible] per ideam: q2 tamen essentia ipsa qua omnia intel[illegible] non dicit idea respectu sui sed omnium aliorum: [illegible]o non est verum ꝓprie intelligendo dicere q̧ deus [illegible] intel[illegible]it per ideam. ¶ Secundum/vez q̧ nec alia a se intelligat per ideas illo primo modo hoc intelligendo appa[illegible] niam cum deus intelligat om̃ia tam [illegible] sui [illegible] per consequens tales idee sic intelle[illegible] vt [illegible]cta tam a deo q̃ ab omnibus aliis ab eo [illegible] omnino impossibiles: cum nihil sit nec esse poss[illegible] q[illegible] a deo intellectum non sit. quare 7c. ¶ Confirmatur. qui[illegible] aut idee huiusmodi sic accepte sunt obiecta a de[illegible]tincta et intellecta: aut non sunt intellecta. S[illegible]test poni primum/videlicet q̧ sint intellecta [illegible] quia supponitur esse diuersa ab omni obiecto a [illegible]gnito. qđ autem ab omni obiecto cognito est diue[illegible] non potest existere intellectum. ¶ Secundo. qu[illegible]ctum a deo cognitum et distinctum non est ide[illegible]tum seu exẽplatũ vt superius fuit dictuz. ¶ Nec po[illegible] dici secundum/videlicet q̧ non sint a deo cogni[illegible] deus omnia intelligat tam se q̃ alia. ergo 7c. ¶ [illegible] videlicet q̧ nec secundo modo deus intel[illegible]gat [illegible] per ideas apparet: quia vt statim dictum [illegible]cedentibus/nullum obiectum a deo distinctum [illegible]lectum dicitur esse in mente diuina idea [illegible] ¶ Confirmatur. quia idem non potest [illegible] ipsius idea et ideatum exemplar et ex[illegible]mpla[illegible]mne obiectum qđ non est deus ab eo factu[illegible] seu exemplatum. ipsum autem idem et secund[illegible] esse realiter suum est obiectum a deo intel[illegible] per consequens non est id[illegible]a. ¶ Quartum [illegible] delicz q̧ deus intelligat p[illegible] ideas quarto [illegible] do hoc intelligendo: apparet. quoniam constat q̧ de[illegible] omnia intelligit per essentiam suaz. nec enim in[illegible] diuinus nec suus intelligendi actus est distinc[illegible] essentia in re ext[illegible]a. sed ipsa diuina essen[illegible] vt dic[illegible] supra ẽ ide[illegible] respectu sui sz respect[illegible] oĩm alio[illegible] go 7c. ¶ E[illegible] contra hoc arguatur primo: q[illegible] essentia est vnica: ergo si ipsa est aliorum a se [illegible] non intelligit alia a se per ideas in plurali: sed pe[illegible] cum omnia intelligat per suam essentiam [illegible] ¶ Secũdo. quia creature ab eterno intel[illegible] fuerunt aliquid distinctum ab eo: sed essentia [illegible] dictum est non dicitur idea nisi respectu aliorum [illegible] ergo non fuit idea alicuius creaturaruz e[illegible]n[illegible]gnitarum. ¶ Ad primum apparet solut[illegible] p[illegible]tibus: vbi dictum est in alio articu[illegible] q̧ [illegible] sese incõmutabiles ĩ plurali. ¶ Ad se[illegible]ndum [illegible] licet creature a deo intellecte anteq̧ produ[illegible] tint aliquid distinctum a deo actualiter non [illegible] eo idem erant: et enim ab eo diuersa ess[illegible] et postea existere. hoc autem sufficit ad ideaz [illegible] vez q̧ ipsum ideatum non sit vnuz cum idea: [illegible] ri licet actu non sit diuersum ab ea. cum enim [illegible] seu exemplatum non sit aliud q̃ producibile ab [illegible] artifice preconceptum: per consequens non pl[illegible] ritur ad hoc q̧ aliquid poss[illegible] ci ide[illegible] ve[illegible] tum q̃ ad hoc q̧ possit dici eẽ ab artific[illegible] prac[illegible] lectum. sed ad secundum non requiritur q̧ obiec[illegible] tellectum sit aliquid positiuum ab intel[illegible] ctum: cum intellectus et sciẽtia tam [illegible] ctica possit esse non existentium. e[illegible]o 7c. ¶ [illegible] stione II. ¶ Ad ra[illegible]tez in principio a[illegible]paret so[illegible] predictis. concedo enim q̧ deus non pot[illegible] re[illegible] ras sine ideis: quia non potest scire [illegible] ne sua essentia vt est ipsarum omnium no[illegible] dicitur esse [illegible]arum i[illegible]ea vt dictu[illegible] auctoritate in q[illegible] Augus[illegible]. [illegible] piẽ esse potest ap[illegible] te innuit q̧ idea q[illegible] scit omnia non est n[illegible] sua ess[illegible]ntia: [illegible] scripto distincto a diuina eẽntia [illegible] ip[illegible] posset consimiliter sicut modo. quare [illegible]

CIrca distinctioné trigesimamsextã in qua magister agit de existétia omnium creaturarum in deo:quero primo. Utrum omnium creaturarũ ꝑfectiones fuerint cõtente in deo realit̃ ab eterno. ¶ Et videtur ꝙ sic ꝑ illud Joannis primo. Q̃d factũ est in ipso vita erat. sed vita continetur realit̃ in viuẽte.ergo si omnia creata erant antea in deo vita/omnia erant in eo realit̃ contẽta.quare ꝛc. ¶ Contra.quia qd̃ nihil est i nullo realr̃ contineri potest.sed creata entia. anteq̃ crearẽtur non erant aliquid in re extra.ergo ꝛc. ¶ Respõsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enim premittam aliquid ad questionis intellectum. Secundo dicam ad q̃stium. Tertio solũ ad aliqua que arguuntur communit̃ circa ista.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ duo tanguntur in titulo huius q̃stionis:quorum vtrunꝙ potest dupliciter intelligi. Primum est ꝑfectiones creaturarum. Secundum est/an ipse sint in deo realit̃ contẽte. ¶ Primum inquam istorum posset dupliciter intelligi. Uno modo vt̃ ꝙ ꝑ ꝑfectionẽ creature intelligatur aliquid ab ipsa creatura distinctum/vt esset constructio transitiua cum dicitur ꝑfectio creature sicut cum dicitur albedo hominis vel causa effectus possibilis. Alio modo ꝙ ꝑ ꝑfectionẽ creature non intelligatur aliquid ab ipsa creatura distinctum:sꝫ ipsa creatura tantum:vt sit constructio intransitiua:cum dicitur ꝑfectio creature:sicut est cum dicitur/creatura salis vel eẽntia dei patris vel filij vel spiritus sancti:cum a nulla ꝑsonaꝝ ipsa essentia sit distincta aliqualiter in re extra. ¶ Scd̃m ẽt vt̃ ꝑfectiones creaturarum in deo contineri/potest dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ fuerint ⁊ ꝙ ꝯtente sint realiter in ipso ab eterno:sicut aliqua distincta ab eo aliqualiter in re extra:modo quo vnum dicitur proprie in alio esse contẽtum:quia nec proprie idẽ continetur in se ipso/nec non ens seu non existẽs in aliquo ente actualit̃ existẽte. Alio modo creaturas fuisse contẽtas ab eterno in deo / potest intelligi nõ vt aliqua distincta ab eo sꝫ vt aliqua que possibilia fuerunt ab ipso:modo quo effectus anteq̃ sit dicitur in sua causa virtualiter contineri ita ꝙ contineri in aliquo modo primo est in ipso existere formalit̃. qd̃ non potest esse nisi contẽtuꝫ sit a continẽte ipsum distinctum realiter. Secundo autẽ modo contineri aliquid in aliquo est ipsum virtualit̃ contineri in ipso:qd̃ non est aliud q̃ ipsum contentum posse fieri ab illo in quo dicitur contineri. Alijs etiam modis frequẽter dicitur vnum in altero contineri:vt̃ ꝑfectionaliter seu eminẽter ⁊ exẽplarit̃ vel intellectualit̃. Esse cõtinẽs alterum eminenter.vel ꝑfectionaliter nõ videtur dicere aliud q̃ ipsum esse ꝑfectius alio/vt̃ in eo isto modo contẽto. Cõtinens intellectualit̃ non est aliud q̃ continentẽ esse intelligẽtem ⁊ contẽtum esse obiectum ab eo intellectum. omnes autẽ modi predicti quibus dicit̃ aliquid contineri ⁊ aliquid esse continens ipsum/possunt ad duos reduci:quorum vnus est illorum que realiter sunt diuersa ⁊ vnum est in alio siue vt pars in toto/siue vt accidens in subiecto siue.quomodocunꝙ aliter:⁊ aliter est illoruꝫ quorum vnum puta contentum non oportet ꝙ sit sed sufficit ꝙ esse possit a continente distinctuꝫ ⁊ ꝙ nunq̃ sit continens ipsum. ¶ Hec de primo.

Secundo quero. vtrum deum esse vbiqꝫ possit a nobis probari demonstratiue. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia omne verū q̄d ab omnibus communiter conceditur tanq̄ verum vel est per se notum vel fide creditum vel demonstrabile ex aliꝭs per se notis. sed deum esse vbiqꝫ ab omnibus catholicis communiter conceditur tanq̄ verū: nec tamen videtur esse per se notum: nec fide certum vt contentum in aliquo articulorum: ergo videtur ꝙ sit demōstrabile a nobis ex aliquibus aliꝭs per se notis. ¶ Contra. quia potissimum medium ex quo communiter probatur deū esse vbiqꝫ ⁊ in omnibus creaturis / est infinitas seu illimitatio ⁊ immensitas ei⁹ perfectiōis. sed ex hoc non sequitur vt videtur ꝙ deus sit vbiqꝫ: vcꝫ quia est formaliter infinitus. q̄m si perfectio infinita argueret sic perfectum esse vbiqꝫ ⁊ in omnibus creaturis / quāto q̄dlibet ens creatum esset ꝑfectius formaliť tāto posset argui ipsum esse illimitatius localiter. sed hoc est falsum. non enim ens creatum perfectius potest esse ī plurib⁹ locis q̄ imperfectius. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Quia enim vt dictū est in alia questione de⁹ tribus modis vcꝫ ꝑ essentiam ꝑ p̄sentiā ⁊ ꝑ potentiam est in omnibus creaturis: ideo primo inquiram an deū esse vbiqꝫ ꝑ essentiā possit argui ex hoc ꝙ est vbiqꝫ aliꝭs duobus modis: vcꝫ ꝑ p̄sentiam ⁊ per potentiam. Secundo dicam ad quesitum: vcꝫ an deum esse vbiqꝫ possit demōstratiue probari per aliquam viam.

Quantum ad primum: dicunt aliqui ꝙ sic. potest eñi vt dicunt ꝓbari deum eē vbiqꝫ ꝑ essentiaꝫ ex hoc ꝙ est vbiqꝫ ꝑ potētiam hoc est per operationem trāseuntē. q̄m oīe agēs oportet eē coniūctum ei in q̄d ī mediate agit. s̄cdm enim philosophū. 7. phy. moues ⁊ motum oportet simul esse. sꝫ de⁹ sic est vbiqꝫ ꝙ agit vbiqꝫ. est eñi omnium causa. ꝰ ⁊c. ¶ Sed sic loquentes falsum accipiunt quādo dicūt ꝙ mouens et motum agēs ⁊ passum oportet eē coniuncta. q̄m constat ꝙ etiā agēs finitum creatum potest agere in passum ab eo remotum sicut apparet de corporibus superioribus agētibus circa ista inferiora ab eis remota tam ad formas substātiales q̄ etiam ad accidētales. constat enim multa in terra virtute superiorum corporuꝫ generari. sꝫ constat ipsa omnia superiora corpora a terra esse distantia ⁊ remota. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q̄ sicut postea declarabitur ī secūdo / de nullo agēte pōt a nobis cognosci an exigat passum tñ an ip̄m presens: nisi a posteriori: vcꝫ quia videmus ꝙ ad ipsum positum iuxta passum sequit̄ in eo effectus qui non sequitur ipso passo existēte remoto: sicut ad p̄sentiam vnius ignis sequitur alius in passo ipsi ꝓpinquo / nō autē in passo remoto. q̄m sicut nō possum⁹ scire vnum ignē esse productiuuꝫ alterius absolute nisi quia videmus vnū sequi ad aliuꝫ in proximo ipsi passo: ita nec possum⁹ cognoscere an requirat passuꝫ ꝓpinquū vel si requirit quātum requirat nisi quia videmus ꝙ nō agit in passum remotum: nec etiam ī passum quodcunqꝫ sed tñ sibi ꝓpinquum. sꝫ sicut videm⁹ ad aliquod agēs p̄sens sequi effectum vt ad vnum ignē aliū nō nisi in passo ꝓpinquo: vcꝫ in materia disposita: ita ⁊ videmus esse alia ad q̄ sequunt̄ eoꝝ effectus etiaꝫ in passo remoto: vt apparet de lumine immediate a sole inferius hic causato: de specie ꝓducta in vidēte ab obiecto viso remoto ⁊ de multis formis substātialibus a corporibus superioribus in istis inferioribus naturaliť introductis. ꝰ falsuꝫ est dicere omne agēs oportere eē p̄ns passo ⁊ mouēs moto. quare ⁊c.

Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euidentiam pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ deum esse alicubi ꝑ essentiam non potest argui ex hoc quia est ibi ꝑ potentiam hoc est per operationem transeuntē. ¶ Hec apparet ex dictis contra p̄dictam opinionem. q̄m non mai⁹ agens infinitum q̄ finitum potest agere circa passum ab eo remotum. sed vt dictum est multa sunt agentia finita ⁊ limitata creata q̄ tamē agunt circa passa ab eis distantia ⁊ remota. ergo multo magis posset facere istō deus cum sit agens infinitum. sed potens agere circa passum remotum nō probatur nec arguitur esse ꝑ essen-

tiam indistans a passo qz agit in ipso.ergo zc. ¶ Confirmatur. quia cum agẽs pfectum non requirat passum magis propinquum ꝙ imperfectum: per consequẽs nõ magis videtur posse pbari agens pfectissimum quale ẽ primum ꝙ imperfectum quale est omne creatum esse p essentiam alicubi quia aliquid agit ibi.sed agens creatũ imperfectum non pbatur eẽ per essentiaз alicubi quia operatur ibi: cuз multa vt dictũ est agentia creata operentur vbi non sunt z sint vbi non operantur.ergo zc. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ nec potest pbari econuerso deum esse alicubi p potẽtiam qz est ibi per essentiam. ¶ Hec est euidens.qm̃ non omne quod est p essentiã alicubi aliquid agit ibi. z esto ꝙ hoc sit verum de deo: videlicet ꝙ ibi est agens vbicunqz est exñs: non tamẽ quia existẽs arguitur vel non est notum ꝙ possit argui ꝙ sit agens.qm̃ aut accipietur pro maiori pmissa ad probandum conclusionem istam: vez deum eẽ vbiqz per potentiam: ista vniuersalis propositio ꝙ omne ens operatur vbi est: vel ista magis singularis: ens increatum vez deꝰ ipse operatur vbicũqz est.sed constat ꝙ prima ppositio est falsa: secũda autẽ licet sit vera/nõ tamẽ est per se nota nec etiam notior ꝙ conclusio ipsa probãda.ergo zc. ¶ Confirmatur. quia non minus aliquid videtur posse eẽ vbi non operatur ꝙ posse operari vbi psentialiter p essentiam non existit.sed secundum est possibile vt dictũ est in prima conclusione.ergo z primũ.quare zc. ¶ Tertia cõclusio ẽ. ꝙ nec deum esse alicubi per essentiam potest probari ex hoc qz est ibi per presentiam: hoc est per operationem aliquam immanẽtem. ¶ Hec est euidẽs qm̃ si deus probaretur esse p essentiaз alicubi quia per presentiam hoc est p operationem immanẽtem est ibi hoc esset pro tanto qz nihil a deo remotum posset eẽ eiꝰ immanẽtis operationis puta intellectionis vel volitionis obiectum.sed hoc est falsum.nõ enim magis deꝰ ꝙ intellectualis creatura exigit obiectum intellectum z volitum sibi propinquum.ergo cum deum esse in creaturis hoc modo non sit aliud ꝙ ipsas creaturas esse ab ipso intellectas vel volitas: p consequens sequitur propositũ: vez ꝙ deus non põt argui alicubi eẽ presens per essentiam quia est ibi p operationem immanentem predictam. ¶ Confirmatur. quia non minus aliquid a deo remotum posset esse diuine operationis immanẽtis ꝙ transeuntis obiectum.sed esto per possibile vel per impossibile ꝙ deus non esset p essentiaз presens vbiqz/adhuc posset agere actione trãseũte vbiqz: ergo z similiẽ actione immanente intelligendo z volendo omnia sicut modo.quare zc. ¶ Quarta z vltima conclusio est. ꝙ nec etiã potest argui econuerso deum esse alicubi p presentiam seu per operationem immanentem predictaз ex hoc ꝙ est ibi per essentiam. ¶ Hec est euidens.qm̃ non magis deum eẽ alicubi psentem p operationem immanẽtẽ predictam/infert ipsam esse ibi per essentiam: ꝙ econuerso coexistentia p essentiam inferat coexistẽtiam p operationem huiusmodi immanẽtem. sed vt apparet ex conclusione tertia supradicta psentialitas seu coexistentia dei simul cum aliquo p essentiam nõ arguit neqz infert eius coexistentiam cum eodem p operationem immanentem aliquam.ergo zc. ¶ Confirmatur.quia deꝰ nõ magis necessario intelligit omnia creata: quia sunt sibi realiter psentia z a se indistantia: ꝙ si forent per possibile vel per impossibile a se distantia z remota.sicut enim posset agere circa passuз si poneretur ab eo remotũ: ita z intelligere non minꝰ distantia ꝙ ppinqua.ꝗ non magis deus arguitur intelligens vel volens aliquid quia est in eo per essentiam existẽs: ꝙ si per essentiam esset absens realiter siue distans.quare zc. ¶ Ex predictis apparet ꝙ nullus trium illorum modorum quibus deus dicitur esse vbiqz/infert alium/nec ex aliquo eorum potest argui alius: nec econuerso. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respondendum ad q̃situm/aliqui videntur dicere ꝙ potest vtiqz deum esse vbiqz demonstratiue pbari. Ad qd̃ pbãdũ videlicet deum vbiqz existere/arguitur sic a quodam in primo suo dist.ista. oĩa res vel nusꝙ est nec alicui alteri rei psẽs: vel est presens alicui rei z nõ alteri: vel vniuersaliter omĩ. Sз nõ potest dici ꝙ deꝰ nusꝙ sit nec alicui alteri rei psẽs.nulla eñ est talis res. Nec põt dici secũdo ꝙ sit presens p essentiam alicui rei z non alteri.qm̃ aut deus est ad aliam rem in qua est/limitatꝰ z determinatus: aut non.sed nõ potest poni primuз.hoc enim derogaret diuine pfectioni z immensitati: vez ponere ipsuз esse ad vnam rem tm̃ magis ꝙ ad aliam quãlibet limitatũ seu determinatũ. nec potest dari secũdũ: vez ꝙ existens tm̃ in aliqua vna re sit illimitatus ad quãlibз aliam. quia tunc sequeretẽ ꝙ esset mutabilis.qm̃ omẽ qd̃ ẽ psens alicui rei tm̃ z potest eẽ presens alteri cui nõ erat psens antea/est localiẽ mutabile.sз deus est immutabilis: ergo non potest ab aliquo vno in quo sit mutari ad alterum in quo nõ erat antea: nec p consequẽs põt esse tm̃ in vna aliqua re creata existens in potẽtia ad omnia alia.quare zc. ¶ Sed ista ratio non cõcludit: esto ꝙ vera sit cõclusio quã intẽdit. Qd̃ appet primo.qz ex hoc ꝙ deus est infinitus formaliẽ non est notum ipsum eẽ illimitatum z infinituз localiter: cum nec in entibus creatis qd̃ est scd̃m eẽ quidditatiuum pfectius/sit scd̃m locum illimitatius.immo multa pfectiora sunt minora loca vel alia corpora in quibus existunt sibi determinantia z impfectiora maiora: sicut apparet de aĩa vegetatiua sensitiua z intellectiua.maioris enim corporis est informatiua anima plante vegetatiua ꝙ aĩa bruti sensitiua z etiam ꝙ anima hominis ĩtellectiua: z sensitiua maioris ꝙ intellectiua: cum tamẽ omnibus alijs sit perfectior intellectiua.quare zc. ¶ Secũdo.qz non magis deꝰ argueretur localiter mobilis si existẽs in vno loco posset nouiter incipere eẽ in alio pexistẽte/ꝙ quia nouiter incipit eẽ in loco in esse nouiter posito vel in quacunqz alia re creata.sз constat ꝙ deus nouiter incipit eẽ in toto vniuerso z in qualibet eius parte: z existẽs nunc in qualibet re creata desinit eẽ in ea ipsa destructa: z incipit eẽ continue nouiter in quacunqz re in eẽ nouiter posita seu producta: nec tamẽ ex hoc cõceditur esse variatus in aliquo nec mutatus: ergo nec si existẽs ĩ vna aliqua re creata z non in alia inciperet eẽ in illa in qua nõ erat z desineret eẽ in alia ĩ q̃ erat/ex hoc magis videreẽ argui posse variatus in aliquo nec mutatus.quare zc. ¶ Confirmo.quia verbum diuinum non est psentialiꝰ nec immediatiꝰ alicui alteri rei create ꝙ hũanitati assumpte. nec magis vt videtur verbum ipsum esse mutatuз argueretur si ab vna aliqua alia creatura ab humanitate assumpta ad aliaз in qua nouiter eẽ incipet trãsferretur ꝙ si humanitatem assumptam dimitteret: z aliam iam existentem assumeret.sed constat ꝙ secundum non argueret verbum in aliquo esse mutatũ: alias ipsũ verbum esset mutabile cum posset hoc facere videlicз humanitatem assumptam dimittere z aliam iam existentem vel non existentem nec per consequens sibi primo presentem assumere.ergo zc. ¶ Et ideo quantuз ad istum articulum aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euidentiam est sciẽdum: ꝙ tripliciter potest intelligi quando queritur an possit probari deum eẽ vbiqz secundum ꝙ deus ipse vt dictum ẽ supius/ẽ tribus modis in omnibus creaturis: vez p essentiã p psentiam z per potẽtiaз. Et ideo potest queri an possit pbari deum vbiqz existe-

re istis oībus tribus modis vel saltem aliquo horū trium.

Hoc p̄misso pono quatuor cōclusiōes.

¶ Prima est. ꝙ deum vbiq̄ existere primo modo videlicet per essentiam/non videtur a nobis eē demonstrabile euidenter. ¶ Hec probatur. qm̄ conclusio ista vez deū vbiq̄ ꝑ essentiam existere/a nullo probatur nec probari aliter posse videtur nisi aut ex dei infinitate seu immensitate: aut ex eius immobilitate: aut ex eius operatiōe immanente vel transeunte. sed ex nullo istorum pōt argui nec sequitur euidēter deum esse ꝑ essentiam vbiq̄ ⁊ in omnibus creaturis vniuersaliter. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. ⁊ primo ꝙ non ex infinitate. qm̄ vt dictum ē supra/non est per se notum licet sit verum ꝙ infinitū formaliter habeat esse infinituz localiter: sic intelligendo ꝙ necessario sit in oībus vl't: ⁊ maxime cū possit eē ⁊ aliqn̄ fuerit de facto nullo a se alio existēte. qd' eīm pōt esse nō existēte aliquo alio/pōt eē absq̄ hoc ꝙ sit in aliq̄ alio. ergo cum deus licet formalit' infinit⁹ possit eē nō existēte aliquo a se alio/non est notum ipsum oportere esse necessario in omni alio actualiter existente. qd' enim necessario est in aliquo a se alio/non videtur posse existere sine ipso. sicut quia accidens est naturaliter loquendo necessario in subiecto/ideo naturalit' non potest existere sine eo. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia vt argutum est superius/si de⁹ argueret' esse in oībus q̄ perfectionalit' infinitus/quodlibet ens etiam creatuȝ quanto perfectius tanto argueretur esse vel posse eē in pluribus. sed hoc ē falsum. ergo ⁊c. ¶ Secunda pars vez ꝙ nec ex immobilitate possit argui saltem euidenter/apparet primo. q̄ esto ꝙ deus esset tm̄ in vna aliqua re creata ⁊ non i alia in qua nouiter inciperet esse priori dimissa vel nō dimissa: ex hoc vt argutuȝ est superius nō videretur argui posse esse mutatus magis q̄ quia nouiter incepit eē in oībus creaturis ⁊ continue nouiter eē incipit in illis q̄ nouiter fiunt ⁊ eē desinit in illis que eē desinunt. ¶ Secundo. quia forte aliquis posset dicere ꝙ deus non eēt i aliquo loco nec simul cum aliquo ente creato. qd' dictuȝ licet sit falsum: non tamē eēt facile demonstratiue arguere contra ipsum: cum etiam teneatur ꝙ deus posset facere aliquod ens creatum extra totū vniuersum ⁊ ꝑ consequens ab omni creato ente alio separatum. quare ⁊c. ¶ Alie due partes vltime minoris p̄dicte: vez ꝙ nec ex operatione immanēte: nec ex operatione etiam trāseūte possit argui deum eē vbiq̄/apparet. quoniaȝ vt argutum est in articulo precedēti non minus videtur agens increatum infinitum q̄ creatum finitum ⁊ imꝑfectum posse intelligere obiectum sibi non ꝓpinquuȝ: ⁊ agere seu producere effectum a seipso remotum. sȝ hoc potest facere agēs creatum imperfectum: ḡ ⁊ increatum perfectum. quare ⁊c. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ deum posse eē modo predicto vez ꝑ essentiā vbiq̄/est a nobis magis probabile q̄ ipsuȝ de facto vbiq̄ existere. ¶ Hec apparet primo. q̄ ista propositio/ deus potest ꝑ essentiaȝ vbiq̄ existere/videtur eē necessaria: sicut ista/deus pōt omnia possibilia agere. Hec autem/deus est vbiq̄/non sic videtur: esto ꝙ sit necessaria: sicut nec ista/deus agit ad omnia. vnde sicut deum posse omne possibile producere est magis a nobis demonstrabile q̄ ipsum de facto ad omnem effectum secunde cause agere: ita ⁊ in proposito est dicendum. ¶ Secundo. quia videmus non repugnare vni rei spirituali esse a pluribus aliis rebus inter se distantibus per essentiam indistantem: cum de facto anima intellectiua spiritualis ⁊ indiuisibilis sit p̄sens per essentiam toti corpori qd' informat ⁊ cuilibet ei⁹ parti. separata etiam a corpore est in loco sicut angelus: videlicet tota in toto ⁊ in omnibus eius partibus licet inter se distantibus. ¶ Ex his potest argui sic ad propositum. cui nō repugnat esse per essentiam in plurib⁹ creaturis distantibus/nec in omnibus. sed deo nō repugnat esse ꝑ essentiam simul cum pluribus seu in plurib⁹ creaturis distantibus. non enim repugnat ipsi quia infinite perfectionis nec quia spiritualis: cum hoc cōueniat creaturis spiritualib⁹: nec est aliquid aliud ex quo possit argui ꝙ ipsi repugnet. ergo ipse potest esse siue in pluribus siue simul in omnibus creaturis: cū nihil secūduȝ se possibile sit ipsi impossibile. sed non sequitur: potest esse in omnibus simul per essentiaȝ ⁊ vbiq̄: ergo sic est de facto: cuȝ nō omnia possibilia sint de facto. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non videtur impossibilius deū nouiter incipere esse in aliqua creatura preexistēte simpliciter q̄ incipere esse in ea taliter videlicȝ qualit' est in humanitate assumpta ⁊ ipsa humanitas est in ipso. sed potens nouiter incipere esse simpliciter alicubi vbi non erat/non necessario est vbiq̄. ergo deus non necessario est vbiq̄: vl' si est/hoc nobis notuȝ non est sicut ꝙ potest de possibili esse vbiq̄. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ deum esse vbiq̄ secundum potentiam hoc est secundum operationem transeuntem videtur esse a nobis demonstrabile saltem valde ꝓbabiliter: esto ꝙ non totaliter euidenter. ¶ Hec apparet. quoniam deuȝ isto modo in omnibus existere est ipsum omnia alia a se producere ⁊ producta conseruare. sed licet vt dictū fuit supra sit euidentius deum posse in omne possibile q̄ deum de facto ad omnem effectum effectiue concurrere: tñ hoc etiaȝ videtur valde efficaciter probari posse a posteriori ꝑ hoc inter alia: quia videmus omnem causam secundam eē indeterminatam ad plures effectus eiusdez rationis: vt ignis ē indeterminat⁹ ad plures ignes i quos omnes non potest simul sed in vnum post alium successiue. non potest autem se determinare ad producēdum nūc istum ignem ⁊ postea aliuȝ/magis q̄ econuerso: cū sit agens naturale. sed constat nobis ipsum sic de facto esse determinatum quia ⁊ de facto videmus eum agere primo ad istum ignem ⁊ secundo ad aliuȝ. ergo oportet ipsum eē ad hoc determinatum ab alio aliquo agēte secum ad agendum principaliter concurrente. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ab omnibus etiam philosophis conceditur communiter tanq̄ verum/nullum agēs creatum posse reparare seu iterum producere effectum aliquem a se vel ab alio iam productum ⁊ postea interruptum siue corruptum. sȝ ꝙ iste ignis non possit producere alium ab alio productuȝ ⁊ corruptum: ⁊ possit producere alium nunq̄ ꝓductuȝ: vl' ꝙ hec voluntas creata non possit i istum actum destructum ⁊ possit in alios: hoc non potest contingere ex parte cause secunde nec ex parte effect⁹. nec enim ignis postq̄ productus ē ⁊ corrupt⁹ est impossibilior q̄ in principio: vez quando nouiter fuit factus: nec cause secunde magis repugnat ex se agere ad ipsum postq̄ est corruptus q̄ quando fuit nouiter generatus. sicut enim subiectum albedinis receptiuū nō minus quantum est ex se est receptiuum istius vnius albedinis numero nunc corrupte q̄ alterius ab illa distincte: ita nec eius principium productiuum est magis ꝓductiuuȝ alterius albedinis q̄ illius. ergo ꝙ nulla causa secunda possit eundem effectum numero reparare/hoc necessario habȝ contingere ex causa aliqua alia puta prima statuente nulli cause secunde ad effectum aliquem coagere nisi semel. ex quo sequitur ꝙ nulla causa secunda potest in effectum aliquem sine prima: qd' est propositum probanduȝ: videlicet primam causam esse omnia alia producēteȝ/⁊ per consequens isto modo in eis omnibus existentē. hoc etiam videlicȝ omnia entia creata indigere prima causa operāte seu causante ⁊ cō

seruante probabilr diffusius in secūdo.quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est: ꝙ deum esse in oībus alio modo videlicet per operationem immanentem/videtur esse a nobis demōstrabile consimiliter sicut ipsum esse ī omnibus per operationem transeuntē. ¶ Hec apparet. quoniam ex hoc ꝙ deus est omnia alia a se operans ꝛ conseruans /sequitur vt videtur ꝙ ipse sit ea omnia intelligēs atq; volēs.non eñ deus agit ad extra aliquid necessario sed mere contingenter et libere. sed omne tale agens est suum effectum intelligens atq; volens.quare ꝛc. ¶ Cōfirmatur.quia deuȝ esse in omnibus a se alijs isto mō non est aliō ꝙ oīa illa esse immanentis operationis eius vt ītellectionis obiectum.sed constat omne ens esse intellectionis diuine obiectum.omnia enim creata sunt a deo ītellecta ꝛ volita.qđ ꝛ potest ꝓbari sicut dictum est ꝛ ꝓbatum supra in distinctione.35.q. prima.ergo ꝛc. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationeȝ in principio qñ dicitur ꝙ oē verum vel est per se notuȝ.ꝛc. Dici potest primo ꝙ ista ꝓpositio nō est vera vt fuit ostēsuȝ supra.ī dist.scđa.q. q̄rta nō eñ oē verū ē ꝑ se notū aut demōstrabile ex ꝑ se noti;saltem a nobis:nec etiam ab alijs: vt ibi ostēditur de eisdē articulis. ¶ Secundo maior predicta concessa potest dici ad minorem ꝙ immo deum esse vbiq; est notum ex fide videlicet ex sacra scriptura hoc in locis pluribus asserēte. Est etiā demonstrabile aliquo modo ipm esse vbiq; videlicet duobus vltimis modis esto ꝙ non primo modo quare ꝛc. ¶ Ad aliā rōnē factā in scđo articulo ꝓ illis q̄ dicunt/deuȝ esse vbiq; esse demōstrabile/apparet solutio ex predictis.

Irca distinctionem trigesimāoctauā in q̄ magister cōparat diuinā sciētiā ad res scitas ꝛ ecōuerso res ipsas scitas ad eius sciētiā; Quero primo/vtrū omne possibile tam factū vel futurū ꝙ quodcunq; aliud nunꝙ fienduȝ fuerit eternaliter deo notū. ¶ Et videt ꝙ sic.qm̄ secundū August.5.super Gene.deꝰ non nouit facta aliter ꝙ fienda.sȝ constat ꝙ omnem effectū in esse positum deus determinate cognoscit . ergo et sic ipsum cognouerat ab eterno. ¶ Contra.quia qđ est verum tantum indeterminate a nullo intellectu potest cognosci determinate.sed nullū ꝯtigēs anteꝙ in esse positū est determinate sed solū indeterminate verum. ergo ꝛc. ¶ Responsio.vbi sic procedam. Primo eñ inquirā /an possibile non existens sit de facto ad alteram partem cōtradictionis determinatum: an non:ꝛ per cōsequens an sit an non sit determinate verum. Scđo dicam ad q̄stiū/veȝ an quodcūq; possibile ꝛ in esse positū fuerit determinate eternaliter deo notum.

Quantum ad primū est opinio quorundam dicentium ꝙ nullus effectus ꝯtingens futurus vt ad suā causam comparatꝰ est anteꝙ in esse positꝰ ad aliquam pteȝ determinatus puta ad fieri vel ad nō fieri determinate:licet sub disiunctione sit determinatus ad alterā ptem istarū.q: aut fiet necessario:aut nō fiet. ¶ Ex q̄ īferē ꝙ istud principiū per se notū / de quolibȝ affirmatio vel negatio vera/aliter est verū ī necessarijs ꝛ aliter in ꝯtīgentibus. qm̄ in materia necessaria vna pars est determinate vera ꝛ altera similr determinate falsa . cōsimiliter si fiat enunciatio de presenti vel de preterito vel etiam de futuro.nō sic autem est in materia de cōtingēti.qm̄ ibi licet quantuȝ ad presens ꝛ preteritum sit altera pars determinate vera ꝛ altera falsa:vt ꝙ hō est vel fuit albus vel non est nec fuit albus:tñ neutra pars de futuro est determinate vera nec falsa sed solū sub disiunctione. ¶ Pro ista conclusione videlicet ꝙ nec veritas nec falsitas futurorum contingentiū sit determinata / arguitur primo.q: qđ est indeterminatum ad vtrunq; oppositorum non est determinate verū nec falsum.sed oē possibile anteꝙ fiat ē indeterminatū ad vtrūq; oppositorū veȝ ad fieri ꝛ ad nō fieri:cuȝ possit fieri ꝛ non fieri.ergo ꝛc. ¶ Secundo.quia non magis effectus possibilis ꝙ sua causa est determinatus ad alterum oppositorum.sȝ prima causa fuit ab eterno indeterminata ad ꝓducendū vel nō ꝓducendum qđcunq; possibile.ergo nullū possibiliū fuit ad alteram ptē cōtradictionis determinatū. ¶ Tertio. quia qđ precedit actioneȝ cāe non est in eius potestate.sed si prima causa fuisset ab eterno determinata ad ꝓducēdū aliq̄ ꝛ ad non ꝓducēdū alia ꝯsilr possibilia sicut illa talis determinatio ꝓcederet actionē ipiꝰ pme cāe:ꝗ nō eēt ī eiꝰ ptāte.hoc aūt nō pōt poni.ꝗ ꝛc. ¶ Quarto. q: aut hmōi determinatio effectus ad quē cā ipa ē determinata anteꝙ ꝓducat euȝ est effectus a causa:aut nō.sed nō pōt poni primū:q: nihil fuit effectus ab eterno a deo/cū tñ deus dicatur fuisse determinatus ab eterno ad omnē effectum.nec pōt dari secundū:veȝ ꝙ talis eius determinatio non fuerit effectus ab ipso.quia tūc sequeret ꝙ non esset in eiꝰ potestate.nihil eñ est ī potestate cāe nisi qđ est effectus ab ea.ꝗ si determinatio hmōi non est a prima causa nec ē in potestate eiꝰ: nec per consequens effectus aliqs sequens ipsū. hoc autem est euidenter falsum.ꝗ illud ex q̄ seq̄tur:veȝ ꝙ causa prima vel q̄cūq; alia sit determinata ad effectū aliquē anteꝙ ꝓducat ipsum. ¶ Quinto.q: illud qđ transit in ꝓteritū non est in potestate agētis.sed si effectꝰ aliqs possibilis esset determinatus vel causa esset determinata ad eum/esset determinata determinatione transeūte ī ꝓteritū.ꝗ nec ipsa nec ꝑ ꝯñs effectus superueniens eēt in ptāte cause.qđ est falsum.q̄re ꝛc . ¶ Sexto.quia si talis determinatio poneret ante effectū in esse positū ꝯtingentē/seq̄retur ꝙ nihil fieret contingent sed omnia necessario euenirent.sed hoc est falsum.ergo ꝛc. ¶ Cōsequentia ꝓbat. qm̄ omnis ꝓpositio ꝯditionalis vera est necessaria.sȝ ista si oīa anteꝙ fiant sunt determinata a deo fieri oīa fient est cōditionalis:ꝛ ꝯstat ꝙ est vera.ꝗ est necessaria.ex q̄ sequitur propositū veȝ ꝙ oīa necessario eueniunt nec fit aliquid ꝯtingēter. ¶ Septio.q: aut hmōi determinatio prime cāe potest immutari/aut non.sed nō pōt dici ꝙ sit mutabilis.q: tūc seq̄ret ꝙ prima causa nō fuisset sufficiēter determinata.ergo relinq̄tur ꝙ non sit mutabilis: nec per ꝯsequens effectus quem respicit īpedibilis.ex q̄ seq̄tur ꝙ oīa fiūt necessario/qđ est falsū.q̄re ꝛc . ¶ Octauo q: aut huiusmodi determinatio pme cause ad quodlibet sibi possibile esset determinatio scđm modum quo causa naturalis est ad suuȝ effectū determinata naturalr: aut scđm modū q̄ causa libere agēs est determināta ad effectū ab ea ꝓducibilē ꝯtingenter.si primo modo/ergo est necessaria:ꝛ per consequēs nullus effectus superueniēs ꝓducitur contingenter sed necessario/qđ est falsum. si autem est determinatio secundo modo/videlicet ꝯtingēter:ergo sequitur ꝙ causa ipsa non est determināta ad istā determinationē:nec ꝑ ꝯñs ad effectum ꝯsequentē eam/qđ est ꝓpositum.quare ꝛc. ¶ Sed quia opinio ista est omnino improbabilis:adeo arguit cōtra ipsā. Primo sic.oē cā libere agēs preintelligēs omnes effectus sibi possibiles quorum vnū statuit ꝓducere ꝛ alterum dimittere/est determinata tm̄ ad producenda possibilia ꝙ ad alia omittēda.sȝ constat ꝙ prima causa ab eterno nouit omnia possibilia:quorum alia statuit ac voluit facere ex tempore sicut fecit/ꝛ alia omittere.ergo ꝛc. ¶ Maior est euidens quia nec tale agens videlicet artificiale esse determinatum ad effectum/est aliud ꝙ agens velle ꝛ statuere pro

pere in esse ipsum: sicut et esse determinatū ad nō agēdū non est aliud ꝙ ipsum nolle agere vel statuere non agere quare ⁊c. ¶ Minor quantum ad primam partem videlꝫ ꝙ deꝰ omnia possibilia nouerit/apparet ex dictis I dist. 35. Alia aūt ꝓ vꝫ ꝙ possibiliū alia facere ⁊ alia omittere abeterno statuerit ⁊ voluerit/apparet. quoniā ꝯstat ꝙ deus illa q̄ fecit abeterno p̄intellexit. quero quomōꝰ aut enim intellexit ea vt fienda/aut non fienda/aut absolute nec vt fienda nec vt non fienda/sed tm̄ vt absolute fieri possibilia. sed nō potest dici ꝙ ea intellexerit vt non fienda nec absolute tm̄ vt possibilia. sicut em̄ alia possibilia q̄ non sunt futura intellexit nō vt possibilia absolute nec vt futura sed vt nō futura: ita ⁊ econuerso alia futura intellexit vt futura ⁊ finaliter fiēda. sed nō magis ista ꝙ alia non futura potuerunt ab eo intelligi vt futura: nec fuerunt talia videlicet futura nisi quia ipsa ⁊ non alia ipse fieri statuerit. non enim vnum possibilium fuit ab eterno futurum ⁊ alterum non futurum/nisi quia vnum fieri et alterum non fieri fuit statutum ⁊ diuinitus ordinatum. ergo tam futura ꝙ alia non futura fuerunt eternaliter ordinata: et per consequens ad ipsa omnia fuit causa prima abeterno ad alteram partem determinata. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ sicut nihil potest ab aliquo rationabiliter seu artificialiter fieri nisi qd̄ ē ipsi absolute notū: ita nec etiā pōt sic ab eo fieri nisi anteꝙ fiat sit ab eo p̄cognitū vt fiēdū. sed prima cā fuit oīa ad extra rōnabiliter ⁊ artificialiter opata. ꝫ ⁊ oīa q̄ fuit ex tempore opata fuerūt ab ipsa precognita vt taliter operanda. sed ea sic non precognouit nisi quia ea producere statuit: sicut nec alia nō fienda sed fieri possibilia nouit vt non fienda nisi quia ipsa statuit non fienda: cum omnia possibilia/videlicet tā fienda ꝙ alia non fiēda fuerint equaliter fieri possibilia. per consequens non magis ista ꝙ alia fuerūt fienda: nec vt talia apprehensa ab ipsa prima causa: nisi quia ista fieri ⁊ non alia causa prima omnipotens statuit ⁊ eternaliter ordinauit: et per consequēs ad hoc determinata fuit. ex quo sequitur propositum videlicet ꝙ quodlibet possibilium fuit ab eterno ad alteram contradictionis partem determinatum: aliqua videlicet ad fiēdum seu essendum ⁊ alia ad non fiendum vt omnia alia possibilia non futura. ¶ Preterea secundo ad idem sic arguitur. a causa libere agente ⁊ mere contingenter eque indeterminata ad vtranqꝫ partem contradictionis effectus sibi possibilis videlicet ad ipsum faciendum ⁊ non faciendū/non potest prouenire effectus ipse determinate secundum alteram istarum partium. nec enim effectus iste possibilis cause equaliter sicut ille fit determinate ⁊ alius non fit nisi quia sic ad hoc causa fuit determinata. sed constat ꝙ effectuum possibilium alij fiunt ⁊ futuri sunt determinate a causa prima. alij autem sunt nunꝙ fiēdi ab ea. ergo hoc est: quia ad ista non facere ⁊ ad alia facere fuit causa prīa abeterno determinata. ¶ Confirmatur. quia cōstat ꝙ prima causa eorū que sunt possibilia alia intellexit vt futura ⁊ fiēda/ ⁊ alia vt nunꝙ futura: nec per consequēs fiēda. ⁊ sic ipsa abeterno intellexit alia esse futura ⁊ alia non ita. fuit etiam verum dicere ꝙ intellecta ab ea vt futura siue fienda fient: ⁊ ꝙ alijs intellecta vt non fienda fuit similiter abeterno ⁊ est modo verum dicere ꝙ non fient. sed diuersitatis istius inter possibilia/ꝙ videlicet alia preintelliguntur vt fienda ⁊ alia vt non fienda/non potest poni ratio aliqua nisi quia prima causa sic preintelligens ipsa in cuius potestate sunt omnia est taliter licet contingēter determinata puta ad faciendū ista ⁊ ad omittēdum alia lꝫ possibilia sicut illa. ꝫ ⁊c. ¶ Preterea tertio arguo sic ad idem. nulla causa secunda est ad suū effectum magis determinata ꝙ prima. sed omnis causa secunda est ad suum effectum anteꝙ ipsum ponat in esse determinata. ergo ⁊ prīa. ¶ Maior apparet. qm̄ ꝙ causa secunda sit ad effectum determinata non habet a se ipsa nec ab aliqua alia ꝙ a prima. non enim hic ignis quantum est ex se est productiuus prius istius ignis ꝙ alteriꝰ nec magis istius ꝙ alterius ab alio igne producti: et tamen sic videmus esse de facto: videlicet ꝙ tam ignis ꝙ omnis causa secunda alia naturalis sic est determinata ad diuersos eiusdem rationis effectus ꝙ prius producit vnum ꝙ alium: ⁊ ita producit vnum ꝙ nō potest producere alium puta ab alio iam productum etiam postꝙ corruptum. ergo hoc est quia est determinata ab aliqua causa: que qdē nō potest poni nisi prima: q̄ aliā vꝫ scdam ad hoc non determinaret nisi ipsa ad idē determinata existeret. q̄re ⁊c. ¶ Minor/videlicet ꝙ causa scd̄a sit determinata/apparet ex dictis. qm̄ ad sensum appꝫ ꝙ diuerse cause ad diuersos agunt effectus: vt diuersi ignes ad diuersos ignes. sed non magis iste ignis produceret istū ignem ꝙ illū quē ꝓducit alius ignis: nec econuerso ille alius magis illum ꝙ istum ab igne isto ꝓductum/nisi qꝛ sic est quilibet determinatus: ⁊ constat ꝙ non ab aliquo alio ꝙ a deo. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ causa prima vt ostendetur in secundo concurrit ad omnem effectū cuiuscunqꝫ cause secunde causaliter producendū: nec pōt aliqua causa scd̄a agere sine ipsa. sed nisi ipsa prima causa ad diuersos causarū scd̄arū effectus determinata existeret/vꝫ ad ꝓducēdū insimul cū causa secunda nūc istū ⁊ postea alium/non sic cū scd̄a ad agēdū cōcurreret sicut facit vꝫ ad ꝓducendum determinate nūc istū ⁊ nūc aliū effectū/⁊ coagendo diuersis causis secundis ad diuersos ac determinatos effectus: vt isti ad causandum istū ignē ⁊ non alium: ⁊ alteri econuerso ad causandum illum magis ꝙ aliū. ergo ⁊c. ¶ Preterea quarto arguo sic ad idē. aut prima causa abeterno anteꝙ aliquid fieret/voluit fieri possibilia que sunt facta ⁊ futura omnia/⁊ noluit fieri alia que non fient licet fieri possent: aut non magis voluit fieri hec ꝙ alia vꝫ fienda magis ꝙ alia nō fiēda. sed non potest poni scd̄um: qꝛ tunc non magis fuissent facta ista ꝙ alia eque possibilia sicut ipsa: et ita vel [illegible] possibilia fuissent facta vel nihil. non enim vnum possibilium magis ꝙ alterū fieri potuit nisi quia sic deꝰ fieri voluit. ipse enim dixit ⁊ facta sunt/mandauit ⁊ creata sunt. ergo relinquitur primū/vꝫ ꝙ facta ⁊ fiēda deus anteꝙ fierent fieri voluit: alia aūt nunꝙ fienda fieri noluit. qd̄ ē propositum. quoniam artificem esse determinatū ad ꝓducendum istum effectum ⁊ ad nō ꝓducēdum alium/nō ē aliud ꝙ artificem ipsum statuere siue velle agere ad vnū effectum ⁊ nolle agere ad alterū. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia sicut artifex irrationabiliter ⁊ sine arte ageret si aliquid faceret qd̄ ignoraret: ita ⁊ si aliqd̄ ab eo fieret qd̄ ipse antea fieri non statuisset/talis effectus esset casualis ⁊ omnino inartificialis. sed nullus dei effectus quo est quodlibet ens creatum vt ad deum comparatum est talis effectus videlicet casualis nec artificialis. ergo ⁊c. ¶ Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euidentiā est sciendum. ꝙ possibile eē determinatum ad alterā contradictionis partem videlicet ad fiendum vel non fiendum/est causā eius virtualiter contentiuam esse determinatam ad ipsū producendum vel nō ꝓducendū. qd̄ em̄ scd̄ꝫ se nihil ē: nec determinatū nec indeterminatū ꝓprie dici pōt. possibile aūt anteꝙ fiat nihil ē. ꝫ ipm̄ fm̄ se nō dicit determinatū nec indeterminatū: sꝫ cā ad ipm̄. Cām aūt ad ipꝫ ꝓducēdū vel non ꝓducendum esse determinatā/pōt itelligi dupliciter. Uno modo ꝙ sit determinata ex seipsa. Alio modo ꝙ sit determinata alio mediāte: puta vel ab alia causa vel mediante aliquo actu ipsam determināte: vt creatura intellectualis determinatur ad aliqd̄ agēdū ꝑ actū volūt a

re distinctū. ¶ Secundū p̄mittendū est ꝙ determinatio est duplex. est eīn vna de possibili: q̄ aliq̄d ē determinatū ad posse tm̄ tñ vel ad nō posse agere: vel ad posse agere ita hoc ꝙ non aliud. ⁊ est alia determinatio de inesse: q̄ videlicet aliquid est determinatum de facto ad agere vel ad nō agere: ex his tñ idetermīatū indeterminatiōe de possibili ad posse agere ⁊ nō agere. lȝ eīn sit aliq̄s determinatus ad agere: nō tñ ꝓpter hoc est necessitatus: sȝ pōt agere vel nō agere. ⁊ in ista indeterminatione de possibili cū q̄ est determinatio de inesse / stat ratio ꝯtingētie. lȝ eīn cā sit de inesse siue de facto determinata ad vnū effectū sibi possibilem ꝓducēdū ⁊ ad illū omittēduȝ: tñ qr ⁊ illum ad quem producendum est determinata potest omittere / et aliūm quem statuit omittere potest producere: ideo contingenter producūtur q̄ ꝓducunt: ⁊ contingenter ēt alia q̄ non producunt / sunt tñ possibilia / omittuntur.

His præmissis pono quatuor conclusiones. Prima est / ꝙ prima cā fuit determinata ab eterno determinatione de inesse: nō autem determinatione de possibili. sȝ hoc mō fuit idetermīata ad oē possibile vȝ tam ad futurū q̄ etiaȝ ad q̄dcūq̄ aliud nō fiendū. ¶ Hec probat. ⁊ primo q̄tū ad primā ptē: vȝ ꝙ fuerit determiata determinatiōe de īesse ad oē possibile. qm̄ oīs causa libere ⁊ ꝯtingenter agens est determinata tali determinatione vȝ de inesse ad ꝓducēdū illa que statuit producere ⁊ ad nō ꝓducēdū sed omittendū alia sibi possibilia q̄ statuit omittere. sȝ prima causa est libere ⁊ contingenter agēs ad extra ⁊ ab eterno nouit omnia possibilia: quorū alia vt futura statuit ⁊ voluit producere ⁊ alia non / sed omittere vt illa que nunq̄ fient. ergo ipsa fuit taȝ ad possibilia aliqua facienda q̄ ad alia non facienda sed omittenda ab eterno de inesse determinata. ¶ Maior est euidens. quia nec causam agentem contingēter et libere ad effectum determinatam esse / est aliud q̄ ipsam statuere effectum producere vel non producere. ¶ Minor / videlicet ꝙ prima causa ab eterno possibilia nouerit in distinctione. 35. probata fuit. ꝙ autem possibilium quedam fieri voluerit ⁊ statuerit ⁊ alia fieri noluerit / apparet. quia aliās vt superius contra opinionem aliam est argutum non magis ista possibilia fierent q̄ alia que nō fiunt: nec magis que non fiunt omitterentur q̄ illa que fiunt: cum omnia supponantur equaliter ⁊ vniformiter esse possibilia: ⁊ illa que fiunt esse ab ipsa causa a qua nihil ad extra est productum nisi qd̄ est ab ea preuolitum ⁊ fieri institutum. nec videtur esse dicendum ꝙ ipsa hoc videlicet aliqua fieri ⁊ alia nō fieri voluerit seu statuere inceperit: nec per consequens ad ea videlicet sibi possibilia ab eterno determinata fuerit. quoniaȝ sicut oīa facta simpliciter ⁊ inuariabiliter intelligit ⁊ vult esse facta: ita ⁊ non facta sed fienda ⁊ alia non fienda consimiliter intellexit et voluit ab eterno: prima videlicȝ vt fienda ⁊ alia vt nō fiēda. ergo ⁊c. ¶ Secunda pars conclusionis predicte / videlicet ꝙ non fuerit de possibili determinata sed indeterminata indeterminatione que videlicet est ad posse agere et ad posse non agere / apparet. quoniam omne potens agere vel non agere esto ꝙ sit determinatum ad alterum horū tantum videlicet ad agendum vel ad non agendum / dicitur esse indeterminatum isto modo videlicet indeterminatione de possibili: licet sit determinatū de inesse: sed prima causa licet ab eterno aliqua fieri ⁊ alia nō fieri voluerit: ⁊ per consequens de inesse ad omnia possibilia determinata fuerit: tñ agere vel nō agere potuit. non eīn aliqd̄ possibile necessario ꝓduxit nec alterū necessario omisit sed tā ꝓducta fuerūt ꝓducta q̄ omissa omissa mere libere ⁊ ꝯtingēter: cū nihil pria cā omittat nec agat necessario ad extra. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qr solū illd̄ est determinatione de possibili determinatum ad agendū in cui⁹ potestate non est nō agere: ⁊ ad nō agendū in cuius potestate nō est agere: sicut hoc modo ignis ⁊ omnis causa alia naturalis scđa est determinata sibi relicta ad agendū circa passum: dispositū sibi presens / ⁊ ad non agēdū quādo non habet passum / nec eīn quantum ē ex se potest nō agere habito passo nec agere sine ipso. sed pria causa potuit non producere q̄dcūq̄ possibile qd̄ produxit ad extra: ⁊ producere alia possibilia que non fecit. ergo ⁊c.

Secunda cōclusio est: ꝙ omnis causa secunda est determinata determinatione de inesse ⁊ etiam determinatione de possibili vno mō ⁊ nō alio modo ad effectum sibi possibilem ꝓducēdū. ¶ Hec apparet: ⁊ primo quo ad primā eius ptē: vȝ ꝙ sit determinata de inesse tā ad illum effectuȝ quem ꝓducit q̄ ad aliū quē nō ꝓducit. qm̄ nisi ad vnū producendū ⁊ ad alterum non ꝓducendū determinata existeret / non magis vnum q̄ alterum produceret. sed constat sic esse de facto. hic eīn ignis agit ad istum igneȝ ⁊ non ad alium: ⁊ econuerso alius ignis agit ad alium ⁊ non ad illū. quilibet etiam prius agit ad vnuȝ ⁊ post illuȝ ad alterum. voluntas etiam licet libere velit ⁊ per ꝯsequēs possit nolle vel non velle qd̄ vult: ita tñ voluntas ista elicit istum volēdi vel nolēdi actum ꝙ nō pōt elicere alterum ꝓductū ab alia volūtate creata. ergo omnis causa secūda tā vȝ naturalis q̄ libera est ad effectuȝ quem producit ⁊ ad non ꝓducēdum alium quē non ꝓducit determinata. ¶ Confirmatur. qr nisi omnes cause secūde essent ad diuersos effectus determinate / non magis vna ageret ad vnū ⁊ alia ad aliuȝ q̄ econuerso: vt hic ignis ad istuȝ ignem ⁊ alius ad aliū. sed constat sic esse de facto ergo ⁊c. ¶ Secunda pars conclusionis / vȝ ꝙ etiam causa secūda sit determinata determinatione de possibili aliquo modo ⁊ alio modo non / ꝓbat. qm̄ ꝙ illa causa q̄ quātum est ex se equaliter posset in effectū ad quem non agit sicut in illum ad quem agit sed non potest: hoc ē / qr sic determinata est determinatione de possibili nō simpliciter ⁊ absolute cū ex se posset / sed tm̄ secunduȝ q̄d: qd̄ arguit quia de facto non pōt. sed omnis causa secunda taȝ naturalis q̄ libera est talis ꝙ videlicet quantum est ex se non magis potest in effectum ad quem agit q̄ in aliū quē nō ꝓducit: sicut ignis iste non minus posset in igneȝ ab alio igne productum q̄ in illum queȝ producit: ⁊ tamen sic de facto agit ad vnum ꝙ nec agit nec agere potest ad aliuȝ. si enim indifferenter ad vtrūq̄ agere posset nō magis ad vnum q̄ ad alterum ageret: cuius oppositū experimur. ergo hoc est quia sic causa omnis secunda est determinata determinatione de possibili non simplicit̄ ⁊ absolute sȝ aliqualiter ⁊ secunduȝ quid. ¶ Confirmatur. qr qd̄ determinatione de possibili est simpliciter ⁊ totaliter determinatum ad agēdum istum effectum ⁊ ad non agenduȝ seu producendum aliū / non potest non producere effectuȝ ad quē ꝓducēdū ē simplicit̄ determinatū: nec ꝓducere illuȝ ad quē nō ꝓducēdū ē ꝯsilit̄ determiatū. ¶ Hoc appet in exēplo de igne: q̄ hito passo nō pōt nō ꝓducere ignē: nec passo hito vl̄ nō hito pōt ꝓducere aquā. ⁊ iō determinatione de possibili arguit̄ eē determinat⁹ / ⁊ ad ꝓducēdum ignē ⁊ ad nō ꝓducēdū aquaȝ: magis tñ ad nō ꝓducēdū aquam q̄ ad ꝓducēdum ignem. qr ad nō ꝓducēdū aquā sic est determinat⁹ ꝙ nullo mō potest eā ꝓducere. ad ignē aūt ꝓducēdū nō sic ē determinat⁹ cū possit nō ꝓducere vel passo deficiēte vel etiam existēte / prima causa sibi nō coagente vel ipsum agere non sinēte / vt apparet de igne trium puerorum. sed licet omnis causa secunda sit ad nō producendum aliquem effectum sic determinata ꝙ nullo modo possit producere ipsum / vt ignis ad non producendum aquam: est tamen sic determinatus ad produ-

cendū aliū effectū vt istū ignē magis q̃ aliū ꝙ et pōt nō
ꝓducere ip̄3 simpliciter.nec min⁹ q̄tū ē ex se posset ꝓdu
cere illu3 quē nō ꝓducit q̃ aliū quē ꝓducit.sicut enī hoc
subiectum ista albedine informatū eq̄liter quātum ē ex
se est receptiuum alterius albedinis in subiecto alio exi
stentis sicut illi⁹ q̄ de facto actualiter īformat̄: ita ꝯsil'r
iste ignis q̄tū ē ex se nō min⁹ est ꝓductiu⁹ ignis ab alio
igne ꝓducti q̃ alteri⁹ ꝓducti actualit̄ a seipso:sic tñ de
facto agit ad istum ꝙ nec agit nec agere pōt ad aliu3.ꝯsi
militer dico de ista volūtate creata ita agēte ad istū volē
di vel nolēdi actū ꝙ non ad aliū ab alia volūtate creata
ꝓductum.ergo ⁊c. ¶ Ex p̄dictis appet ꝙ cā oīs scđa est
determinata determinatione de possibili ad aliqua sim-
pliciter ⁊ totaliter: ad alia autem non simplicit̄ seu tota
liter sed aliq̄ mō sic ⁊ alio mō nō.qm̄ ad illō cā scđa est to
taliter ⁊ simplicit̄ determinata ī cui⁹ oppositū nullo mō
pōt.ad illud aūt ē determinata nō sic simplicit̄ seu totalit̄
s3 aliq̄lit̄ ⁊ aliq̄lit̄ nō: ī cui⁹ oppositu3 sibi dimissa ⁊ p̄la
cā sibi coagēte posset.nō pōt aūt qr nō ꝑmittit̄ eē ad op
positū determinet̄. sed aliqua sūt ī quoꝝ opposita nūq̄
potest cā scđa sibi dimissa: nec ad illa pōt ipsi coagere cā
p̄ma:cū nec ipsa cā scđa sit taliū virtualiter ꝯtentiua:si
cut ignis non posset agere ad aqua3: nec econuerso aqua
ad ignē.alia aūt sūt ad q̄ sic est determinata ꝙ sibi dimis
sa ⁊ coagente sibi p̄ma ad alia non minus posset in illa
q̃ in alia ad q̄ agit:sicut iste ignis nō minus potuisset ge
nerare ignem genitum ab alio igne q̃ illum quē genuit /si
p̄ma causa eu3 determinasset: sibiq3 ad illū sicut ad aliū
coagere voluisset.ergo aliter ignis est determinatus etiā
determinatione de possibili ad non producendum aquā ⁊
quamcūq3 formā aliam sibi simpliciter īpossibilē: ⁊ aliter
ad ꝓducēdū illū effectū ve3 illū ignē quē ꝓducit ⁊ ad nō
ꝓducendū aliū quē: nō ꝓducit:qui tñ eiusdē rationis ex̄
sit cum illo ab eo producto. ⁊ sic consimiliter est dicēdu3
de om̄i alia causa secunda.quare ⁊c.

Tertia cōclusio est:ꝙ causa secūda mo
do predicto in ꝯclusione alia determinata est determina
ta non ab alio q̃ a p̄ma. ¶ Hec ꝓbatur.quoniā aūt cau
sa secunda puta hic ignis determinatur ad producendu3
istu3 ignem ⁊ nō aliū: ⁊ volūtas creata ad ꝓducendū istū
actū volendi vel nolēdi magis q̃ aliū a se vel ab alia cau
sa secunda vel a p̄ma.sed non a se nec ab alia causa se-
cūda.ġ a p̄ma. ¶ Minor ꝓbatur: ⁊ p̄mo q̄tū ad p̄ma3
partē eius videlice3 ꝙ non a se.qm̄ nec ignis nec aliquod
aliud naturale agens qđ est scđm se vniformiter ꝓducti-
uum principium oīm effectuū eiusdem rōnis: ⁊ per conse
quens est ad oēs eq̄liter indeterminatū:pōt determina
re seip̄m ad ꝓducendū magis vnum q̃ alterū nec ad pro
ducendum istum p̄mo ⁊ aliū scđo magis q̃ ecōuerso. vo
luntas etiam creata l3 libere velit vel nolit /nō tñ pōt vel
le nec nolle per omnem volēdi vel nolēdi actum. nec eni
voluntas potest elicere aliquem actū ab alia iam ꝓdu-
ctum:nec actum etiam semel elicitum a se potest iterum
elicere:nec etia3 circa idem obiectum sepe volitū vel no-
litum actū secundo elicitum videtur potuisse elicere p̄i
mo / nec elicitu3 p̄mo secundo.ergo causa scđa non vide
tur esse ex se determinata sed potius indeterminata:cum
non magis effectus illius q̃ alterius eiusdē rationis sit
quantū est ex se ꝓductiua. ¶ Cōfirmat̄.quia sicut mate-
ria dicit̄ esse secūdu3 se indeterminata ad oēs formas cū
non magis sit vnius corruptibilis ⁊ generabilis q̃ alte-
rius similiter ġnabilis ⁊ corruptibilis receptiua: ⁊ subie
ctum esse respectu omnium accidētium ī eo receptibiliū:
ita in proposito ꝓpter consimilem rōnē consimilit̄ est di-
cendum: ve3 ꝙ cū oīs causa secūda sit quātū est ex se oīm
effectuu3 eiusdem rationis ꝓductiua vel non ꝓductiua
per ꝯñs ad producendum vnū ⁊ non aliū eiusdē rationis
cū illo/non pōt ex se eē determinata. ¶ Scđa pars mino
ris ve3 ꝙ nec ab alia causa secūda possit esse determina-
ta/ꝓbatur p̄imo.quia nō potens se determinare ad agē
dum seu producēdum magis istum effectu3 q̃ aliū/nec vi
detur posse determinare aliquod agens alterum.sed nul
la causa secunda vt dicit conclusio precedēs potest se de-
terminare magis ad istū effectum q̃ ad aliu3 ꝓducendū
cū sit ex se ad oēs effect⁹ eiusdē rōnis īdeterminata.ġ nec
ab ip̄a potest determinari aliq̄ alia. ¶ Scđo.qr si vna cā
scđa determinat aliam ad agēdū:aut cā determinās est
eiusde3 rōnis cū determinata:aut alterius rōnis ab ea.s3
non pōt dici ꝙ eiusdem.nō enim vnus ignis determinat
aliū ad ꝓducēdum istū igne3 ⁊ ad non ꝓducendū aliū.
nec vl̄r eorum que sunt eiusdem rōnis vnū magis potest
determinare alterum ad agendū vel non agendum q̃ ecō
uerso possit determinari ab eo. nec potest dici ꝙ sit alte-
rius rōnis.qm̄ aut talis causa determinans est ꝓducti-
ua effectus possibilis cause determinate per eam:aut nō.
si non est ꝓductiua/nec ad ꝓducēdū alterius determina
tiua.sicut angelus non potest determinare ignē istū ad ꝓ
ducēdum aliū:cū non sit ignis nec alicui⁹ alterius forme
substantialis virtualit̄ ꝯtentiu⁹.esto etiā ꝙ cā illa sit effe
ctus cāe determinate possibilis ꝓductiua/adhuc nō pēt
pōni determinatiua.qm̄ neutrū aliquoꝝ ad aliq̄d eq̄liter
indeterminatoꝝ pōt eē alteri⁹ determinatiuū ad illō ad
qđ est vtrūq3 indeterminatū vniformit̄ ex seip̄o.s3 oēs cāe
scđe eq̄lit̄ f̄m se videt̄ esse īdeterminate ad effect⁹ suos q̄-
rū sūt ꝓductiue seu virtualit̄ ꝯtētiue.l3 eni q̄lib3 agat ad
effect⁹ determinatos:est tñ q̄libet vniformit̄ ⁊ eq̄lit̄ q̄tū
est ex se cōtētiua virtualit̄ vel nō ꝯtētiua seu ꝓductiua ef
fectuū eiusdē rōnis.ġ nulla est alteri⁹ determinatiua ad
ꝓducēdū magis istū effectū q̃ aliū eiusdē rōnis specifice
scđū.quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄.qr cā scđa ab illo videt̄ deter-
minari ad ꝓducēdū istū effectū: ⁊ ad non ꝓducendū aliū
eiusdē rōnis scđi: ⁊ ad ꝓducēdū p̄ius istū q̃ aliū:qđ pōt
esse ad hoc ex se determinatū ⁊ sine quo concausante nul
la causa secūda potest attingere aliquē effectū.sed tale
agens est solūmō p̄ima cā nō aliqua alia.ġ ⁊c. ¶ Si cō
tra ista3 conclusionē arguatur:qr sequi videt̄ ꝙ nulla sit
libertas in aliq̄ cā cū nō possit ex se sed ex alio ad effectū
esse determinata: Dico ꝙ vocādo cām liberā seu agēte3
libere solū illā q̄ ex se pōt agere vl' nō agere oī agēte alio
circūscripto/nulla causa est agēs nec agere potēs libere
nisi p̄ma: ⁊ cū nulla causa scđa possit in effectum aliquem
sine ip̄sa.ex hoc tñ volūtas creata dicit̄ libera ⁊ non aliq̄
alia causa secūda: qr potest assistente sibi p̄ima actū eli-
cere vel suspēdere / velle vel nolle.nulla aūt alia causa se
cūda pōt ex se actū suspēdere habito passo:nec ip̄m ꝓdu
cere sine eo.non dicit̄ aūt volūtas creata magis libera q̃
alia qr ad actus sibi possibiles magis indeterminata po
tens se determinare ad istum actū eliciendum magis q̃
aliū eiusdē rōnis cū eo. ⁊ ita volūtas creata est magis q̃
aliqua alia causa scđa libera ꝟtualit̄ q̄ ad duo. ve3 p̄io.
quia potest actū elicere vel suspendere existētib⁹ oīb⁹ ad
actū ip̄m ꝓducēdum necessario reqsitis. Secūdo.qr pōt
elicere istū actum vel aliū ab eo specie distinctū: ve3 actū
volendi vel nolendi:non autem magis istū actū volendi
vel nolēdi q̃ alium ab eo specie distinctū. neutro autem
istorum duorum modorum est libera aliqua alia causa se
cunda ve3 naturalis.quare ⁊c.

Quarta & vltima conclusio est ꝙ huius
modi p̄ime cause determinatio ad effectū nō dicit in ea
aliquid distinctū ab ip̄sa.determinatio ēt scđe cāe facta
a p̄ima nō īportat aliq̄d ab ip̄sa p̄la cā ⁊ a scđa distictū
sed bene illa q̄ aliqua causa secunda seipsam determinat

ad effectum. ¶ Hec probatur/ et primo quantū ad primā
partem/ vez φ prima causa non sit determinata mediāte
aliquo alio a seipsa. Primo: qr causa prīa ab eterno fuit
determinata ad aliqua possibilia ꝓducendum ⁊ ad alia
omittēdū vt supius fuit dictum. sed nihil ab ipsa prīa cā
distinctum fuit eternū. ergo sequitur ꝓpositū/ vez φ hmōi
determinatio non dicit aliqd in causa prima distinctū ab
ea. ¶ Secūdo. quia deus ipse fuit ab eterno determina-
tus ad oē possibile producēdū vel non ꝓducēdum vniformi-
ter vez vel ꝑ se vel alio mediante. non eñ eius determi-
natio ad vnū effectum magis φ ad alium dicit in eo ali-
qd distinctuz. sed si determinatio qua ipse fuit determina
tus ab eterno ad omnia possibilia diceret in deō aliqd ab
ipso distinctū/ illud haberet esse aliquis effectus ad quē
producēdum deus non potuit esse determinatus aliquo
mediante alio a seipso: nisi ponas in hmōi determinatio-
nibus ꝓcessum in infinitum/ dicēdo φ deus fuit ab eter-
no determinatus ad istam mediante alia ⁊ sic in īfinituz
qd est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia nō minus de⁹
potest determinare seipsum ad quodcunqꝫ possibiliuz ab
eterno omni alio circumscripto: φ possit in esse ponere om
ne possibile ꝑ se sine quocunqꝫ alio concurrente: nec per
consequēs magis ista determinatio φ creature ꝓductio
dicit aliquid in deo distinctum ab ipso. sicut enim se ha-
bet creatio ad creaturā vt in esse positam: ita ⁊ ista de-
terminatio sempiterna ad ipsaz vt ī esse ponibilē. sz crea
tio non īportat aliqd distinctum a deo ⁊ a creatura vt ꝓ-
babit in scdo. ḡ nec ista determinatio sempiterna īportat
aliqd in re extra ṗter deū determinantē ⁊ possibilia/ ad q̄
rum alterum ꝓducēdum ⁊ ad aliud omittēdum deus ip-
se fuit ab eterno determinatus nullo a se alio mediante.
quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia omnino est impossibile et
absurdū dicere agens primum esse determinatuz ad agē-
dum vel non agendum aliquo mediante a se alio et tan-
tummodo per seipsuz. quoniam nec huiusmodi dei deter
minatio est aliud φ eius sempiterna volitio qua voluit
ab eterno omnium possibilium que preuidit alia produ-
cere ⁊ alia omittere. sed eius volitio vel intellectio est ab
ipso indistincta totaliter in re extra. ergo ⁊c. ¶ Secūda
pars conclusionis videlicet φ nec secūda causa sit deter
minata a prima aliquo mediante ab vtraqꝫ differente a
prima videlicet ⁊ a secunda/ apparet. φ enim hic ignis
sit determinatus ad producendum alios ignes ⁊ ad non
producendos alios: ⁊ ad producendum primo istum et
post ipsuz aliummagis φ econuerso: hoc non habet pro
pter formam aliquam siue impressam siue non impressaz
a se ⁊ a prima causa distinctam: sed precise ab ipsa prima
causa sibi coagente ⁊ coagere statuente ⁊ per hoc deter-
minante eam ita ad istum ignem φ non ad alium ⁊ pri-
us ad istum φ ad alteruz omni re alia ab ipsa prima cau
sa determinante ⁊ a secunda determinata totaliter circū
scripta. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia determinatio cau-
se ad effectuz aliquem producēdum/ precise illud īportat
sine q̄ concurrente non potest prouenire effectus a causa
ad ipsum producēdū determinata non autez illō īportat
quo non concurrente vniformiter sicut concurrente effe-
ctus ipse potest a causa determinata causaliter prouenī-
re. sed omnis causa effectiua totalis secūda a prīa deter-
minata potest cum prima causa determināte secū causa-
liter concurrente vniformiter ⁊ consimiliter ī effectu om
ni actionis non impeditiuo quale est agens contrarium
posito vel amoto. ergo ⁊c. ¶ Tertia ⁊ vltima pars con-
clusionis videlicet φ omnis determinatio qua causa se-
cunda determinat semetipsam dicat rem aliquam ab ip-
sa causa secunda realiter differentem: ipsiqꝫ actualiter in
herentem/ apparet. qm̄ talis causa seipsaz determinans
est ṗcise volūtas creata libere ⁊ cōtingēter agēs. talis in

quā causa secūda se determinat non ad illum vel ad illū
actum volendi vel nolendi sed ad vnum effectum exteri⁹
producendum ⁊ alium sibi consimiliter possibilem omit-
tendum: modo quo omnis artifex ad opus artis artificia
liter ꝓducendum determinat semetipm̄ per aliquē actū
in se elicitū. non eñ ē ad hoc opus magis φ ad alterū de
terminatus nisi quia vult ⁊ statuit ꝓducere ipsuz. sed nō
vult aliquod obiectum nisi per actum a se realiter differē
tem sibiqꝫ vt suo subiecto actualiter inherentem. ergo ⁊c.
¶ Confirmatur. quia sicut primam causam esse determi-
natam ad effectuz nō est aliud φ eius volitio qua vult ip
sum fieri ⁊ in esse poni: ita nec secunde cause cōtingenter
agentis ad effectū exterius producendū determinatio ē
aliud φ eius volitio/ q̄ vez vult effectum: ⁊ ideo importat
ipm̄. sed licet cause prime volitio sit ab ipsa indistincta
totaliter in re extra: omnis tamē volitio vel nolitio intel
lectualis creature est distincta ab ipsa essentialiter vt ac
cidens a subiecto. ergo ⁊c. ¶ Et si contra hoc obijciatur
quia superius fuit dictum φ nulla causa secunda deter-
minaē a seipsa nec ab alia causa secunda sed a prīa: cū om
nis causa secūda sit ex se ad oēs effectus eiusdē rōnis cō-
similiter indeterminata: Dico φ hoc ē verū ⁊ ītelligēdū
de oī cā naturaliter scda ⁊ ēt de cā libere ⁊ cōtīgēter agē
te/ vez de volūtate creata respectu act⁹ iterioris: nō aūt re
spectu opis exterioris. lz eñ prīa cā statuerit ⁊ voluerit
coagere seu coassistere volūtati creature īmediate ita ad
istos act⁹ volēdi vel nolēdi φ non ad alios ⁊ pri⁹ ad vnū
φ ad alium: propter quod non potest volūtas creata ad
ipsos agere aliē puta primo ad illum ad quē agit secun-
do: nec ecōuerso scdo ad eum quē producit primo: non ta-
mē sic deus ipse statuit ipsi coagere immediate ad exte-
riorem effectum videlicz ad artificiatum ipsum. non eñ
statuit coagere ad istum effectum ipsi nisi volēti ipsum. sz
non potest velle ipsum nisi ꝑ actum a se distinctum: ergo
nec statuit ipsi immediate coagere sed tantum mediante
actu volendi quo dicitur ad effectum volitum esse deter-
minata. quare ⁊c. ¶ Ex ṗdictis omnibus sequitur φ tā
in necessarijs φ in contingētibus est altera pars contra
dictionis determinate vera non tantum de presenti ⁊ de
preterito: sed etiam de futuro: ⁊ hoc de inesse videlicet φ
erit vel nō erit nō tñ de possibili. hoc eñ mō vtraqꝫ pars
est vera/ videlicet φ potest esse ⁊ φ potest non esse: cuius
contrarium est in necessarijs. in materia enim necessaria
consimiliē ē veritas ⁊ falsitas in propositionibus de pos
sibili ⁊ in alijs de inesse: quia tā in istis φ in alijs ē vna pa
determinate vera ⁊ alia falsa. nec sic autem est in mate-
ria contingenti. quoniam in tali licz altera pars sit deter
minate vera ⁊ alia falsa in propositionibus de ineē siue
enunciātibus futurum siue p̄sens siue preteritum: non
tamen in propositionibus de possibili. sed in talibus an-
nunciantibus futurū vtraqꝫ pars ē vera/ videlicet φ po
test fieri ⁊ φ potest non fieri. ¶ Ad illa q̄ supius in cōtra
rium sunt arguta. ¶ Ad primum quando diciē φ oē pos
sibile antēφ fiat ē indeterminatum ad vtrunqꝫ opposito
rum: Dico φ verum ē indeterminatione de possibili cuz
possit fieri ⁊ non fieri: non autez īdeterminatione de ineē
cū oīm possibiliuz illa q̄ sunt futura sint determinata ab
eterno ad essendum: ⁊ alia nō futura ad non essenduz. ⁊ tō
quando ṗmittitur in maiori φ indeterminatū ad vtrūqꝫ
oppositorum nō ē determinate verū nec falsū: Dico φ ve
rum ē eo modo quo ē indeterminatum. ⁊ ꝑ ɔtrariū deter-
minatū ad alteruz oppositoꝝ ē determinate φtū ad vnā
partē verum ⁊ q̄ ad alteram partē falsum. sz oē possibile
siue futurū siue non futurum ē ad alteram partem tantū
determinatum de inesse licet de possibili ad vtrunqꝫ sit
determiatū. ḡ lz nō sit de possibili determiate verū nec fal
sū: cū hoc mō sit īdetermiatū: loqndo tñ de detmiatione

de inesse qua est ad ptem alteram determinatũ/vtiqꝫ est determinate ꝙtum ad vnam ptem verũ ⁊ ꝙtũ ad alterã partem falsum. quare ⁊c. ❡ Ad secundum quando dicit ꝙ non magis effectus possibilis est determinatus ad alteram partem ꝙ sua causa/concedo. sed tunc quando dicitur in minori ꝙ prima causa fuit ab eterno īdetermina ta ad pducendum effectũ possibilem vel nõ pducẽdum Dico ꝙ hoc est falsum. lꝫ em̃ fuerit semp indeterminata ad posse pducere ⁊ ad posse nõ producere quodcũqꝫ possibilium: fuit tñ determinata ad pducẽdum de inesse qḋ cũqꝫ futurũ fiẽdũ: ⁊ ad nõ pducẽdũ qḋcũqꝫ possibile alterũ non fiendũ/vt in pcedentibus est pbatũ. ⁊ hoc mõ vꝫ indeterminatiõe de inesse oĩe possibile fuit ab eterno determinatũ ad alterũ oppositoꝝ: lꝫ īdeterminatiõe de possibili ad vtrũqꝫ fuerit indeterminatum sicut ⁊ eius causa cum vt dictum fuit supra non sit aliõ effectũ possibilẽ esse determinatũ ad alterũ oppositorũ ꝙ cãm esse determinatã ad ipsũ. quare ⁊c. ❡ Ad tertiũ qñ dicit ꝙ illud qḋ pcedit actionem cause non est in eius ptãte: detur intelligendo per aliqḋ esse in ptãte cause ipm posse fieri vel non fieri ab ipsa causa. sed tunc qñ dicit in minori ꝙ si prima cã esset ab eterno determinata ad oẽ possibile/talis determinatio precederet actionez eius: si per huiusmodi determinationem eternam intelligis rem aliquã ab ipsa causa prima distinctã/ falsum supponis: cum nulla talis res sit eterna nec precedat sed sequatur actionez prime cause. ipsa etiam causa prima vt dictum est supra: non fuit ab eterno determinata nisi tantũmodo per se nullo alio mediante. si autem per istam prime cause determinationem eternam intelligas tantuꝫ ipsam causam a se determinatam ad aliqua producendum ⁊ ad alia omittendum: cõcedo ipsam non esse in ei⁹ potestate: sed tantum ipsum possibile quod respicit. nec enim idem est in potestate sui ipsius nec deus est in potestate sui/sic videlicet ꝙ possit fieri vel non fieri a se cum sit necesse esse. sed non sequitur determinatio ista sumpta pro causa prima seipsa determinata non est in potestate diuina: ergo nec res possibile ad quam fiendam vel non fiendam dicitur esse determinata. quare ⁊c. ❡ Sed contra. quia possibile non est ĩ potestate prime cause nisi quia ipsa potest ad ipsum se determinare. sed si determinatio nõ est in sua potestate nec ipsa potest se determinare: ergo nec aliquod possibile pducere. ❡ Responsio. cõcedo ꝙ deus potest se determinare ad possibile producendum vel non producenduꝫ: qꝛ potest velle ipsum fieri vel non fieri. non est autem aliud deum ad aliquid fiendum determinari ꝙ deum illud velle fieri. deus autem nõ vult aliquid videlicet nec se nec alia per aliquem actum a se distinctuꝫ sed tantummodo per seipsum: quo non obstãte videlicet ꝙ iste actus quia ab eo indistinctus non sit in ei⁹ potestate/tamen eius obiectum qḋcunqꝫ possibile est in ipsi⁹ potestate. ❡ Et quãdo arguitur ꝙ si determinatio nõ esset ĩ ei⁹ potestate nec ipse deus posset se determinare: Dico ꝙ cũ diuina determinatio sit sua volitio a sua essentia indistĩcta ipsa vt sic nõ est in sua potestate vꝫ vt sit vel nõ sit. vt tñ est volitio rei possibilis importat duo: quoꝝ vnum est actu ⁊ necessarium qḋ non est in ei⁹ potestate: ⁊ alterum videlicet possibile qḋ est ĩ ei⁹ potestate. ⁊ quia diuina determinatio de qua hic est sermo nõ dicitur eius volitio vt absolute sumpta nec vt ẽ diuine essentie sed vt ẽ rei possibilis vt obiecti: ideo diuĩa determinatio nõ põt dici cẽ totalr̃ ĩ ptãte nec totalr̃ seu vlr̃ non esse in ptãte: sed ꝙ ĩportat duo quorũ vnũ nõ ẽ ⁊ alterũ ẽ in ptãte diuĩa. ⁊ iõ ꝯcedo ꝙ si nihil eius qḋ ĩportat determinatio ista eẽt in ptãte diuina/nec deus posset determinare seipm̃. sꝫ hoc ẽ falsum. qꝛ imo determinatio ipsa puta sua volitio lꝫ vt absolute sũpta: nec vt est diuine essentie vt obiecti: qb⁹ modis nõ dicit determinatio de q̃ est hic sermo nõ sit in dei potestate/est tñ in eius potestate vt est cuiuscũqꝫ alterius possibilis vt obiecti: cũ oẽ alterum obiectum sit libere ⁊ ꝯtingenter volitum ⁊ ab eterno fieri vel non fieri institutũ. q̃re ⁊c. ❡ Ad quartuꝫ quando q̃ritur/an hmõi determinatio sit effectiue a causa prima/ an non: Dico ꝙ nõ: qꝛ qḋ nihil est a causa distinctum non põt dici a causa existere seu fieri effectiue/cuꝫ oĩs effectus a sua causa essentialiter sit distinct⁹. sed huiusmodi diuina determinatio ad oĩa possibilia sempiterna non fuit vt dictũ est aliquid distictum a deo aliq̃liter in re extra. ergo ⁊c. ❡ Et quando infertur ꝙ tunc sequeretur ꝙ non esset in ei⁹ potestate: cum nihil sit in potestate cause nisi qḋ est ab ipsa effectiue: apparet solutio ex predictis. vt enim dictum est huiusmodi determinatio prime cause non est in ei⁹ potestate quantum ad actum diuine volitionis absolutũ quem dicit: sed tñ quantũ ad possibile qḋ respicit: in ordine ad qḋ ipsa diuina volitio dicitur determinatio. quare ⁊c. ❡ Ad quintum quando dicitur ꝙ illud qḋ transit in preteritũ non est in potestate agentis/concedo intelligendo per preteritum aliquid qḋ iam est factum. quod quidem dicitur non esse in potestate agentis quantum ad hoc: quia ex quo factum est ĩpossibile est non fuisse factum. hoc autem modo falsũ n ẽ qḋ in minore assumitur quando dicitur ꝙ si causa determinata esset ad effectum/esset determinata ad eum determinatione in pteritũ transeũte. hoc enim saltem non est verũ de determinatione prime cause que per se nullo mediante sibi addito ad omnia possibilia fuit determinata modo preexposito ab eterno. Concedi tamen potest ꝙ ex quo de facto fuit determinata ab eterno nõ potest nũc non fuisse determinata. nec tamen ex hoc sequitur ꝙ ipsa operetur necessario ad extra illa ad que operãda fuit determinata: quia licet ex quo fuit determinata non possit non fuisse: posset tamen non esse. posset enim nunc nolle agere futura q̃ preuiderat ⁊ preuoluerat ac statuerat agere: ⁊ alia possibilia que voluerat fieri nũc velle fieri ipsa omnino ĩmobiliter ⁊ inuariabiliter persistente. quare ⁊c. ❡ Ad sextuꝫ quando dicitur ꝙ si talis determinatio poneretur ante effectum in esse positum/sequeretur ꝙ omnia necessario euenirent: Dico ꝙ determinatio ista non ponitur in prima causa tanꝙ aliquid distinctum ab ea. sed ipsamet causa est seipsa determinata. ex quo non sequitur ꝙ omnia necessario eueniant. nec etiam sequeretur esto ꝙ determinatio ipsa esset distincta a causa determinata/ cum deus propter nihil a se distinctum necessitetur ad aliquid aliud producendum. ❡ Ad probationem quando dicitur ꝙ propositio cõditionalis vera est necessaria: talis autem est ista/si oĩa anteꝙ fiant sunt a deo determinata fieri/omnia euenient/concedo ꝙ omnia euenient de facto que fieri sunt determinata a deo: non tamẽ necessario absolute. quia nec est hic nisi necessitas consequẽtie: cui⁹ ꝯsequẽtie nec añs qḋ est/oĩa q̃ fiẽt sunt a deo determinata fieri/est necessariuꝫ: nec etiã ꝯñs ipm̃ qḋ est omnia euenient. que enim deus determinauit seu voluit fieri/potuit determinare seu velle vt nõ fierent: ⁊ alia possibilia que non fieri determinauit potuit determinare ꝙ fierent. quare ⁊c. ❡ Ad septimum quando queritur/an huiusmodi determinatio prime cause possit immutari an non: Dico ꝙ potest vtiqꝫ immutari: sic intelligẽdo ꝙ de⁹ inuariabilis ⁊ immutabilis permanens qḋ vult fieri posset nolle fieri: ⁊ econuerso possibile qḋ non vult fieri posset velle fieri absqꝫ aliqua mutatione dei nec alicuius alterius rei: cum nec huiusmodi dei determinatio seu volitio que respicit aliquod possibile nõdum factuꝫ/dicat aliqḋ a deo distinctũ aliq̃lr̃ in re extra. quare ⁊c. ❡ Et quãdo cõtra hoc arguit: qꝛ tũc seq̃ret ꝙ nõ esset sufficienter determinatus: Dico ꝙ falsum est. non em̃ hoc sequitur sed

tantum ꝙ non necessario sed contingenter est determinatus. ⁊ hoc est verum. cũ hoc tamen stat ꝙ sufficienter isto modo videlicet contingẽter est determinatus. quare ⁊c. ¶ Ad octauũ ⁊ vltimũ apparet ex dictis ꝙ est determinatio non secũdũ illũ modũ quo causa naturalis ẽ determinata ad effectũ sibi debitum: cũ ipsa naturalis causa non possit se determinare ad alium: sed scd̃m illum modũ quo causa agens libere est determinata ad effectuȝ ab ea producibileȝ contingenter. ¶ Et quando infertur ꝙ tũc sequitur ꝙ causa ista non est determinata ad istam determinationem / apparet ex premissis quid dicendũ. quia aut per huiusmodi determinationẽ intelligis aliquid ab ipa causa determinata ⁊ ab effectu ipsi possibili distinctum. ⁊ sic falsuȝ accipis. omnino enim est impossibilis talis determinatio sic accepta: cum nihil a deo ⁊ ab effectu ipsi possibili sit distinctum. aut intelligis per eam tantum deum ⁊ sic concedendũ est ꝙ deus non est in sua potestate. aut ꝑ ipsam deum simul ⁊ ens possibile / respectu cuius deus dicitur esse determinatus. ⁊ vt sic quantum ad vnũ qd̃ dicit quia ipsum est possibile est in sua potestate non tantũ vt ponatur vel non ponatur in esse / sed etiã vt ipsum possit velle fieri vel non velle. non autem est in sua potestate quo ad alterum eius significatuȝ vt superius sepius fuit dictum. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum vbi est respondendum ad quesitum / licet appareat ex precedentibus ĩ precedenti articulo quid dicendum: ad maiorem tamen euidentiam est sciendum ꝙ deum intelligere determinate omne possibile potest intelligi dupliciter. Uno modo quia intelligit quodcunq; possibilium absolute acceptum / vt videlicet est tale vel tale ab omni alio distinctũ. Alio modo quia intelligit ipsum non tantuȝ vt absolute sumptum sed etiam vt actu existens preteritũ vel futurum vel vt nunq̃ futurum. ¶ Hoc premisso dico. Primo ꝙ deus intelligit determinate quodcũq; possibilium primo modo veȝ absolute. Secundo ꝙ etiam secũdo modo: veȝ vt actu existens vel vt preteritum vel vt futurum vel vt nunq̃ futurum. Tertio ꝙ aliter intelligit possibile nondum factum ⁊ aliter quando factum. Quarto ꝙ ista alietas non est ex parte actus intellectus diuini sed ex parte obiecti possibilis intellecti. ¶ Primũ veȝ ꝙ intelligat determinate omnia possibilia absolute / app̃et ex dictis in distinctione. 35. vbi ostẽsum est ꝙ deus intelligit oĩa. ⁊ ꝯstat ꝙ intelligit ipsa perfecte: ⁊ per ꝯ͠ns non cõfuse seu indeterminate sed distincte ⁊ determinate scd̃m ꝙ quodlibet ab alio est distinctuȝ. quare ⁊c. ¶ Cõfirmat̃ quia aut deus intelligit omnia possibilia: aut nulluȝ: aut vnũ intelligit ⁊ nõ alterum. sed nec secũdum nec tertiuȝ videtur esse ponẽdũ. nulla enim est ratio quare magis vnũ intelligat q̃ alterum. ꝯstat etiam ꝙ cũ omnia facta sint facta ⁊ futura sint futura ab ipso / oĩa talia sunt ĩtellecta ab eo: cum non agat aliquid qd̃ ignoret. sunt etiam distincte intellecta sicut distincte ⁊ distincta ꝓducta. alia etiã nunq̃ fienda sed possibilia fieri videntur ab eo ꝯsimiliter intelligi veȝ vt possibilia absolute licet nõ vt fienda. q̃re ⁊c. ¶ Scd̃m veȝ ꝙ etiam intelligat omnia determinate secundo modo / videlicet aliqua vt fiẽda ⁊ alia vt nõ fienda / apparet ex dictis in articulo precedenti. vt enim ibi dictũ est / deus ab eterno fuit determinatus ad oĩa possibilia: ad aliqua veȝ ꝓducenda / ⁊ ad alia omittenda. que quidem eius determinatio nõ est aliud q̃ volitio q̃ vult aliqua fieri ⁊ alia nõ fieri. sȝ oĩe volituȝ est intellectũ vt volitũ. ergo possibilium alia sunt intellecta a deo vt fiẽda sicut illa oĩa q̃ ipse voluit ab eterno fieri sicut sũt facta: ⁊ alia vt possibilia nũq̃ fiẽda sicut illa q̃ ab eterno voluit fieri seu voluit nõ fieri. q̃re ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia nõ minus cognoscit deus possibile futurum vt futurum: ⁊ non futurum vt non futurum: q̃ effectum actualiter existentẽ vt existentem. sed constat ꝙ omnia actualiter existentia sunt deo nota vt sic videlicet vt actualiter existentia. ergo ⁊c. ¶ Tertium videlicet ꝙ aliter deus intelligat possibile nondum factum ⁊ aliter postq̃ factum / apparet. quoniam possibile nondum factum sed fiendum intelligit nõ vt existens actu sed vt fiendum. postq̃ autem est factum ipsum intelligit non vt fiendum sed vt actualiter iam existẽs. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia in diuina scientia nõ est error nec deceptio. sed esset si omnia videlicet tam facta q̃ fienda consimiliter intelligeret. omnis enim intelligens non esse quod est / vel esse qd̃ nõ est / errat ⁊ falsum dicit. ergo cum nullus possit esse error in diuina scientia per consequens deus ipse intelligit non esse omne possibile non existens / ⁊ esse possibile postq̃ factum. quare ⁊c. ¶ Quartum veȝ ꝙ h̃mõi alietas non sit ex parte actus intellect⁹ diuini / apparet. quia nulla alietas nec variabilitas potest esse in aliquo ĩuariabili: sed actus intelligẽdi diuinus est totaliter inuariabilis cum sit a sua essentia indistinctus totaliter in re extra. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur per Augustinuȝ dicentem ꝙ deus non nouit facta aliter q̃ fienda. Quero quomodo hoc intelligit Augu. aut enim intelligit ꝙ deus non nouit facta aliter q̃ fienda alietate se tenente ex parte obiecti cogniti / veȝ ipsius facti possibilis vel fiendi: vel alietate se tenente ex parte actus intelligendi diuini. sed primum non potest poni. quoniã vt predictuȝ est deus nouit omnia facta esse facta: possibilia aũt non facta sed fienda non nouit esse facta sed fiẽda. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rationes in principio quãdo dicitur ꝙ indeterminate verum non põt determinate esse ab aliquo intellectu notũ / detur. sed tunc dico ꝙ minor est falsa. vt enim patet ex dictis in primo ⁊ etiam in secundo articulo / omne possibile anteq̃ fiat est determinate verum dupliciter. Primo: quia de quolibet est verũ dicere absolute / ꝙ est possibile. Secundo. quia de aliquo est verum dicere de inesse ꝙ erit: vt de futuro ad essendũ determinato: ⁊ de alio ꝙ nõ erit vt de nõ futuro ad nõ essendum determinato.

Secũdo quero: vtrum omne possibile fuerit notũ deo certitudinalit̃ ab eterno. ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniam omnis sciẽs aliquid indubitanter ⁊ infallibiliter / scit illũ certitudinaliter. sed deus scit seu intelligit omnia possibilia indubitanter ⁊ infallibiliter. non enim in eius sciẽtia potest cadere deceptio neq; error nec dubium. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia intelligens aliquid esse futurum qd̃ põt non fieri: vel nõ esse futurum qd̃ põt fieri: non intelligit illud certitudinaliter nec immutabiliter. sed oĩe possibile qd̃ deus intelligit esse futurũ potest nõ fieri: ⁊ econuerso illud qd̃ ĩtelligit nõ esse futurũ põt fieri. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedã. Primo enim ostẽdã ꝙ de⁹ ĩtelligit vnico actu solo oĩa vt̃r. Scd̃o inq̃rã / an oĩa ĩtelligat necessario an ꝯtigẽter. Tertio dicã ad q̃sitũ / veȝ an oĩa ĩtelligat certitudinaliter.

Quantum ad primum pono quatuor ꝯclusiões. ¶ Prima ẽ: ꝙ si de⁹ ĩtelligeret vno actu oĩa sȝ diuersis diuersa / act⁹ h̃mõi esset a diuia essẽtia realit̃ distincti. ¶ Hec app̃et. quia exceptis diuinis ꝑsonis oĩa ꝑ͠ia alia ĩ re extra sũt distĩcta realit̃ ab ipa essentia diuina. nec enim diuia essentia vnica ẽ ꝑ͠ia realit̃ q̃ tria supposita. ab oib⁹ aũt aliis realit̃ ⁊ etiã essentialiter ẽ distĩcta. sȝ si h̃mõi diuersi actus intelligendi ponerentur in deo / distinguerentur a ꝑsonis omnibus simul sumptis. ergo ⁊c. ¶ Minor veȝ ꝙ distinguerent̃ a personis / est euidẽs: quia plures es

tent realiter ꝙ persone.tot em̄ essent quot obiecta intelle cta.vel esto ꝙ non saltē essent plures ꝙ tres/tales etiā existerent ⁊ sic inter se differrent ꝙ per vnum deus intelligeret vnum obiectum ⁊ per aliud alterum:qḋ non potest dici de personis.ergo ⁊c. ¶ Confirmatur.quia si deꝰ intelligeret diuersis actibus diuersa / omnes tales actꝰ essent formaliter in qualibet ꝑsonarum tanꝙ illa quibus intelligeret omnia quelibet persona.sed nulla ꝑsona intelligit nec vult oībus aliis nec vna earum : ergo actus huiusmodi oēs essent ab ipsis ꝑsonis distincti:⁊ per cōsequens ab essentia:cuꝫ essentia ipsa a solis ꝑsonis sit realiter indistincta:⁊ etiam totaliter in re extra. ¶ Secūda conclusio est ꝙ si deus intelligeret diuersa diuersis actibus intelligendi/etiam vellet ipsa diuersis actibus volendi:qui essent ab ipsa diuina essentia consimiliter distincti sicut ipsi actus intelligendi. ¶ Hec quantum ad primam partem apparet.quoniā actus volendi non est illimitatior ꝙ sit actus intelligendi:nec vnus actus volendi vel nolēdi potest ad plura obiecta se extendere ꝙ vnꝰ actus intelligendi.omne em̄ volitū vel nolitū potest esse intellectū:⁊ quotcūqꝫ obiecta sunt volita vel nolita vno actu totidem possunt esse intellecta simul vno actu. sed si deus intelligeret diuersis actibus diuersa/hoc esset quia nullus eoꝝ vel talium actuū diuersoꝝ per se sufficeret ad illa obiecta omnia agnoscēda:ergo nec oīa possent esse volita vel nolita per eundem actum. ¶ Cōfirmat̄. quia aut hmōi actus intelligendi vt supponit̄ diuersi essent idē cū actibꝰ volendi/aut nō.si sic:ergo quot essent actus intelligēdi/⁊ volendi.si non:adem seqtur:cum vt dictū est actꝰ intelligēdi vnus non possit esse plurium obiectoꝝ ꝙ vnꝰ actus volendi.q̄re ⁊c. ¶ Secunda pars cōclusionis vel ꝙ tales plures actus volendi essent ꝯsimiliter distincti ab essentia sicut plures actus intelligēdi/appet eisdē rōnibus qbus ꝓbata est ꝯclusio prima supra. ¶ Tertia cōclusio est:ꝙ deus ītelligit oīa vnico actu. ¶ Hec ꝓbat̄ quia intelligēs actu eq̄ illimitato sicut est illimitata sua intellectiua potentia/nō minꝰ eodē actu ꝙ eadē potētia ītelligit oīa. ¶ Hoc appet.nō em̄ magis vna potētia sensitiua vel q̄cūqꝫ alia cognitiua ꝙ vnicꝰ actus cognitiuꝰ pōt esse respectu oīm cognoscibiliū obiectoꝝ nisi ꝓpt̄ illimitationē potētie cognitiue respectu oīm obiectoꝝ/⁊ limitationē actꝰ cuiuslibꝫ ad determinatū obiectū. sꝫ actꝰ q̄ ītelligit deꝰ ē eq̄ illimitatꝰ sicut etꝰ ītellectꝰ. Quod ꝓbat̄ quia aut ē idē cū eo/aut nō. Si primū/habet̄ ꝓpositū.si aūt detur secūdū/vel ꝙ actꝰ hmōi sit distīctꝰ ab intellectu diuino/idē seqt̄.qm̄ nihil īpfectū nec ꝑ ꝯñs īpfectiꝰ pōt eē in deo ꝙ essentialit̄ ipse deꝰ.sꝫ actus q̄ deꝰ ītelligit ē ab ipso essentialiter indistīctꝰ:⁊ per ꝯñs essentialit̄ verꝰ deus.ergo non est īpfectior seu limitatior ꝙ intellectꝰ seu ipse deꝰ.q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmat̄.quia si deꝰ nō oīa intelligeret vno actu sed diuersis diuersa:nec intelligeret neqꝫ vellet ꝑ seipsū sed tm̄ ꝑ aliq̄d sibi additū ⁊ a se distīctū vt ī ꝓcedētibꝰ cōclusionibus ē ꝓbatū.sed hoc ē falsuꝫ.nō em̄ intelligit nec vult se nec alia aliq̄ mediāte alio a seipso.ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est:ꝙ actus q̄ intelligit deus est ab ipso indistinctus totaliter ī re extra. ¶ Hec apparet.qm̄ intelligens vel volens per actum a se distinctū nō codeꝫ actu intelligit ⁊ vult oīa:sed deus vt dictū est vnico actu intelligit ⁊ vult oīa vel tam seipsum ꝙ qḋlibet aliorum. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet.nullꝰ em̄ actus vnicꝰ cognitiuꝰ a cognoscēte distinctꝰ ē eq̄ illimitatus ⁊ indeterminatꝰ sicut cognoscēs ad oīa obiecta cognoscibilia cognoscēda quare.⁊c. ¶ Cōfirmat̄.quia in diuinis nulla est in re extra diuersitas nisi tm̄ īter personas:sed ꝯstat ꝙ diuina essentia ⁊ eius notitia non distinguūt̄ nec se habēt sicut ꝑsone seu diuina supposita.ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad ideꝫ eque impossibile ⁊ cōtradictionē īplicās est diuinā essentiam non esse sapientiam q̄ deus intelligit oīa sicut essentiam non esse essentiā/vel īsapiētiam nō esse sapiētiā. q̄ nō plus distinguit̄ diuina sapiētia seu notitia ab essentia ꝙ essentia a seipsa. ¶ Antecedēs appet. qm̄ nisi esset eq̄ impossibile diuinā essentiā nō eē suā sapiētiā sicut ipsam non esse essentiā/seq̄retur ꝙ sapientia diuina non esset eq̄ necesse essentia:nec per ꝯñs eq̄ ꝑfecta sicut essentia. hoc aūt est impossibile.nō em̄ essentia est magis necesse esse nec ꝑfectior ꝙ sua sapientia.ergo ⁊c. ¶ Cōseq̄ntia est eadēm.quia nihil a diuina essentia distīctū in re extra est eq̄ necesse eē nec perfectū sicut diuina essentia:nec est ipsa diuina essentia. vnde si relatio originis distingueret̄ ab essentia in re extra:nec esset eq̄ perfecta nec necessaria sicut ipsa:nec ēt esset ipsa vt alias ostensum est.ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄. quia non minus actus quo deus intelligit ⁊ vult omnia est ipsi idē ꝙ illud q̄ operatur ipsa.sed deus opatur oīa ⁊ potest ī qḋcunqꝫ possibile ꝑ seipm̄ nō per actum a se distinctū:ergo ⁊ sic intelligit ⁊ vult oīa.quare ⁊c. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam deus seipsum tantum non aliquid aliud intelligit necessario.sed si omnia intelligeret vno actu a se indistincto/eque necessario intelligeret alia omnia vt seipsum.ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia intelligens actu vnico a se indistincto omnia/vniformiter īntelligit ipsa.sed deus non vniformiter intelligit omnia ergo ⁊c. ¶ Minor apparet primo quia vt dictum est necessario intelligit ⁊ vult seipsum:contingenter autē qḋlibet aliorum. Secundo:quia ab eterno intellexit seipsū vt actualiter existentem.alia autem existentia vt existētia nō intellexit ab eterno sed ex tempore/sicut ⁊ temporaliter non eternaliter extitere.per actum autem intelligendi eternum non videtur posse intelligi aliquid ex tempore.ergo ⁊c. ¶ Ad primum dico ꝙ sicut per deum intelligere semetipsum non importatur aliquid a deo distinctū:ita nec per illā/deus intelligit ens creatū vel creabile/importatur nisi tantum deus ipse ⁊ obiectum per eū intellectum:cum quo tamen stat ꝙ quia res alia a deo īntellecta vt futura potest non euenire:vel intellecta vt existens non existere:vel esse futura que intelligitur vt non futura:ideo omnis res a deo alia est contingenter intellecta:cum posset aliter intelligi ꝙ intelligatur.sicut res intellecta vt futura potest intelligi vt non futura : cum possit non fieri:et intellecta vt non futura possit intelligi vt futura cum possit fieri:et intellecta vt existens vt non existens/et econuerso nulla mutatione existente in actu intelligendi diuino sed tantuꝫ in obiecto intellecto ¶ Tunc ad argumentum in forma quando dicitur ī maiori ꝙ deus non intelligit aliquid a seipso distinctum necessario sed tantummodo contingenter/concedo intelligendo modo preexposito illud intelligi contingenter qḋ intellectum vno modo potest intelligi alio modo. quia enim quodlibet ens a deo distinctum ē variabile: et quot modis est variabile tot modis est intelligibile:ideo dicit̄ vt hoc modo vel alio intellectum contingenter esse ⁊ nō necessario intellectum. ¶ Et quando additur in minori ꝙ si vno actu intelligeret omnia:eque necessario intelligeret ipsa: Dico ꝙ hec est falsa. non enim minus per actum necessarium vnicum a se indistinctum potest deꝰ intelligere omnia ꝙ ea producere contingenter. sed constat ꝙ omnia creata causat et conseruat contingenter per creationis actum a se totaliter indistinctū. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non minus potest deus eodē actu a se īdistincto intelligere se necessario ⁊ alia contingēter ꝙ creare alia ⁊ nullo modo seipsum.sed constat ꝙ actus creationis quo deus creat omnia ē ab eo indistinctus/vt ostendetur in prima distinctione secundi libri:nec tamen deus dicitur creare se sꝫ alia.ergo ⁊c. ¶ Ad cōfirmationē cōsimilit̄ ē dicēdū.nec valet qḋ addit̄ vltimo qm̄ dicitur ꝙ

per actum intelligēdi eternū nō potest aliquid intelligi ex tēpore. hoc enim si est verū/ nō est verū nisi de actu intelligēdi ab intelligēte distincto qualis est intellectio creature rationalis: nō aūt de intellectione a substantia intelligētis totaliter indistincta qualis est intellectio diuina. cū em̄ deus eodē actu vez p solam suā essentiā oia intelligat & pducat/ p ꝯñs nō minus poterit p essentiam licet eternā aliquid nouiter intelligere q̄ nouiter ipm̄ pducere seu in esse ponere. sed constat scdm̄ esse possibile & de facto. deus enim licet eternus produxit ex tēpore oia. ergo &c. ❡ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est vidēdum an deus intelligat omnia contingenter an necessario/ licet appareat ex p̄cedētibus quid dicēdum: ad maiorem tamē euidētiam est sciēdū q deum intelligere aliquid contingēter potest intelligi dupliciter. Uno modo q intelligat contingēter contingētia actus intelligēdi vez quia actus ipse est cōtingēs potēs existere & nō esse. Alio modo q intelligat contingēter cōtingētia se tenēte nō ex parte actus intelligēdi/ sed ex pte ipsius obiecti intellecti: q2 vez obiectū itellectū est ꝯtingēs fieri seu eē possibile & non esse: & ita variabile/ & p ꝯñs diuersimode intelligibile.

Hoc premisso & supposito vt satis cuilibet p se noto/ pono q̄tuor cōclusiones. ❡ Prima est: q deus intelligit se necessario nō ꝯtingēter ꝯtingētia act⁹ intelligēdi nec etiā obiecti intellecti. ❡ Hec appet. quia ens simplr necessariū nō est cōtingēs formalr/ l3 virtualiter: q2 entis cōtigētis p̄ncipiū pductiuū. sed cōstat tā deū q̄ etiā ei⁹ intelligēdi actū ab eo idistictū eē simplr et formaliter necessariū: l3 cōtigētiū oim possibilium sit pncipiū pductiuū. g nec cōtigētia act⁹ intelligēdi nec obiecti intellecti deus cōtigēter sed mere necessario intelligit semetipm̄. ❡ Cōfirmat. q2 nec act⁹ diuini intellectus nec ipse deus pōt nō eē. ipossibile etiā est deū nō esse a se intellectum. g &c. ❡ Sed cōtra hoc forsitan arguet: q2 aut deū intelligere semetipm̄ iportat aliqd p̄ter eū/ aut nō. si aliqd a deo distictū/ tale nō est necessariū: cū oē a deo distictū sit ens possibile seu cōtigēs vt supi⁹ fuit dictū. si aūt nō iportat aliqd ab eo distinctū: g nō magis est querēdū an deus intelligat semetipm̄ q̄ an deus actualiter sit existens: sicut nec supposito q deum intelligere ens creatū iportet aliud q̄ deū & ens creatū/ oporteret q̄rere an deus intelligat ens creatū magis q̄ an deus sit & simul ens creatū. hoc aūt est falsum. q2 & multi pbi nō negātes deū existere & qōlibet ens creatū/ negauerūt deū itelligere ens creatū. g &c. ❡ Ad hoc respōdeo cōcedēdo q nec deū intelligere seipm̄ iportat aliqd a deo distinctū nec deū intelligere ens creatū iportat nisi tātum deū & obiectū creatū intellectū: cū deus nec se nec alia intelligat aliquo mediāte alio sed tm̄mō semetipso. Nec tm̄ ex hoc sequit qd ifert: vez q nō sit q̄rēdū an deus itelligat se & alia magis q̄ an de⁹ sit & qōlibet ens creatū: sicut licet esse deū nō sit aliud i re q̄ eē patrē & filiū & spiritum sanctū: cū relationes oēs originis seu psone sint idisticte ab essentia totaliter i re extra: tm̄ sciēs rē illā increatam esse deū: nō sequit q sciat ipsam esse patrē/ filiū/ & spiritū sanctū. pp̄ter qd intelligēs ipsam esse deū hoc est talē q̄lem nomē vel cōceptus deitatis iportat: & ignorās ipaz esse talē q̄lis p patrē filiū & spiritū sanctū iportat: pōt q̄rere an deus sit pater filius & spirit⁹ sanctus: vel an de⁹ sit sapiēs/ itelligēs ipz deū & nesciēs eū esse sapiētē: hoc est talē qualis p conceptū sapiētie iportat. qd fieri vtiq pōt/ licet deus nō alio & alio i re extra sit deus & sapiens sed seipso. ꝯsilr in pposito est dicēdū: vez q licet deus nō intelligat se nec alia nisi tm̄mō p seipz/ nec p ꝯñs deū intelligere aliqd sit aliud i re extra q̄ deus & res itellecta: tm̄ pōt deus itelligi ab aliquo absolute & qōlibet ens creatū nō intelligēte an deus intelligat semetipm̄ & qōlibet intelligibiliū aliorū. q̄re &c. ❡ Scda conclusio est: q nec deus itelligit alia a se ꝯtigēter ꝯtigētia act⁹ itelligēdi. ❡ Hec est euidēs ꝯsilr sicut prima. qm̄ vt dictū est i articulo p̄cedēti/ eodē actu a se idistīcto deus intelligit se & alia. quē q̄dē actū ꝯstat eē necessariū/ nec p ꝯñs cōtigētē. q̄re &c. ❡ Cōfirmat. q2 oīs actus itelligēdi ꝯtingens nō necessarius ē fora acchtalis. sed ꝯstat q p talē actū non intelligit deus: sed tm̄ creatura rationalis. ergo &c. ❡ Sed cōtra hoc forsitā arguet. q2 nō magis deus oia itelligit q̄ velit vnico actu tm̄. s3 nō videt velle seu diligere oia vno actu a se idistīcto cū diligat inequaliter diuersa/ et vno actu dilecta equaliter videant eē dilecta. ergo &c. ❡ Responsio. cōcedo maiorē: vez q ita diligit sicut & intelligit deus oia vno actu: quo nō obstāte nō diligit eq̄liter/ sed ineq̄liter. & ideo falsuz est qd assumit i minore qñ dicit q dilecta vno actu eq̄liter sunt dilecta. nō em̄ min⁹ pōt deus diligere vno actu ineq̄liter diuersa q̄ vno actu vnū odire & aliū diligere. sed cōstat q actus quo de⁹ vult damnatos dicit odiū pp̄ter penā eis volitā/ & idē act⁹ vt trāsiēs sup beatos dicit amor pp̄ter rōnē ꝯtrariā: vez pp̄ter gloriā eis collatā. eodē aūt actu vult & cōfert deus beatis gloriā/ & damnatis penam/ & aliis maiorē/ & aliis minorē: illos q̄bus cōfert maiorē penā dicit magis odire et eos q̄bus maiorē gloriā magis diligere: alios aūt minus q̄bus minorē. vnde deū istū plus q̄ aliū diligere non est nisi deum isti maius bonū q̄ alteri velle seu cōferre: sicut plus odire est maius malū inferre. sed cōstat q eodē actu a se indistīcto vult p̄mia inequalia beatorū & supplicia cōsilr inequalia damnatorū. ergo &c. ❡ Tertia cōclusio est: q deus intelligit qdcūq possibile a se distinctū vel distinguibile cōtingēter cōtigētia se tenēte ex pte ipsi⁹ obiecti cogniti. ❡ Hec est euidēs. qm̄ cōstat q oē diuersimode itelligibile diuersitate se tenēte ex pte ipsi⁹ obiecti intellecti/ nō aūt ex pte actus itelligēdi/ itelligit cōtingēter cōtigētia obiecti vt taliter magis q̄ aliter itellecti. ❡ Hoc appet. q2 qd vt intellectū taliter pōt intelligi aliter/ intelligit sic vel aliter contingēter. sed diuersimode intelligibile sic se habet q licet sit intellectū de facto taliter: est tm̄ intelligibile aliter: alias nō eēt intelligibile differēter. ergo sequitur ppositū: vez q oē intelligibile differēter diuersitate obiecti nō actus intelligēdi intelligit cōtingēter ꝯtigētia obiecti: vt vez obiectum ipm̄ est taliter magis q̄ vt aliter itellectū. sed oē possibile a deo distictū vel distiguibile est hoc mō diuersimode intelligibile. ❡ Hoc appet. q2 tale aut est p̄sens aut futurū aut nec futurū nec p̄sens/ q2 nec ē factū nec fiēdū. sed quodcūq istorū ē intelligibile differēter a diuino intellectu. qm̄ qd est existēs seu actu p̄sens/ & p ꝯñs a deo itellectū vt existēs/ pōt nō eē/ & p ꝯñs est a deo itelligibile vt nō existēs. illud etiā possibile qd ē futurū/ & p ꝯñs itellectū a deo vt fiēdū/ posset nō fieri: sicut ecōuerso posset fieri illud qd nūq̄ est fiēdū. g & itellectū vt fiēdū ē intelligibile a deo vt nō fiēdū/ & ecōuerso itellectū vt nō fiēdū pōt intelligi vt fiēdū. q̄re &c. ❡ Cōfirmat. q2 deus intelligit oē existēs eē existēs/ futurū esse futurū/ & possibile nō futurū nō eē futurū. sed existēs pōt nō existere/ & qd ordinatū est ab ipso eē futurū/ nō euenire & euenire/ seu fieri qd nō fieri fuerat ordinatum/ ipo deo sic volēte. nō em̄ q2 ab eterno voluit vniuersum fieri/ ideo vniuersum fuit factū necessario absolute: sed tm̄ necessitate ꝯñtie: vez stāte diuina volitione. hoc aūt añs nō fuit necessariū: sed contingēs. nō em̄ deus necessario sed cōtigēter voluit & statuit fieri vniuersuz. ergo &c. ❡ Sed cōtra hoc forsitan argue

tur. quia cum dicitur ꝙ deus intelligit ens possibile cõtingẽter: aut intelligitur ꝙ deus sic ipm contingẽter intelligit ꝙ potest nõ intelligere: aut ꝙ obiectum intellectum est contingẽs. sed primũ nõ videtur esse cõcedẽdũ. nõ enim potest esse aliquod ens creatum a deo nõ intellectum ⁊ volitum. nec scḋz: quia tunc idẽ esset dicere/ deus intelligit creaturam cõtingẽter: ⁊ dicere ꝙ creatura ipa est ens cõtingẽs. qḋ nõ est verum. nõ enim est dubiũ quin sit ens cõtingẽs quodlibet ens creatũ. est tñ dubiũ an sit a deo cõtingẽter vel necessario intellectũ. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc dicẽdũ est ꝙ licet oẽ ens creatũ ꝙ̄diu est existẽs sit a deo necessario intellectum ⁊ volitũ/ vt dicetur in cõclusione sequẽti: nõ tñ simpliciter absolute est necessario intellectum: sed cõtingẽter ⁊ aliter intellectũ puta vt existẽs: cũ possit nõ existere/ ⁊ p ꝯñs sit aliter intelligibile. Et ideo cõcedẽdũ est ꝙ sic cõtingẽter deus itelligit qḋlibet possibile ꝙ potest ipsum non intelligere illo modo quo ipm intelligit/ ⁊ intelligere aliter. an aũt possit non intelligere ipm aliquo modo/ dicetur in alia questione. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: ꝙ deus non tm̃ seipsum intelligit necessario sed etiam aliquo modo alia a se distinguibilia vel distincta. Voco aũt hic entia a deo distincta oĩa creata. distinguibilia aũt possibilia nõdũ facta. qḋ eñ nihil ẽ a nullo distingui põt. ¶ Hec conclusio sic intellecta ꝓbatur. Et primo de entibus creatis a deo distictis: vez ꝙ talia ꝙ̄diu existẽtia sint a deo vt existẽtia necessario intellecta. qm̃ nullũ ens est possibile fieri nec factũ cõseruari seu existere nisi deo mediãte ad hoc vel totaliter causaliter vel principaliter oꝑante. ¶ Hec declarabitur in scḋo vbi ostẽdetur ꝙ nulla causa scḋa potest in effectũ aliquẽ sine prima. sed oẽ a deo factum vel cõseruatum est ab eo volitũ ⁊ intellectũ. nõ eñ ignorat deus aliquid eorũ que causat vel conseruat: cum nec deũ rẽ causare vel cõseruare sit aliud ꝙ̄ deũ velle rẽ fieri et cõseruari. ipso eñ volente ⁊ nõ aliter sunt facta omnia que sunt facta. iuxta illud ps. Ipse dixit ⁊ facta sunt: ipe mandauit ⁊ creata sunt. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmaƚ. quia deus agit ad extra rõnabiliter ⁊ artificialiter. sed oẽ sic agẽs est effectum quẽ producit intelligẽs ⁊ volens: ⁊ p consequẽs omnis effectus ab artifice increato productus vel cõseruatus est ab ipõ necessario intellectus ⁊ volitus: cũ nec sit ab eo ꝓductus nisi quia volitus. quare ⁊c. ¶ Secũdo probatur idẽ de aliis possibilibus nõdũ factis sed fiẽdis ⁊ de aliis etiam nõ fiẽdis: vez ꝙ tam fiẽda ꝙ̄ non fiẽda possibilia sint a deo necessario nõ tamẽ simpliciter sed aliqualiter intellecta: vez supposito ꝙ ista sint fiẽda et alia non fiẽda. hoc enim supposito deus necessario intelligit fienda esse fienda/ ⁊ alia possibilia non fiẽda non esse fienda: ita ꝙ est ibi necessitas consequẽtie: in cuius consequẽtie antecedẽte vel cõsequẽte nõ est aliqua necessitas absoluta: sed contingẽtia mera. quia nec fiẽda sunt necessario fiẽda/ nec alia non fiẽda sunt necessario nõ fiẽda: nec p cõsequẽs vt sic necessario absolute: sed tantum cõditionaliter intellecta/ vt fuit etiam dictum supra. Qz autẽ supposito antecedẽte de inesse vez ista possibilia eẽ fienda ⁊ alia non/ tam fiẽda vt fiẽda ꝙ̄ alia vt non fienda sint a deo necessario intellecta/ modo quo est intelligẽda ꝯclusio ista/ probatur. quoniã possibilium nõ magis vnuz est fiẽdum ꝙ̄ alterum: nisi quia a deo vnũ fieri ⁊ non alterum est volitum seu eternaliter ordinatũ. sed omne a deo fieri volitum seu statutũ est vt fiẽdum/ ⁊ omne nõ fieri volitum vt nõ fiẽdum a deo intellectum. nec eniz deus vult incognitum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia sicut nihil potest fieri nec factum conseruari seu manere nisi a deo agẽte/ ⁊ p consequẽs volente: ita ꝙ possibilium vnũ sit fiẽdũ et non alterũ/ hoc non potest cõtingere nisi propter deũ causam omniũ volentẽ seu statuẽtẽ fieri vnũ ⁊ non alterũ sed vt dictuz est omne volitum est intellectum. ergo deus necessario intelligit possibile fiẽdum vt fiẽdum/ ⁊ nõ esse fiẽdum seu futurum alterum non fiẽdum. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniã deus nõ magis necessario intelligit neq̧ vult aliquod possibile/ nec existẽs/ nec vt fiẽdum/ nec vt non fiendum: ꝙ̄ vt absolute sumptum. sed deus non necessario sed mere cõtingẽter intelligit quodcũq̧ possibilium vt absolute acceptum. ergo ⁊ similiter contingẽter nõ necessario intelligit existẽs esse existens futurum esse fiẽdum quodcũq̧ alterum nõ futurũ. ¶ Ad hoc potest dici vno modo negando maiorẽ assumptam. non enim est simile de possibili intellecto vt absolute sumpto/ ⁊ vt existẽte vel existere vel non existere debente accepto. quoniam possibile vt absolute sumptum non depẽdet a deo/ nec est possibile formaliter propter ipsum/ nec per consequẽs oportet possibile sic acceptum existere intellectum. secus autẽ est de possibili sumpto vt actualiter existẽte vel vt fiendo vel vt non fiẽdo. quoniam omne existens est a deo ipsum volente ⁊ p consequẽs intelligẽte existere/ dependẽs/ nec potest aliter existere ꝙ̄ a deo intelligẽte ⁊ volẽte ipsum existere. consimiliter dico de possibili futuro vel non futuro. quoniam vt dictum est superius/ ꝙ vnũ possibilium ⁊ nõ alterum sit fiẽdum/ hoc est quia deus vult ⁊ statuit vnũ esse fiẽdum ⁊ nõ alterum. qḋ autẽ est ab ipso volitum/ ⁊ intellectum. quare ⁊c. ¶ Secundo potest dici aliter concedẽdo ꝙ deus etiam cõtingẽter intelligit ens existẽs ac futurum ⁊ nõ futurum absolute loquẽdo: licet intelligat necessario necessitate cõsequẽtie. quoniam nõ potest esse ens creatum nõ intellectum vt creatum/ nec creandum nõ intellectum vt creãdum/ nec possibile nõ creandum nõ intellectũ vt nõ creãdum. quia tamẽ existẽs potest nõ existere ⁊ fiẽduz posset nõ fieri/ sicut ⁊ econuerso nõ fiẽdũ fieri: ideo qḋ deus itelligit esse existẽs vel esse futurũ vel nõ futurũ/ potest nõ vt sic sed aliter intelligere. ergo vt sic intelligit cõtingẽter nõ necessario necessitate absoluta: sed aliqua alia vez necessitate cõsequẽtie vt dictum est supra. quare ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantũ ad tertium & vltimum: vbi est respondẽduz ad questiõ/ apparet ex declaratis in ꝑcedẽtibus quid dicẽdũ. ¶ Ad maiorẽ tñ euidẽtiã pono quatuor cõclusiones. ¶ Prima est: ꝙ deus intelligit oẽ possibile absolute. ¶ Hec apparet. qz intelligens omne possibile sicut est intelligit oẽ possibile absolute. sed cũ deus intelligat vt dictũ est in ꝑcedẽtibus/ oẽ existens existere possibile fiẽdum vt fiẽdũ: ⁊ vt nõ fiẽdũ oẽ aliud nõ fiẽdũ/ per ꝯñs intelligit ⁊ ab eterno intellexit oẽ possibile sicut est. ergo ⁊c. ¶ Confirmaƚ. quia vt dictũ est supra: nullum possibile seu contingẽs est existẽs nec futurũ nec nõ futurum: nisi quia vt sic est a deo volitum ⁊ intellectum. ergo ⁊c. ¶ Secũda cõclusio est: ꝙ deus intelligit omne contingẽs esse possibile ⁊ nõ esse indeterminate de possibili. ¶ Hec apparet. quoniã licet oẽ possibile factum vel fiẽdũ vel etiam non fiẽdum sit determinatione de inesse determinatũ ad alteram partẽ tantũ: est tamẽ in determinatione de possibili ad vtrãq̧ indeterminatum: vt in questione alia fuit dictũ. potest enim esse vel nõ esse/ fieri vel nõ fieri. sed oẽ possibile eo modo est a deo intellectum vt possibile quo est possibile. ergo cũ sit indeterminate eẽ possibile ⁊ nõ esse: ⁊ sic est a deo intellectũ indeterminate vez nõ vt tñ esse possibile nec vt tñ nõ esse vel non fieri possibile sed indeteriate vt esse possibile ⁊ nõ esse. q̄re ⁊c. ¶ Cõfirmaƚ. qz deus itelligit vnũquodq̧ sicut est intelligibile. sed cõstat ꝙ ens possibile seu cõtingẽs est itelligibile nõ tãtũ seu determiate vt possibile fieri: nec tãtũ vt possibile nõ fieri: sed indeterminate vt possibile fieri ⁊

possibile nõ fieri siue esse. ergo rc. ¶ Tertia ꝯclusio est ꝙ deus intelligit oẽ possibile determinate de inesse. ¶ Hec appet. q2 oẽ possibile est hoc mõ vez determiatiõe de inesse determiatũ: vez vnũ ad nõ essendũ ⁊ alterũ ad essendũ/ vt ĩ q̃stione alia fuit dictũ. sed oẽ de inesse determiatũ est eẽ determiate ĩtellectũ a deo determinate ipm ad alterã ptẽ tñ. ergo rc. ¶ Cõfirmaꝛ. q2 nec possibile fiẽdũ est ad fieri determiatũ/ nec nõ fiẽdũ ad nõ fieri nisi a deo. sed deũ determiare hoc eẽ fiẽdũ ⁊ alterũ nõ fiẽdũ/ nõ ẽ aliud q̃ deũ ip3 velle hoc fieri ⁊ nõ illud. g̃ oẽ determiatũ ad essendũ vel ad nõ essendũ vel fiẽdũ ẽ a deo volitũ/ ⁊ p ꝯñs ĩtellectũ. q̃re rc. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ deus ĩtelligit certitudinaliter oẽ possibile. ¶ Hec appet. q2 cũ notitia pfecta nõ põt eẽ aliqd dubium ĩ cognoscẽte/ ⁊ p ꝯñs oĩs cognoscẽs notitia pfecta aliqd obiectũ cognoscit ĩdubitanꝛ ⁊ p ꝯñs certitudinaliꝛ ip3. sed de⁹ cognoscit oẽ possibile notitia pfectissima a sua essentia ĩdistĩcta. eadẽ eñ notitia cognoscit oĩa. est eñ diuina essentia notitia ĩtuitiua vnica tã sui ipsius q̃ omniũ possibilium alioꝝ. g̃ rc. ¶ Cõfirmaꝛ. q2 cognoscẽs effectũ sibi vez cognoscẽti possibilẽ ⁊ a nullo alio impedibilem/ certitudinaliter cognoscit ip3 sed oẽ possibile põt a deo fieri/ nec põt ab aliquo alio ĩpediri. g̃ rc. ¶ Maior appet. q2 volẽs effectũ possibilẽ fieri vel nõ fieri volitione efficaci ad quã sequiꝛ ineuitabiliter oẽ volitũ/ certitudinaliter seu indubitanꝛ cognoscit ip3. ¶ Hoc est euidẽs. ꝙ eñ aliqs cognoscẽs aliqd possibile vt futurũ vel vt nõ futurũ cognoscat nõ certitudinaliter sed dubitanꝛ ipm/ hoc ẽ q2 qd appĥẽdit eẽ futurũ põt ne eueniat ĩpediri: ⁊ qd appĥẽdit nõ esse futurũ põt ab alio fieri. sed qd est a deo volitum seu determiatũ vt fiat nõ põt ab alio ĩpediri/ nec qd est determiatũ seu volitũ vt non fiat potest ab aliquo alio fieri: sed esse a deo volitũ sequiꝛ necessario vt ẽ volitũ seu determiatũ. ergo ⁊ certitudinaliter est cognitũ. ¶ Sed ꝯtra p̃dictas duas cõclusiones vltimas forsitã arguiꝛ. qm̃ illud qd nõ est ĩ se verũ nõ põt determinate nec certitudinaliter intelligi ab aliquo intellectu ꝯtĩc/ ꝓ qñ vez nõ est verũ. sed futurũ cõtigẽs a diuina volũtate libere agẽte simplr̃ depẽdẽs nõ est in se determiate verũ. nõ eñ põt assignari ratio q̃re magis sit vera vna ps q̃ alia: ⁊ ita vel ẽ vera vtraq3 pars vel neutra. sed vtraq3 nõ põt esse vera. ergo neutra: nec p ꝯñs potest intelligi determinate altera. ¶ Ad hoc dicẽdũ est ꝙ minor est falsa. futurũ eñ cõtingens licet a diuina volũtate depẽdẽs est determinate verũ: q2 ab ipa diuina volũtate cõtingenter ad vnã ptẽ vez ad essendũ determinatũ: sicut ⁊ possibile non futurũ ad nõ essendũ. Et ideo falsum est qd diciꝛ quãdo addiꝛ ꝙ nõ potest aliqua ratio assignari q̃re magis sit vera vna pars q̃ alia. ideo eñ oĩm possibilium vnũ est futurũ/ ⁊ nõ alterũ: q2 vnũ fieri ⁊ nõ alterum est a deo volitũ seu statutũ. ⁊ ideo licet qdlibet possibiliũ possit fieri ⁊ nõ fieri: q2 nec determinatione de possibili est determinatũ sed indeterminatũ: determinate tñ vnũ possibiliũ fiet seu eueniet de inesse/ ⁊ nõ alterũ: quia ⁊ sic est a deo volitũ seu determinatũ. quare rc. ¶ Sic ad q̃stionẽ. ¶ Ad rationẽ in principio quãdo dicitur ꝙ intelligens aliquid esse futurum qd potest non fieri/ vel nõ esse futurum qd potest fieri: nõ ĩtelligit illud certitudinaliter nec immutabiliter: Dico ꝙ falsum est: dũ tñ intelligat illud consimiliter vez tanq̃ illud qd põt fieri ⁊ nõ fieri. omnis eñ intelligens possibile fieri ⁊ nõ fieri: qd tamẽ de inesse fiet vt fiẽdum/ vel vt nõ fiẽdũ qd nõ fiet: potest ipsu3 certitudinaliter intelligere/ ⁊ sic intelligit si pfecte ĩtelligit sed deus omne possibile ĩtelligit perfecte vt illud qd potest fieri ⁊ nõ fieri: ⁊ ea que de facto euenient/ licet contingẽter/ intelligit vt fienda: ⁊ alia que videlicet nõ euenient licet euenire possent/ intelligit vt nõ fienda licet vt fieri possibilia. ergo rc.

Circa distinctionẽ trigesimãnonã: in qua Magister determinat de ĩmutabilitate: ondẽs ꝙ diuina sciẽtia est vlr̃ respectu cuiuscũq3 ĩtelligibiꝛ/ nec est ĩtẽsibiꝛ nec remissibiꝛ. Quero p̃mo vtrũ diuina scientia fuerit necessario oĩ3 intelligibiliũ ab eterno. ¶ Et videtur ꝙ sic. q2 sciẽtia vna qua sunt cognita ab eterno oĩa cognoscibilia/ ẽ necessaria ⁊ indifferẽter oĩm nõ magis vnius q̃ alteri⁹ ab eterno. sed diuina sciẽtia qua de⁹ intelligit oĩa/ est vnica. ergo rc. ¶ Cõtra. q2 oĩa facta potuerũt nõ fieri ⁊ alia nõ facta fieri. ergo ⁊ q̃ fuerũt ĩtellecta a deo vt fiẽda potuerũt intelligi vt nõ fiẽda: ⁊ q̃ fuerũt intellecta vt nõ fiẽda potuerũt intelligi vt fiẽda. nec per ꝯñs diuina scientia fuit necessario omniũ ab eterno. ¶ Respõsio. vbi sic ꝓcedã. Primo eñ inquirã an deus possit scire plura q̃ sciat. Scdo ex hoc dicã ad quesitũ: vez an ipsa diuina scientia sit necessario omniũ intelligibilium ab eterno.

Quantũ ad primũ est sciendũ ꝙ scire dupliciter põt sumi: vez large ⁊ stricte. Primo mõ vez vt large sumptũ/ idẽ est qd ĩtelligere qdcũq3 intelligibile absolute siue ip3 obiectũ intellectũ sit possibile siue ĩpossibile siue verũ siue falsum/ siue complexum siue incõplexũ/ cõtingẽs vel necessariũ. Scdo aũt mõ: vez stricte sumptum respicit tñ verũ. nõ eñ intelligiꝛ falsum. ⁊ hoc est scire ꝓprie sumptũ. ¶ Hoc p̃misso dicitur hic. Primo ꝙ deus nõ põt scire plura q̃ sciat accipiẽdo scire primo mõ: vez large. Scdo: ꝙ nec etiã põt scire plura q̃ sciat: accipiendo scire scdo mõ: vez ꝓprie. Tertio: ꝙ nõ põt scire aliqd nũc qd nesciebat antea: accipiendo scire large. Quarto: ꝙ põt scire aliqd nũc qd nesciebat antea: accipiẽdo scire proprie. ¶ Primũ ꝓbaꝛ. qm̃ intelligens oĩa tã vera q̃ falsa possibilia ⁊ ĩpossibilia nõ põt scire plura q̃ sciat: accipiẽdo sciẽtiã isto mõ. sed de⁹ ab eterno nouit oĩa. g̃ rc. ¶ Confirmaꝛ. q2 oĩs nũc sciẽs plura q̃ antea ignorauit prius aliq̃. sed deus nũq̃ ignorauit aliq̃: ergo nec potuit scire plura. ¶ Scdm vez ꝙ nec etiã possit scire plura accipiẽdo scire scdo mõ: vez ꝓprie: probaꝛ. qm̃ cũ semp cuiuscũq3 ꝯtradictionis vna ps sit vera ⁊ alia falsa: nec possit eẽ vtraq3 vera nec vtraq3 falsa/ p ꝯñs non possunt esse vno tpe q̃ alio plura vera sicut nec plura falsa. sed semp fuerũt sunt ⁊ erũt eq̃lia vera. ¶ Ex hoc põt argui ad propositũ. qm̃ cũ scire hoc mõ sumptũ sit ĩtelligere qd est verũ/ p ꝯñs intelligens oĩa vera nõ põt scire plura q̃ sciat/ accipiẽdo scire hoc mõ vez vt est idẽ qd intelligere verũ. ¶ Hoc appet. q2 l3 nõ semp vera sint eadẽ: tñ sunt semp eq̃lia: ⁊ ita sciẽs oĩa q̃ nũc sunt vel ante fuerũt vera/ non põt scire plura/ l3 possit scire seu ĩtelligere alia. sed ꝯstat ꝙ deus nouit oĩa vera. g̃ rc. ¶ Cõfirmaꝛ. q2 oẽ verũ aut est de p̃terito vt ꝙ sortes fuit/ aut de p̃senti vt ꝙ sortes ẽ aut de futuro: vt ꝙ sortes erit. sed nec aliquid fuit nec est nec erit: nisi quia a deo volitũ/ ⁊ p ꝯñs intellectũ: nec tñ possibilia q̃ sunt fuerũt aut erũt/ sed etiã alia nũq̃ futura sunt a deo vt talia vez vt nũq̃ fiẽda volita ⁊ intellecta sicut dictũ fuit ĩ distĩctiõe.7. ergo rc. ¶ Tertiũ vez ꝙ nec deus possit scire aliqd nũc qd nõ sciebat ãtea/ accipiẽdo scire large: appet. qm̃ deus ab eterno nouit omnia: vez vera ⁊ falsa/ possibilia ⁊ ĩpossibilia/ necessaria ⁊ ꝯtĩgẽtia sed ab eterno cognoscẽs oĩa intelligibilia non põt aliqd nouiꝛ cognoscere qd nõ sciuerit ãtea. cognoscẽs eñ nũc aliqd qd ignorabat antea nõ sciebat prius oĩa. ergo rc. ¶ Quartũ ⁊ vltimũ vez ꝙ deus possit scire aliqd qd nõ sciebat ante/ accipiẽdo scire ꝓprie vez vt est idẽ qd verũ

intelligere/probaẗ. qꝛ cōſtat ꝙ nō ſemꝑ eſt vnū ⁊ idē ve-
rū:ſed nūc eſt verum qđ antea erat falſum: ⁊ ecōuerſo qđ
erat verū antea:eſt nūc falſum. ſicut nūc iſta eſt vera/mū
dus eſt factus: q̄ prius q̄ hereꝫ fuit falſa: ⁊ ecōuerſo hec
eſt nūc falſa/mūdus nō eſt fact⁹: q̄ antea erat vera. ſed cū
in diuina ſciētia nō ſit deceptio neqꝫ error/ꝑ ꝯñs de⁹ nec
illa q̄ nō ſunt facta intelligit eē facta/nec facta intelligit
nō eſſe facta. ſed facta intelligit eſſe facta: ⁊ nō facta ſed
fiēda intelligit nō eē facta ſed fiēda/⁊ nō facta nec fiēda
intelligit ꝯſiłr veꝫ nō eſſe facta nec fiēda. ergo aliqđ verū
intelligiẗ nūc ab eo qđ nō fuerat antea intellectum: vt ꝙ
vniuerſum eſt factū: ⁊ aliqđ verū nūc nō intelligiẗ ab eo
qđ fuerat ab ipſo antea intellectū: vt ꝙ vniuerſum nō ē
factū. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmaẗ. qꝛ oīs intelligens eē qđ nō eſt
vel nō eē qđ eſt fallitur ⁊ mētiẗ. ſed deus nō pōt falli nec
mētiri. ergo nec rē intelligit aliter q̄ ſit: ⁊ ita ꝑ ꝯñs itel-
ligit eſſe q̄ ſunt ⁊ nō eſſe q̄ nō ſunt. q̄re ⁊c. ¶ Sed contra
hoc forſitan arguẗ. qꝛ ſciēs aliq̄d qđ antea neſciebat
vel neſciēs aliq̄d nūc qđ ſciebat tūc/videẗ eē mutat⁹. ſed
deus ac eius ſciētia ab ipſo totaliter īdiſtīcta eſt īmuta-
biľ. ergo nullū verū pōt eē ab eo nouiter itellectū: nec qđ
fuerat antea intellectū poſtea ignoratū. q̄re ⁊c. ¶ Pre-
terea. qꝛ ad hoc ꝙ deus itelligat mūdū eſſe factū nō pl⁹
requiriẗ ꝙ mūdus ſit factus: q̄ ad hoc ꝙ intelligat ab
ſolute mūdū vel qđlibet ens creatū requiraẗ ꝙ obiectū
intellectū ſit aliq̄d ab eo diſtinctū. ſed cōſtat ꝙ ſcđꝫ non
eſt neceſſariū: cū ab eterno oīa poſſibilia/q̄ tū nihil erāt
fuerīt intellecta. ergo ⁊c. ¶ Ad pmū dicēdū eſt ꝙ ſicut pro-
pter ſolā mutationē creature deus diciẗ nouiter creās ⁊
cōſeruās/⁊ qđ nūc cōſeruat pōt poſtea nō cōſeruare: ita
cōſiłr in ꝓpoſito deū nouiter intelligere aliq̄d puta talē
effectū eē/nullā ponit mutationē in deo: ſed tm̄ ī obiecto
intellecto. qꝛ ſicut deū nouiter creare nō ē aliud q̄ aliquē
effectū nouiter in eſſe de nihilo p̄ſuppoſito ponere quod
vtiqꝫ ſine aliq̄ ſui immutatiōe pōt deus facere: ⁊ ita ⁊ deū
nouiter aliq̄d ītelligere nō eſt ipm̄ notitiā tāq̄ aliq̄d ipſi
ſupueniēs acq̄rere: ſed cognitū obiectū nouiter exiſtere.
¶ Tūc ad argumētū in forma: dico ꝙ illa maior aſſum-
pta eſt vera de illo ītellectu q̄ intelligit mediāte notitia
a ſe diſtīcta qualis eſt oīs ītellectus creatus: nec intelle
ctus creat⁹ nouiter ītelligit niſi illđ cui⁹ notitiā a ſe ipo
et ab ipſo cognito diſtīctā nouiter acq̄rit: ⁊ ꝑ ꝯñs omnē
talē intellectū nouiter intelligētē aliqđ obiectū oportet
realiter eſſe mutatū. nō aūt intellectū intelligētē oīa vni
ca notitia ſempiterna a ſe totaliter īdiſtincta oportet eē
mutatū ꝓpter aliq̄d ab eo nouiter intellectū/magis q̄ ꝓ
pter aliq̄d nouiter ab ipſo ꝓductū. ſed talis intellect⁹ eſt
increatus. ergo ⁊c. ¶ Ad ſcđm cōcedo ꝙ ad intelligēdū mū
dum eē factū abſolute nō req̄riẗ ꝙ mūdus ſit factus: cū
ſiue ſit ſiue nō ſit factus poſſit intelligi eē factus: qꝛ non
tm̄ verū ſed etiā falſum pōt eē intellectū. nō tm̄ aliq̄d non
factū pōt vere licet abſolute intelligi eſſe factū: cū ab eo
ꝙ res eſt vel nō eſt oratio ſiue vocalis ſiue mētalis dicaẗ
vera vel falſa. ⁊ ita licet nō exiſtēs poſſit intelligi abſolu
te: qꝛ nec intelligi intellectiōe ſimpliẽi eſt veritas nec fal-
ſitas: nō tamē pōt intelligi vere ſed falſe eē qđ nō eſt: nec
nō eſſe qđ eſt: cū talis intellectio ſit vera qñ rei intellecte
cōformis: ⁊ falſa qñ diffoꝛmis. q̄re ⁊c. ¶ Hec de pmo.

Quantum ad ſecundū: vbi eſt reſpon-
dēdū a ſ q̄ſitū/appet ex p̄cedētibus q̄d dicēdū. cōſtat eñi
Primo: ꝙ diuina ſciētia fuit oīm ſcibiliū ab eťno. Scđo
ꝙ fuit eoꝝ neceſſario aliquo mō ⁊ alio mō nō. Tertio ꝙ
fuit tot veroꝝ ab eterno quot modo. Quarto: ꝙ nec eſt
mō oīm veroꝝ/nec fuit etiā ab eterno. ¶ Primū appet.
qñ vt dictū fuit ſupius/deus oīa tā vera q̄ falſa/tā poſſi
bilia q̄ īpoſſibilia/tā neceſſaria q̄ ꝯtīgētia intelligit mo

do ⁊ intellexit etiā ab eterno. ſed nihil pōt eſſe intelligi-
bile niſi alterū p̄dictoꝝ. tm̄ eñi ſunt ītelligibilia ſupradi-
cta. ergo ⁊c. ¶ Nec valet ſi cōtra hoc arguaẗ. qꝛ de⁹ ab eter
no nō ītellexit vniuerſum eſſe factū: qꝛ imo hoc fuit ab eo
intellectū/nō vt verū ſicut fuit poſtea ītellectū: ſed vt fal
ſum. falſum eñi pōt intelligi vere/⁊ verū falſe. quare ⁊c.
¶ Scđm veꝫ ꝙ diuina ſcientia ſit oīm neceſſario aliquo
mō ⁊ alio mō nō/fuit declaratū ī diſtīctiōe p̄cedēti. vt eñi
ibi ꝓbatū eſt oē exiſtēs vel factū eſt neceſſario q̄diu ma
net intellectū ⁊ volitū eſſe: ⁊ oē poſſibile futurū ītellectū
et volitū eſſe futurū/⁊ alterū poſſibile nō futurū ꝯſiłr in-
tellectū ⁊ volitū nō eſſe futurū. ergo qđlibꝫ taliū vt ſic ſū
ptū eſt a deo neceſſario intellectū ⁊ volitū: nō aūt ſimpłr
abſolute: cū exiſtēs poſſit nō exiſtere ⁊ futurum nō fieri ⁊
nō futurū fieri. ſed ſicut deus neceſſario intelligit tāq̄ ve
rū exiſtere qđ exiſtit/eē futurū qđ eſt fiēdū/⁊ nō eſſe futu
rū qđ nō eſt fiēdū: ita ⁊ iſtis oppoſita ītelligit tāq̄ falſa.
ergo ⁊c. ¶ Tertiū appet ex dictis ī articulo p̄cedēti. cū
eñi vt ibi dictū eſt cuiuſcūqꝫ ꝯtradictionis vna ps ſit ve
ra ⁊ alia falſa/ꝑ ꝯñs tā vera q̄ falſa ſemꝑ ſūt equalia/ lꝫ
nō eadē ſed diuerſa. ſed diuina ſciētia ſemꝑ fuit omniū ve
roꝝ ⁊ falſoꝝ poſſibiliū ⁊ īpoſſibiliū. ergo ⁊c. ¶ Quartū
et vltimū veꝫ ꝙ nec diuina ſciētia eſt mō oīꝫ veroꝝ quo
rū fuit ab eterno vt veroꝝ/nec econuerſo fuit ab eterno
illoꝝ veroꝝ vt veroꝝ quoꝝ eſt modo/ appet. qñ nec
illa q̄ fuerūt vera ab eťno ſūt nūc vera ſed falſa: ſicut ecō
uerſo q̄ ſunt vera modo fuerūt falſa ab eterno. nūc eñi eſt
verū dicere ꝙ vniuerſum eſt factū: qđ ab eterno non fuit
verū: ſed oppoſitū veꝫ ꝙ nō erat factū. ſed cōſtat ꝙ ſemꝑ
deus intelligit ⁊ ab eterno ītellexit eē verū qđ eſt verū: ⁊
falſum qđ eſt falſuꝫ/⁊ ꝑ ꝯñs eē facta nūc intelligit q̄ ſunt
facta: q̄ ab eterno intellexerat nō eē facta ſed fiēda ſicut
nec erant facta ſed fiēda. ergo ⁊c. ¶ Sic ad queſtionem.
¶ Ad ratiōnē ī pncipio apparet ſolutio ex p̄dictis. nō
eñi ꝓbat niſi ꝙ diuina ſciētia nō eſt omniū intelligibiliū
cōtingētiū neceſſario ſimpłr abſolute: qđ ⁊ verū eſt. cum
hoc tamē ſtat ꝙ eſt ibi neceſſitas ꝯſequētie ſeu cōditio-
nata vt fuit dictū in diſtinctione alia. quare ⁊c.

SEcundo quero: vtrum diuina
preſciētia cōtingētiū futuroꝝ fuerit neceſ-
ſaria cauſa ipſoꝝ. ¶ Et videẗ ꝙ ſic. qñ ſciē
tia practica artificis eſt cā ſui opis. ſed diui
na p̄ſciētia futuroꝝ eſt notitia practica eoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Cō-
tra. qꝛ nō magis notitia practica vŕ eē cā ſui obiecti pra
ctici q̄ ſpeculatiua ſui ſpeculatiui. Illđ etiā ad qđ nō ne
ceſſario ſequiẗ alterū nō eſt neceſſaria cā eius. ſed nec ſciē
tia ſpeculatiua eſt cā ſui obiecti/nec ad ſciētiā practicā
cōtingētiū futuroꝝ ſequiẗ neceſſario neqꝫ fiūt ꝯtigētia
ipſa: aliās cū oīa a deo eternaliter ſint p̄cognita oīa eue-
nirēt neceſſario: qđ eſt falſum. ergo ⁊c. ¶ Reſponſio. vbi ſic
procedā. Primo eñi oſtēdā ꝙ diuina notitia cōtingētiū
fiēdoꝝ eſt practica. Scđo dicām ad q̄ſitum: veꝫ an ſit eo
rum cauſa neceſſaria.

Quantū ad primū eſt ſciendum: ꝙ vt
fuit declaratū ſuꝑ prologū in q̄ſtione vtrū habitus theo
logicus ſit practicus an ſpeculatiuus: oīs notitia execu
tionis praxis dictatiua vł bonitatis eius expꝛ̄ſſiua ē pra
ctica. ex quo ſequiẗ vt ibi fuit deductū/ꝙ oīs notitia pra
ctica habeat praxim aliquā ꝓ obiecto. oē eñi ꝑ notitiā di
ctatū vł expꝛ̄ſſum eſt talis notitie obiectū. ſed omnis no-
titia practica eſt praxis exequende dictatiua vł bonita-
tis eius expꝛeſſiua. ergo ⁊c.

Hoc premiſſo & ſuppoſito in prologo
prolixius declarato pono quatuor ꝯcluſiōes. ¶ Prima
eſt: ꝙ opatio dei ad extra vt creatio ⁊ ꝯſeruatio cuiuſlibꝫ

creature est vere praxis.¶ Hec apparet.qm̄ non minus
opatio increati artificis q̄ creati est praxis.sed cōstat q
ois opatio artificis creati ad extra vt domificatio est ve
re praxis:a qua ꝛ artifex ipse dicit practicus.g̃ ꝛc.¶ Cō
firmat.q: ois artifex est practicus.sed deus est oim artis
fex increatus.ergo est practicus respectu ipsoꝝ/ ꝛ p ꝯns
pductio vel conseruatio eoꝝ dicit vere praxis.¶ Scd̄a
cōclusio ē.q hmōi opatiōis ad extra p̄dicte q̄ ē praxis/
aliqua notitia est practica ꝛ alia speculatiua.¶ Hec ap
paret.qm̄ vt dictū fuit in ꝓlogo in q̄stione p̄dicta/lȝ ois
notitia sit praxis vt obiecti:nō tn̄ ois notitia q̄ ē praxis
vt obiecti est practica:cū de praxi possit eē notitia tā pra
ctica q̄ speculatiua.est eni practica illa q̄ est vel execu-
tionis praxis dictatiua/vel bonitatis executiōis expssi-
ua.Speculatiua aūt dicit eē illa q̄ est absolute de praxi
ipsam exequēdā nō dictāa/nec q eā exequi sit bonū ex-
plicāa.sed cōstat q de opatione dei ad extra pōt haberi
ista duplex notitia:vȝ dictatiua ipsius exequēde:vl' bo
nitatis executionis expressiua:ꝛ alia absoluta:sicut ꝛ de
alia omni praxi.g̃ ꝛc.¶ Cōfirmat p exēplū de motu celi
quē aliter ꝯsiderat angel' ꝛ aliter naturalis phs.ange-
lus eni ꝯsiderat ipm̄ vt a se exequēdum.ꝛ ideo eius noti
tia de ipso habita est practica.naturalis aūt phs non sic
ipm̄ cōsiderat:sed absolute vt ei' naturā speculat nō vt
ipm̄ exequat.ꝛ ideo eius notitia dicit speculatiua.cōsilr
de opatione dei ad extra cuiuscūq; possibil' a deo opabi-
lia pōt dici.quare ꝛc.¶ Ex p̄dictis duab' ꝯclusiōib' ap
paret falsitas quorūdā dicētiū q sciētia quā habet de'
de sua essentia est practica.qm̄ vt dictū est/licet de praxi
sit notitia speculatiua:nō tn̄ notitia practica pōt eē nisi
de praxi:cū ois notitia practica vt p̄dictū ē supra/sit exe
cutionis praxis dictatiua vel bonitatis executiōis expssi
ua.sed cōstat q diuina essentia nō est praxis:cū sit ne-
cesse esse.g̃ nec pōt esse obiectū notitie practice/sed spe-
culatiue.q̄re ꝛc.¶ Sed ꝯtra hoc doctor ille q̄ est opinio
nis p̄dicte arguit.Primo.q: deus se diligit sicut se eē di
ligēdū cognoscit:ita q si p īpossibile se aliter diligeret/
talis ei' dilectio īordinata existeret.sed ois talis cogni-
tio dilectiōis dictatiua est practica.g̃ ꝛc.¶ Scd̄o.q: ois
cognitio prior actu volūtatis/ cui ꝛ act' volūtatis sī est
rectus necessario habet eē cōformis/est practica.sed co-
gnitio dei de sua essentia est hmōi.ergo ꝛc.¶ Ad primū
cōcedo q deus se diligit sicut se esse diligēdū cognoscit.
hmōi tn̄ dilectio eius est cū ei' intellectiōe ꝛ essentia idē
totaliter ī re extra/nec p ꝯns cognitio est dilectionis di-
ctatiua magis q̄ ecōuerso.nec ei' etiā dilectio ē praxis
cū sit ab essentia īdistincta.sola aūt illa intellectio ē pra-
ctica:q̄ est praxis dictatiua vel expssiua.ergo ꝛc.¶ Ad
scd̄m appet q falsum accipit ī minore.nō eni idē est pri'
seipso/nec sui regulatiuū ꝓprie.sed diuina intellectio est
cū sua dilectione idē totaliter in re extra.ergo ꝛc.¶ Ter
tia ꝯclusio est q p̄dicte opationis dei ad extra q̄ est pra-
xis diuina notitia est practica.notitia aūt quā habet de
ipsa intellectus creatus est speculatiua.¶ Hec ꝓbat.et
primo quātū ad primā ptē:vȝ q diuina notitia de opa-
tione hmōi sit practica.qm̄ vt dictū est/ois notitia opa-
bilis dictatiua est practica.sed talis est notitia quā ha-
bet deus de oibus fiēdis.deus eni ītelligit qōlibet taliū
esse fiēdū q: a se volitum:sicut ꝛ alia nō fienda licet fieri
possibilia nō eē fiēda q: nec ab ipo fieri volita g̃ sicut no
titia quā habet domificator de domo fiēda est practica:
ita ꝛ illa quā habet deus de q̄libet creatura/vel vt fiēda
vel vt facta cōseruāda.q̄re ꝛc.¶ Scd̄a ps vȝ q notitia
quā habet de tali opatione dei intellect' creat'/ sit spe
culatiua/appet.qm̄ ois notitia q̄ nec ē executionis pra
xis dictatiua nec eius bonitatis expssiua ē speculatiua.
sed notitia quā habet intellectus creatus de effectibus

soli deo possibilibus ꝛ ab eo solo opabilibus/nec est pro
ductionis eoꝝ dictatiua nec bonitatis expssiua.sicut eni
naturalis phs cōsiderat motū celi non vt exequēdū nec
vt ipm̄ exequi est bonū:sed tn̄ vt absolute sumptum:ita
cōsilr in ꝓposito videt eē dicēdū.nec eni ille cui ē effect'
aliqs īpossibil' cōsiderat ipm̄ vt q̄liter exequēdū:esto q
cōsideret ipm̄ vt eū exequi est bonū.ergo esto q cōsidera
tio seu notitia quā habet intellectus creatus de aliqbus
a deo solo opabilib' possit dici practica vt bonitatis exe
cutionis ei' expssiua:nō tn̄ vt eius exequēde dictatiua
cū nec notitia sit dictatiua nisi praxis possibilis dictāti
quā vȝ pōt exequi ipse dictās:qualis nō est ista de qua
est hic sermo:cū supponat eē possibilis soli deo.ergo ꝛc.
¶ Sed cōtra ꝯclusionē p̄dictā arguit ille doctor contra
quē supius est arguū.Primo.q: nullus act' intellect'
posterior actu volūtatis ē ei' regulatiu'/nec p ꝯns pōt
esse practicus.sed actus quo deus intelligit cōtingētia
ab ipo opabilia/est posterior actu quo vult ipsa.pri' eni
deus determinat p actum volūtatis fiēda ꝛ nō fiēda q̄ in-
telligat determiate q̄ sint ꝛ q̄ nō sint fiēda.g̃ ꝛc.¶ Scd̄o.
q: deus nō pōt velle cōtra illud qd̄ esse volēdū p notitiā
practicā est dictatū.sed esto q deus intelligat aliq̄d esse
fiēdū/adhuc pōt velle illud nō fieri:sicut ꝛ velle fieri qd̄ ī
telligit nō fiēdū.ergo ꝛc.¶ Tertio.q: ois notitia practi
ca est aliquorū determinate regula seu regulatiua.sed de'
nullū futurū cōtingēs cognoscit determinate.ergo nec
eius notitia est practica.¶ Quarto.q: volūtas dei cum
sit īobliquabilis nō est regulabilis/nec p ꝯns notitia alt
cuius ab ea volibilis seu opabilis est regulatiua.sed ois
notitia practica est regulatiua.ergo ꝛc.¶ Ad primū di
cēdū est q maior est falsa ꝛ minor.nō eni est de rōne noti
tie practice q sit prior actu volūtatis:alias cū actus in
telligendi ꝛ volēdi in diuinis sit idē totaliter in re extra/
nec p ꝯns notitia possit esse prior nec posterior actu volū
tatis:sicut nec idē seipso:nulla diuina notitia posset eē
practica.qd̄ est falsuȝ etiā scd̄ȝ eū:cū ipse ponat illā diui
nā notitiā esse practicā qua deus ītelligit suā essentiā.q̄
re ꝛc.¶ Falsum est etiā qd̄ in minore accipit:cū dicit q
actus quo deus ītelligit ꝯtingētia est posterior actu quo
vult ipsa:cū eodē actu vt dictū est velit ꝛ intelligat ea: ꝛ
idē nō sit prius nec posterius semetipso.¶ Et qm̄ arguit
q deus determiat p actū volūtatis q̄ sint ꝛ q̄ nō sint fiēda
prius q̄ intelligat ea:dico q falsum est.eadē eni diuina
essentia est notitia seu intellectio ꝛ volitio fiēdoꝝ ꝛ nō fiē
dorū.cū hoc tn̄ stat q q: ipsa est volitio nō q: intellectio
fiēdoꝝ ꝛ nō fiēdoꝝ: ideo possibiliū alia sunt fienda ꝛ alia
nō fiēda/ꝛ vt sic ītellecta:vȝ aliqua vt fiēda ꝛ alia vt nō
fiēda.nec tn̄ ex hoc sequit q illud qd̄ īportat p volitionē
sit prius nec posterius illo qd̄ īportat p ītellectionē:cū p
ista nō diuersa īportēt:sed vnū ꝛ idē totaliter ī re extra.q̄
re ꝛc.¶ Ad scd̄m dico q falsum est qd̄ accipit in minore
qm̄ dicit q deus pōt velle non fieri qd̄ ītelligit esse fiēdū
vel fieri qd̄ intelligit nō esse fiēdū.qm̄ deus nō intelligit
esse fiēda nisi q̄ sunt fiēda:nec nō esse fienda nisi tn̄ illa q̄
nō sunt fiēda.sed q possibiliū ista ꝛ nō alia sint fiēda hoc
est q: ista fieri ꝛ alia nō fieri est a deo volitum.idē autem
fieri ꝛ nō fieri nō pōt esse a deo volitū.q̄re ꝛc.¶ Ad ter
tiū apparet cōsilr q falsum accipit in minore.qm̄ ois co
gnoscēs futurū cōtingēs esse futurū/ꝛ qōcūq; aliud pos-
sibile nō futurū nō eē futurū/determiate cognoscit qōlibȝ
possibiliū.sed deus oia possibilia futura cognoscit esse fu
tura ꝛ alia nō futura non esse futura/licet oia cognoscat
vt fieri ꝛ nō fieri possibilia.ergo ꝛc.¶ Ad quartū dicēdū
est:q ad notitiā practicā nō requirit q cognoscēs sit re
gulabilis sicut obliquabilis:alias nulla dei notitia esset
practica:qd̄ est falsum.sed sufficit q sit dictatiua execu-
tionis praxis seu opabilis vel expssiua sue bonitatis.sed

talis est notitia quā habet deus de futuris ab eo fiēdis/ vel de factis cōseruādis. ergo ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima cōclusio est: ꝙ notitia qua deus cognoscit se absolute ē speculatiua nō practica. ¶ Hec appꝫ. quia talis notitia non est praxis dictatiua nec expſſiua: cū diuina essentia non sit praxis: quia nec opabilis. sed vt dictū ē / oīs notitia practica est vel executiōis praxis dictatiua vel bonitatis expſſiua. ergo ꝛc. ¶ Ex ista cōclusione sequit̄ corollarie ꝙ vna ꝛ eadē notitia diuina est notitia practica ꝛ speculatiua. qm̄ cōstat ꝙ deus eadē notitia seipm̄ cognoscit ꝛ oīa alia. sed illa notitia vt dictū est supra / est practica vt est alioꝝ cōtingētiū: speculatiua aūt vt est ipsius diuine essentie sicut obiecti. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia licet in intellectu creato eadē notitia nō possit esse practica ꝛ speculatiua: in deo tñ nō minus intellectio practica ꝛ speculatiua possunt in idē coincidere ꝛ dici de eodē respectu diuersoꝝ obiectoꝝ / ꝙ intellectio ꝛ volitio. sed cōstat ꝙ deus eodē actu ab essentia sua indistīcto totaliter ī re extra intelligit ꝛ vult oīa. ergo ꝛc. ¶ Et si q̄ras quō eadē notitia pōt dici practica ꝛ nō practica / speculatiua ꝛ nō speculatiua. Respondeo. ꝙ eadē diuina notitia est praxis opabilis ꝛ veritatis nō opabilis. vt est praxis est practica ꝛ nō speculatiua. vt aūt est veritatis nō opabilis / est ecōuerso speculatiua ꝛ nō practica. nec hoc est icōueniēs. quare ꝛc. ¶ Ad aliqua dubia q̄ hic possent moueri de notitia speculatiua ꝛ practica solutū est in prologo. ꝛ ideo hic pertransco. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū: vbi est videndū an diuina sciētia cōtingētiū futuroꝝ fuerit necessaria cā ipsoꝝ / est sciēdū ꝙ notitia qua deus cognoscit futura: licȝ idē sit in re cū volitione qua vult ipsa futura: tñ dicūtur euenire seu fieri a deo vt volēte nō vt intelligēte ipsa esse fiēda: sic ꝙ si ꝑ īpossibile deus vellet ꝛ nō intelligeret cōtingētia esse fiēda / nihilominus fierēt: nō aūt si ea intelligeret ꝛ esse fiēda non vellet. ¶ Hoc p̄misso pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est. ꝙ res importata ꝑ diuinā sciētiā futuroꝝ sumpta sine ipsis futuris connotatis est causa ipsoꝝ. ¶ Hec est euidēs. qm̄ sciētia qua de᷒ cognoscit cōtingētia possibilia vt ab eis eius obiectis distīcta nō est aliud ꝙ ipsa diuina essentia. sed cōstat ꝙ deus per suā essentiā est oīm futuroꝝ possibiliū cā. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia ipsa diuina essentia est intellectio ꝛ volitio oīū possibiliū tā fiēdoꝝ futuroꝝ ꝙ alioꝝ nō futuroꝝ. sed diuinā essentiā cōstat esse cām oīm entiū creatoꝝ. nec posse aliqd fieri sine ipsa. ergo ꝛc. ¶ Scōa ꝯclusio est: ꝙ licȝ eadē res increata sit intellectio ꝛ volitio diuina: ipsa tñ dicit̄ cā cōtingētiū effectuū vt est volitio nō vt ē intellectio ipsoꝝ. ¶ Hec appꝫ. qm̄ eo mō aliqd est cā alterius quo ad ipȝ qd dicit̄ eē cā / seq̄t̄ alterū qd dicit̄ ei᷒ effect᷒. sed ad deū vt volētē nō vt itelligētē qdcūq; possibile fieri fit ipȝ possibile. ḡ diuina essentia vt volitio nō vt intellectio creatoꝝ est causa effectiua ipsoꝝ. ¶ Minor ꝓbat̄. ex hoc qd fuit p̄missum supra: vȝ ꝙ si ꝑ impossibile de᷒ vellet possibilia fieri ꝛ non intelligeret / adhuc fierēt: nō autē si econuerso esset vȝ ꝙ ipsa intelligeret ꝛ fieri non vellet. q̄re ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia deus est cā oīm vt est oīpotēs: sed ipse est oīpotēs non vt oīa intelligēs / sed vt volens volitione efficaci ad quā sequit̄ volitū. q̄re ꝛc. ¶ Et si q̄ras quō magis volitio ꝙ intellectio diuina est causa effectiuū: ex quo ꝑ intellectionē diuinā ꝛ ꝑ volitionē importatur idē totaliter ī re extra. ¶ Ad hoc vidēdū pōt poni exēplū de memoria ꝛ de volūtate diuina. ꝯmuniter enī dicit̄ a sanctis ꝛ a doctorib᷒ catholicis: ꝙ memoria diuina est principiū generandi seu dicēdi verbū: nō autē spirandi spiritū sanctū. ꝛ ꝙ voluntas ecōuerso est principiū spirādi spiritū sanctū: nō est aūt principiū generādi verbū. sed constat ꝙ volūtas diuina importat idē qd memoria diuina totaliter in re extra. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ licet res increata ꝑ diuinā scientiā futuroꝝ cōtingētiū īportata sit necessaria ꝛ ipsoꝝ futuroꝝ causa: nō est tñ absolute coꝝ cā necessaria. ¶ Hec est euidēs quātū ad p̄mā partē: vȝ ꝙ res ꝑ diuinā sciētiā īportata sit scōm se necessaria. qm̄ diuina sciētia nō est aliud ꝙ diuina essentia: quā constat esse formaliter necessariā absolute. quare ꝛc. ¶ Scōa pars vȝ ꝙ sit cā / est euidens. qm̄ cōstat deum oīm esse cām nō aliter ꝙ ꝑ suā essentiā. ¶ Tertia ꝛ vltima pars vȝ ꝙ nō sit cōtingētiū cā necessaria absolute / appꝫ. qm̄ ad illud qd est cā necessaria alicuius / necessario hoc sequit̄ qd dicit̄ eē eius effectus. sed nullū entiū possibiliū sequit̄ ad deū necessario: alias oīa possibilia simul essent ꝛ ab eterno fuissent: qd ē euidēter falsum. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia coꝝ q̄ possunt fieri vel nō fieri esse ꝛ nō esse / deus nō pōt poni cā necessaria. sed oīa alia a deo respectu quoꝝ dicit̄ deus eē cā / sunt possibilia esse ꝛ nō esse. ergo cōtīgēter nō necessario fiunt a deo. nō enī magis possibile esse ꝛ nō esse est necessario ꝓducibile ꝙ impossibile nō esse sit ꝓducibile cōtingēter. quare ꝛc. ¶ Quarta ꝛ vltima ꝯclusio est: ꝙ res increata ꝑ diuinā sciētiā īportata est cā contingētiū necessaria necessitate conditionata seu ꝯñe. ¶ Hec appꝫ. qm̄ cū deus sit oīpotēs nō pōt nō fieri qd ipse vult fieri / nec fieri qd ipse nō vult fieri. ergo oē a deo fieri volitū necessario est fiēdū. sed oē a deo vt fiēdū intellectū est ab eo volitū vt fiēdū: vt ī distinctione alia est ostēsum. ergo supposito hoc antecedēte vȝ ꝙ de᷒ intelligat / ꝛ ꝑ ꝯñs velit aliquod possibile fieri et alterum nō fieri: nō potest nō fieri qd ipse vult fieri. sicut nec non esse qd vult esse / nec fieri neq; esse qd ipse nō vult fieri neq; esse. quare ꝛc. ¶ Nec valet si cōtra hoc arguatur: quia tūc seq̄retur ꝙ omnia necessario euenirent. quoniam hoc est falsum. nō enī est hic nisi necessitas cōsequētie: in cuius antecedēte nō est necessitas nec etiā in cōsequēte vt absolute sumpto. nō enī deus vult nec intelligit necessario sed mere cōtingēter ista possibilia eē fiēda ꝛ alia non fiēda / vt ī ꝓcedētibus fuit dictū sepius. qd enī nūc intelligit ꝛ vult vt fiēdū posset intelligere ꝛ velle vt non fiēdum: ꝛ ecōuerso alia intellecta ꝛ volita vt non fienda possent esse absq; aliqua ei᷒ mutatione intellecta et volita vt fiēda. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem pro vtraq; parte in principio apparet solutio ex predictis. quia aliquo modo diuina scientia contingētium est causa ꝛ necessaria ipsorū: ꝛ alio modo nō: vt est in precedentibus declaratum.

CIrca distinctionē quadragesimam in qua Magister determinat de predestinatione ꝛ de reprobatione seu p̄scientia quātū ad eorū causalitatē actiuā: Quero primo: vtrū diuina p̄destinatio sit idē cum p̄sciētia totaliter in re extra. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia p̄destinatio est diuina cognitio electoꝝ / seu ordinatio qua ad premiū eis debitū ordinat eos deus. Prescientia aūt dicitur notitia reproborū. sed eodē actu deus cognoscit reprobos ꝛ electos / ꝛ vult reprobis penam ꝛ electis gloriam. ergo ꝛc. ¶ Contra. quia deus predestinatione preordinat electos ad gloriam: nō autē reprobos ad penam et econuerso prescientia preuidet malum seu supplicium et demeritum reproborum: nō autē bonū seu premiū electorum. sed si ista essent in re extra penitus indistincta: nō magis predestinatio respiceret electos ꝙ reprobos: nec presciētia magis reprobos ꝙ electos. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquiram an di-

uina predestinatio ⁊ presciētia sit eterna. Secūdo dicam ad questitum: vtrū in ista pura predestinatio ⁊ presciētia/ sint idem totaliter in re extra.

Quantum ad primū est sciendum: ꝙ predestinationem vel presciētiam diuinam esse eternam dupliciter potest intelligi. Uno modo ꝙ vtrūq istorum fuerit sempiternū de facto. Alio modo ꝙ fuerit eternū etiā necessario. ⁊ siue sic/siue sic/adhuc dupliciter: scḋm ꝙ presciencia diuina que est reproborum ⁊ p̄destinatio que est electorum potest sumi dupliciter. potest enim accipi vno modo absolute secundū se/⁊ alio modo in ordine ad obiectū possibile cuius dicit̄ esse. ❡ Hec premisso pono quatuor conclusiones. ❡ Prima est: ꝙ tam p̄destinatio ꝙ̄ p̄sciencia diuina vt scḋm se sumpta videlicet vt distinguitur ab obiecto/est necessario sempiterna. ❡ Hec est euidēs. quia predestinatio diuina vel presciētia sic accepta nō importat nisi tantū diuinā essentiam in re extra. est enim p̄destinatio precognitio seu p̄ordinatio electorum. presciencia autē dicitur respectu reproborū. quos omnes vȝ tam reprobos ꝙ̄ electos deus cognoscit nō aliquo alio mediante a sua essentia differente. sed constat ipsam diuinā essentiam esse necessario sempiternā. ergo ⁊c. ❡ Cōfirmatur. quia esto ꝙ diuina cognitio esset distincta a sua essentia in re extra/ adhuc nō posset dici ꝙ esset ens contingēs: sed necesse esse. sed omne ens necessarium est necessario sempiternū. ergo ⁊c. ❡ Secūda cōclusio est: ꝙ tam p̄destinatio diuina ꝙ̄ presciencia sumpta vt talium obiectorum fuit de facto eterna. ❡ Hec est euidēs. quoniā vt in precedentibus est ostēsum/deus ab eterno omnia intellexit: ⁊ ita p consequēs nouit reprobos condemnandos ⁊ alios premiandos. nō nouit autē magis istos ꝙ̄ alios p̄miandos ⁊ alios condemnādos: nisi quia istos vȝ electos voluit premiare ⁊ alios vȝ reprobos cōdemnare. ⁊ ita per consequēs ⁊ electos nouit ab eterno ac voluit esse premiandos ⁊ reprobos condemnandos. sed per diuinam p̄scientiam ⁊ predestinationem vt talium obiectorum non est aliud intelligēdum ꝙ̄ deum vt intelligentē ⁊ volentē supplicium reprobis ⁊ premiū electis omnibus conferēdum. ergo ⁊c. ❡ Confirmatur. quia vt probatum est in p̄cedētibus/ omnia entia possibilia facta vel fiēda fuerūt ab eterno determinata a deo vt fierent: ⁊ alia non fienda ne fierent. ergo ⁊ ab eterno fuit diuinitus determinatum ꝙ electi saluarentur ⁊ reprobi damnarentur. sed talis determinatio nō est aliud ꝙ̄ diuina volitio ⁊ intellectio. nō enim aliud est deum determinare electos saluare ⁊ reprobos condemnare/ ꝙ̄ ipsum velle electos saluare ⁊ reprobos condemnare. ergo ⁊c. ❡ Tertia conclusio est: ꝙ tam predestinatio diuina ꝙ̄ presciencia modo predicto sumpta vȝ vt ad obiectum suū determinata fuit eterna non necessario sed tantūmodo cōtingēter. ❡ Hec est euidēs. quoniā vt probatum est in p̄cedētibus/ deus non intelligit nec vult necessario absolute nisi tantummodo semet ipsum. alia autē omnia vult ⁊ intelligit contingēter. sed diuina predestinatio ⁊ presciencia est diuina precognitio et volitio: qua quidem deus ipse intelligit ⁊ vult alia a se ipso. ergo ⁊c. ❡ Confirmatur. quia nō magis contingenter deus ex tēpore beatificat electos ⁊ condemnat reprobos ꝙ̄ eos videlicet electos intellexerit ⁊ voluerit ab eterno esse beatos seu premiatos/ ⁊ alios vȝ reprobos condemnatos. ❡ Hoc apparet. quia omne qḋ deus vult fieri necessario fit/nec potest per aliquē impediri. ⁊ ita si deus ab eterno necessario voluisset premiū electis ⁊ suppliciū reprobis/ ⁊ electi fuissent premiati ⁊ reprobi necessario cōdemnati. qḋ est falsum. sed constat ꝙ deus contingenter premiat electos ⁊ condemnat reprobos. ergo ⁊ contingenter ⁊ nō necessario precognouit ⁊ voluit ab eterno tā premiū electorum ꝙ̄ suppliciuȝ reproborum. huiusmodi autē eius notitia seu cognitio est presciencia respectu reproborum: ⁊ predestinatio respectu electorum. ergo ⁊c. ❡ Quarta conclusio est: ꝙ nec diuina presciencia nec p̄destinatio vt eterna includit aliquid distinctū a deo: bene tamen dicit aliquid qḋ distīguibile est ab ipso. ❡ Hec appet. quoniā hm̄ōi p̄sciencia ⁊ p̄destinatio diuina respicit vt obiectum intellectum ⁊ volitum ens possibile: sed nullum tale a deo distinctum fuit eternū. ergo ⁊c. ❡ Cōfirmatur. quia solus deus est eternus/nec per consequēs aliquid a deo distinctū nec distinguibile est eternū. quoniaȝ qḋ nō est/ eternū dici nō potest. qḋ autē nō est a deo distinctum licet distinguibile/quia fieri possibile/ nō est. sed tam presciētia diuina ꝙ̄ p̄destinatio sempiterna fuit entis possibilis vt obiecti: qḋ quideȝ ens possibile nō est deus: licet nō fuerit distinctum ab eo: quia nec erat aliquid ab eterno: nec p̄ ꝯñs distīgui poterat ab aliquo. ergo ⁊c. ❡ Sed forte diceret̄ ꝙ ista ꝯclusio ꝯtradicit secūde q̄ dicit ꝙ tam p̄destinatio diuina ꝙ̄ p̄sciencia sumpta vt est talium obiectorum fuit de facto eterna. quia ex hoc sequitur ꝙ eius obiectū fuerit sempiternū. sed eius obiectuȝ fuit ens possibile. ergo ⁊c. ❡ Confirmatur. quia aut p̄destinatio diuina vel p̄sciētia vt talis obiecti importat aliquid a deo distinctum: aut nō. si sic/ habetur ex ꝯclusione ista secūda ꝙ aliquid a deo distinctum qḋ est sue p̄sciencie ⁊ predestinationis obiectum/ fuit sempiternū. si autē dicatur ꝙ nō: ergo sequitur ꝙ non sit aliud p̄sciencia vel p̄destinatio diuina vt talis obiecti siue simul cum ipso accepta ꝙ̄ ipsa vt per se absolute accepta. cuius contrariū innuitur in primis tribus conclusionibus supradictis. quare ⁊c. ❡ Ad primū dico ꝙ ex conclusione illa secūda nō habetur nisi ꝙ predestinationis ⁊ presciētie obiectum fuit ab eterno cognitum ⁊ volitū. sed ex hoc nō sequit̄ ꝙ fuerit aliquid in re extra/nec per consequēs sempiternū. nō enim rem esse intellectam vel volitam arguit ipsam esse aliquid in re extra. quare ⁊c. ❡ Ad confirmationē dico ꝙ p̄sciencia vel predestinatio diuina vt cum eius obiecto nō existente sumpta/ importat ens possibile/ ⁊ per consequēs a deo distinguibile: qḋ nō importat ipsa vt per se absolute accepta. quia tamē illud distīguibile nō est aliquid in re: nec per consequēs a deo distinctum: concedēdū est ꝙ nec presciencia diuina nec p̄destinatio sempiterna cū eius obiecto possibili sumpta importat aliquid distinctū ab illo qḋ importat ipsa predestinatio vel presciencia vt absolute accepta. nec oppositū huius habetur ex illis conclusionibus supradictis. nec enim ex illis habetur nisi ꝙ deus ab eterno intellexit ⁊ voluit premium electorum et supplicium reproborum. ex hoc autem nō sequitur ꝙ huiusmodi obiectum intellectum ⁊ volitū fuerit aliquid a deo distinctum. quare ⁊c. ❡ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est respondendum ad questitum/est sciendum ad euidentiam dicendorum ꝙ presciencia dupliciter potest sumi. Uno modo proprie secūdū significatum vocis. Et alio modo magis stricte vt accipit̄ a sanctis ⁊ a doctorib' catholicis. Ut sumitur primo modo prescire/ideȝ est qḋ precognoscere seu ante cognoscere. et presciencia ideȝ qḋ prenotitia seu ante cognitio. hoc est notitia seu cognitio rei fiende/ ⁊ p consequens ipsam precedens. vt autem sumitur secūdo modo/ sic presciētia nō dicitur notitia diuina vt est cuiuscunq obiecti futuri: sed precise vt est talis obiecti: videlicet reprobi condēnādi. sicut ⁊ p̄destinatio econuerso dicitur notitia ⁊ volitio diuina vt est tantummodo electorum. nec enim electi dicuntur a sanctis presciti sed predestinati/ nec reprobi predestinati sed presciti. quecunq autem predictorum modorum sumatur presciencia/ tam

ipsa prescientia q̄ predestinatio dupliciter potest sumi/ut dictum est in articulo precedenti: videlicet absolute secundum se ⁊ ut talia obiecti. ¶ Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q ut predestinatio divina ⁊ prescientia accipiuntur secundū se absolute sine obiectis / idem sunt seu dicūt totaliter ī re extra. ¶ Hec est euidens. quoniam eodem actu intelligendi ⁊ volendi deus intelligit ⁊ vult tam seipsum q̄ quodlibet eius creatum/⁊ per cōsequēs reprobum ⁊ electum: licet actus huiusmodi sortiatur diversa nomina ut cōparatus ad diversa obiecta. sed actus iste intellectiōis ⁊ volitionis divine eterne ut est electorum/dicitur p̄destinatio: ut autē est reproborum vocatur a sanctis prescientia. licet etiam electi possent dici presciti/accipiendo prescitum secūdum noīs significatum: cū p̄scitum ut sic sumptum nō sit aliud q̄ p̄intellectum. ergo divina predestinatio ⁊ prescientia non dicunt preter obiecta connotata a deo predestinante et presciente cognita diversa aliqua in re extra. ¶ Confirmatur. quia tam intellectio q̄ volitio qua deus ītelligit et vult se ⁊ alia omnia/est ab eius essentia indistincta totaliter in re extra. sed predestinatio nō est aliud q̄ divina ītellectio vel volitio qua vult electis premiū: ⁊ prescientia ut a predestinatione distincta eius ītellectio ⁊ volitio qua intelligit ⁊ vult reproborum supplicium sempiternū. ergo excepta diversitate obiectorum nulla est inter ista diversitas in re extra. ¶ Secunda conclusio est: q etiam predestinatio ⁊ p̄scientia sumpta cum obiectis secūdum significatum vocis sunt idem totaliter ī re extra. ¶ Hec apparet. quoniam omne futurum a deo p̄ordinatum est preintellectum/⁊ econuerso omne ut fiēdum preintellectum est ab ipso fieri ordinatum seu volitum. nō enim ut sepe in precedētibus fuit dictum/ magis unum possibiliū q̄ alterum fuit factum vel est fiēdum nisi quia sic fuit divinitus ordinatum: videlicet ut unū fieret ⁊ nō alterum. sed p̄destinatio ut sic sumpta nō ē aliud q̄ divina ordinatio qua deus statuit seu voluit aliquid fieri/nec prescientia aliud q̄ ipsius notitia. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nō minus preordinatum ad premium q̄ ad supplicium a deo fuit ab ipso precognitum ab eterno. nō magis etiam preordinatum aliquid ad suppliciū fuit ab eo preintellectum ut puniendum q̄ preordinatum ad premiū fuerit p̄intellectum ut finaliter premiandum. sed omne preintellectum potest dici prescitum/⁊ prescitum preintellectum secūdum vocis significatū. ergo nec predestinatio nec p̄sciētia divina ut sic sumpta sunt distincta etiam in ordine ad obiecta. ¶ Tertia conclusio est: q predestinatio divina et prescientia ut a sanctis accepta sunt distincta in ordine ad obiecta. ¶ Hec est euidens. quoniam licet eodem actu deus intelligat ⁊ velit omnia/ videlicet tam seipsum q̄ alia: tamē ille actus vocatur a sanctis ⁊ a doctoribus catholicis predestinatio ut transit super electos: ⁊ p̄sciētia ut transit super reprobos. sed cōstat q electi a reprobis sunt distincti. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia predestinatio vocatur a sanctis divina preordinatio qua electos deus preordinavit ab eterno ad premiū consequendum. prescientia autem vocatur ab eisdem divina ordinatio eadem ut per ipsam reprobi ad supplicium ordinantur. sed tam electi q̄ reprobi ⁊ tā p̄miū q̄ supplicium distinguūtur. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ ultima conclusio est: q ista videlicet divina predestinatio ⁊ prescientia etiam ut preexposito modo sumpta nō sibi determinent necessario determinata obiecta. ¶ Hec est euidens. quoniam ut dicetur in alia questione/predestinatus potest damnari ⁊ prescitus saluari. sed predestinatus est predestinationis ⁊ p̄scitus prescientie divine obiectum. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia constat q deus posset de potentia absoluta ⁊ beatos damnare et damnatos premiare seu beatificare. sed quos potest nunc damnare potuit ab eterno ad damnationem prescire/⁊ quos potest premiare potuit similiter ad premium preordinare seu predestinare. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex p̄dictis in ultimo articulo questionis.

Secundo quero utrū sit possibile prescitum saluari et predestinatum damnari. ¶ Et videtur q sic. quia omnis contingenter nō necessario saluatus potest non saluari/⁊ per consequens damnari: ⁊ econuerso contingēter nō necessario damnatus potest non damnari: ⁊ per consequēs saluari. sed omnes electi predestinati saluantur contingenter/⁊ reprobi presciti damnantur similiter contingenter non necessario: cum deus non agat necessario aliquid ad extra. ergo ⁊c. ¶ Contra. q2 qd deus vult fieri / nō potest ne eueniat per aliquem impediri. sed deus predestinatum vult saluari ⁊ prescitum damnari. ergo hoc non potest impediri/⁊ per consequens habet necessario fieri. quare ⁊c. ¶ Responsio. ubi sic procedam. Primo enim inquiram an omnis prescitus damnetur ⁊ predestinatus saluetur. Secundo dicam ad quesitum: videlicet an prescitus possit saluari/ et predestinatus damnari.

Quantum ad primū supposito q prescitus dicatur esse tantum ad damnationem/ ⁊ predestinatus ad saluationem ordinatus ⁊ ab eterno divinitus institutus/pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q omnis prescitus damnatur vel damnabitur: ⁊ predestinatus econuerso saluatur vel saluabitur seu premiabitur de facto. ¶ Hec probatur. quoniam constat q divina predestinatio ⁊ prescientia est vera. sed nō esset vera imo falsa nisi omnis predestinatus saluaretur et prescitus damnaretur. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. quoniam cum ab eo q res est vel non est notitia complexa dicatur vera vel falsa: omnis notitia est falsa qua cognoscitur esse futurum qd non est futurum: vel non esse futurum qd est futurum. sed prescientia est cognitio seu preordinatio qua deus ab eterno novit ⁊ voluit reprobos eē p̄dēnandos: ⁊ p̄destinatio cognitio ⁊ volitio q̄ novit ⁊ voluit electos finaliter premiari. ergo nisi sic accideret / divina ordinatio falleretur ⁊ eius scientia esset falsa seu erronea. quare ⁊c. ¶ Confirmat. quia omne illud fit qd deus fieri statuit. sed deus ab eterno predestinatum omnem voluit seu statuit saluari ⁊ prescitum finaliter cōdemnari. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est: q utrunque predictorum puta tam saluatio predestinatorum q̄ condemnatio aliorum prescitorum fit contingenter non necessario absolute. ¶ Hec apparet. quoniam nec deus saluat aliquem nec condemnat/ nec ad saluationem nec ad damnationem ordinat necessario: sed tantummodo contingenter. si enim aliquem ad saluationem vel damnationem necessario ordinaret / ipsum necessario saluaret vel damnaret. sed predestinatio est electorum ordinatio ad saluationem: ⁊ prescientia reproborum ad damnationem. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia nullum possibilium a deo distinctorum vel distinguibilium est magis necessarium: nec fit magis necessario q̄ alterum. sed constat q prescitus damnatur ⁊ non saluatur: et predestinatus econuerso saluatur et non damnatur. ergo utrunque horum accidit contingenter non necessario absolute. ¶ Tertia conclusio est: q p̄destinatus saluatur ⁊ prescitus damnatur necessario necessitate consequentie. ¶ Hec est euidens. quoniam ibi est necessitas consequentie ubi est antecedēs ad qd sequitur necessario consequens: licet tam antecedens q̄ consequens sit contingens. sed sic est in proposito. licet contra

deus contingenter non necessario ordinet alios ad saluationem ⁊ alios ad damnationem: ⁊ contingenter etiā nō necessario illos saluet ⁊ alios damnet: tamen qͦs de⁹ vult saluari ipso volente necessario saluatur: sicut et quos vult damnari necessario condemnantur. alias nō esset omnipotens si posset qͦd ipse vult fieri / impediri. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qm̄ ab omnipotente aliquid licet contingenter fieri volente necessario illud fit / ⁊ hoc necessitate consequētie vel ipso oīpotente manente vt illud fieri volente. sed omnem p̄destinatum deus omnipotens vult saluari ⁊ prescitum damnari: ergo tali necessitate prescitus damnatur ⁊ predestinatus saluatur sicut currens mouetur. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio. ꝙ ⁊ predestinatus saluatur ⁊ prescitus dānatur simpliciter contingenter. ¶ Hec apparet. quoniam omne illud fit simpliciter contingenter qͦd potest nō fieri. sed omnis prescitus potest non presciri: ⁊ ꝑ cōsequēs non damnari: ⁊ predestinatus nō p̄destinari ⁊ ꝑ ꝯñs nō saluari. nullū enim vt dictum est / deus ordinat necessario sed mere cōtingenter ⁊ libere ad damnationem nec ad saluationem. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ita se habet quantū ad ꝯtingentiā ⁊ necessitatē p̄scit⁹ ad dānationem ⁊ predestinatus ad saluationē sicut currens ad motionē. sȝ currēs necessario mouet̄ necessitate ꝯñe. si eñ currit oportet ipsum moueri. contingēter tamē currit ⁊ mouetur absolute: cum possit non currere nec moueri. ergo ⁊ in proposito consimiliter ē dicēdum. ¶ Hec de primo.

Quātū ad secūdū vbi est respondendū ad questitum / apparet ex precedentibus quid dicendū. Constat enim primo ꝙ nec p̄destinatus potest damnari nec prescitus saluari ī sensu compositionis. Secūdo ꝙ pōt vtrūqȝ in sensu diuisionis. Tertio. ꝙ hoc est possibile simpliciter ⁊ absolute: vȝ predestinatum damnari et prescitum saluari. Quarto. ꝙ ex hoc nulla arguitur mutatio possibilis in deo. ¶ Primum. vȝ ꝙ nec predestinatum damnari nec prescitum saluari sit possibile ī sensu compositionis / apparet. qm̄ tunc sequeretur ꝙ ista duo possent stare insimul in eodem: vȝ ꝙ vnus ⁊ idē esset p̄destinatus ⁊ damnatus vel prescitus ⁊ saluat⁹. iste enim est sensus compositionis. sed hoc est impossibile. qm̄ predestinatus est a deo ad saluationē ⁊ p̄scit⁹ ad dānationē ordinat⁹. qͦd aūt deus vult fieri / nō pōt nō fieri siue ne eueniat īpediri vt dictum est in articulo precedēti. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia nihil pōt fieri nisi qͦd est a deo preintellectum ⁊ volitum vt fiēdū. sed predestinat⁹ est a deo intellectus ⁊ volitus vt saluādus non vt dānādus: ⁊ prescitus econtrario vt damnandus non vt saluādus. ergo nec p̄destinatum existentem seu manentē predestinatum damnari / nec prescitum est possibile p̄miari. ¶ Secundum vȝ ꝙ vtrunqȝ predictorum sit possibile in sensu diuisionis / apparet. quoniam predestinat⁹ potest esse non predestinatus: cum contingenter non necessario sit predestinatus: ⁊ per consequens potest esse prescitus: ⁊ econuerso primo prescitus potest postea eē predestinatus: nō sic intelligendo ꝙ existēs seu manēs prescitus possit esse predestinatus: sed ꝙ potest desistere esse prescitus ⁊ incipere esse predestinatus: ⁊ econuerso desinere esse predestinatus ⁊ incipe esse prescitus. sed hoc est predestinatum posse damnari ⁊ prescitum posse saluari in sensu diuisionis. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia sicut sedentem currere in sensu compositionis est vnum ⁊ idem simul currere ⁊ sedere qͦd est impossibile. in sensu autem diuisionis est prius sedentem postea currere: qͦd vtrūqȝ est possibile: cum sedens post sessionem possit surgere ⁊ postea currere. consimiliter in proposito est dicendum de istis / predestinatus potest damnari et prescit⁹ saluari. quare ⁊ cetera. ¶ Tertium: videlicet ꝙ tam predestinatum damnari ꝙ̄ prescitum saluari sit simpliciter ⁊ absolute possibile / sequitur ex predictis. quoniā omnis potens nō saluari potest damnari: ⁊ ecōuerso potens non damnari potest saluari. sed predestinatus potest non saluari ⁊ prescitus non damnari / modo preexposito absolute. nullus enim saluatur simpliciter ⁊ absolute necessario sed contingenter tātummodo ⁊ dānatur. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non minus predestinatus potest damnari ⁊ prescitus saluari ꝙ̄ ille qui iaȝ actu est beatus posset esse damnatus: ⁊ econuerso dānatus posset esse beatus. sed constat secundum esse possibile. ergo ⁊ primum. quare ⁊c. ¶ Quartum ⁊ vltimum: videlicet ꝙ ex predictis deus non arguatur esse mutabilis / apparet. quoniam si predestinatus primo / esset postea non predestinatus sed prescitus: ex hoc de⁹ non posset argui esse mutatus nisi quia illū quē antea intellexerat ⁊ voluerat esse saluandum / nunc vellet ⁊ intelligeret condemnandum. sed hoc nullo modo arguit deū esse mutatum: quia etiam de facto multa deus intelligit ⁊ vult aliter nunc ꝙ̄ prius: nec tamen in aliquo ē mutatus. omnia enim facta actu existētia intelligit ⁊ vult ꝙ̄diu existūt actualiter permanere. hoc modo ipā non intelligebat anteꝙ̄ existerent nec volebat: sed aliter videlicet vt fienda. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non minus sine sui mutatione qͦd deus vult nunc: ⁊ quod intelligit vt fiēduȝ potest ītelligere ⁊ velle postea vt nō fiēdū ꝙ̄ possit intelligere ⁊ velle vt non existens qͦd prius intellexerat ⁊ voluerat vt existens. sed constat secundum esse possibile ⁊ de facto. nullum enim eorum que destruuntur seu esse desinunt postꝙ̄ nō sunt vult nec intelligit vt existens: mō quo intellexerat ⁊ voluerat ipsum primo. ergo ⁊c.

Sed nunquid vnus & idem posset eē simul predestinatus ⁊ prescitus? Ad hoc videtur esse dicendū ꝙ non: loquendo de prescientia que respicit penā damni: videlicet carentiam premij. ⁊ ꝙ sic / loquendo de prescientia que respicit penam sensus. ¶ Hoc probatur quoniam cum predestinatus sit ad gloriam ⁊ prescitus ad penam ordinatus / eo modo vnus ⁊ idem potest esse simul predestinatus ⁊ prescitus quo potest simul esse beatus ⁊ punitus: nō autem illo modo quo est impossibile ipsum esse beatum insimul ⁊ damnatum. sed vnus ⁊ idem potest esse beatus ⁊ damnatus hoc est punitus aliqua pena sensus etiam sempiterna. talis enim pena est compossibilis cum gloria in eodem vt apparet in Christo: in quo etiam de facto talis pena et gloria insimul concurrerunt. non autem pena damni que est carētia premiū potest esse simul cum gloria: quia tunc vnus ⁊ idem esset beatus ⁊ non beatus: cum nullus priuatus beatitudine sit beatus. hoc autem est impossibile euidēter. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Sequuntur Quæstiones circa Distinctionem Quadragesimam primam.

Circa distinctionem quadragesimā primā: in qua magister inq̄rit an p̄destinatio ⁊ prescientia seu reprobatio habeāt aliquā causam motiuam ex parte ipsorū predestinatoꝝ electorum ⁊ p̄scitorum reproborum: quero primo vtrū p̄destinationis electorū fuerit aliq̄ causa in quolibet eorum. ¶ Et videtur ꝙ sic. q̄m idē est causa p̄destinationis electorum ⁊ premiationis eorum. sed merita ⁊ gratia electorum sunt aliquo modo causa saluationis ipsoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Cōtra hoc arguitur ꝑ illud qđ dicit apostolus ad Titū. iij. ca. Nō ex operib⁹ iustitie q̄ fecim⁹ nos: s; scđm suā misericordiā saluos nos fecit. ex hoc em̄ verbo apostoli habetur ꝙ opera electorum non sunt causa saluatiōis/nec ꝑ ꝯn̄s p̄destinatiōis eorum. sed nihil aliud q̄ bona opera vel gratia videtur posse poni causa premiationis nec predestinationis electorum. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo enim excludam vnam opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quātū ad primum opinio excludēda est quorūdam dicētium ꝙ licet sit aliqua cā reprobationis: cū deus nullum condemnet nec ad dānationē ordinet sine culpa: nulla tn̄ ex p̄te p̄destinati potest poni sue p̄destinationis causa. ¶ Hoc autem probatur sic. omis ordinate volēs finem ⁊ ea que sunt ad ip̄m/prius vult finem q̄ aliquid eoꝝ q̄ sunt ad ipsum seu ꝓpter ipsum. sed beatitudo est vltim⁹ finis creature beatificabilis: ḡ de⁹ volēs omnia ordinate prius vult creature beatificabili beatitudinē vt eius finem vltimū: q̄ velit seu p̄uideat ipsam habitura aliquid aliorum. sed nullum posterius volitū seu p̄uisum est causa alicuius primo voliti: ergo p̄destinationis que nō est aliud q̄ volitio p̄miatiōis electorum/non potest esse causa aliquid eis p̄uisum seu volitum aliorum. ¶ Confirmatur. q: nihil primo volitū est volitum ꝓpter aliquid posterius volitū. sed p̄mium creature beatificabili est primo volitū q̄ aliquid ad ip̄; ordinatum: ergo creatura beatificabilis ꝓpter nihil a p̄mio distinctum sibi volitū seu p̄uisum est ordinata ad ipsum p̄mium consequēdū. quare ⁊c. ¶ Sed contra opinionē istā arguitur. q̄m sicut deus non punit aliquē seu condemnat nisi ꝓpter demerita seu culpam cōmissam: ita nec premiat nisi ꝓpter merita vel grām habitā; ergo sicut culpa p̄uisa ponitur esse cā reprobationis vel p̄scientie reproboꝝ: ita ⁊ merita vel gratia preuisa pōt ⁊ debet poni causa p̄destinationis electoꝝ. ¶ Añs est euidēs. q̄m licet deus posset beatificare sine grā de potētia absoluta/statuit tn̄ nullū premiare seu beatificare nisi hn̄tem grā; sicut nec cōdemnare nisi ꝓpter culpā commissam. nec minus grā ordinat ad gloriā q̄ culpa ad penam. sed etiā cuilibet electoꝝ datur p̄mium ꝓpter meritum vel ꝓpriū; tn̄ vt angelis: vel alienū tantum: vt hominibus beatis qui nihil meruerunt: quos Christus meruit premiari: vel propter meritū tam proprium q̄ alienū vt alijs omnibus hominibus qui sibi ꝓpriis aliquid meruere quibus tamen meruit principaliter ipse Christ⁹. Tūc hoc supposito qđ ⁊ videtur probabile/nō tn̄ gratia sed etiā merita ordināt oēm electū ad p̄miū consequendū. quare ⁊c. ¶ Consequētia ex hoc ꝓbatur. q̄m ideo culpa preuisa reproborum arguitur esse cā reprobationis seu prescientie ipsorum: quia deus nulli infert penam nisi propter culpam. sed sicut non punit nisi culpabilem: ita nec p̄miat seu beatificat nisi in gratia existē: q: grā dei vita eterna. ḡ eadem ratione pōt argui ꝙ gratia p̄uisa ⁊ quodcunq; aliud propter qđ inexistēs deus beatificat/sit causa p̄destinationis qua arguit ꝙ culpa preuisa sit causa prescientie seu reprobatiōis. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia omne illud propter qđ factū seu habitum deus confert premium/potest dici causa p̄destinationis seu preordinationis ad ipsum conferēdū premium vt preuisum. ¶ Hoc apparet. quia nec ex alio vt dictum est culpa vt preuisa arguitur esse causa p̄sciētie seu reprobationis malorum nisi quia deus solum ꝓpter ipsam commissam infert penam. sed constat ꝙ ꝓpter meritum ⁊ gratie donum habitum deus confert p̄mium: ergo vtrunq; horum vt preuisum videlicet tam meritum alienum vel proprium vel vtrunq;/q̄ donum gratie vt preuisum potest dici causa predestinationis ꝑpetue electorum: sicut preuisum demeritum dicitur esse causa prescientie reproborum. ¶ Preterea quando dicitur ꝙ nulla potest poni causa predestinationis ex parte predestinati: sed reprobationis seu presciētie ex parte reprobi: aut intelligitur per causam res aliqua existens ab ipsa predestinatione vt ab effectu suo differens aut ꝙ deus electum non predestinat seu ordinat ad premium propter aliquid preuisum. Si detur primum: sic est verum. sed ꝯstat ꝙ non magis reprobationis seu prescientie q̄ predestinatiōis potest poni causa aliqua isto modo: cū tam prescientia q̄ predestinatio sit eterna: et omnis prescitus et predestinatus sit ex tempore: nec aliquid a deo distinctum sit perpetuum. Si autē ponatur scđm/sic est falsum. non enim vt dictū est magis de⁹ infert nec inferre statuit propter culpam penam q̄ propter gratiam gloriam sempiternam. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia non tantum vna res ad quā sequitur ⁊ sine qua nō sequitur alia/dicitur eius causa: sed etiam illud propter quod aliquid fit vel fieri statuitur potest dici aliqualiter causa eius. sed sicut deus non condēnat nisi propter culpam commissam: nec ad penam aliquem ordinat nisi ꝓpter eius culpam p̄uisā; ita nec premiat nisi habentem gratiam: nec ordinat ad p̄mium nisi quē preuidit habiturū gratie sue donū. ergo sicut culpa vt preuisa dicitur esse causa prescientie ⁊ vt exhibita damnationis perpetue reproborum: ita ⁊ gratia ac etiam merita possunt dici vt habita causa saluationis et vt preuisa predestinationis omnium electorū. q̄re ⁊c. ¶ Ad illud quod arguitur in contrarium/quādo dicitur ꝙ ordinate volens finem prius vult ipsum q̄ alia ordinata ad eum/apparet ꝙ ratio ista deficit. quoniam esto ꝙ volens finem ⁊ ordinata ad ipsū diuersis actib⁹: vt creatura intellectualis vult primo finē q̄ alia ad eum ordinata: nō tamen deus qui eodem ⁊ vnico actu vult omnia: videlicet tam finem q̄ alia ad ipsum ordinata. imo si deus prius vellet vnum q̄ alterum/prius vellet illud propter quod vult alterum: et sine quo volito non vult ipsum. sed deus nulli creature beatificabili vult finem vltimum ipsi debitum: videlicet eternum premiū nisi propter volitum meritum vel gratie sue donum. ergo si prius vellet vnum q̄ alterum/prius vellet cuilibet electorum meritum vel gratie sue donum q̄ premium sempiternum. ¶ Confirmatur. quia prius volitum nō est volitum propter posterius volitum. sed deus vult electis premium ⁊ statuit ab eterno conferre ipsum propter gratie sue donū eis volitū. ¶ Hoc app̄et. quia ꝓpter illud volitū de⁹ voluit ab eterno ⁊ statuit ꝯferre electis p̄miū ꝓpter qđ habitū ꝯfert ipsum. sed ꝯstat ꝙ deus electis cōfert ꝓpter meritum habitū ⁊ gratie sue donū premium sempiternum. ḡ premium nō fuit electis prius q̄ meritum ⁊ gratie donum a deo volitum ab eterno: sed potius ecōuerso. quare ⁊c. ¶ Ad confirmationē

consimiliter est dicendū. ex dictis enī apparet ꝙ falsū in minore accipit qñ dicit ꝙ premiū est creature beatificabili prius volitū ꝙ̃ aliquid ad ipsum ordinatū: quia ꝛ creatura intellectualis qñ prius vult finē ꝙ̃ ordinata ad ipsum / non vult finem ꝓpter ordinata ad ipsum volitū: cum prius volitum non sit volitum ꝓpter posterius volitum. sed deus confert ꝛ conferre ab eterno statuit seu voluit cuilibet electorum premium sempiternum propter volitū eius meritū ꝛ gratie sue donū. ergo ꝛc. ¶ Hec de. 1.

Quantum ad secundum vbi ad questionē istam aliter est dicendū:

premitto quatuor ad euidentiam dicendoꝝ. ¶ Primū est. ꝙ ꝑ predestinationē nō est hic intelligendū aliquid a deo ꝑdestinante distinctū: sed tantūmodo deum ipsum non vt quomodocunqꝫ acceptū: sed vt ordinantē hoc est vt intelligentem ꝛ volentem ab eterno premium conferendum cuilibet electoꝝ. deus autē nec electis vult premiū nec reprobis suppliciū per aliquid a se distinctū. ergo per predestinationē nō est intelligendum aliud ꝙ̃ deū. ¶ Cōfirmatur. quia nihil a deo distinctum fuit eternū. sed tā diuina ꝑdestinatio ꝙ̃ prescientia extitit sempiterna. ergo ꝛc. ¶ Secūdū ꝑmittēdū est. ꝙ cū predestinatio dupliciter possit accipi: vz secundum se absolute vt distinguitur ab ipso predestinato ꝛ importat predestinantē deum: ꝛ in ordine ad obiectū vt videlicet dicit ipsum: dupliciter posset intelligi aliquid eē causam predestinationis. Uno modo ꝙ aliquid eēt causa ipsius sumpte primo modo: vz scd'm essentiā actus ꝑdestinationis a substātia predestinātis totaliter indistinctam. Alio modo ꝙ aliquid sit causa eius secūdo modo sumpte: vz vt obiectū includentis ꝛ sup ipsum transeuntis: vel ꝙ sit causa effectus eius: sic intelligendo ꝙ actus diuine predestinatiōis terminat̃ ad obiectum predestinatum ꝛ ad predestinationis effectum puta ad electum ad premium ipsi debitum sempiternum: quia terminatur ad aliquod ordinatum ad ipm: vz ad meritū vel ad gratie dei donū ordinātū ad premiū cōsequendū. Et hoc modo gratie donū vel meritū vt preuisum ꝛ preuolitū esse cām predestinatiōis / pōt dupliciter intelligi scd'm ꝙ causa dupliciter potest sumi. Uno enim modo dr̃ ꝓprie eē causa res aliqua respectu illius qd' ad ipsam ꝛ nō sine ea sequitur: modo quo causa dicitur eē illud quo posito alterum ponitur qd' quidē non ponitur sine eo. Alio modo accipitur large causa non vt significat rem aliquam diuersam ab illo cuius dicit̃ esse causa: sed vt importat aliquam prioritatem vnius ꝓpositionis ad aliam: vt antecedentia ad ꝯñs qd' sequit̃ necessario antecedēs / nō autem econuerso antecedens sequit̃ necessario ad ꝯñs. et ideo añs dicitur causa ꝯsequentis non autem ꝯsequēs antecedentis: modo quo dicitur ꝙ homo est causa animalis ꝛ nō econuerso. si enī est homo / sequitur ꝙ sit animal ꝛ nō econuerso. hō etiā dr̃ cā risibilis isto mō. quia licet risibile inferat hoīem: sicut hō infert risibile econuerso: nō tñ risibile importat rē aliquā preter actū possibilē cuius hō ipse sit cā. quia tñ nō pōt esse hō qn sit risibil'. hoīs etiam actus ridendi est possibilis effectus: ideo hō dr̃ eius causa. ¶ Tertiū premittēdū est. ꝙ nullū electoꝝ deus beatificat nec beatificare statuit ab eterno sine grē sue dono. qd' quidē grē donū ꝛ etiā premiū qdā electoꝝ obtinuerunt absqꝫ aliq̄ merito suo ex solo merito mortis Christi: vt oēs paruuli ꝛ alij etiā hoīes adulti baptizati ante rationis vsum mortui. alij obtinuerunt ipsū solo suo merito ꝓprio mediāte vt oēs angeli / quoꝝ quilibꝫ meruit sibi nō vnus alteri nec Christus nec aliquis alius eis omnibus nec alicui eoꝝ. alij aūt vt oēs hoīes electi ratione vtentes in pñti consequunt̃ predicta: vz tam gratiā ꝙ̃ gloriā ꝑncipaliter ꝓpter meritū mortis Christi ꝛ etiā aliqualiter minus tñ ꝑncipaliter ꝓpter sua ꝓpria merita: vz bona opera que deus misericorditer acceptat vt digna tali premio ꝓ eis cuilibet conferendo. constat enī ꝙ oēs electi existentes in gratia in presenti ꝑ bona opa que facit sibi meret̃ tā grē ꝙ̃ glorie augmentū. ¶ Quartū ꝛ vltimū premittēdū est. ꝙ predestinatio diuina lꝫ formaliter ꝛ realiter sit vnica / trāsit tñ sup diuersa obiecta: videlicet super omnes electos predictos / tñ q̄ad aliquid similiter ꝛ quo ad aliquid differenter. oībus enim electis predestinatis deus voluit ab eterno premium ꝛ gratie sue donū non aūt meritum ꝓprium qd' etiā ordinat̃ ad premiū: sed quibusdā puta angelis oībus ꝛ hominibus ratione vtentibus in pñti: nō autē alijs qui nec vt dictū est aliquid sibi merent̃ nec mereri possunt. alijs etiā voluit tñ meritū ꝓprium vt angelis: ꝛ alijs vt hominibus meritū alienum: vz meritum Christi sine quo nullum hominem statuit premiandum.

His ꝑmissis pono quatuor cōclusiōes.

¶ Prima est. ꝙ predestinationis diuine vt ꝑma modo sumpte: vz quidditatiue ꝛ scd'm se absolute / nulla ē nec esse potest causa. ¶ Hec ē euidēs. nec de hoc est questio nec dubitatio aliqua. qm̄ ꝯstat ꝙ dei nulla est nec eē potest cā: sed ipse est oīm a se alioꝝ causa. sed diuina predestinatio vt sic sumpta est a diuina essentia indistincta totaliter in re extra. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia diuina predestinatio non est aliud ꝙ̃ volitio qua deus voluit ab eterno premium electoꝝ eis taliter ꝛ tali tempore conferēdum. sed diuina volitio vel intellectio vt quidditatiue sumpta est idem totaliter cum diuina essentia. nō enim deus vult nec intelligit nisi tantūmodo ꝑ seipsum. ergo nō magis predestinationis diuine ꝙ̃ essentie pōt poni aliquid esse causa. ¶ Secunda cōclusio est. ꝙ nec predestinatiōis diuine vt secūdo mō sumpte / vz obiectiue / pōt esse causa aliquid a deo distinctū: accipiendo cām proprie vz preexposito modo supra. ¶ Hec etiam est euidens. qm̄ predestinatio diuina tam vt quidditatiue ꝙ̃ etiā vt obiectiue sumpta fuit eterna. omnes enim electi fuerunt ab eterno predestinati seu ad gloriā ordinati. sed nec ipsum predestinationis obiectū: nec aliqd ab eo ꝛ a predestinatione distinctū fuit eternū: ergo nec predestinationis vt super obiectū transeuntis seu ipsum includētis potest aliqd eē causa mō predicto sumpta. ¶ Cōfirmatur. quia cā vt sic sumpta est vt dictū est supra res vna ad quā sequit̃ alia ab ea realit̃ distincta cuius illa dr̃ esse causa. sed nulla fuit res a ꝑdestinatiōe distincta ad quā predestinatio ipsa fuit subsecuta: cū nulla res a ꝑdestinatione distincta fuerit sempiterna. predestinatio etiā ipsa eterna nō pōt dici effectus: cū non importet aliqd a deo distinctū vt actu in esse positū: cū nullū tale fuerit sempiternū: sed tñ significat seu importat suum obiectū ꝑdestinatū vt possibile ac futurū. nullū aūt possibile futurū anteꝙ̃ fiat potest dici effectus magis ꝙ̃ possibile nō futurū. ꝙ ꝛc. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ ꝑdestinationis mō ꝑdicto sumpte vz obiectiue est cā aliqd: accipiēdo cām large modo ꝑexposito. ¶ Hec ꝓbat̃. quoniā illud est cā ꝑdestinationis diuine accipiēdo ꝑexposito mō cām / ꝓpter qd' deus ꝑdestinās ordinat electū ꝑdestinatum ad premiū sempiternū. sed oēm electū deus ordinauit ab eterno ad premiū ꝓpter aliquid ꝑuisum ordināns ꝛ disponens ad ipsum premium consequendū. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet. quoniam illud est diuine predestinatiōis obiectiue sumpte causa / super qd' transit ipsa predestinatio. ꝛ quia transit super ipsum ideo ꝛ transit sup alterum cuius illud primum dicitur esse causa. sed illud ꝓpter quod deus electum ordinat ad premiū est hmōi vz propter quod ipsi electo volitū ꝛ vt cōsequendū ab

eo p̄uisum deus vult ei premium ac statuit ab eterno ipsum illi finaliter conferendū. ergo rc. ¶ Minor: vez ꝙ omnem electum deus ordinauerit ab eterno ad p̄mium propter aliquod p̄uisum futuruz / apparet. qm̄ propter illud vt p̄uisum ꝛ futurum deus statuit ab eterno ac voluit electis p̄mium conferendum: propter quod post ꝙ habituz confert ipsuz. sed aliquid ē sine quo habito de⁹ nō contulit p̄mium: sed post ipsum habitum cōtulit ipsum p̄mium cuilibet beatoruz. vt eni dictum est / nulli cōfertur p̄mium nisi habenti meritum alienū vel ꝓpriū vel vtriꝙ ꝛ gratie sue donum. nisi forte isstetur de Christo qui secundum aliquos non meruit sibi sed alijs premium sempiternum. sed melius est dicere Christum meruisse nō tm̄ alijs sed etiā sibiipsi merito antecedente p̄miū aliquo ordine nō temporis / sed nature vt alias prolixius est ostensum. quare rc. ¶ Quarta ꝛ vltima conclusio est. ꝙ non ē eadē causa sed alia ꝛ alia p̄destinationis diuersorum electorum. ¶ Hec probatur ex ratione p̄alcta pro tertia cōclusione adducta. qm̄ vt ibi argutū est / illud est causa diuine p̄destinatiōis modo p̄dicto: ꝓpter qd̄ vt p̄uisum ꝛ futurum deus voluit ab eterno ꝛ cōferre statuit premium cuilibet electorum: sed istud propter qd̄ p̄uisum deus statuit ꝛ voluit ab eterno omnib⁹ p̄destinatis p̄mium conferenduz / nō est idem in omnib⁹ electis sed diuersum diuersis. ergo rc. ¶ Minor apparet. qm̄ vt arguitū est supra / ꝓpter illa p̄euisa deus statuit ab eterno electis conferre premium propter que habita confert ipsū. sꝫ propter diuersa ab electis habita de⁹ confert eis premia sempiterna. aliquibus enim confert ꝓpter merita eorum ꝓpria tm̄ vt angelis ꝛ etiam Christo homini: supposito ꝙ ꝓpter meritum fuerit premiuz consecutus. alijs propter meritum alienum tm̄: vt hōibus beatis qui nullum habuerunt actum meritoriū ꝓpriū in presenti: sed p̄ecise sunt saluati propter meritum mortis Christi. ꝛ alijs ꝓpter meritum tam alienuz ꝙ propriū vt omnibus hominibus a Christo alijs q̄ in presenti actum aliquem bonum seu ad eterna meritorium habuerūt. ꝛ si Christus non meruit sibi premium ipsi fuit collatum premium sine aliquo merito: cum cōstet nullum alium ipsi premium meruisse: nec per consequens ipsum habuisse premium propter meritum alienum: sicut habet quilibet aliorum hominum beatoruz. q̄re rc. ¶ Ex p̄dictis videt corollarie ꝯcludi posse. Primo ꝙ supposito ꝙ Christus nō meruerit sibi sed alijs tātū premium: predestinationis ipsius Christi nulla pōt poni causa nisi sola voluntas diuina: sed tm̄ predestinationis aliorum omnium electoruz. si autē Christus ipse meruit sibi premium tunc potest poni causa predestinationis oīm electoꝝ. ¶ Secundo. ꝙ meritum mortis Christi p̄euisum pōt dici p̄eexposito modo causa predestinationis oīm hominum electoruz saltem aliorū a Christo: supposito ꝙ ipse Christus nō meruerit sibi sed alijs premium sempiternum. ¶ Primū apparet. qm̄ causa predestinationis electorum est meritū p̄euisum eorum propriū vel alienū vt dictū est supra. sed Christus non habuit premium propter alicuius alterius a seipso meritum. ergo supposito ꝙ ipse nō meruerit sibi premium nulla potuit esse causa sue predestinationis alia a volūtate diuina: nisi dicatur ꝙ gratia ipsi cōferenda p̄euisa ꝛ volita sit eius causa. non tantum enim merita / sꝫ etiaꝫ gratia ipsa ordinatur ad gloriam conferendam cuilibꝫ electorum. ¶ Secundum: videlicet ꝙ Christi passionis meritum vt p̄euisum fuerit causa predestinationis hominum electorum / apparet. qm̄ vt dictum est illud vt p̄uisum est causa predestinationis electorum propter qd̄ habitum eis confert deus premium. sed omnibus electis hominibus saltem alijs a Christo / supposito ꝙ ipse Christus non meruerit sibi sed alijs / deus confert p̄miū propter Christi passionis meritum. ꝛ hoc differenter: qꝛ aliquibus vt illis qui nihil meruerunt: confert premiuꝫ propter Christi meritum vt propter causaꝫ totalē: alijs autem qui aliquid meruerunt confert premium ꝓpter idem meritum vt propter causam partialem et magis principalem. ergo ipsum Christi meritum vt p̄euisum fuit causa predestinationis omnium hominum electorum: quorum aliorum fuit causa totalis vt sue p̄destinationis supposito ꝙ ꝓpter meritum ipse habuit premiū ꝛ aliorum hominū qui nihil sibi meruerunt. aliorum autem partialis vt omniū hominuꝫ electorū qui sibiipsis aliqd̄ licet minus principaliter meruerūt. ergo rc. ¶ Et si queratur: quare de⁹ magis ab eterno voluit ꝛ p̄euidit electum ꝙ alium habiturum meritum propter qd̄ vt dictum est ordinauit ipsum ad premium? ¶ Ad hoc dicēdum est. ꝙ causa huius nulla potest poni nisi sola voluntas diuina. nec ex hoc tamē sequitur ꝙ deus sit ꝑsonarum acceptor. qm̄ ꝑsonarum acceptio non potest argui in aliquo nisi respectu illorum qui sunt equales: quibus aliquid equaliter debet ab illo / qui tamen confert illud vtriꝙ equaliter debitum vni ꝛ non alteri cui tamē equaliter obligatur. sed deus nulli est debitor: ergo nec potest esse ꝑsonarum acceptor. ¶ Sic ad questionem.

¶ Ad rationem in principio qn̄ dicit Apostolus. ꝙ nō ex oper. iustitie que fe. nos sal. nos fecit. Dico ꝙ verum est principaliter: qꝛ secundum eundem apostolū nō sunt condigne pa. huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. ipse tamē deus misericordit̄ acceptat opera nostra bona in charitate facta ꝓpter meritum Christi vt ꝓpter causam meritoriam principalem tanꝙ digna p̄mio sempiterno. ¶ Ad aliud qd̄ superius pro opinione alia est argutum / iam est responsum. Aliꝫ tamen respondent aliqui dicentes ꝙ illud assumptum verꝫ ꝙ ordinate volens finem ꝛ ordinata ad ipsum prius vult finem / est verum de illo qui vult finem suiipsius: nō autem de illo qui vult finem alterius. sꝫ beatitudo quā respicit predestinatio non est finis dei volentis seu predestināntis: sed ipsius predestinate creature rationalis que ad ipsam beatitudinem vt ad suuꝫ finem vltimum ordinatur. quare rc.

Secundo quero. vtrum reprobationis seu prescientie reproborum sit aliqua cā ex parte ipsorum. ¶ Et videt ꝙ sic. qm̄ sicut se habet meritum electoꝝ p̄euisum ad predestinationē ipsoꝝ: ita ꝛ demeritū reproboꝝ sit p̄euisū ad prescietiā eoꝝ. sed meritū electorum p̄euisum est cā predestinationis eorum / vt in questione alia est ostēsuꝫ: ergo ꝛ demeritū reproboꝝ p̄euisum est causa prescietie ipsorum. ¶ Contra. quia propter illud vt factum dānatur quilibet reproborum propter qd̄ vt p̄euisuꝫ fuit ad damnationem eternaliter deputat⁹. sed non oēs dānati damnantur propter sua demerita perpetrata: cum multi sint sine suis demeritis condemnati vt omnes paruuli ante baptismum mortui. ergo nec talium demeritum vt p̄euisum potest poni causa prescientie seu reprobationis ipsorum. quare rc. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim premittam aliquid ad euidentiam dicendorum. ¶ Secundo dicam ad quesitum.

Quātū ad primū supposito ex dictis in questione precedenti quō sit intelligēdū aliquid eē cāꝫ prescientie reproborum: qꝛ similiter sicut aliqd̄ dicit̄ eē causa predestinationis electorum: supposito etiā quid sit intelligēdū ꝑ prescientiam: qꝛ non aliud ꝙ diuinā p̄ordinationē reproboꝝ ad suppliciū sempiternū: sicut ꝑ

ꝓdestinationē intelligit tm̄ diuina volitio seu deputatio electoꝝ ad premiū: vt in questione alia fuit dictū: est sciendum ꝙ sicut electoꝝ aliqui saluant ꝓpter meritū alienū tm̄: ⁊ alij ēt ꝓpter ꝓpriū / vt in questione alia est ostēsum: ita ⁊ dānatoꝝ aliqui cōdēnantur ꝓpter ꝓpriū demeritū: ⁊ tales puniunt pena dāni ⁊ etiā pena sensus. alij aūt tm̄ propter demeritū alienū: vt oēs a peccato originali non liberati morientes ante vsum debite rationis. ⁊ tales puniunt tm̄modo pena damni nō aliqua pena sensꝰ. alij tertio dānant simul ꝓpter demeritū ꝓpriū ⁊ etiā ꝓpter demeritum alienū: sicut multi electoꝝ saluantur ⁊ ꝓpter meritum ꝓprium ⁊ propter meritū alienum / vt in q̄stione alia fuit dictū. ⁊ tales sic dānati sunt omnes illi qui non fuerunt a peccato originali liberati ⁊ cum hoc peccauerunt actualiter in p̄senti: ita ꝙ sicut omnes saluati ita ⁊ damnati sunt contenti sub triplici differentia supradicta. ¶ Ex quo infero corollarie: ꝙ sicut nullus electorum saluatur nisi propter meritum aliquod vel alienum vel ꝓprium vel tam ꝓprium ꝙ̄ alienum excepto Christo secundū opinionem aliquoꝝ dicentium ꝙ ipse nō meruit sibi sed alijs p̄mium: ita nec aliquis condemnatur nisi ꝓpter demeritū vel suū ꝓprium vel alterius vel insimul vtriusqꝫ: vcꝫ tā suū ꝓpriū quale peccatū est actuale ꝙ̄ alienum quale est peccatū originale de quo ⁊ de pena damni tm̄ nō sensus ipsi debita erit sermo in secundo ⁊ in tertio. ¶ Hec de primo.

Quātū ad secūdū vbi est dicēdū ad q̄stiū / pono q̄tuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ cā p̄scientie reproborum ⁊ olim dānatoꝝ est demeritū aliquod p̄uisum. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ ꝓpter illud p̄uisum fuerunt reprobi p̄sciti seu p̄ordinati ad dānationē ꝓpter qd̄ postꝙ̄ factū est cōdemnati sūt vel finalr̄ condemnādi. sed cōstat ꝙ ꝓpter nihil aliud nisi tm̄ ꝓpter peccatum cōmissum reprobi condemnant. nulla eīn cōdemnatio siue pena alicui inflicta pōt esse iusta nisi quā precessit aliqua ipsius puniti vel alterius culpa. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. qꝛ sicut se habet meritū vt futurū seu p̄uisum ad p̄destinationē electoꝝ: ⁊ vt factum ad p̄miationē eoꝝ: ita cōsimiliter se habere videtur demeritum seu peccatū vt p̄uisum futurum ad p̄scientiā damnandoꝝ: ⁊ vt ꝑpetratū seu factum ad dānationem eoꝝ: sed vt in questione alia fuit dictum meritū electoꝝ vt p̄uisum est cā p̄destinationis. vt aūt exhibitū ē causa saluationis eoꝝ. ergo ⁊ de demerito seu peccato vt comparato ad prescientiā ⁊ ad penam damnatoꝝ cōsimilr̄ est dicēdū: ⁊ maxime cū p̄miare sine merito exhibito vel ad p̄miū ordinare sine ipso merito p̄uiso nō sit malum sed bonum: qꝛ est actus liberalitatis: condemnare aūt vel ad damnationē ordinare aliquē sine aliquo eiꝰ nec alterius demerito sit iniustitie ⁊ crudelitatis: ⁊ ꝑ ꝯñs malū: qd̄ non est deo attribuendum. quare ⁊c. ¶ Secūda ꝯclusio est. ꝙ causa reprobationis seu p̄scientie aliquoꝝ dānatoꝝ ⁊ dānandoꝝ fuit eoꝝ ꝓpriū tm̄ demeritū vt p̄uisū. ¶ Hec ꝓbat ex ratione p̄dicta. qm̄ illud ꝓpter qd̄ reprobi cōdēnant ⁊ puniūtur eternaliter postꝙ̄ factū / est vt p̄uisum futurū causa reprobationis seu p̄scientie eoꝝ. sꝫ multi reprobi cōdēnati vt omnes qui fuerūt in p̄ntia peccato originali mundati damnant ꝓpter solū peccatū suū ꝓprium actuale cōmissum: ḡ ⁊ omnes tales fuerunt tm̄ ꝓpter suū delictum actuale vt p̄uisum prescit seu ab eterno ordinati ad supplicium sempiternū. quare ⁊c. ¶ Confirmat. qꝛ sicut solū illud vt p̄uisum dꝫ esse cā p̄destinationis electoꝝ ꝓpter qd̄ postꝙ̄ habitū eis confert p̄miū: ita ⁊ de p̄scientia dānādoꝝ cōsimilr̄ est dicēdū. sed p̄cise ꝓpriū actuale peccatū cōmissum est ꝓpter qd̄ multi damnant: ergo ⁊ ꝓpter ip̄m solū vt p̄uisum tales p̄sciunt seu ad penā ꝑpetuam ordinant. quare ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio est. ꝙ cā reprobationis seu p̄scientie aliquoꝝ damnatoꝝ ⁊ dānandoꝝ / fuit tm̄ demeritū nō ꝓpriū eoꝝ sed aliorum: vcꝫ p̄morum parētū. ¶ Hec ꝓbat cōsimilr̄ sicut alie precedentes: vcꝫ qꝛ propter illud vt preuisum oēs reprobi fuerūt p̄sciti ꝓpter qd̄ postꝙ̄ habitū siue subsecutū extitit sūt damnati. sed oēs ꝓ solo originali reatu absqꝫ aliquo actuali peccato dānati puniuntur pena damni tm̄ propter primorū parentum peccatum. ergo ⁊c. ¶ Et si q̄ratur: quō potest iuste aliquis sine aliquo suo peccato pro solo alterius peccato puniri aut ad penam aliquam ordinari ⁊ maxime post peccatum remissum ei qui cōmisit ipsum: sicut in ꝓposito peccatū primorum parentū est eis remissum? ¶ Ad hoc dicendū est. ꝙ vt magis explicabitur in scd̄o ⁊ in tertio / licet nullus ꝓ peccato alteriꝰ puniri debeat pena aliqua afflictiua positiua: qualis est pena olim tam in inferno ꝙ̄ etiam in purgatorio punitoꝝ: pōt tñ iuste puniri pena aliqua priuatiua cōsistente in carentia siue substractione seu nō donatiōe alicuiꝰ boni vel p̄mij: ⁊ maxime ab illis qui nec sibi nec alicui alteri tenetur dare bonum hmōi. sed deus cum nulli sit debitor nullum tenetur beatificare: ḡ licet sine culpa sua nullum debeat affligere seu punire / pōt tñ absqꝫ aliqua iniustitia ip̄m nō beatificare / btitudinē quā dat alijs ipsi cōmunicare nolēdo. sꝫ hoc mō tm̄ nō aliter puniunt damnati pro solo peccato primorum parentum vt magis ī secūdo ⁊ in tertio explicabitur. ergo ⁊c. ¶ Et qn̄ additur ꝙ peccatū primorum parentū est remissū: Dico ꝙ licet sit eis indultū nō tamen simpliciter ⁊ vniuersaliter est remissum. qm̄ cū peccatū esse remissum nō sit aliud ꝙ̄ ipsum nō esse ad penam imputatū vt explicabit in quarto: ꝑ ꝯñs nulla culpa totaliter est a deo remissa pro qua exigit aliqua pena. sed ꝓpter peccatū primorum parentum deus exigit penā aliquā priuatiuā predictā ⁊ si non ab ipsis primis parentibus tñ a multis alijs pena huiusmodi pro solo isto eoꝝ demerito eternaliter condemnandis. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltīa conclusio est. ꝙ causa reprobationis seu p̄scientie aliquorū damnatorum ⁊ damnandoꝝ fuit p̄uisum demeritum tā eorum actuale proprium ꝙ̄ etiam aliorum: vcꝫ parētū primorum. ¶ Hec ꝓbatur consimiliter sicut oēs alie sunt ꝓbate. qm̄ sicut aliqui damnantur solum propter demeritū ꝓpriū: ⁊ alij tm̄ ꝓpter demeritum alienum ita etiam sunt alij damnati tam propter alienum ꝙ̄ ꝓpter proprium demeritum: vt omnes infideles ⁊ quicūqꝫ a peccato originali non liberati qui in p̄senti actualiter deliquerunt. sed vt argutum est superius / propter illud vt preuisum reprobi fuerunt a deo presciti ⁊ ad penam eternaliter deputati propter qd̄ postꝙ̄ factū ē sūt finaliter cōdēnati vel erunt condēnandi. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia sicut p̄destinationis aliquorum electorū causa fuit meritum tantum proprium eorum vt omnium angelorum ⁊ etiam Christi: supposito ꝙ Christus meruerit sibi ip̄si: aliorum autem causa fuit tantum preuisum meritum alienum vt omnium hominum electorū qui nullum habuerunt meritum proprium: ⁊ aliorū tertio vt illorum hominum electorum qui aliquid boni fecerunt in presenti causa fuit meritum preuisum tam eorū proprium ꝙ̄ alterius: videlicet mortis Christi: ita ⁊ de causa p̄scientie reproborum consimiliter est dicēdū vcꝫ ꝙ causa p̄scientie damnatorum sicut ⁊ p̄destinationis electoꝝ continetur sub triplici differentia in predictis conclusionibus superius explicata. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Distinctio.XLII.Quæstio.I.

Circa distinctionem quadragesimāsecūdā in qua magister determinat de vnitate diuine potētie: quero primo. vtrū in deo sit potentia respectu cuiuscūqꝫ possibilis. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia ī quocūqꝫ oīpotente est potētia respectu cuiuscūqꝫ possibilis. sed de⁹ est oīpotēs. ergo ⁊c. ¶ Contra. qꝛ peccatū est possibile: ſʒ deus nō potest peccare: ergo nō potest oē possibile: nec ꝑ cōsequens est in ipso potētia respectu omnis possibilis. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. Primo eīm ostēdā quō in deo sit potentia. Scđo inquiram an talis dei potentia sit respectu omnis possibilis vel tantum respectu alicuius specialiter.

Quantū ad primum est sciēdum: ꝙ potētiam esse in deo dupliciter potest intelligi scđm ꝙ dupliciter dr̄ aliquid eē in aliquo: vno modo ꝓprie et alio modo large: licet etiā vsitate. Primo modo/ vʒ ꝓprie nihil dicitur esse in seipso. sed omne qđ ꝓprie est in aliq̄/ est aliquo modo distinctū ab ipso. Scđo aūt mō: vʒ large ⁊ tamē vsitate/ quod dicitur interdum in aliquo est idēʒ totaliter in re extra cū eo: sicut humanitas dicitur esse in sorte: sapiētia in deo: ⁊ deitas in persona. ¶ Hoc ꝑmisso appēt qđ sit dicēdū quātū ad istum articulū. constat eīm. Primo. ꝙ in deo nō est potētia primo mō. Secūdo. ꝙ est in eo potētia scđo modo. Tertio. ꝙ potētia talis eius vt est respectu entis possibilis nō dr̄ intellectiua nec volūtaria ſʒ potētia executiua. Quarto. ꝙ nihilominus talis executiua dei potētia est ab ei⁹ voluntate ⁊ intellectu indistincta totalr̄ in re extra. ¶ Primum est euidens. qm̄ potētia est illud quo qs est potēs. ſʒ de⁹ nō est potēs aliquo alio ꝙ̄ seipso: ꝗ potētia nō est in ipso tanꝙ̄ aliquid diuersum ab eo. ¶ Confirmať: qꝛ non magis potētia dei distinguiť ab eo ꝙ̄ potētia alicuius cause scđe sit distincta ab ea. ſʒ potētia oīs cause scđe est totaliter idē cū ea vt alias est ostēsum: ergo multo magis prima causa est a sua potētia īdistīcta. q̄re ⁊c. ¶ Scđo: vʒ ꝙ in deo sit potētia scđo modo accipiēdo aliqđ esse in aliquo/ sequiť ex ꝑdicto. qm̄ in quocūqꝫ omnipotēte seipso nō aliquo mediāte alio ē potētia isto mō: ſʒ deus ē oīpotēs: ⁊ vt dictū est nō aliquo alio ꝙ̄ seipso. ꝗ ⁊c. ¶ Cōfirmať. qꝛ cum potētia sit a deo indistincta cōsimiliť et totaliter in re extra sicut sapiētia ab essentia ⁊ ipsa essentia a ꝑsona: cōsimili mō ⁊ in eodē sensu pōt cōcedi ꝙ potētia est in deo: sicut diciť ꝙ sapiētia est in eo ⁊ deitas ī ꝑsona. sed ista ꝯcediť ⁊ est vera: deitas est in ꝑsona: ⁊ ista sapiētia est ī deo: nō in sensu alio ꝙ̄ in isto/ ꝑsona diuina est de⁹ seipsa: ⁊ simul de⁹ est sapiēs sapiētia a seipo indistincta totaliť in re ex̄. ergo ⁊ in ꝓposito cōsimiliť est dicēdū. quare ⁊c. ¶ Tertiū: vʒ ꝙ dei potētia vt est entis possibilis causaliť ꝓductiua nō dicať itellectiua nec volitiua ſʒ executiua/ apparet. qm̄ potētia exequēs seu ꝓducēs significat cām ⁊ cōnotat effectum ab ipa causaliter actualiť ꝓcedētē. potētia aūt executiua seu ꝓductiua significat eādē cām ⁊ cōnotat effectū tm̄ vt sibi possibilē nō vt actualiť existentem. nec potētia aūt intellectiua nec volitiua nec intelligēs actualiť neqꝫ volēs cōnotat nec īportat aliqđ ab ipa potētia itellectiua vl̄ volitiua vl̄ intelligēte actualiť vel volēte distīctū qđ tali potētie sit possibile effectiue. nō eīm oē obiectū ab aliq̄ itellectū vl̄ intelligibile volitū vel volibile ē ipsi possibile effectiue. ergo dei potētia vt est entis possibiľ causaliter ꝓductiua nō dr̄ intellectiua nec volitiua ſʒ executiua. ¶ Confirmať. qꝛ si de⁹ ꝑ impossibile nihil intelligeret neqꝫ vellet/ nec intelligere nec velle posset/ ⁊ tm̄ oīm possibiliū sicut est mō causatiuus existeret: diceretť non minus ꝙ̄ nūc habere potētiam executiuā nō aūt intellectiuā nec volitiuā. e cōuerso aūt si de⁹ nihil efficere posset: ⁊ tamen oīa sicut mō intelligeret ⁊ vellet: diceretur in ipso esse tā intellectiua ꝙ̄ volitiua potētia sicut mō nō aūt executiua: cum ista respiciat obiectum nō vt intellectum vel intelligibile nec vt volitum nec vt volibile: sed tantum vt effectum seu causatum vel effectibile siue causabile. ergo nec diuina essentia dicitur esse potentia intellectiua nec volitiua vt est possibilium creatiua seu causaliter productiua: nec dicitur potentia executiua seu creatiua vt est eorum intellectiua vel volitiua: ſʒ dicitur intellectiua ⁊ volitiua in ordine ad obiectum intelligibile ⁊ volibile. executiua autem in ordine ad ens possibile vt ab ea producibile ⁊ realiter causabile. quare ⁊c. ¶ Quartum ⁊ vltimum: vʒ ꝙ dei executiua potētia sit ab eius intellectu ⁊ voluntate indistincta totaliter in re extra: apparet. quoniam excepta diuersitate ꝑsonarū inter nulla alia est in diuinis aliqua diuersitas sed totalis identitas in re extra. sed huiusmodi potētie diuine non possunt distingui sicut persone: cum personis omnibus sint communes. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia non magis iste potentie distinguuntur in diuinis ꝙ̄ in creaturis: sed in creaturis sunt totaliter indistincte exceptis diuersis effectibus connotatis. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. quoniam eadem essentia anime intellectiue vel angeli est intellectiua potentia volitiua ⁊ motiua seu executiua. ipsa enim est imediatuʒ principiū intellectionis volitionis ⁊ localis motionis. ⁊ ideo denominatur potentia intellectiua in ordine ad intellectioneʒ volitiua in ordine ad volitionem: ⁊ motiua in ordine ad motionem. Idēʒ apparet de anima sensitiua que ē multiplex potētia sensitiua: videlicet visiua auditiua ⁊ oēs alia sensitiua in ordine ad actus diuersos sentiēdi: quorum omnium ipsa est immediatū pricipium vt alias ꝓlixius est ostensum ⁊ in secundo ostēdetur vbi de diuersitate vel identitate potentiarum ab essentia inquiretur. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc apparet. ꝙ nec verum dicunt illi qui ponunt ꝙ in deo non est potentia executiua sed intellectiua ⁊ volitiua: nec illi qui dicunt ꝙ est in ipso potentia executiua tamen distincta ab intellectiua ⁊ volitiua potentia in re extra. quoniam aut primi intelligūt per potentiam aliquid a deo ⁊ ab effectu ⁊ possibili distinctum: ⁊ sic est verum ꝙ in deo non est potētia executiua nec etiam intellectiua nec volitiua: aut ꝙ diuina essentia non est seipsa potentia executiua: sicut intellectiua ⁊ volitiua. ⁊ sic falsum accipiunt euidenter. quoniam sicut deus per suam essentiam intelligit ⁊ vult omne intelligibile: ita ⁊ ꝑ eādem potest producere seu causare omne possibile. sed sicut omne intellectum intelligibile est potentia intellectiua: ⁊ volitiuum volibile potentia volitiua: ita ⁊ productiuuʒ ⁊ effectiuum possibile est potentia executiua: cum nec per potentiam executiuaʒ sit aliud intelligendū ꝙ̄ principium alicuius effectus possibiľ causaliter ꝓductiuū: ⁊ maxime effectus trāseūtis nō immanētis seu ī producēte existētis: sicut sunt act⁹ cognitiui ⁊ appetitiui. ergo ⁊c. ¶ Qđ etiaʒ dicūt alii: vʒ potentiam executiuam diuinā esse ab intellectu ⁊ a volūtate distinctā in re extra/ est omnino impossibile: intelligendo ꝑ hmōi potentias illud tm̄ quo de⁹ intelligit vult ⁊ agit. qm̄ nec de⁹ intelligit aliqđ nec vult nec facit realiter seu ꝓducit nisi tm̄modo per seipsum nō per aliquid distinctum aliquo modo a sua essentia in re extra. ergo ⁊ cetera. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quia potentia dei tam intellectiua ꝙ̄ volitiua semper fuit est ⁊ erit in actu suo. qđ non potest dici de eius

potentia executiua. licet enim semper deus creaturam intellexerit ⁊ voluerit/nõ tñ semꝑ eã produxit. sed põs ille potẽtie sunt distincte/quarum vna est semper in actu suo ⁊ non alia. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc facile est respõdere. q̃m cũ assumitur in maiore ꝙ potentia intellectiua ⁊ volitiua dei est semper in actu suo: nõ autem potentia eius executiua: aut ꝑ huiusmodi actum intelligit aliquid ab ipsa potentia differẽs ⁊ in ea realiter existẽs: modo quo actus intelligẽdi ⁊ volendi creature intellectualis dicitur actus eius. ⁊ vt sic falsum est qd̃ accipit. q2 nec potẽtie intellectiue diuine nec volitiue nec executiue ẽ actꝰ aliquis sic acceptus. aut ꝑ actum intelligit potẽtia ipsa tñ: ⁊ sic etiam falsum assumit. q2 omnis diuina potẽtia fuit est ⁊ erit semꝑ ĩ actu suo: cũ sit necesse esse ⁊ actꝰ purꝰ. aut per huiusmodi actũ intelligit tertio aliquid a deo distinctum qd̃ nõ est in eo sed põt fieri ab ipso: vt actus potẽtie executiue dicat esse effectus in esse positꝰ. ⁊ actus potẽtie intellectiue obiectum intellectũ ⁊ actꝰ potẽtie volitiue obiectum volitũ. ⁊ sic maior assumpta est vera: vꝫ ꝙ potẽtia intellectiua ⁊ volitiua dei semꝑ est fuit ⁊ erit ĩ actu suo. q2 semꝑ fuit ẽ ⁊ erit obiectũ intellectum ⁊ volitum: nõ autẽ potẽtia executiua. q2 nõ semper habuit effectum ꝓductum. sed tunc minor sub maiori sic intellecta sumpta est falsa: q2 dicere intellectum ⁊ voluntatem semꝑ esse in actu suo non autem potentiã executiuã/nõ est aliud q̃ dicere deum semper aliquid intellexisse ⁊ voluisse: nõ autẽ effectũ ꝓductum aliquẽ habuisse. sꝫ non sequitur: deus ab eterno oĩa intellexit ⁊ q̃ sunt facta fieri voluit: nõ aũt ab eterno ea fecit sed ex tꝑe: ꝗ ꝑ aliud ea intellexit ⁊ fieri voluit ⁊ ꝑ aliud ipsa fecit. ꝑ idẽ eñ vꝫ ꝑ suam essentiã ipsa itellexit ⁊ fieri voluit ac fecit causalit̃ q̃n fecit. nec magis creatio est ꝑter ipsum vt creantẽ ⁊ effectum creatũ aliq̃d ab vtroq3 distinctũ: q̃ intellectio sua vel volitio distinguat ab ipõ intelligente ⁊ volẽte ⁊ ab obiecto intellecto ⁊ volito. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est sciendum ꝙ dei omnipotẽtiã supradictã esse respectu oĩa possibilis/põt dupliciẽ intelligi. Uno modo sic. ꝙ deus possit in omne possibile ꝑ seipsum sine quocũq3 alio cõcausante. Alio modo ꝙ possit in oẽ possibile mediãte aliq̃ causa scd̃a secum causaliter cõcurrẽte. vel etiã tertio mõ ꝙ posset in aliquod possibile ꝑ se ⁊ in aliud nõ/nisi mediãte aliqua causa secũda secũ concausante. ¶ Hoc p̃misso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ nulla causa scd̃a potest in effectũ aliquẽ sine prima secũ principaliter causalit̃ cõcurrẽte. ¶ Hec in scd̃o ꝓlixius explicãda ⁊ ꝓbanda/appꝫ. q̃m nulla causa ex se indeterminata ad mĩta in que oĩa nõ põt simul/põt in aliquod corũ magis q̃ in alterũ nisi velꝑ se possit se determinare ad illud: vel virtute alterꝰ cause concurrentis ipaꝫ determinãtis ⁊ cũ ea cõcausantis. sꝫ oĩs cã scd̃a est ĩdeterminata ad effectus diuersos eiusdẽ speciei in quos nõ potest simul: sed in vnũ post aliũ successiue: nec põt se determinare magis ad istum modo producendũ q̃ ad aliũ: cum tñ ɔstet sic ipsam agere: vꝫ nũc ad istũ ⁊ postea ad aliũ effectũ causalit̃ ꝓducẽdũ. ꝗ hoc hꝫ esse a prima cã ipsaꝫ determinãte ⁊ secũ ad oẽm effectum sibi debitum cõcausante. ¶ Confirmat. q2 posita causa totali alicuius effectus/põt poni ille effectus quocũq3 alio circũscripto. sed ad nullaꝫ scd̃am cãm positam põt seq̄ effectꝰ aliq̄s sine p̃ma: cũ ipsa possit oẽꝫ effectũ cuiuscũq3 cause secũde suspẽdere: qd̃ nõ possꝫ vt videt̃ facere/si cã scd̃a esset effectus ipsi debiti ꝑ modũ cause totalis virtualit̃ contentiua. ergo ⁊c. ¶ Secunda ɔclusio est. ꝙ causa secunda põt in effectum sibi debitum prima cã coagente secũ ad ipsum. ¶ Hec est euidẽs. q̃m cõstat ꝙ diuersi effectꝰ sequunt̃ ad p̃sentiam diuersoꝝ entiũ creatoꝝ: vt vnus ignis ad aliũ/vna aqua ad aliam/calor ad calorẽ: et sic de aliis. sed nõ magis ad ignẽ vnũ sequeret̃ aliꝰ q̃ aqua nec ad vnaꝫ aquã alia q̃ ignis/⁊ sic de aliis/nisi vnũ entium creatorum esset vnius ⁊ nõ alterꝰ p̃ncipium ꝓductiuum. nõ potest aũt aliquod ens creatum aliq̃d ꝓducere ꝑ se tñ sine prima causa cõcausante secũ vt dictum est in conclusione alia. ergo ⁊c. ¶ Confirmat. q2 vt sepe alibi dictum est/ex nullo alio arguimus neq3 scimꝰ vnũ esse cãm alterius ꝓductiuam nisi q2 videmus ad vnum sequi alterum omni alio circũscripto: ⁊ ecõuerso ex hoc arguitur aliq̃d non esse causam alterius: q2 ad eius presentiã nunq̃ sequitur illud omni alio circumscripto. sed constat ꝙ ad p̃sentiam diuersoꝝ entium creatoꝝ sequũtur ⁊ fiunt diuersa. sic eñ ad p̃sentiam ignis sequit̃ forma ignis ⁊ ad p̃sentiam caloris vnius alius in passo disposito sibi ꝓpinquo/ꝙ nõ aliquis effectus alius. ergo diuersa entia creata sunt diuersoꝝ effectuum p̃ncipia ꝓductiua: ⁊ non ꝑ se vt dictum est sine prima causa. ergo ⁊c. ¶ Sed est hic dubiũ quõ vnus ⁊ ideꝫ effectꝰ põt eẽ a prima causa insimul ⁊ a secunda. q̃m aut totus effectus est ab vtraq3 causa/prima vꝫ ⁊ secũda: aut aliquid eius a prima ⁊ aliquid a secunda. sed primum non videtur esse possibile: quia tunc eiusdem effectus essent plures cause totales. nec secundum: quia tunc sequeret̃ ꝙ saltem ad illam partem effectus causa secunda ageret sine prima: qd̃ est cõtra conclusionem primam predictam. ¶ Ad hoc dubium respondebit̃ in secundo: vbi de ista materia prolixior erit sermo. pro nũc sufficit dicere ꝙ tam prima q̃ secunda causa agit ad totum effectũ cum nec secunda possit ad aliquid agere sine prima. nec tamen ex hoc sequitur qd̃ infertur: vꝫ ꝙ eiusdẽ effectꝰ sint plures cause totales. non enim causa totalis dicit̃ a qua totus effectus producitur: sed illa a qua sic totus effectus ⁊ totaliter producitur ꝙ nulla alia causa requiritur. hoc autem modo nulla causa secunda est totalis sed partialis causa sui effectus: licet attingat ipsum totum. quare ⁊c. ¶ Tertia cõclusio est. ꝙ prima causa potest in effectum aliquem sine secunda secũ causaliter cõcurrente. ¶ Hec est euidens. q̃m illud est possibile quod est de facto. sed omnia ingenerabilia et incorruptibilia sunt de facto ab ipsa causa prima sola sine aliqua causa secunda. q̃m omnis cause secunde effectus est generabilis ⁊ corruptibilis per naturam. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia omnis effectus est vel tantum a p̃ma causa vel a prima insimul ⁊ secunda. nõ enim aliquis potest esse a secunda sine prima vt dictum est supra. sed cõstat ꝙ nec materia prima/nec intelligẽtia/nec aliqua alia icorruptibilis creatura est effectus ab aliqua causa secunda. ergo tantum a prima. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cõclusio. ꝙ prima causa potest in omnem possibilem effectum sine quacunq3 causa secunda concausante secum. ¶ Hec sequitur corollarie ex omnibus conclusionibus aliis supradictis. Qd̃ apparet. ¶ Primo. quia secundũ primam conclusionem nulla causa secunda potest in effectum aliquem sine prima: sed in quẽcunq3 effectuꝫ potest causa aliqua perfectissima qualis est prima coagẽte secum alia/potest ⁊ per se tantummodo sine ipsa: cuꝫ nulla causa perfecta sit dependẽs necessario ab aliqua alia in agendo. ergo ⁊c. ¶ Secundo. quia secũdũ cõclusionem scd̃am cã secũda põt in effectum sibi debituꝫ prima coagente secum ad ipsum. sed in quẽcũq3 effectum potest causa prima cũ secũda/põt cũ sit ꝑfectissima sine ea. ꝙ eñ scd̃a nõ possit sine prima hoc est q2 imperfecta ⁊ dependens ab alio in agendo sicut et in essendo. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia secundum tertiã cõclusionẽ p̃ma cã

pōt ꝓducere ⁊ ꝓducit de facto effectum aliquē sine cau
sa scḋa vt oīe ingenerabile ⁊ incorruptibile.sed qua ra
tione potest ꝑ se sine omni causa alia secūda in hoc possi
bile/eadē in quodcūq; alteruꝫ:tū quia ista spiritualia
⁊ incorruptibilia sunt alijs ꝑfectiora:tū q: causa prima
est equiuoca respectu omnium possibilium effectuum:
nec per cōsequēs magis videtur esse vnius ꝙ alterius
totale principium productiuum.ꝗ ⁊c. ¶Confirmatur.
q: si causa scḋa est cum prima necessaria ad effectuꝫ ali
quē ꝓducēdū:aut hoc est ꝓpter ꝑfectionem:aut ꝓpter
imꝑfectionem eius.ſꝫ nō pōt poni primū.q: effectus ꝑ
fectior alijs oībus vt intellectualis creatura est a sola
prima cā nō ab aliqua scḋa.nec pōt dari secūdū: q: ma
teria prima ꝙ in gn̄e substātie est infima/similr̄ est cau
saliter a sola causa prima nō ab aliqua secūda.ergo ⁊c.
¶Quicquid sit de istis rationibus q: forsitan parū co
gunt/saltē vera est ⁊ tenēda conclusio quaꝫ intēdūt tā
rationes facte ꝓ ista ꝯclusione vltima ꝙ alie facte pro
alijs:veꝫ ꝙ deus est causa omniū ⁊ ꝙ pōt in quodcūq;
possibile ꝑ se solum. ¶Sic ad questionē. ¶Ad rationē
in principio ꝯcedo ꝙ deꝰ nō pōt peccare.q: solꝰ ille po
test peccare ꝗ est obligatus ad aliqd vitādū vel ad ali
quid opādū.deꝰ aūt nec ad aliqd operādū nec ad aliqd
vitādū ē obligatꝰ.ꝗ nō potest peccare.nec tn̄ ex hoc seq
tur qḋ infertur:veꝫ ꝙ nō possit in oē possibile.qm̄ ꝑ pos
sibile nō importat nisi aliqḋ positiuū absolutū vl̄ respe
ctiuū:supposito ꝙ respectus ab extremis sit distictus.
posse autē peccare importat illū de quo dicit esse ad ali
qd obligatū. ⁊ iō non magis sequit/deꝰ pōt in oīe possi
bile:ꝗ potest peccare:ꝙ sequatur/deꝰ potest in oīe pos
sibile:ergo est ad faciendum vel ad vitādū aliquid obli
gatus.quare ⁊c.

Secundo quæro vtrum in deo sit potētia respectu alicuꝰ īpossibilis. ¶Et
videt ꝙ sic.q: impossibile est intelligibile et
a deo actualr̄ intellectū.ſꝫ respectu cuiuscū
q; a deo intelligibilis videt esse ī eo potētia: cū deꝰ oīa
videat posse facere ꝙ potest intelligere.⁊ si non/saltē est
in eo respectu oīs intelligibilis potētia intellectiua.ꝗ
⁊c. ¶Contra.q: potentia ꝓductiua tm̄ respicit possi
bile fieri seu ꝓduci.ſꝫ īpossibile nō ē ꝓducibile.ergo ⁊c.
¶Responsio.vbi sic ꝓcedam. Primo eīm dicam ad q̄
stionem. Secūdo inquiram an omne impossibile impli
cet contradictionem.

Quantum ad primum: est sciendum
ad euidētiam dicēdorum ꝙ impossibile dr̄ dupliciter:veꝫ
simplicit ⁊ scḋm quid. Impossibile simpliciter ⁊ vr̄ est
illud cui repugnat esse totalr̄ sic ꝙ nō potest poni in eē
ab aliquo agēte. illud autē dr̄ eē impossibile scḋm qd si
ue singularit:qḋ nō pōt eē ab aliqua cā scḋa. tale enim
qm̄ nō est pōt dici impossibile fieri nō ī ordine ad qḋcūq;
agēs:ſꝫ tm̄ in ordine ad agēs creatū. ⁊ hoc modo etiam
large oē ens licꝫ naturalr̄ possibile alicui cause potest
dici impossibile vt cōparatū ad illam causam secūdam
a qua nō pōt fieri. Quocūq; hoꝝ modoꝝ accipiat īpos
sibile dupliciter pōt intelligi eē in deo potētiam aliquaꝫ
respectu eiꝰ.q: vno mō hoc pōt ītelligi de potētia ītelle
ctiua:⁊ alio mō de potentia eiꝰ ꝓductiua ⁊ causalr̄ seu
realr̄ effectiua. ¶Hoc premisso pono q̄tuor ꝯclusiōes.
Prīa ē.ꝙ ī deo ⁊ ēt ī q̄cūq; īellectuali natura creata ē
respectu cuiuscūq; īpossibilis ⁊ q̄cūq; p̄dictoꝝ modorū
accepti potētia intellectiua. ¶Hec apparet.qm̄ respe
ctu cuiuscūq; intelligibilis ab aliquo est in eo potētia
intellectiua.ſꝫ non tm̄ possibile ſꝫ etiā qualitercūq; im
possibile est tā a deo ꝙ ab oīmi intellectu creato intelli
gibile.nisi eīm intellectus creatꝰ tam possibile ꝙ impos
sibile intelligeret/īter possibile ⁊ īpossibile nō discerne
ret.qḋ ē falsuꝫ.ꝗ ⁊c. ¶Confirmat.quia sicut potētia vi
siua est respectu cuiuscūq; visibilis:⁊ omnis alia sensiti
ua respectu sui oīs sensibilis:ita ⁊ ītellectiua ē respectu
cuiuscūq; intelligibil.ſꝫ tam possibile ꝙ impossibile est
intelligibile.ꝗ ⁊c. ¶Secūda conclusio est:ꝙ in deo est
potētia effectiua respectu cuiuscūq; impossibilis scḋo
modo sumpti:veꝫ scḋm qd seu singularit. ¶Hec apꝑet.
qm̄ cū deus sit oīpotēs/ip̄e est effectiuus seu creatiuus
cuiuscunq; possibilis simpliciter.sed impossibile sic ac
ceptum est simpliciter possibile:cum non sit impossibi
le nisi in ordine tm̄ ad agēs creatum:mō quo possunt di
ci impossibilia tā materia prima ꝙ etiam alia oīa inge
nerabilia ⁊ incorruptibilia:ꝗ tn̄ constat esse facta ⁊ per
ꝯñs simplicit esse possibilia.ꝗ ⁊c. ¶Confirmat.q: non
magis est in deo potētia ꝓductiua vnius ꝙ cuiuscūq;
alteriꝰ simplicit possibil/ tn̄ naturalr̄ impossibil.ſꝫ cō
stat ꝙ in ip̄o est potētia ꝓductiua seu causatiua alicuꝰ
naturalr̄ fieri īpossibilis:cū ⁊ de facto mlt̄a talia sint ꝓ
ducta ab eo/vt omnia ingenerabilia ⁊ incorruptibilia
ergo ⁊c. ¶Preterea.qḋ non pōt fieri ab aliqua causa se
cunda nec a prima/est simplicit ⁊ totalr̄ impossibile.ſꝫ
aliquid cuicūq; cause secūde impossibile supponit esse
possibile:ꝗ oportet illud fieri posse tm̄ a prima causa.q̄
re ⁊c. ¶Confirmat.q: vt dictum est in alia questione/in
deo est potētia cuiuscūq; possibilis effectiua quacunq;
cā alia circūscripta.ꝗ ⁊c. ¶Tertia ꝯclusio est.ꝙ ī deo
nō est potētia effectiua impossibilis p̄mo modo sumptī:
veꝫ īpossibil simplicit ⁊ vr̄. ¶Hec apꝑet.qm̄ sicut po
tētia intellectiua nō ē nisi intelligibilis ⁊ sensitiua sensi
bilis:ita nec potētia effectiua seu causatiua dr̄ eē nisi ali
cuiꝰ realr̄ fieri possibil.ſꝫ simplicit īpossibile a nullo pōt
realr̄ fieri.oē eīm qḋ pōt ab aliq fieri ē simplicit possibile
eē.ꝗ ⁊c. ¶Cōfirmat.q: cū ꝗ ē īpossibile eē potētiā īpossi
bilis simplicit effectiuā:sicut n̄ eē aliquā potētiā alicui
ius simplicit fieri possibilis ꝓductiuā.ſꝫ scḋm eū īpossi
bile:cuꝫ nihil sit effectibile nec ꝓducibile a seipso.ꝗ ⁊c.
¶Quarta ⁊ vltia conclusio ē.ꝙ licet in deo sit potētia
intellectiua nō aūt effectiua alicuꝰ simplicit impossi
bil/ex hoc nō sequit ꝙ hmōi potētie sint ī deo distincte
veꝫ potētia ītellectiua ⁊ effectiua. ¶Hec apꝑet.qm̄ po
tētia effectiua dei nō est aliud ꝙ illud ꝑ qḋ deꝰ pōt rea
liter in eē ponere oē possibile:nec intellectiua nisi illud
ꝗ intelligit oē intelligibile.ſꝫ ꝑ vnū ⁊ idē veꝫ ꝑ suā essen
tiā nō ꝑ aliqd ab ea distinctū deus intelligit oē ītelligi
bile ⁊ pōt ꝓducere oē possibile:ꝗ eius intellectiua potē
tia est ab eiꝰ potētia effectiua īdistīcta totalr̄ in re ex.
¶Confirmat.q: ꝙ īpossibile possit a deo intelligi ⁊ nō
effici/hoc n̄ ē ex diuersitate potētie ītellectiue ⁊ causati
ue seu executiue dei.q: esto ꝙ hmōi potētie diuīe ꝑ īpos
sibile eēnt distincte/adhuc īpossibile hꝫ concedi eē intel
ligibile nō aūt effectibile.nō eīm ipsi repugnat intelligi
sed fieri.ſꝫ nō est īcōueniēs dicere vnū ⁊ idē eē possibile
⁊ nō possibile.ꝗ licet ipsa diuina essentia sit ītellectiua
⁊ effectiua potētia/nō sequit ꝙ ip̄a sit potētia nisi respe
ctu possibil ꝗle nō ē impossibile effici ſꝫ ītelligi.q̄re ⁊c.

Sed cōtra hoc arguit quidā doctor:&
ꝓbat ꝙ dei potētia executiua ē ab eiꝰ intellectu ⁊ volū
tate distīcta. ¶Primo.q: oēs ille potētie sūt distīcte q̄rū
vni aliqd ꝯuenit qḋ repugnat alteri.ſꝫ diuīe potētie exe
cutiue ꝯuenit agere ad ex:qḋ repugnat ītellectui ⁊ volū
tati:qbꝰ ꝯuenit agere ad ītra:qḋ repugnat potētie exe
cutiue.ꝗ ⁊c. ¶Scḋo.q: qn̄ aliqua sunt eiusdē rōnis/q̄c
qd est ꝑ se idē vni eoꝝ/⁊ reliquo.ſꝫ potētia volitiua ⁊ in
tellectiua sunt eiusdem rationis in deo ⁊ in nobis:ergo

quicquid est idez formaliter cū volitiua vł intellectiua diuina/⁊ cū nostra. sed ꝯstat ꝙ potētia executiua nō est idē in nobis cū potētia volitiua nec cū potētia intellectiua. ergo ⁊c. ❡ Tertio. qꝛ cognitū ⁊ nō cognitū oportet eē distincta. sꝫ potētia volitiua dei a mītis ꝑhis fuit cognita: quibus eiꝰ executiua potētia fuit ignota: cū eaꝫ negauerint. ergo ⁊c. ❡ Quarto. qꝛ idē nō pōt eē principiū ꝓducēdi aliqd necessario ⁊ ꝯtingēter. sꝫ volūtas diuina ē pncipiū ꝓducēdi spm̄ scm̄ necessario: potētia aūt dei executiua est principium producendi quodlibꝫ ens creatum contingenter. ergo ⁊c.

Circa distinctionem quadragesimã quartã in q̃ magr̃ determinat de diuine potẽtie ꝑfectiõe ⁊ inuariabilitate: Quero ꝑ̃mo. Utrũ deus posset facere aliḋ vniuersuꝫ ꝑfectius isto qḋ fecit ⁊ existit de facto.❡ Et videł ꝙ sic.qꝛ deus posset ꝓducere alias creaturas ab oĩbus actualr existẽtibꝰ ex quibꝰ ꝯstat mundus:⁊ ꝑfectiores eis.sed oĩbus mũdi partibus variatis ⁊ ꝑfectioribus effectis istis nunc existentibus/totũ vniuersum esset aliud ⁊ ꝑfectius ꝙ̃ sit mõ:cũ nec ꝑ vniuersũ siue mũdũ sit intelligendũ aliqͥd qḋ ab eius oĩbus partibus sit distinctũ.ergo ⁊c.❡ Cõtra.qꝛ ꝑ̃ncipaliores partes vniuersi sũt substãtie que nõ sunt intẽsibiles nec remissibiles.sꝫ eorũ q̃ nõ sunt intensibilia nec remissibilia vnũ nõ põt esse ꝑfectius altero.ergo nec substãtie q̃ sũt vniuersi partes ꝑ̃ncipaliores/possunt fieri ꝑfectiores:nec ꝑ ꝯñs ipe mũdus:cũ totũ nõ sit ꝑfectius eius ꝑtibꝰ ⁊ maxime ꝑ̃ncipalioribꝰ existẽtibus nũc ꝑfectis equalr sicut ante.❡ Respõsio.vbi sic ꝓcedã. Primo enim premittam aliqua ad questionis expositionem.Secũdo procedam ad eius solutionem.

Quantum ad primum premitto duo.

quorũ ꝑ̃mum est.ꝙ sicut ꝑ ꝑ̃dicamentũ est intelligenda tota coordinatio seu multitudo ꝑ̃dicabiliũ(licet eñ q̃s ꝙ genus gñalissimũ dicał ꝑ̃dicamentũ:ꝓprius tñ tota multitudo ꝑ̃dicabiliũ dicał ꝑ̃dicamentũ)ita ꝯsimilr ꝑ vniuersum siue mũdum nõ est intelligendũ aliqḋ vnũ tãtuꝫ sed tota multitudo oĩꝫ entiũ creatoꝝ.nõ eñ ens increatũ ꝑ̃mum est vniuersi seu mundi de quo hic querił pars aliqua sed ꝑ̃ncipiũ siue causa.❡ Secũdũ ꝑ̃mittendũ ẽ.ꝙ cũ entiũ creatoꝝ quoꝝ multitudo dicitur vniuersum:alia sint substãtie ⁊ alia accidẽtia:ꝑ ꝯñs dupl'r vł tripl'r

citer posset intelligi mundũ fieri meliorẽ isto. Uno enim mõ posset hoc intelligi loquẽdo de bonitate substantiali: sic videlicet ꝙ fierẽt creature substãtiales alie ab omnibus istis ⁊ ꝑfectiores eis. Alio mõ loquẽdo de bonitate accidentali seu accidẽtiũ: sic ꝙ fierẽt oĩa accidẽtia alia ab istis ꝙ nũc sunt distincta ⁊ eis ꝑfectiora. Uel tertio mõ intelligẽdo de omnibus istis simul/videlicet tã de substãtijs ꝙ de accidẽtibus. Et quocũ istorũ modorum intelligatur aliũ mũdũ meliorẽ isto fieri: dupliciter põt intelligi. Uno modo ꝙ alius mũdus melior isto esset distinctus specie ab isto. Et alio mõ ꝙ esset distinctus ab eo solo numero/⁊ specie idẽ cũ eo. aliter eñ eorum que sunt diuersa specie vnũ est melius seu ꝑfectius alio ⁊ aliter eorum que solo numero distinguũtur. eorũ eñ q̃ specie distinguuntur: sic vnũ est ꝑfectius alio necessario: ꝙ nõ possunt esse eque ꝑfecta ambo. nõ sic autẽ est de illis que sunt idẽ specie ⁊ solo numero distinguũtur ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secundum: vbi est respõdendũ ad q̃stionẽ: pono quatuor ꝯclusiones. ¶ Prima est. ꝙ deus posset facere aliud vniuersum secundum speciẽ vel saltẽ solo numero ab isto ⁊ ꝑfectius ipso: loquẽdo de bonitate accidẽtali. ¶ Hec est euidẽs. quoniam ꝯstat ꝙ deus posset facere alia accidẽtia ab omnibus que sunt facta ⁊ eis ꝑfectiora/ vel specie vel saltẽ numero ab omnibus istis existẽtibus nũc/distincta. sed accidẽtibus omnibus vniuersi ꝑfectioribus effectis ⁊ vniuersum ipsum esset accidẽtali bonitate melius siue ꝑfectius ꝙ sit mõ. ergo ⁊c. ¶ Maior est euidẽs. quia omni forma intensibili ⁊ remissibili data põt fieri alia ꝑfectior intẽsiue vel specie vel saltem numero distincta ab ipsa. sed oĩa accidẽtia que nũc sunt ⁊ alias in vniuerso fuerũt sunt itẽsibilia ⁊ remissibilia. ergo eis omnibus sunt possibilia alia ꝑfectiora. ¶ Confirmatur. quia cõstat ꝙ deus posset oĩa accidẽtia destruere remanentibus omnibus substãtijs q̃ sunt mõ/vt videbitur in scdo. sed eis destructis nõ esset deo impossibile vel reparare eadẽ vel ꝓducere alia eis ꝑfectiora vel imꝑfectiora vel equalia cũ in hoc nulla impossibilitas seu ꝯtradictio implicetur. quare ⁊c. ¶ Secũda cõclusio est. ꝙ deus põt facere vniuersum isto ꝑfectius etiã loquẽdo de bonitate substantiali substãtiarũ intensibiliũ ⁊ remissibiliũ: supposito ꝙ alique substãtie sint tales. de quo supposito videbitur in secũdo. ¶ Hec apparet ⁊ ꝓbatur cõtuniliter sicut prima. ¶ Tertia cõclusio est. ꝙ deus non põt facere aliud vniuersum ab isto solo numero distinctũ ⁊ eo melius: loquẽdo de bonitate substãtiali substãtiarũ inintensibiliũ ⁊ irremissibiliũ. ¶ Hec est euidẽs. quoniam eorũ que sunt eiusdem speciei inintẽsibilis ⁊ irremissibilis/neutrũ põt esse ꝑfectius seu intẽsiue melius altero. sed que solo nũero sunt distincta oĩa sunt eiusdẽ speciei: ergo neutrũ taliũ inintensibiliũ ⁊ irremissibiliũ põt esse ꝑfectius ꝙ alterũ. ex quo sequitur ꝓpositũ/videlicet ꝙ vniuersum nõ potest fieri melius isto ⁊ diuersum solo numero ab eo quantũ ad substãtias inintẽsibiles ⁊ irremissibiles eius partes. ¶ Cõfirmatur. quia nullũ eorũ q̃ sunt eiusdẽ speciei est altero ꝑfectius nisi quia ꝯpositius. nec eñ vna albedo est alia intẽsior seu perfectior nisi quia cõpositior: immo idẽ est dicere vnã albedinẽ esse alia intensiorẽ seu intẽsiue ꝑfectiorẽ: ⁊ ipsam esse ex pluribus indiuiduis albedinis indistantibus constitutam: ⁊ per consequens compositiorem. sed quod est inintensibile ⁊ irremissibile/non est ex indiuiduis pluribus eiusdem rationis componibile: sicut vnus angelus non potest cõponi ex multis angelis: nec vna anima intellectiua ex multis animabus: sicut vna albedo componitur ex diuersis albedinibus. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cõclusio est. ꝙ an deus possit facere aliud vniuersum specie ab isto ⁊ perfectius eo/ loquendo de bonitate omnium substantiarum/non est bene certum. probabilius tamen ⁊ rationabilius est tenere ꝙ sic ꝙ ꝙ non. ¶ Hec declaratur. Primo quãtum ad primam partem/videlicet ꝙ nõ sit totaliter certum posse fieri aliud vniuersum ab isto secundũ speciem quantũ ad omnes eius substantias melius. quoniam omne nobis certum vel est in scriptura contentum vel ab ecclesia determinatum: ⁊ per consequẽs creditum: vel per se notum vel demonstrabile ex alijs per se notis. sed constat ꝙ ista conclusio/videlicet ꝙ tale vniuersum posset fieri/nõ est in scriptura explicata nec per ecclesiã determinata nec per se nota nec demõstrabilis ex alijs per se notis. non eñ videtur posse demõstrari nisi vel ex hoc ꝙ in speciebus substantiarum non est status eundo versus superius nec etiam descendendo inferius. sed quecunque substãtia data quantumcunque perfecta est possibilis alia perfectior alterius speciei: ⁊ quacunque similiter data quantumcunque imperfecta potest esse alia specie distincta imperfectior in infinitum. vel forte per hoc quia licet sit status in substantijs ad substantiam supremam qua nulla alia potest esse perfectior: ⁊ ad infimam vt forte ad materiam vel ad aliquam aliam qua nulla substãtia specie distincta potest esse imperfectior: tamen de facto nec est substãtia suprema nec infima possibilis. sed nulla istarum propositionum ex quarum altera sequeretur ⁊ probaretur conclusio ista de qua hic agitur est per se nota. ergo ⁊c. ¶ Secunda pars/videlicet ꝙ probabilius ⁊ rationabilius sit tenere conclusionem illam affirmatiuam ꝙ ipsi oppositam negatiuã/probatur. Primo. quia non magis in accidentibus ꝙ in substãtijs videtur esse possibilis talis processus in infinitum: tam ad superius ascendendo ꝙ ad inferius descendendo. sed vtroque istorum modorum est processus in infinitum in speciebus accidentium. ergo ⁊ in speciebus substantiarum. Ex hoc autẽ sequitur euidenter propositum/videlicet ꝙ possit fieri aliud vniuersum melius isto ⁊ specie distinctum ab eo: non tantum quantum ad eius partes accidentales sed etiam quantum ad omnes substantias. ¶ Minor videlicet ꝙ in accidentium speciebus sit processus in infinitum vtroque istorum duorum modorum/ declaratur per exemplum de actibus intelligendi aliquod obiectum imperfectius ipso actu: ⁊ de actu intelligẽdi obiectum perfectius. quoniam ab actu intelligendi obiectum imperfectius/vt albedinem quam constat esse intellectione imꝑfectiorẽ/est processus in infinitũ ad actus reflexos specie distinctos: quorum posterior semper est perfectior ⁊ distinctus specie a priori: cũ sit nobilioris obiecti ⁊ specie distincti ab obiecto actus prioris. primus eñ actus intelligẽdi reflexus cuius obiectũ est actus rectus ad albedinem terminatus alterius speciei ⁊ perfectioris est ab actu recto: sicut actus rectus eius obiectum est distinctus specie ab albedine ipsius actus recti obiecto ⁊ perfectior ea. ⁊ eadem ratione secundus actus intelligendi reflexus ad primum terminatus est secundum speciẽ perfectior ꝙ sit primus: quia videlicet est perfectioris obiecti ⁊ alterius speciei. ⁊ sic semper ascẽdẽdo siue multiplicãdo huiusmodi actus reflexos quãto actus reflexus est vlterior tanto est secundum speciẽ perfectior. sed in actibus huiusmodi reflexis non est dare vltimũ: cum in eis sit processus in infinitum. ergo ⁊c. Ab actu autem intelligendi obiectum perfectius ipso actu/vt ab actu intelligendi angelum vel deum est processus in infinitum ad actus reflexos aliter/quia videlicet semper ad imperfectiorem actum secundum speciẽ descendẽdo: quia semper in isto processu actus vlterior seu posterior habet obiectum imperfectius secundum speciem ꝙ prior. ergo ⁊c. ¶ Secũdo ad idem arguitur. quia esto ꝙ nec in speciebus accidentiũ nec substãtiarum sit

talis in infinitum processus: sed sit in eis status tam ad perfectius ascendendo q̄ ad imperfectius descendendo: tamen non habetur nec constat ꝙ deus de facto produxerit indiuidua specierum infimarum / nec supremarum seu vltimate perfectarum possibilium. sed cōstat ꝙ si talis non produxit potest vtiq̄ nō obstante statu in speciebus creaturarum possibilium producere vniuersum perfectius isto vel imperfectius secūdum speciem tam quantum ad accidentia q̄ etiam quātum ad substātias eius partes. ¶ Confirmatur. quia nihil est dicēdum deo esse impossibile nisi contradictionē vel incōpossibilitatē videatur includere manifestā. sed deū facere aliquā creaturam suprema nunc existente perfectiorem / vel etiam infima imperfectiorem / nullam videtur includere contradictionem: esto ꝙ in talibus creaturarum speciebus sit status tam versus superius q̄ versus inferius seu imperfectius: cum vt dictum est nō constet de facto esse creaturam aliquam speciei possibilis infime nec supreme. ergo ⁊c̃. ¶ Et si contra hoc arguatur per Augustinū dicentem in libro cō. Duo fecisti domine. vnum prope te / ⁊ aliud prope nihil. sed quod est prope deum videtur esse sic perfectum ꝙ nihil eo perfectius esse possit: sicut ecōuerso quod est prope nihil sic imperfectum ꝙ nihil possit esse imperfectius eo. ¶ Ad hoc posset dici ꝙ Augustinus vocat illam substantiam prope deum qua nulla alia nobilior est de facto / sicut est natura angelica: ⁊ ecōuerso illā vocat prope nihil qua nulla alia ē imperfectior similiter de facto / qualis est materia. sed ex hoc ꝙ est dare substātiam prope deum quia est perfectior omni alia creatura actualiter existēte / nō sequitur ꝙ sit prope deū sicut perfectior omni creatura possibili nūq̄ facta: sicut nec quia materia est prope nihil respectu oīs substantie alterius actualiter existētis / forte habetur ꝙ deus non possit facere aliquam aliam substātiam alterius speciei ab omnibus quas nunq̄ fecit: que quidem si fieret esset imperfectior ipsa materia. quare ⁊c̃. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

Secundo quæro vtrū deus posset facere alium mundum ab isto manente localiter indistantem. ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniam constat ex questione alia ꝙ deus potest facere aliud vniuersum ab isto: qđ quidez si fieret istud qđ nūc est destrui non oporteret. sed quecunq̄ entia creata simul existentia possunt per diuinam potentiam esse indistantia: cum etiam in eodem loco simul possint esse plura corpora. ergo ⁊c̃. ¶ Contra. quia qua ratione posset fieri vnum aliud vniuersum numero vel specie ab isto ⁊ indistans ab eo / eadem posset fieri tertium ⁊ quartum in infinitum. sed hoc videtur impossibile videlicet esse tot vniuersa indistantia. ergo ⁊c̃. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim dicam ad quesitum: videlicet an deus posset facere aliud vniuersum isti contiguum. Secundo ex hoc inferam vnum corollarium: videlicet ꝙ deus posset facere multa que nunq̄ faciet neq̄ fecit.

Quantum ad primum: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ deus posset facere aliud vniuersum distinctum solo numero ab isto ⁊ specie idem cuz eo. ¶ Hec probatur. quoniam totum vniuersum creatum consistit in sphera vltima corporali omnia continente / ⁊ in creaturis alijs corporalibus ⁊ spiritualibus in ea vel sub ea contentis / ⁊ per consequens totum vniuersum esset aliud ⁊ variatum istis omnibus eius partibus variatis tam cōtinente videlicet q̄ contentis. sed constat ꝙ deus posset facere alias creaturas ab istis omnibus solo numero differentes: vt aliud celum alia elemēta ⁊ alia oīa elemētata corpora siue mixta ⁊ alias substantias spirituales ab istis omnibus / et sic de omnibus alijs creaturis partibus vniuersi. ergo ⁊c̃. ¶ Minor apparet. quoniam nullum ens est naturaliter immultiplicabile nisi primum. omne aliud ens creabile vel creatum potest habere alterum sibi simillimum ⁊ equale in perfectione. non enim est possibile aliqđ ens creatum cui sit impossibile alterum eque perfectum. quoniam aut tale ens potest intendi vt albedo: aut non vt angelus. sed quocunq̄ istorum dato habetur intentū. nec enim potest fieri vna albedo cui non possit fieri alia equalis / nec angelus cui non possit fieri alius angelus equalis. sed oīa perfecte similia ⁊ in perfectione equalia sunt eiusdē speciei. nulla enī specie distincta sunt nec esse possunt perfecte similia nec equalia. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ante hoc celum productum deus potuit facere alterum / et ante istam terram aliam numero solo ab ista distinctā et sic de alijs omnibus creaturis / tam corporalibus q̄ spiritualibus. ergo ⁊ modo posset idem facere existentibus istis omnibus productis. ¶ Antecedens est euidens. quoniam non minus celum ⁊ terra est res multiplicabilis q̄ angelus ⁊ anima intellectiua: cum vt dictū est / nullum ens sit immultiplicabile nisi primū / vt alias etiam in precedentibus prolixius est ostensum. quare ⁊c̃. ¶ Consequentia etiam apparet. quoniam non magis vnum celum repugnat alteri iam producto / nec vna terra alteri existenti / et sic de alijs: q̄ vnus homo alteri homini / vel angelus angelo. que enim sunt eiusdem speciei non possunt habere absolute repugnantiā ad essendum / licet aliquibus repugnet existere isto modo videlicet in eodem subiecto. quare ⁊c. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ etiam deus posset facere aliud vniuersum distinctum specie ab isto. ¶ Hec probatur. quoniam nihil est dicendum esse deo impossibile nisi qđ contradictionem videtur continere seu includere. sed fieri aliud vniuersum ab isto distinctum specie non videtur aliquam contradictionem nec repugnantiā seu incōpossibilitatē includere. nulla enim apparet cōtradictio fieri alias creaturas que sunt partes vniuersi specie distinctas ab illis que actualiter nunc existūt: vt aliud celum siue continēs vltimum a celo isto specie distinctum: in quo continēte ac isto celo specie differente omnia alia contenta creata essent similiter specie diuersa ab omnibus creaturis tam spiritualibus q̄ corporalibus istius vniuersi partibus sub vltima sphera contentis. sed constat ꝙ sicut diuersitas numeralis omniū partium vniuersi argueret vniuersum numero eē distinctum: ita ⁊ diuersitas earum secundum speciem argueret ipsum specie esse distinctum. ergo ⁊c̃. ¶ Et si forte dicatur ꝙ non posset fieri aliqua creatura intellectualis distincta specie a iam factis: ⁊ ita cum ipsa sit pars principalior vniuersi / per consequens sequitur ꝙ nō possit fieri aliud vniuersum ab isto specie distinctū. ¶ Ad hoc videtur esse dicendum ꝙ ratio ista deficit tam in antecedente q̄ in consequētia: quia ⁊ antecedens falsum accipit / nec ex ipso esto ꝙ esset verū sequeretur consequēs qđ concludit. ¶ Primum probatur. quoniam ex nullo videtur posse probari esse impossibile fieri creaturam intellectualem alterius speciei ab omnibus iam productis. immo talem esse possibilem videtur probari posse ex hoc: quia cum tot sint species nature intellectualis spiritualis / ⁊ maxime secundum ponētes omnem angelum specie esse distinctum a quolibet aliorum: per consequens cum non sit nisi tantum vnica species nature intellectualis corporal' videlicz hominis / satis probabile ⁊ verisile est alias spēs nature itellectual' corpalis esse

possibiles ab ista vnica specie hominis existẽte vt videtur: et omnes species seu indiuidua omnium specierum possibilium nature intellectualis: videlicet angelorum actualiter existere: ⁊ maxime si in indiuiduis diuersarũ specierum est possibilis processus in infinitum sicut in indiuiduis eiusdẽ specifice rationis: qđ ⁊ videtur probabile vt dictum est in alia questione. ergo ⁊c. ¶ Secundũ vez ꝙ esto ꝙ p̃dictum antecedẽs suppositum esset verũ / adhuc non sequeretur consequẽs illatũ vez ꝙ nõ posset fieri aliud vniuersum ab isto specie distinctũ / apparet. quoniam ad distinctionẽ specificam alterius vniuersi non requirerẽ ꝙ tot creature eius ptes essent ĩ illo quot sunt in isto ab eis specie distincte: sicut nec ad hoc ꝙ vna domus sit distincta ab alia oportet ꝙ tot contineat / nec ex tot consiet vna quot continet ⁊ ex quot partibus cõstat alia: sed sufficit ꝙ nihil contentum in vna sit in alia: ⁊ ꝙ partes ex quibus constituũtur ambe seu materialiter ĩtegrantur / realiter distinguantur. ergo ⁊ in proposito cõsimiliter est dicendum: vez ꝙ si aliud fieret vniuersum sic ꝙ vltimũ continens esset a celo nunc omnia continente specie distinctum: sub quo etiam omnia contenta tã corporalia superiora ⁊ inferiora q̃ spiritualia essent ab istis omnibus nunc sub celo contentis specifice distincta / ita ꝙ nulla creatura eiusdẽ speciei cũ aliqua istius vniuersi esset in alio vniuerso: tale vniuersum simpliciter foret ab isto specie distinctum quãtũcũꝙ non essent tot creature partes illius quot sunt istius / nec eĩ in ipso esset aliqua creatura intellectualis eiusdem speciei cum istis nũc existẽtibus nec alterius ab eis vez omnibus nunc existẽtibus intellectualibus creaturis: imo tũc magis vt videtur tale vniuersum nullam continens creaturam intellectualẽ distingueretur ab isto q̃ si cuilibet creature parti huius vniuersi correspõderet aliqua propria existens in illo alio vniuerso. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ tale vniuersum possibile specie vel tñ numero distictum ab isto posset fieri a deo separatum ⁊ distans ab isto nunc actualiter existente. ¶ Hec probatur. quoniam non minus corpora in nullo eis cõmuni contenta possunt esse separata siue distantia q̃ illa que in eodem continẽte aliquo sunt contẽta. sed si fieret aliud vniuersum eius sphera vltima corporalis ita esset omnia continens ꝙ a nullo esset vel saltem nõ oporteret ipsam esse contentam / sicut vltimũ siue primũ celum huius vniuersi ita continet omnia ꝙ nullum eas creatũ continet ipsum / nec contineret necessario esto ꝙ fieret aliud vniuersum. nec enĩ vltimũ vnius contineretur in vltimo alterius: sed esset sicut nũc est istud suarum omniũ partium contentiuũ. ergo non minus vltima seu suprema talium vniuersorum a nullo contẽta possent fieri distantia q̃ creature diuerse in eodem continente cõtẽte: quales sunt omnes creature alie a sphera vltima vniuersi: quas tamen constat esse separatas realiter seu distantes. ergo talia vltima diuersorum vniuersorum in nullo contenta possent esse distantia. sed ipsis existentibus distantibus distarent etiam omnes partes ipsorum in talibus eorum vltimis contente ⁊ actualiter existentes. ergo ⁊c. ¶ Nec oportet hic querere vbi fieret aliud vniuersum ⁊ eius vltimũ suarum partium omniũ contentiuum. nõ enim fieret in loco alio: sicut nec celum nec totum istud vniuersuz est in loco aliquo factum. sicut enĩ istud vniuersum nunc factum continet multa quorũ alia sunt in loco contenta vt omnia inferiora alia citra vltimum omniũ contentiuum: ⁊ aliud non est in aliquo loco contentum nec factum cum sit omniũ cõtẽtiuum ⁊ a nullo contentum: de quo per consequẽs non est querendum vbi sit factum: ita ⁊ de alio vniuerso ab isto si fieret consimiliter est dicendum. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: ꝙ tale vniuersum possibile distinctum ab isto posset fieri indistans localiter ab ipso. ¶ Hec probatur. quoniam illa omnia vniuersa possunt esse indistãtia quorum omnes partes vnius possunt esse ab omnibus partibus alterius indistantes. sed omnes partes alterius vniuersi possent esse per diuinam potẽtiam ab omnibus huius vniuersi partibus indistantes. ergo ⁊c. ¶ Minor probatur. quoniam partium vniuersi alie sunt corporales ⁊ extense / ⁊ alie spirituales seu inextense. sed per diuinam potentiam partes vniuersi corporales possunt esse indistantes: cum vt tenemus per fidem / ⁊ videbitur in quarto / plura corpora possint esse in eodem loco: quia et de facto pluries sic est factum vt ibi declarabitur. nõ plus autem repugnat creaturis spiritualibus q̃ corporalibus esse simul ⁊ nõ distare a corporalibus nec etiam inter se: cum etiaz sic videamus esse de facto vt patet de anima intellectiua indistãte a corpore qđ informat: ⁊ de legione demonum ab vno homine expulsorum vt dicitur Luce. 8. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia qua ratione aliqua plura corpora possunt esse localiter indistantia / et quecunꝙ alia. ⁊ per consequẽs vltima sphera corporalis huius vniuersi posset esse simul cum sphera vltima alterius vniuersi. sed omnia sub talibus spheris vniuersorum contenta ⁊ existentia essent vel esse possent simul et localiter indistantia / ipsis spheris omnia continentibus ⁊ a nullo contentis simul existentibus / ⁊ localiter indistantibus. constat autem ꝙ vniuersa ipsa essent indistantia existentibus simul ⁊ indistantibus eorum omnibus partibus tam continentibus videlicet q̃ contentis. ergo ⁊c. ¶ Sed contra hoc forsitan arguitur. quoniam que non continentur nec sunt in aliquo loco / nõ videntur posse localiter esse simul. s; sicut vltimũ hui⁹ vniuersi non est in loco alio: sed est locus omniũ aliorum in eo existentium: ita ⁊ de vltimo continente ⁊ a nullo contento alterius vniuersi consimiliter esset dicendũ. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ aliqua esse indistantia localiter potest contingere dupliciter: videlicet positiue: puta quia in eodez loco actualiter continentur: ⁊ priuatiue / modo quo aliqua locabilia licet de facto nõ locata quia nec in aliquo loco existentia possunt esse indistantia. Si enim deus destrueret omnem locum remanentibus omnibus locatis in eo contentis prius / non oporteret talia locata remanentia post locum eorum destructum esse remotiora seu distantiora q̃ ante: sed possent esse eque indistantia sicut prius: cum tamen nullus esset eorum locus continens ipsa actu. ⁊ hoc modo non primo duo vltima duorum vniuersorum a nullo contenta sed alia continentia possent per diuinam potentiam esse simul. ¶ Confirmatur. quia quecunꝙ sunt vnibilia vel indistantia seu simul esse possibilia aliquo mediante / possunt etiam remanere indistantia saltem per diuinam potentiam omni ab eis alio circũscripto. sed plura corpora possunt esse indistantia vt contenta in loco: ergo ⁊ quocunꝙ loco ea continente totaliter circumscripto. quare ⁊c.

Sed circa cõclusionem istam vltimam

sunt aliqua dubia. Primum est: quomodo duo vniuersa si fierent / indistantia seu insimul esse possent. Scđz quomodo omnia contenta sub sphera vltima vnius vniuersi possent simul esse localiter cum contentis sub sphera alterius vniuersi: cũ ĩ diuersis locis existẽtia cuiusmodi essent ista in diuersis spheris cõtẽta / non videantur esse simul localiter seu indistãtia. Tertiũ: quia quodlibet vniuersum cõtinet seu includit primũ seu vltimũ omniũ contẽtiuum ⁊ a nullo cõtẽtum. sed nõ videtur posse esse plura vltima quorũ quodlibet sit omniũ cõtẽtiuũ ⁊ a nullo contentum. ergo ⁊c. Quartũ: an in vniuersis p̃expositis

modo possibilibus sit processus in infinitũ:sic intelligẽ-
do ꝙ nunq̃ tot sunt fieri possibilia seu possint esse facta
quãtũcũq; multa quin possent fieri adhuc plura. ¶ Ad
primũ dicẽdũ est: ꝙ vt habet explicari in quarto/dupli
citer vnũ corpus potest esse in alio. vt in loco circũscripti
ue:quia est totũ in toto ⁊ nõ in aliqua eius parte:sed di-
uerse ptes eius sunt in diuersis ptibus illius. ⁊ diffiniti-
ue: sic intelligendo ꝙ totũ est in toto ⁊ in qualibet eius
parte:modo quo corpus Christi est in eucharistie sacra-
mẽto. Tũc dicẽdum est ad propositũ ꝙ illo modo omnia
corpora duorum vniuersoꝝ ⁊ ꝑ ꝯñs alia quecũq; possent
esse simul ⁊ indistãtia/⁊ ꝑ ꝯñs ipsa vniuersa/quo corpus
Christi est in eucharistie sacramẽto ⁊ simul cũ ipso. An
aũt alio modo vz circũscriptiue/ videbit' ĩ quarto: vbi
inquiretur an plura corpora possint in eodem loco existe
re isto modo. ¶ Ad secundũ apparet quid catholico est
dicẽdum. quoniam constat ꝙ Christus est in eodem loco
et simul locatur cum eucharistie sacramento. ⁊ tamẽ ipse
Christus est in alio loco vz in celo a sacramẽto ipso et
ab eius loco separato. omne enim existẽs in pluribus lo-
cis simul est ita naturaliter cũ omnibus simul in illis lo-
cis contẽtis:sicut qđ est tãtum in vno loco est simul cũ
quocunq; existente in illo. Ex hoc ad propositum dico ꝙ
cum deus possit facere vt tenemus ex fide/idem corpus
esse in diuersis locis quãtũcunq; distantibus/per conse-
quens si faceret aliud vniuersum ab isto quãtũcunq; di-
stans posset facere omnia inferiora illius vniuersi esse et
contineri non tantum in loco illius vniuersi sed etiam
istius ⁊ econuerso:videlicet ꝙ omnia inferiora istius es-
sent etiam sub vltimo illius alterius vniuersi: ⁊ vtrunq;
istorum simul: videlicet ꝙ omnia istius essent in vltimo
illius/⁊ econuerso omnia in illo contenta seu locata es-
sent etiam contenta ⁊ locata ab vltimo celo istius. ¶ Et
quando dicitur ꝙ existentia in diuersis locis nõ possunt
localiter esse simul: dico ꝙ verũ est quãdo quodlibet eo-
rum est tantum in vno loco a loco alterius separato:nõ
autem quando vtrunq; eorum vel alterum est in pluribꝰ
locis simul. Christus enim ⁊ sacramẽtũ eucharistie sunt
in diuersis locis. nõ enim sacramentum eucharistie est in
celo vbi est Christus. ⁊ tamẽ hoc non obstante Christus
est simul ⁊ in eodem loco cum eucharistie sacramento:qꝛ
nõ tantum est vt ipsum sacramentum in vno loco vz in
altari:sed etiam est in celo ⁊ simul in eodem loco cũ eu-
charistie sacramento. ⁊ ita potest dici consimiliter in pro
posito. quare ⁊c. ¶ Ad tertium dicendum est: ꝙ si essent
duo vniuersa nõ oporteret vltimum alicuius eorum esse
omniũ vniuersaliter contentiuũ: sed quodlibet contine-
ret vł continere posset ꝑ se ipse omnia sui vniuersi:sicut nũc
celum vltimum continet omnia alia. non enim vltimum
vnius vniuersi cõtineret vltimum alterius vniuersi nec
aliquid eius/nec ab ipso contineretur. ⁊ sicut neutrũ cõ-
tineretur ab alio/sed quodlibet cõtineret proprias suas
partes non aliquid alterius vniuersi: ita in quolibet si-
cut est nunc in isto vniuerso esset aliquid precise conten-
tum ⁊ nullius alterius contentiuũ. ⁊ hoc est verum sup
posito ꝙ talia vniuersa diuersa essent distantia. qꝛ alias
vltimum vnius posset sub vltimo alterius contineri. non
tantum enim per diuinam potentiam potest minus cor
pus in maiori/⁊ equale in equali: sed etiam maius po-
test existere in minori: vt patet de Christo existente in eu
charistie sacramento. nec tamen propter hoc videlicet si
vltimum vnius contineret vltimum alterius/essent vnũ
vniuersum essentialiter licet localiter. si aũt talia vniuer
sa essent distantia localiter/tunc esset aliter. ¶ Et si que
ratur quomodo duo vniuersa facta possent localiter esse
distantia:cuius neutrum eorũ esset in loco:maxime quã
tum ad ipsorum vltima a nullo alio contenta sed omniũ
contentiua. ¶ Ad hoc dicendum est: ꝙ sicut duo vnita ⁊
in eodem loco existentia possunt loco eorum destructo
manere indistantia ⁊ coniuncta: ita econuerso aliqua lo
caliter distantia ⁊ separata possunt manere separata et
distantia sicut prius eorum locis omnibus ipsa continẽ-
tibus circũscriptis. posset enim deus duo corpora nunc
distantia ⁊ in diuersis locis existentia conseruare sine ali
qua eorum approximatione destructo toto residuo vni-
uersi/⁊ per consequens eorum locis distantibus in qui-
bus actualiter continentur. ⁊ sicut corpora huiusmodi
casu posito dicerentur distare localiter non quia essent
in diuersis locis actualiter:ita ⁊ de talibus vniuersis po
test dici consimiliter. quare ⁊c. ¶ Ad quartum ⁊ vltimũ
dico ꝙ loquendo de vniuersis solo numero distinctis est
vtrobiq; possibilis processus in infinitum in eis: cum constet
in quibuscunq; indiuiduis eiusdem rationis esse possibi
lem talem processum in infinitum: videlicet ꝙ non pos-
sunt talia indiuidua esse tot facta quin possint fieri adhuc
plura. Si autẽ sit sermo de vniuersis secundum speciem
distinctis/nõ sic est certum an in talibus sit processus in
infinitũ vel status ad aliquã multitudinẽ vltra quã nõ
sit processus. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est illud

corollarium inferendum / apparet ex dictis Primo co-
rollarium ipsum: videlicet ꝙ deus posset multa facere
que nunq̃ faciet neq; fecit. Secundo: ꝙ deus agit ad ex
tra contingenter non necessario. Tertio: ꝙ si ageret ne-
cessario non posset aliquid facere qđ non fecit. Quarto:
ꝙ si deus ageret ad extra necessario/non fieret aliquid
contingenter. ¶ Primum apparet. quoniam constat
saltẽ ex fide ꝙ deus nunq̃ faciet neq; fecit aliud vniuer-
sum ab isto distinctum. sed vt probatum est in articulo ꝑ-
cedenti/deus posset facere aliud vniuersum. ergo posset
multa facere que nunq̃ faciet neq; fecit. ¶ Confirma-
tur. quia indiuiduis cuiuscunq; speciei productis ⁊ pro-
ducendis est status de facto: sic intelligendo ꝙ cuiuscũ-
q; speciei indiuidua producta ⁊ producẽda sunt tot ꝙ
nunq̃ erũt plura. ¶ Hoc apparet: saltem de incorrupti
bilibus substantijs: esto ꝙ forte aliquis instaret in alijs.
sed nullius speciei indiuidua possunt esse tot quin possint
fieri adhuc plura a prima causa a qua habẽt fieri omnia
vt videbitur in secundo. ergo ⁊c. ¶ Preterea. quia deus
potuit nõ producere aliquam creaturam quã produxit
vel est in posterum producturus. sed nulla tali producta
adhuc ipse alia producere potuisset. ergo ⁊c. ¶ Confir-
matur. quia nec ista entia creata magis q̃ alia eiusdem
rationis possibilia sunt creata/nisi quia deus voluit ista
fieri ⁊ non illa. sed deus non necessario sed contingenter
voluit fieri ista ⁊ non fieri illa. ergo ⁊c. ¶ Secundum vi
delicet ꝙ deus agat contingenter ad extra non necessa-
rio/sequitur ex predicto. quoniã omne potens non age
re qđ agit ⁊ agere qđ non agit/contingenter non neces-
sario agit. sed deus vt dictum est/posset facere qđ nunq̃
faciet neq; fecit: ⁊ cum hoc potuit non facere hoc qđ fe-
cit. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia eque est impossibile
ens contingens fieri seu produci necessario: sicut necessa
rium producibile produci contingenter. sed constat ꝙ se
cundum est impossibile vt apparet in productis suppo-
sitis increatis/quorum nullum est producibile contin-
genter sed necessario. ergo ⁊c. ¶ Tertium videlicet ꝙ si
deus ageret necessario ad extra non posset aliquid face-
re qđ non fecit/apparet. quoniam omnipotens per se ipsũ
omne possibile agere potens si necessario agit omne pos
sibile producit. ¶ Hoc apparet. quia ꝙ aliquod agens
producat vnum effectum possibilẽ ⁊ nõ aliũ/hoc est vel
quia ipsum potest agere ad vnũ ⁊ nõ ad alterũ: sicut ignis

potest generare ignem ⁊ nō aquam: vel quia licet possit indifferēter agere ad omnia / vult tamē producere vnū ⁊ nō alterū: qđ nō posset / si necessario ad omne sibi possibile ageret. sed deus est omnipotens p̄ seipsum in oē possibile potens omni causa alia scđa circūscripta vt videbit in scđo. ergo si necessario ad extra ageret / omne possibile produceret / nec p̄ ꝯñs posset aliqđ facere quod nō fecit cum iam omnia possibilia essent facta. ¶ Confirmat̃. q2 deus nō potest ad intra ꝓducere nisi suppositū iam ꝓductū. nō eñ est producibile suppositū nō ꝓductum. sed si deus ageret necessario ad extra sicut agit ad intra / consimiliter ⁊ ꝓpter rationē eandē esset omne possibile iam ꝓductū / nec p̄ ꝯñs posset fieri aliquid qđ nō iam actualiter esset factū. quare ⁊c. ¶ Quartū ⁊ vltimū: vez ꝙ si de⁹ ad extra necessario ageret / nihil cōtingēter fieret / appa ret. qm̄ deus sicut est oīpotēs ꝙ quicquid vult fieri necessario fit / nec potest p̄ aliquod agens aliud impediri: nec sine ipso agēte potest aliquid fieri. sed nihil a tali causa necessario productū potest fieri cōtingēter. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. qm̄ ꝙ aliquis effect⁹ cause secūde licet naturaliter ⁊ p̄ ꝯñs quantū est ex se necessario agentis cōtingēter eueniat: hoc est quia talis effect⁹ potest ab alio puta a prima causa ne eueniat ĩpediri: cū null⁹ effectus possit fieri sine ip̄a ꝑncipaliter op̄ante. sed ad nullū possibile ꝓducēdū est aliquid necessariū a prima causa distinctum / nec p̄ ꝯñs cū causa prima sit omnipotēs potest aliquid qđ ipsa vult fieri impediri. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia qđ est impossibile nō fieri nō fit ꝯtingēter: sed necessario: sicut vtrūq₃ diuinū suppositū ꝓductū est productū necessario: quia est impossibile nō produci. sed si deus ad extra sicut et ad ĩtra agit / necessario ageret: sicut oē ad intra ꝓducibile est impossibile non ꝓduci: ita ⁊ oē ad extra fieri possibile esset impossibile nō fieri. ergo omne possibile esset factū necessario / nec p̄ ꝯñs aliquid posset fieri contingenter. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

CIrca 'distinctionē quadragesimāquintā: in qua Magister determinat de volūtate diuina / ostēdēs ꝙ est ipsa diuina essentia ⁊ omniū causa: Quero primo de hoc: vez vtrū volūtas diuina sit causa prima oīm effectiua. ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniā deus est oī₃ causa prima. sed eius voluntas est ab ipso indistincta totaliter in re extra. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia diuina essentia nō est principiū productiuū alicuius ad extra: sed tantū modo ꝑsonarū ad intra: cū sit principiū naturale / ⁊ per ꝯñs nō cōtingēter nec libere sed necessario ꝓductiuū: et oīa ꝓducta ad extra cōtingēter nō necessario sint ꝓducta. sed volūtas diuina est a sua essentia indistincta. ergo cū vnū ⁊ idē in re extra nō possit esse respectu eiusdē effect⁹ causa ⁊ nō causa / p̄ ꝯñs sequit̃ ꝙ volūtas diuina non est creaturarū causa effectiua magis ꝙ̃ essentia idē secū totaliter in re extra. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. Primo eñ excludā vnā opinionē. Scđo dicā aliter ad q̄stionē.

Quantum ad primū: opinio excludenda est quorūdā dicētiū: ꝙ sic volūtas dei ab ei⁹ essentia est distincta ꝙ volūtas ipsa nō aūt essentia est cā creaturarū omniū effectiua. nō eñ vt dicūt diuina essentia agit ad extra aliquid sed ad intra. ¶ Hoc aūt ꝓbant. quoniā cū oīa ad extra facta sint contingēter ⁊ libere nō naturaliter necessario ꝓducta / p̄ ꝯñs nullū naturale principiū nō liberū est ꝓductiuū ip̄oꝝ. sed diuina essentia est ꝑncipiū naturale siue mō nature / ⁊ p̄ ꝯñs necessario agens ad omne sibi possibile cuius est principiū productiuū: volūtas aūt diuina est principiū liberū non naturaliter seu mō nature nec necessario s₃ libere ⁊ ꝯtīgēter agēs. ergo ⁊c. ¶ Sed iste modus dicēdi est oīno impossibilis. qm̄ falsū₃ accipit ⁊ supponit: vez ꝙ voluntas dei sit aliquid in deo distinctū in re extra a sua essentia. hoc aūt est falsum. nō eñ deitas ⁊ voluntas distinguūtur: sed sunt idem totaliter in re extra. quia vt sepe ĩ p̄cedētibus est ꝓbatū / nulla est diuersitas sed totalis idētitas in diuinis / exceptis personis quarū diuersitas est realis ⁊ idētitas essentialis. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia diuina essentia non est minus idē cū sua voluntate ꝙ̃ cū persona seu ꝑsonali ꝓprietate. sed ipsa est cū ꝑsonis oībus ⁊ relatiuis ꝓprietatibus idē totaliter in re extra / vt in p̄cedētibus est ꝓbatū. ergo ⁊c. ¶ Qꝫ autē opinio ista p̄dicta supponat ⁊ cōcedat inter deitatē ⁊ eius voluntatē esse in re extra aliquam diuersitatē / apparet. quia ponit ꝙ essentia nō est causa alicuius eoꝝ que fiūt ad extra: sed sola voluntas diuina. sed impossibile est vnū ⁊ idē in re extra esse respectu eiusdē causam ⁊ nō causam. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia omnia illa realiter sunt distincta que sic in re extra sunt plura ⁊ diuersa ꝙ vnū est alicuius effectus realis cuius alterū esse nō potest principiū ꝓductiuū. sed scđm opinionē istam diuina essentia ⁊ voluntas ita sunt in re extra distincta ꝙ essentia nullius effectus possibilis est principiū ꝓductiuū: volūtas aūt ē̃st causa oī₃ effectiua. ergo diuina essentia ⁊ volūtas realiter sunt distĩcta. hoc aūt cōstat esse falsum etiā scđm sic opinantes. ergo illud ex quo sequit̃: vez ꝙ diuina essentia ⁊ volūtas sic in re extra sunt distincta ꝙ voluntas ⁊ nō essentia ipsa est causa omniū effectuū ꝓductiua. ¶ Maior assumpta est euidēs quia etiā omnia illa plura in re extra sic diuersa ꝙ vnu₃ eorum agit aliquid seu producit ad qđ non agit alterum licet possit agere / sunt distincta realiter. ĩpossibile eñ est vnum realiter agere ⁊ non agere / sicut ⁊ album ⁊ non album existere. sed non minus immo magis distinguūtur illa quorum vnu₃ agit ad aliquid ad qđ alterum nō agit nec potest agere / ꝙ̃ illa quorum licet vnum nō agat de facto ad illud ad qđ agit alterum: potest tamen agere: sicut magis distinguitur calefactiuum a non calefactiuo ꝙ̃ vnum calidum calefactiuum ab altero. ergo cum diuina essentia non sit / vt dicit opinio ista / causa alicuius effectus productiua: sed voluntas sola: per consequēs sequitur ꝙ voluntas ⁊ essentia diuina sint distincta realiter. qđ est falsum. quare ⁊c. ¶ Preterea illa oīa que sic in re extra sunt distincta ꝙ sunt diuersorum principia productiua / ⁊ habent diuersos modos agendi / realiter sunt distincta. ¶ Hoc apparet. impossibile eñ est vnum ⁊ idē realiter esse ⁊ non esse respectu eiusdem principium productiuū / habere ⁊ nō habere talē modū agēdi. sed scđ₃ opinionē istam volūtas ⁊ diuina essentia sic se habēt ꝙ volūtas habet modū agēdi liberē: quē nō hab₃ essentia. ē etiā causa oīm ad extra: nō aūt essentia: ⁊ ecōuerso ipsa essentia habet modū agēdi naturalē / q̄lem nō habet volūtas. ergo distiguūt̃ realiter. qđ est falsu₃. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmat̃. q2 deus eodē agit ad ĩtra ⁊ ad extra. nō eñ in deo sūt aliqua diuersa quoꝝ vnū sit ꝑsonarū ⁊ alterū creaturarum principiū ꝓductiuū. q2 vt argutū est / talia oporteret realiter esse distincta. sed diuina essentia nō aliquid distĩctū ab ea est principiū ꝓductiuū ꝑsonarū oīm ꝓductarū / ergo ⁊ creaturarū. ¶ Ad rationē q̄ ꝓ opinione p̄dicte adducit̃ / apparet ꝙ nō valet. qm̄ licet idem non possit esse p̄ĩcipiū ꝓductiuū necessario ⁊ ꝯtīgēter respectu eiusdē pōt tñ respectu diuersoꝝ. diuina eñ essentia ē ꝓductiua necessario ꝑsone necie: ⁊ ꝯtīgēter oīs effect⁹ possibil' ꝯtīgētis. Et iō cōcedo ꝙ principiū ꝓductiuū effectuū ꝯtingētiū est liberum ⁊ cōtingēs virtualiter: vez quia oīs ta-

lis effectus libere ⁊ contingēter nō necessario est ab ipso. Sed tunc dico q̄ falsum in maiori accipitur quando dicitur q̄ diuina essentia nō est principiū liberū. ipsa enim est ⁊ dici potest principiū liberū ac cōtingēs virtualiter nō formaliter respectu oīm creaturarū q̄ sunt ab ipsa causaliter ꝯtingēter: ⁊ necessariū respectu ꝑsonarū quarū est nō cōtingēter sed necessario principiū ꝓductiuū. q̄re ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū: vbi est ad questionem istam aliter respōdendū/ supposito ex sepe dictis in isto primo: q̄ inter deitatē ⁊ eius voluntatē nulla sit diuersitas in re extra; sed q̄ ista vez deitas ⁊ dei volūtas vel memoria/ sapiētia/ ⁊ talia attributa de deo dicta sunt nomina synonyma idē omnino in deo significātia/ pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ deus est causa omniū effectuū ꝑ seipsuz. ¶ Hec apparet. Et primo quātum ad primā partē: vez q̄ deus sit causa omniū. qz vt probabitur in secūda/ nulla causa secūda potest agere ad effectum aliquē sine prima. sed nisi deus esset causa eorum effectuū necessaria ad ꝓductionē eorum/ non oporteret ipsum concurrere cum omnibus causis secūdis ad ꝓductionē suorū effectuū. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia ad ꝓducēdum omnē effectū possibilē sufficit illud qd̄ est totaliter eius causa virtualiter ꝯtētiua. sed nulla causa scd̄a sed tantū prima sufficit ꝑ seipsam ad effectum aliquē ꝓducendū vt ꝓbabit in secūdo. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars conclusionis: vez q̄ deus sit causa omniū ꝑ seipsum/ apparet. quoniā ꝑ illud quo deus causat ⁊ cōseruat omnia dicit esse eorū causa. sed deus oīa causat ⁊ ꝯseruat nō aliquo alio q̄ seipso. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet. qz ꝑ hoc deus effectus producit seu causat/ ⁊ causatos conseruat quia vult eos fieri ⁊ factos manere. ipse enim dixit ⁊ facta sunt/ mandauit ⁊ creata sunt. vnde nec deū aliquam creaturā producere est aliud q̄ ipsum eam fieri velle/ nec deum creaturam conseruare est aliud q̄ deum velle creaturam productam manere. sed deus nec se nec alia vult nisi tantūmodo per seipsuz. ergo cum illo ⁊ nullo alio sit causa creaturarum quo vult eas fieri: ⁊ non vult eas nisi tantū ꝑ seipsum/ per consequēs sequitur propositum vez q̄ non sit causa oīm aliquo mediāte alio a seipso. ¶ Cōfirmatur. quia non minus prima causa q̄ secūda agit ad suos effectus: ⁊ ꝑ consequēs est causa eorū omniū per se ipsam. sed omnis causa secūda agit ad effectū sibi debitū et per ꝯsequēs est eius causa ꝑ se nō aliquo alio mediāte vt calor ꝑ se agit ad calorē/ ignis ad ignem/ ⁊ sic de aliis ergo ꝛc. ¶ Secūda cōclusio est: q̄ deus est oīm effectuū causa immediata ⁊ prima. ¶ Hec probatur. Et primo quātum ad primā partē: vez q̄ sit causa immediata. qz omne illud quo posito ponitur vel poni potest ⁊ sine quo nunq̄ potest poni effectus/ arguitur esse causa immediata ipsius. ¶ Hoc apparet. qz nec est nobis possibilis alia via ad probandum vnū esse alterius causam nisi quia videmus vnū sequi ad alterum vt vnū ignē ad aliū / ⁊ vnū calorem ad aliū vel ad solem/ ⁊ sic de omnib9 aliis. sed deus ē ad cuius volūtatem potest sequi oē possibile: sine ipso volente quodcunq3 possibile fieri necessario fit. nec enī qd̄ ipse vult fieri/ potest ne fiat per causam aliquam impediri: nec sine eo volente rē fieri potest aliqua res fieri. ergo ipse est omniū que fiūt causa immediata. ¶ Confirmatur. quia licz deus sit causa vl̄is omniū ⁊ causa secūda propria ⁊ singularis determinati effectus tantum/ ex hoc nō habetur q̄ causa ipsa secūda sit immediatior causa sui effectus q̄ prima. quoniā quādo effectus fit sic immediate a duabus causis: quarū vna est vl̄is ⁊ altera singularis: si talis effectus est eque īpossibilis cause singulari sine vniuersali/ sicut vniuersali sine particulari/ causa particularis nō est causa eius immediatior q̄ vl̄is: ⁊ multo minus causa illa singularis est immediatior causa sui effectus q̄ causa vl̄is illa a qua sine causa singulari potest fieri effectus: ⁊ non econuerso a causa singulari sine vniuersali. sed sic est in proposito q̄ nullus effectus est possibilis alicui cause secūde particulari sine prima causa vniuersali. econuerso autē causa vl̄is prima potest in omne possibile ꝑ se sine omni alia causa scd̄a. ergo ꝛc. ¶ Secūda pars conclusionis: vez q̄ sit causa prima: est euidens. quoniam omnis causa perfectior vniuersalior ⁊ diuturnior quacunq3 alia/ est causa prima tam primitate perfectionis q̄ vniuersalitatis seu illimitatiōis q̄ durationis. sed cōstat deum esse perfectiorem causam vniuersaliorem ⁊ diuturniorem aliis omnibus simul sumptis. ergo ipse potest dici istis tribus ꝓmitatibus prima causa. ¶ Cōfirmatur. qz illa causa a qua depēdet oīs alia tā in essendo q̄ in agendo dicit eē prima. sed oīs cā scd̄a depēdet a deo tā in essendo q̄ in agēdo: qz nec pōt esse nec agere nisi deo volente ipsam existere ⁊ agere: ⁊ in hoc cōsistit ordo essentialis cause secūde ⁊ prime respectu effectus cōmunis vtriusq3. non enim est inter ipsas ordo sicut inter causam mediatiorem ⁊ remotiorē cū vtraq3 sit causa immediata ⁊ maxime prima vt probatum est supra: sed sicut inter illa quorum vnū necessario est dependens ab altero ⁊ non econuerso. quare ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: q̄ deus est aliquorum effectuū causa totalis ⁊ aliorū partialis: posset tamen esse omniū causa totalis. ¶ Hec apparet. Primo quantum ad primam eius partē: vez q̄ deus sit de facto causa aliquorum effectuum partialis ⁊ aliorum totalis. quoniaz causa totalis hic vocatur illud a quo solo ⁊ nō ab aliquo alio est effectus. partialis autē illud a quo simul cum alio concausante est effectus ipse. sed aliqui sunt effectus vt omnia incorruptibilia ⁊ ingenerabilia: quorū solus deus fuit causa effectiua. alia autem vt generabilia ⁊ corruptibilia quorum causa fuit nō tantum prima sed secunda. qd̄ ex hoc arguitur. quia ad diuersas causas secundas diuersi sequūtur effect9 tales videlicet generabiles ⁊ corruptibiles: qd̄ non esset si effectus hm̄oi sic totaliter essent a prima causa q̄ nullo modo ab aliqua causa secunda. Si enim vnus ignis non esset productiu9 alterius/ nō magis vnus sequeretur ad alium presentem in passo disposito q̄ ad aquam: cuius contrarium experimur. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia illi effectus q̄ sunt solius dei vt materia prima et alia multa ex hoc arguuntur non esse ab aliqua causa effectiua alia q̄ a prima/ quia nō sequūtur nec sequi possunt ad aliquā aliam presentem actualiter existentem. ergo per contrarium illi effectus possunt argui esse effectus ab illis causis secundis qui semper vniformiter ad earum presentiā consequūtur. sed talia sunt multa. ergo ꝛc. ¶ Secunda pars conclusionis/ vez q̄ deus posset esse totalis causa omniū effectuū/ apparet. quia potens in omne possibile per seipsum potest esse causa totalis omniū. sed deus potest in oē possibile per seipsum sine omni causa alia concurrēte vt alias fuit probatum. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia sicut esse de facto causam alicuius effectus totalem nō est aliud q̄ attingere effectum sine omni alio concausante: ita nec posse esse causam effectus totalē est aliud q̄ posse ipsum producere sine omni causa alia concurrēte. sed deus ē talis causa omniū possibiliū effectiua. ergo ꝛc. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: q̄ deus est causa omniū effectuū non naturalis sed libera ⁊ voluntaria. ¶ Hec apparet primo quantum ad primam partem: vez q̄ nō sit causa naturalis. qz cā naturalis quātū ē ex se necessario agit sic q̄ nō est in ei9 potestate effectū ipsi possibilē suspendere. sed deus non agit ad extra aliq̄d necessario sed mere cōtingēter/ sic q̄ in eius ꝑtāte est nō agere quicq̄d

agit.ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur.quia naturale: aut sumitur vt diuiditur contra supnaturale: aut vt contra voluntarium seu liberum/aut vt contra violentũ.sed nullo istorũ modorũ deus potest dici naturale principiũ effectuum possibiliũ productiuũ.ergo ⁊c. ¶ Secũda pars cõclusionis vez ꝙ sit causa libera seu volũtaria/apparet.quoniã omne agens per voluntatẽ seu volitionẽ non necessario sed cõtingẽter/est agens voluntariũ ⁊ liberum.sed deus agit ad omnẽ effectum per volũtatem seu volitionem a sua essentia totaliter indistinctaz: ⁊ agit contingẽter nõ necessario.ergo ⁊c. ¶ Minor apparet quãtum ad primã partem vez ꝙ deus agat per voluntatẽ seu ꝑ volitionez. quoniã nec deum aliquẽ effectum producere est aliud ꝙ̃ deum talem effectum fieri velle.nec ipsum conseruare est aliud ꝙ̃ ipsum effectum productũ velle manere.Unde diuina essentia vt est volitio omniũ possibiliũ fiẽdorum est causa effectiua ipsorum.ergo ⁊c. ¶ Secũda pars: vez ꝙ libere ⁊ contingẽter producat omnia: probata est supra. ¶ Cõfirmatur.quia vt dictũ fuit in ꝓcedẽtibus non magis vnũ possibiliũ fit vel est futurũ ꝙ̃ alterũ nisi qꝛ deus vult fieri vnũ ⁊ nõ alterũ.ideo eñ hoc fit:quia deus vult ipsum fieri.⁊ ideo non fit alterum:quia deus nõ vult fieri seu vult nõ fieri ipsum.sed omne agẽs a quo volẽte fieri fit quicquid fit/⁊ volente nõ fieri nõ fit qꝺ nõ vult fieri est agens volũtarium.ergo ⁊c. ¶ Ex ꝓdictis apparet solutio questionis.quoniã cũ scḋm ↄclusionẽ vltimã deus sit causa omniũ effectuũ voluntaria: pro quãto vt dictũ est ipsa diuina essentia est causa omniũ factorũ vt est volitio ipsoꝝ:per ↄ̃ns potest dici ꝙ volũtas seu volitio diuina ab essentia indistincta est omniũ causa effectiua ⁊ libere productiua. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rationẽ in principio apparet solutio tam ex ꝓdictis in primo articulo questionis ꝙ̃ ex alibi prolixius declaratis.

SEcundo quæro vtrũ voluntas diuina vel etiam creata producat obiectum volitũ in esse volito. ¶ Et videtur ꝙ sic. quĩa sicut se habet intellectus ad obiectũ intellectuz: ita ⁊ volũtas ad obiectũ volitũ.sed ita se habet ois intellectus tam increatus ꝙ̃ creatus ad obiectum qꝺ intelligit/ ꝙ ipsum in esse intellecto producit.ergo ⁊ volũtas omne qꝺ vult in esse volito. ¶ Confirmatur.quia voluntas increata non est productiua nisi spiritus sancti: nec creata nisi actus volendi. sed nec talis actus nec spiritus sanctus est tale esse volitum.sed huiusmodi esse volitum dicitur esse ab vtroqꝫ istorum distinctum. ergo ⁊c. ¶ Responsio.vbi sic procedam. Primo enim incipiendo a notioribus inquiram de voluntate creata. Secundo de increata: vez an sit talis esse voliti productiua.

fieri permissiue qḋ fit indebite quia cōtra diuinū pceptū. sed cōstat ꝙ sic factū nō dicit a deo volūtate beneplaciti esse volitū. quare ꝛc. ¶ Licet autē vt dictū est oīe a deo volitum voluntate signi qḋ est consilium vel preceptum sit ab ipso volūtate beneplaciti volitū: nō tñ ecōuerso oē qḋ est ab ipso volitum volūtate beneplaciti est volitū voluntate signi qḋ dicitur ꝯsilium vel preceptū. quoniam licet fieri oē illud de quo est consilium vel preceptū sit deo acceptum: non tamē ecouerso oē ei ipsi acceptum cadit sub ꝯsilio vel precepto: cū nec oē ei ipsi acceptū sit nobis expressum. sed omne ipsi acceptū est ab eo voluntate beneplaciti volitū: nō aūt voluntate signi qḋ est cōsiliū vel preceptū/nisi tñ illud qḋ cadit sub ꝯsilio vel precepto. ergo ꝛc. ¶ Ex predictis sequitur ꝙ aliter voluntas beneplaciti distinguitur a voluntate signi qḋ est consilium vel inhibitio vel preceptū: ⁊ aliter a voluntate signi qḋ dicit pmissio vel impletio. quia a prima voluntate distinguit vt vniuersale a singulari siue vt superius ab inferiori. quoniā vt dictum est omne volitum a deo voluntate signi cuiuslibet illoꝝ/tam vꝫ illud qḋ vult fieri de quo est consilium vel preceptum/q̄ etiam illud qḋ vult non fieri sic ꝙ inhibet non fiendum/est ab eo volitum voluntate beneplaciti: non autem econuerso omne a deo volitum voluntate beneplaciti est volitum voluntate alicuius talium signorum trium p̄dictoꝝ. a voluntate aūt signi qḋ est pmissio ⁊ impletio: q̄ vt sumuntur ꝓprie sunt respectu alicuius determinati: qḋ dicitur permitti fieri siue fiat siue nō fiat: compleri aūt qḋ est factum: distinguit volūtas beneplaciti vt disparatuꝫ a disparato. qꝛ nec qḋ est pmissiue volitū est deo beneplacitū: nec econuerso qḋ est deo beneplacitum dicitur ab eo pmissum seu permissiue volitum: accipiendo ꝓprie ⁊ stricte illud vocabulum vt accipitur a cōmunitate doctoꝝ. ¶ Tertium ⁊ vltimuꝫ pmittēdū est ꝙ questio ista non intendit querere de volūtate creata: in cuius potestate non est talis eius conformitas ad volūtatem increatam: qualis est volūtas damnatorum ⁊ oīm vsu ratiōis carentium viatoꝝ. cum eñ nullus sit ad impossibile obligatus: per ꝯñs non oportet q̄rere de aliquo p̄dictoꝝ an teneatur se ꝯformare diuine volūtati: sed tñ de alijs viatoribus ⁊ comprehensoribus. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est respōdendum ad q̄situm/pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ nulla voluntas creata tenetur esse cōformis voluntati increate in volendi modo. ¶ Hec est euidens: nec de ea est q̄stio: qꝛ voluntas nō obligatur ad impossibile. sꝫ volūtatem creatam esse increate conformem in modo volendi/est impossibile. deus eñ vult et itelligit omnia vnico actu solo a seipso totaliter indistincto. hoc autem modo nulla creatura intellectualis potest aliq̄d intelligere neq̧ velle/cum oīs actus volendi ⁊ intelligendi sine q̄ impossibile est ipsam aliquid intelligere neq̧ velle/sit accidentalis ab ea differens vt accidēs a substantia. in multis etiā alijs voluntas increata vult aliter q̄ possit velle voluntas creata. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia volūtas increata eodem actu dicit velle ⁊ nolle ⁊ velle equaliter diuersa. hoc aūt est impossibile voluntati create. q̄re ꝛc. ¶ Secūda conclusio est ꝙ nec voluntas creata tenetur esse ꝯformis voluntati increate in volito quocunq̧ ⁊ in nolito positiue: nec etiam priuatiue. ¶ Hec probat: primo ꝙ nō positiue/consimiliter sicut p̄cedens. quia nullus est ad impossibile obligatus. sed voluntatem creatā saltem omnem se cōformare in omni volito ⁊ nolito volūtati increate positiue vꝫ actu vel habitu volendo distincte omne a deo volitum ⁊ nolēdo omne qḋ est ab ipso nolitū est sibi impossibile. ergo ꝛc. ¶ Minor apparet. quoniam nullus potest velle nec nolle nisi per intellectum. sed nulla creatura intellectualis potest ex se intelligere omnia a deo intellecta ⁊ volita/cum deus oīa possibilia intelligat quorum alia vult fieri ⁊ alia vult non fieri. futura autē a sola diuina voluntate dependētia nulli creature pñt naturaliter esse nota. ergo nec aliqua creatura nisi forte illa cui sunt reuelata omnia/qualis est anima Christi/tenetur velle omnia a deo volita actu. ex quo sequit ꝙ nec etiam habitu. quoniam cum omnis habitus p̄supponat naturaliter actum: per consequēs cui est īpossibilis actꝰ ⁊ habitus: sed actus volendi omnia a deo volita est īpossibilis per naturam creature itellectuali. ergo ꝛc. ¶ Secundo ꝓbatur secunda pars: vꝫ ꝙ nec etiam priuatiue voluntas creata teneatur increate esse conformis hoc ē non difformis: quoniam non obligatus ad volenduꝫ fieri qḋ deꝰ vult fieri potest nolle fieri qḋ deꝰ vult fieri: sicut ⁊ econuerso potest velle fieri qḋ deus non vult fieri omnis non obligatus ad volendum fieri qḋ deus vult fieri. sed nulla creatura intellectualis ignorans aliquid qḋ deus vult fieri ⁊ aliud quod vult non fieri/tenetur primū velle fieri nec secūdū nolle fieri. ergo cū vt dictum est creatura rationalis nesciat deū velle fieri omnia que vult fieri: nec nolle fieri omnia que non vult fieri: per consequēs sequitur propositum/vꝫ ꝙ respectu talium nō tantum non tenetur diuine volūtati esse ꝯformis positiue: sꝫ nec etiā priuatiue: cuꝫ licite possit esse difformis. omnis eñ volēs fieri qḋ deus non vult fieri vel nolens fieri qḋ deus vult fieri est difformis non tantum nō conformis in volito ipsi quare ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ nec etiam voluntas creata tenetur/sed potest esse conformis voluntati diuine in volito voluntate alicuius signi: nec debet etiam esse cōformis ipsi in aliquo volito volūtate vniꝰ alterius signi. ¶ Hec quantum ad vtranq̧ partem suam simul/apparet. quoniam constat ꝙ nullus tenetur licet possit eligere seu velle aliquid qḋ cadit sub solo diuino consilio: nec debet eligere illud de quo dicitur esse diuina pmissio/cum tale vt superius est dictum semper respiciat indebitum seu peccatum licet nonꝫ sit peccatum vt a deo permissuꝫ. non enim iniuste sed iuste deus permittit fieri peccatuꝫ. sed tam illud qḋ cadit sub diuino consilio q̄ illud de q̄ dicitur esse diuina pmissio/est a deo nō voluntate beneplaciti sed voluntate signi volitum differēter/vt apparet ex dictis. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia constat ꝙ voluntas creata tenetur nolle ⁊ vitare peccatum. non tenetur autē sed potest seruare consilium diuinum. ergo ꝛc. ¶ Quarta ⁊ vltima conclusio est: ꝙ voluntas creata tenetur esse conformis increate voluntati in omni volito ab ipsa voluntate beneplaciti ⁊ precepti. ¶ Hec est euidens. quoniam volūtas creata tenetur ad omne illud ad quod ē obligata a voluntate increata. sed ad huiusmodi conformitatem est obligata ab ipsa/videlicet ad volendum seu eligēdum ⁊ respuēdum omne illud quod deus vult eam velle ⁊ nolle seu eligere ⁊ respuere voluntate beneplaciti et precepti. ergo ꝛc. ¶ Confirmatio. quia licet ad conseruantiam consiliorum nolit deus aliquem obligari ad obseruantiam tamen preceptorum quemlibet vult existere obligatum. sed nullus potest precepta seruare nisi sit cōformis voluntati diuine in volendo omne ab ea volitum vt ab ipsa eligendum vel vt respuendum seu volendū voluntate beneplaciti ⁊ signi/non cuiuscunq̧ sed mandati. ergo ꝛc. ¶ Sed tūc est hic dubiuꝫ/quomodo est intelligēda talis cōformitas voluntatis create cum increata in volendo ⁊ nolendo illa de quibus sunt diuina precepta. ¶ Ad hoc respondetur: ꝙ aliter tenetur esse conformis ipsi in illis de quibus sunt precepta affirmatiua ⁊ aliter in alijs de quibus sunt precepta alia/videlicet negatiua. quoniam precepta affirmatiua non obligant pro semper sed negatiua. non enim semper teneor de parentibus co-

gitare:nec eos per ҙ̃ᷓs honorare semper teneor:tñ teneor eos non inhonorare ⁊ ocum alienum non habere:⁊ sic de omni precepto alio negatiuo. ⁊ ita quantum ad precepta affirmatiua non oportet semper voluntatem creatã esse voluntati increate positiue conformem: sed oportet non esse difformem. respectu autem preceptorum negatiuorum semper requiritur conformitas actualis que cõsistit non in actu aliquo positiuo: cum ad talem voluntas non semꝑ teneatur:sed in nõ volẽdo nec faciendo q̃ sunt per precepta negatiua huiusmodi interdicta ⁊ a deo nolita. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad ratiões in principio dico q̄ omnis voluntas creata est sufficienter regulata quandocũq̄ est concors diuine volũtati: que est sua regula in volito ab ipsa voluntate beneplaciti ⁊ mãdati/esto q̄ ei in alijs non sit concors. ¶ Ad aliam rationẽ in contrarium apparet solutio ex predictis.

Ltimo quero: vtrum voluntas creata sit semper moraliter bona quando voluntati increate est conformis:⁊ moraliter mala quando ipsi actualiter est difformis. ¶ Et videtur q̄ sic. qꝛ volũtas creata est moraliter bona quando est regulata:⁊ ecõtrario semper mala quando non est regulata sed irregulata. sed omnis volũtas creata diuine voluntati concors est regulata:⁊ ipsi discors est econtrario irregulata. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. quia tunc omnis voluntas regulabilis q̃lis est omnis voluntas creata/est regulata quãdo est conformis sue regule q̃ est volũtas diuina. quando autem difformis / est irregulata. q̃re ⁊c. ¶ Contra. quia omnis voluntas creata volens fieri qd̃ vult fieri vel nolẽs fieri qd̃ non vult fieri increata/est voluntati increate conformis. sed nõ omnis talis est moraliter bona. ergo ⁊c. ¶ Minor appꝫt. quia Judei voluerunt mori Christum/qd̃ etiam fuit a deo volitum. sed cõstat q̄ huiusmodi Judeorum voluntas non fuit moralis̃ bona sed mala. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enĩ inquiram vnde vel a quo accipiat̃ seu arguatur bonitas moralis vel malitia in voluntate creata. Secundo dicam ex hoc ad quesitum: vꝫ an omnis volũtas creata sit bona moraliter quando est volũtati increate conformis:⁊ mala qñ difformis.

Quantum ad primũ est sciendum: q̄ voluntas creata vel noluntas dupliciter potest sumi/videlicet virtualiter ⁊ formaliter. Voluntas vel noluntas virtualiter potest dici qd̃ ẽ volitionis ⁊ nolitionis principiũ productiuum ⁊ subiectum receptiuuꝫ. ⁊ volũtas ac nolũtas vt sic sumpta est sola itellectualis creatura. Secũdo autem modo videlicet formaliter sumpta voluntas ⁊ noluntas est ipse actus volendi ⁊ nolendi: vel etiam ipsa intellectualis creatura vt actibus huiusmodi ĩformata: modo quo substantia omnis dicit̃ formaliter seu actualiter esse alba quando est ipsa albedine informata.

Hoc premisso pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q̄ voluntas vel noluntas creata vt virtualiter sumpta non est bona moraliter neq̄ mala ex seipsa: sed tantum a voluntate vel noluntate formaliter sumpta: vꝫ pro volitione ⁊ nolitione ipsa. ¶ Hec appꝫt quoniam sicut nulla res ab albedine distincta est ex seipsa alba: sed tantum quia albedine informata: ita nec aliqua res creata distincta a bonitate morali ⁊ malitia põt esse ex seipsa bona moraliter neq̄ mala/sed tantũ ab ipsa bonitate morali ⁊ malitia in ea actualiter existente. sed volũtas creata isto mõ vꝫ virtualiter sumpta puta ꝑ principio volitionis ⁊ nolitionis causaliter productiuo ⁊ subiecto receptiuo/est intellectualis creatura ab omni morali bonitate ⁊ malitia distincta vt substantia ab accidẽte. est enim talis bonitas ⁊ malitia moralis ipsa volũtas ⁊ noluntas sumpta formaliter pro actibus volendi ⁊ nolẽdi: quos constat esse accidentia ab omi substantia essentialiter distincta. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ non minus actus moralis bonus vel malus q̃ habitus ipsi correspõdens est a suo subiecto distinctus. sed constat omnem moralem virtuosum vel vitiosum habitum esse distinctuꝫ a suo subiecto qd̃ est voluntas vel noluntas sumpta modo predicto vꝫ virtualiter: nec vnq̃ talis voluntas dicitur habitualiter esse bona moraliter neq̄ mala ex seipsa: sed ab habitu ab ea essentialiter differente. ergo nec actualiter sine actu a se consimiliter distincto. quare ⁊c. ¶ Secũda conclusio est: q̄ voluntas formaliter sumpta/videlicet pro actu predicto/non dicitur ex se bona moraliter neq̄ mala: sed tantum ab actu precuio intellectus puta a dictamine rationis. ¶ Hoc probatur. quoniam ab illo electio vel respuitio dicit̃ bona moraliter vel mala q̃ posito ipsa est bona vꝫ̃ mala moraliter omi alio circũscripto: nõ autem posito quocunq̄ alio sine illo. nec etiam potest dici bona nec mala moraliter ab illo/quo solo posito non esset bona moraliter neq̄ mala. sed actus eligẽdi vꝫ̃ respuendi sic se habet ad actum intelligendi videlicet ad dictamen debitum rationis / q̄ illo posito sibiq̄ conformi videlicet electioni vel respuitioni/necessario ipsa electio est moraliter bona:⁊ mala si sit ipsi difformis quocunq̄ alio circumscripto. non põt autem sine isto dictamine existente esse bona moraliter neq̄ mala. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. quia sicut vnum ⁊ idem subiectum dicitur albuꝫ quando albedine informatum:⁊ non albũ quando est albedine ipsa priuatum:⁊ nigrum quando forma contraria puta nigredine informatum: ita ⁊ idem actus voluntatis essentialiter inuariatus est bonus moraliter quando eum precedit dictamen rationis rectum sibi conforme. malꝰ aũt quando ipsum precedit dictamen erroneum ⁊ obliquum. sicut intellectu dictante deuꝫ esse super omnia diligendũ ⁊ proximum propter deum/dilectio hec concordans rõnis dictamini est bona moraliter ⁊ virtuosa: non aũt si eã precedat dictamen falsum ⁊ erroneum contrarium/puta q̄ nec deus est super omnia diligendus propter seipsum nec proximus propter deum: immo dilectio tale sequẽs dictamen esset moraliter vitiosa. ergo sicut subiectuꝫ nõ dicitur album nec nigrum nisi in ordine ad albedinem et nigredinem: ita nec actus voluntatis dicitur bonus moraliter neq̄ malus nisi in ordine ad actum recti vel obliqui vꝫ̃ falsi dictaminis intellectus secũ actualiter existẽtem. ¶ Ex predictis sequitur corollarie: q̄ voluntas virtualiter sumpta videlicet pro intellectuali creatura/ dicitur bona vꝫ̃ mala moralis̃ vltimo ab actu dictaminis rõnis / licet primo ⁊ immediate ab actu electiõis vꝫ̃ respuitionis. ¶ Hoc appꝫt. qꝛ omnis intellectualis creatura denoiat̃ bona moralis̃ vꝫ̃ mala ab actu suo bono vꝫ̃ malo moraliter. sed actus bonus vꝫ̃ malus moraliter est actus electionis vꝫ̃ respuitionis non vt ꝑ se sumptus sed vt ad actum recti seu veri ac practici vꝫ̃ obliqui seu falsi dictaminis comparatus. ergo cum electio vꝫ̃ respuitio sit intermedia inter creaturã intellectualem eligentem ⁊ eius actum dictaminis precedentem: per consequens sequit̃ propositũ: videlicet q̄ ab electione vꝫ̃ respuitione dicit̃ primo ⁊ immediate/ab ipso autem dictamine precuio vltimo ⁊ mediante electione vꝫ̃ respuitione dictamen ipsum presupponente bona moraliter vꝫ̃ mala oĩs intellectualis creatura. ¶ Minor apparet. quoniam licet electio vꝫ̃ respuitio non dicatur bona nec mala moraliter nisi vt ad dictamen aliquod cui est conformis vel difformis comparata: nõ tñ ex hoc est intelligendum q̄ dictamen huiõi

sit vt per se sumptum bonũ moraliter neq; malum. quoniam sicut inter habitus solus habit⁹ electiu⁹ nõ dictatiuus dicitur habit⁹ moralis: nec enim bene sciens dictare dr̃ bene morigeratus: sed bñ sciens eligere ꝛ eligens videlicet eligenda ꝛ respuens respuẽda: ita nec inter act⁹ dictaꝫ moraliter malus vel bonus pri⁹o dictamẽ: sꝫ act⁹ electionis vel respuitiõis / licet nõ nisi ĩ ordine ad dictamẽ. sed dictamen huiusmodi est electionem precedens: ꝛ tñ omnia bona electio presupponens: ꝛ non econuerso dictamen rectum presupponit electionem. ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ actuũ voluntatis moraliter maloꝝ ali⁹ dicitur esse malus positiue ꝛ alius priuatiue. ¶ Hec apparet. quoniam aliquis actus volũtatis est malus quia circunstantia indebita informatus: vt velle aliquod bonum ꝛ licitum propter finem indebitum. ꝛ alius est mal⁹ solum quia circunstantia debita spoliatus / non quia indebita contraria informatus / vt velle bonũ puta amare proximum non propter finem debituꝫ puta deum / nec tamen ꝑpter indebitum sed absolute non considerato fine aliquo debito nec indebito. sed constat ꝙ primus act⁹ dicitur positiue malus: secundus autem tantũmodo priuatiue. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia primus actus duorum predictorum est malus propter positionem circunstantie indebite / non autem secundus: sed tantum propẽ priuationem circunstantie debite. ergo ꝛc. ¶ Quarta et vltima ꝯclusio est: ꝙ actus voluntatis aliquis est sic malus ꝙ non potest moraliter esse bonus. alius autem licet sit malus vt vno modo factus / potest tñ esse moraliter bonus vt alio modo sumptus. ¶ Hec probatur. quoniam actuũ eligendi vel respuendi voluntatis alius est moraliter malus ex se absolute seu ratione sui obiecti indebiti super qḋ trãsit: quod quidem obiectum est debitum nõ illius actus sed alterius sibi contrarij: sicut deum vel ꝓximum odire vel eligere intemperate viuere. ꝛ alius est malus non secunduꝫ se absolute sed ratione alicuius circunstantie indebite ipsi inexistentis: sicut velle subuenire proximo non ꝑpter deum: sed propter honorem seu commodum ꝓpriũ. sed actus primus istorum sic est malus ꝙ nunq̄ potest moraliter esse bonus. secundus aũt põt fieri vtiq; bonus: cum non sit malus secundum se absolute sed ratione indebite circunstãtie ipsi inexistentis: qua quidem potest priuari ꝛ opposita inesse ei. ille enim idem actus qui nunc fit propter finẽ indebitũ / potest fieri post ea propter finem debitum ꝛ honestum. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatur. quia omnis ille actus dicitur etiam positiue malus qui est malus nõ propter carentiam tantum sed propter alicuius inexistentiam. sed talis actus est duplex. est enim vnus malus propter inexistentiaꝫ circunstantie indebite circunstantie debite cõtrarie: ꝛ alius ratione sui vt videlicet est talis obiecti. sed primus idem saltem obiectiue potest fieri moraliter bonus: non autem secũdus. ergo ꝛc. ¶ Sed nunquid actus predicti sunt equales in malitia morali? ¶ Ad hoc dicendum est ꝙ non. ille enim videtur deterior qui est malus ex se seu absolute sic ꝙ nõ potest esse bonus: q̄ ille qui tantum est malus ratione circunstantie indebite. ꝛ iste etiam videlicet malus ratione positionis circunstantie indebite / qui dicitur malus positiue / deterior esse videtur illo qui est malus precise ratiõe priuationis circunstantie debite sine positione circũstantie indebite: qui quidem dicitur esse malus tantummodo priuatiue. Inter istos etiã actus sic priuatiue malos ille est deterior ceteris paribus qui pluribus debitis circũstantijs indebitis contrarijs inexistentibus est priuatus. ¶ Confirmatur. quia sicut actus boni moraliter sũt inequales in morali bonitate: ita ꝛ mali consimiliter in morali malitia sunt etiam inequales. minus enĩ malus est ille qui est ex ignorantia vt sequens actũ dictaminis falsum ꝛ erroneum / q̄ ille qui est ex certa sciẽtia: vt ille ꝗ post dictamen verum ꝛ rectum sequitur: cui tamen dictamini preuio est difformis. ¶ Et si forte dicatur ꝙ non est verũ. non enĩ talis actus electionis vel respuitionis cõformis falso ꝛ erroneo dictamini est min⁹ mal⁹ alio actu moraliter licet culpabiliter: quia nec omnis actus deterior culpabiliter est deterior moraliter. hoc esto ꝙ sit verum saltem inter actus alios superius expositos potest poni sicut et est de facto inequalitas moralis. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundũ: vbi est respondẽdum ad quesitum / est sciendũ ꝙ voluntas creata potest esse volũtati increate ꝯformis tripliciẽ vl' difformis. Uno modo in volito vel in nolito tantuꝫ vt absolute accepto. Et alio mõ in volito vel in nolito vt debite nõ tamen perfecte circunstantionato. Et tertio modo in volito vl' ĩ nolito vt perfecte ꝛ sufficienter circunstantionato. ¶ Primo modo esset conformis omnis voluntas creata volens illud qḋ deus vult vel nolens qḋ ipse non vult: ꝛ hoc absolute non tamẽ eo modo quo debet illud velle ꝛ nolle. Secundo autem modo est conformis omnis voluntas creata volens illud idem quod deus ꝛ eo modo: hoc est cum aliqua circunstantia debita / non tamen cum omni. Et vltimo modo est conformis omnis volẽs vel nolẽs idem qḋ deus ꝛ omni modo siue cum omni debita circunstantia tali actui volendi vel nolendi.

Hoc præmisso pono quatuor conclusiones.

¶ Prima est: ꝙ ad hoc ꝙ voluntas creata sit bona moraliter non sufficit ꝙ sit conformis voluntati increate primo modo videlicet tantum in volito vel in nolito. ¶ Hec apparet. quoniã nullus actus volũtatis create ad quodcunq; obiectum quantumcũq; debitum terminatus est moraliter bonus vt absolute sumptus: sed tãtũ quando est debite circunstantionatus. sed conformitas voluntatis create cum increata isto primo modo intellecta est tantum in volito vl' in nolito: ꝛ per consequens in actu volendi vl' nolendi idem obiectum quod deus vt absolute sumpto: non autem vt circũstantionato. ergo ꝛc. ¶ Maior apparet. quoniã nullus actus vt absolute acceptus siue vt ad tale obiectũ terminatus est moraliter bonus qui potest moraliter esse malus. ¶ Hec apparet. quia actus qui vt secũdum se sumptus vl' vt ad tale obiectum terminatus est moraliter bonus / semper est moraliẽ bonus q̄diu manet elicitus ꝛ ad obiectuꝫ huiusmodi terminatus. sed omnis actus voluntatis ad quodcunq; obiectum terminatus potest moraliter esse malus cum possit carere circunstantia aliqua sibi debita / sibiq; possit inesse contraria: sicut actus diligendi deum sequens dictamen erroneum ꝛ falsum qḋ est deum non esse diligendum est moraliter malus / cum non sit conformis dictamini recto preuio existenti: quia vt supponitur non dictamen huiusmodi videlicet rectum / sed erroneũ preexistit. ergo ꝛc. ¶ Confirmaẽ. quia existente illo qḋ sufficit ad hoc ꝙ voluntas creata sit moraliter bona / non potest ipsa moraliter esse mala. sed voluntas create cõformis modo p̃dicto voluntati increate potest moraliter esse mala: ꝛ sepe ẽ de facto / vt apparet ex ratione facta in principio. ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ nec ad hoc ꝙ volũtas creata sit moraliter bona sufficit ꝙ sit conformis voluntati ĩcreate secundo mõ videlicet in volito v l' in nolito debite sed imperfecte circunstantionato. ¶ Hec probatur. quoniam omnis actus moraliẽ bonus est omnibus circũstãtijs sibi debitis circũstantionatus. sed omne volitum vl' nolituꝫ imperfecte licet debite circũstantionatum caret aliqua sibi debita ꝛ necessaria circũstãtia. ergo ꝛc. ¶ Cõ-

firmatur. quia secundum philosophum .2. ethicorum ad hoc ꝙ aliquis actus sit moraliter bonus oportet ꝙ sint in eo omnes circumstantie sibi debite concurrentes: ita ꝙ vnica sola deficiente quantumcunqꝫ sibi insint omnes alie actus ipse non est nec esse potest moraliter bonus. sed cui cunqꝫ actui imperfecte circūstantionato deficit aliqua circumstantia sibi debita. ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. nullus enim actus habens omnem circumstantiam sibi debitaꝫ potest esse imperfecte circumstantionatus. ⁊ ideo per oppositum omnis actus iperfecte circūstantionatus ē aliqua circumstantia sibi debita spoliatus: ⁊ hoc differēter. aliqui enim actus sic carent circūstātia aliqua eis debita ꝙ cum hoc inest eis circumstantia cōtraria indebita. alij autem sunt aliqua circumstantia debita priuati: nō tamē circumstantia contraria indebita informati. ⁊ isti nō sunt ita mali moraliter sicut primi. quoniam primi sunt mali moraliter tam positiue veꝫ propter positioneꝫ circumstātie indebite/ꝙ etiam priuatiue veꝫ propter priuationem circumstantie debite. alij autem sunt mali moraliter tātū secundo modo veꝫ priuatiue puta propter priuationem circumstantie debite: non aūt positiue ex aliqua circūstātia eis indebita assistente. ergo ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ ad hoc ꝙ volūtas creata sit bona moraliter/sufficit ꝙ sit conformis voluntati increate tertio modo veꝫ in volito vel in nolito vt perfecte circumstantionato. ¶ Hec apparet. quoniam omnis actus voluntatis ꝑfecte circumstantionatus est moraliter bonus. nō enim actus aliquis potest esse moraliter malus nisi quia vel non est circumstantionabilis bene moraliter/qualis est omnis ille qui ē malus secundum se absolute sūs: ratione obiecti super quod transit/vt actus odiendi deum. vel quia est circumstantionabilis non tamen de facto perfecte circumstantionatus qualis est omnis ille qui transit super obiectum sibi debitum sed non propter finem congruum: vel qui nō elicitur vbi oportet vel a quo oportet ipsum elici effectiue. ⁊ ideo per oppositum omnis actus circumstantionabilis ⁊ ꝑfecte circumstantionatus est moraliter bonus. sed oīs volūtas creata conformis voluntati increate in volito vel in nolito perfecte circumstantionato habet actum volendi vel nolendi perfecte circumstantionatum. ergo omnis talis voluntas creata est moraliter bona. ¶ Confirmatur quia illud quo existente voluntas creata est bona nec potest moraliter esse mala/est sufficiens ad hoc ꝙ voluntas ipsa sit moraliter bona. sed existente in voluntate creata ad increatam conformitate predicta veꝫ vel in volito vel in nolito perfecte circumstantionato/volūtas ipsa quelibet creata sic est bona ꝙ non potest moraliter esse mala. omnis enim voluntas creata volens quod deus vult: et omni eo modo quo vult fieri: est moraliter bona. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ conclusio tertia supra dicta est intelligenda de volūtate creata conformi īcreate voluntati in volito voluntate signi quod est consilium vel preceptum: non autem in volito voluntate signi qḋ ē permissio. ¶ Hec est euidens. quoniam sola illa volūtas creata est moraliter bona que est ꝯformis seu concors diuine voluntati in volendo illud qḋ illa vult sicut ipsi acceptum: non aūt illa que vult idem qḋ ipsa vult nō sicut ipsi acceptum sed sicut fieri permissuꝫ. sed omne illud de q̄ est consilium vel preceptum deus vult sicut sibi acceptuꝫ non autem illud de quo dicitur permissio diuina esse vt ꝓprie sumpta/cum tale vt dictum fuit in ꝓcedentibus non sit nisi de aliquo fieri interdicto. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. q: nulla voluntas creata mala culpabiliter est bona moraliter. e conuerso autem omnis voluntas creata ab ol culpa immunis ⁊ perfecte circumstantionata est moraliter bona. sed omnis voluntas creata conformis increate in volito fieri permissiue est mala culpabiliter. omnis autē illa que est concors voluntati increate in volito voluntate beneplaciti perfecte circūstationato mō quo vult deus omne illud de quo est consilium vel preceptum/est immunis ab omni culpa ⁊ perfecte ac sufficienter circumstātionata. ergo ⁊c. ¶ Minor quantum ad vtranqꝫ partem est euidēs. quia nec aliquid dicitur proprie a deo fieri permissum nisi peccatum. ⁊ omne illud fieri est deo acceptum de quo est consilium vel preceptum/cum ⁊ deus ipse ꝓ quolibet talium statuerit reddere premium sempiternū. omne autem illud quod deus premiat dicitur sibi acceptum ⁊ voluntate beneplaciti ab eo volitum: sicut e conuerso illud dicitur non esse sibi acceptuꝫ nec voluntate beneplaciti volitum sed magis nolitum ⁊ permissum qḋ statuerit puniendum: quale quidem est omne peccatum. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem vtranqꝫ adductā in principio apparet solutio ex predictis. ¶ Ad primam cum quādo dicitur ꝙ omnis voluntas creata concors voluntati increate est regulata: Dico ꝙ verum est si sit sibi perfecte concors modo in precedentibus exposito: veꝫ in volito vel in nolito perfecte circumstantionato. ⁊ tunc cōcedo consequenter ꝙ omnis talis volūtas creata est moraliter bona: non autem illa q̄ est increate voluntati conformis tātum in volito vel in nolito vt absolute sumpto nec etiam illa que est sibi conformis in volito vel in nolito vt debite sed tn̄ īperfecte circumstantionato. quia nec talis voluntas creata est regulata. ¶ Ad secundam ī contrarium quando dicitur ꝙ omnis voluntas creata volēs fieri qḋ vult fieri increata/vel nolens fieri qḋ non vult fieri illa/est ipsi cōformis: Dico ꝙ verum est in volito vel in nolito vt absolute sumpto: non aūt in ipso vt perfecte circūstantionato: qḋ tn̄ requiritur vt dictū est supra ad hoc ꝙ voluntas sit moraliter bona. nō enim moralis bonitas volūtatis depēdet tantū a solo obiecto ipsius volitiōis sed ab omnibus circumstantijs ⁊ specialiter a circumstantia finis debiti/sine q̄ intento non potest voluntas creata eē moralit̄ bona. Unde Ber. ī libro de sex alis seraphin sic ait. Nō est cōsiderādū q̄d quisqꝫ faciat sed quo animo faciat. finis enim operis totus cōsistit in simplicitate intentionis. sed cōstat ꝙ simplicitas intentionis nō potest esse nisi ipsa intentio sit vltimi ⁊ simplicissimi finis. nullus enim actus voluntatis create potest esse perfecte moraliter bonus nisi sit elicitus ꝓpter istum finem vltimum omnium ⁊ simplicissimum intentum videlicet trinum ⁊ vnum deum/cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum.

AMEN.

Explicit scriptum super primū Sentētiarum. F. Guilhelmi de Rubione. Deo Gratias.

Subtilissimi ac cum primis honorãdi patris F. Guilielmi de Rubiõe ministri fratrũ Minorũ prouincie Aragonie/in Secũdum Sententiarũ Prologus seu prefatio.

DEus creator omniũ ⁊ terribil' et misericors.2.Macch.1. Beatus Augustinus libro primo soliloquiorũ sic dicit. Deus a quo auerti cadere est:in quẽ cõuerti/resurgere:in quo manere/consistere. Deus a quo exire mori: in quem redire reuiuiscere:in quo habitare viuere ẽ. Hec ille. ¶ Omnis intellectualis creatura cadit et moritur quando a deo demeritorie auertitur. Resurgit ⁊ erigitur/ quando ad eum mente conuertitur. Consistit ⁊ perficitur quando ipsi perfecte coniungitur. ¶ Est deus omnipotens reproborum se abipso culpabiliter auertentium cõdemnator:vt patuit in prostratione transgredientiũ spirituum malignorum. Bonorum se ad eum mentaliter conuertentium liberator:vt claruit in cõfirmatione persistentium beatorum omnium angelorum. Beatorum se ei eternaliter coniungentium premiator: vt innotuit in premiatione progredientium ciuium supernorũ. Et hoc est quod dicit Beatus Augustinus in quodam sermone vbi de hoc loquens sic ait. Deus est mundi gubernator ⁊ rector/ omnium liberator ⁊ adiutor/angelorum sapor ⁊ decor/in seipso principium et finis:reproborum terror et horror. ¶ Hec tria omnia que enumerat Augustinus: videlicet vniuersorum creatio ⁊ gubernatio: peruersorũ auersio et condemnatio:⁊ electorum angelorum conuersio ⁊ confirmatio ac premiatio/sunt de quibus agitur in secundo Sententiarum. Consideratur enim ipse deus in hoc secundo cuius expositioni est insistendũ: Primo vt eius omnipotentia resplenduit in productione omnium creatorum. Secũdo vt eius iustitia apparuit in condemnatione spirituum malignorum. Tertio vt eius clementia innotuit in confirmatione omnium aliorum. Et hoc ẽ quod in verbo proposito ostenditur:in quo deus ipse tribus modis predictis/quibus de eo in secundo Sẽtentiarum libro agitur/describitur euidenter. Ecce nãq in hoc verbo dei excelsi Primo inexplicabilem potestatem cũctorum mirabiliter productiuã/cũ dicitur: deus creator omnium:ipsa de nihilo temporaliter producẽdo. Secundo inobliquabilem equitatem reproborũ horribiliter punitiuam:cum subditur:⁊ terribilis: demerita demonum ⁊ hominum difformiter puniendo. Tertio interminabilem pietatem electorum eternaliter perfectiuam:cũ concluditur:⁊ misericors:merita bonorum angelorum eternaliter extollendo. Et de his tribus agitur in hoc secũdo/q̃ potest secũdũ hoc diuidi in tres partes. ¶ In quarũ prima agitur de creatione omnium tam inferiorum q̃ superiorum. In secunda de auersione spirituum malignorum/ et conuersione bonorum ad deum/ac ipsorum premiatione ⁊ malorum cõdemnatione. In tertia ⁊ vltima agetur specialiter de hominis productione seu exitu in esse nature ⁊ de eius transgressione qua cecidit a statu innocentie. Secũda pars incipit distinctio.2. De angelica itaq natura Tertia distinc.17. His excussis. ¶ Secunda subdiuidit in duas partes. In quarũ prima agit magister de creatura mere spirituali/puta angelica/ determinando de ipsa omnia supradicta. In secunda de creatura precipue corporea:⁊ hec incipit dist.12. Hec de angelis. ¶ Tertia etiã diuiditur in partes duas:in quarum prima agitur de hominis creatione. In secunda de ei' transgressione distin. 21. Videns ergo diabolus ⁊c.

Circa primum (vbi deus omnipotens describitur seu innuitur. quia omniũ de nihilo pductiu' exprimitur/modo quo de ipso in secundo sententiarũ primo agit:cum premittitur: Deus omniũ creator.) Est sciẽdum q deus creauit sex q̃ in isto scđo libro sententiarum explicantur/⁊ in libro Geneseos numerantur. Creauit ẽ primo celum empyreum cũ angelis:⁊ terram cũ alijs elementis. Secundo firmamentum medium/diuisiuũ aquarum ab aquis. Tertio vegetatiua virẽtia in mũdo infer'. Quarto luminaria lucentia in celo superius. Quinto bruta animalia sensitiua. Sexto rationalia/ad imaginẽ suã hoc est dei facta. Vnde de ipso deo creatore olim predictorum:de quo agitur in hoc secundo sententiarũ:potest accipi illud Sapientie.13. A magnitudine enĩ speciei ⁊ creature/ cognoscibiliter poterit creator horum videri. Ex magnitudine enim diuine operationis a posteriori arguitur ⁊ cognoscit' magnitudo opificis. Et iõ dicit Apostolus ad Roma.i.ca. q inuisibilia ipsi' (vcꝫ dei) a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta cõspiciuntur. Sẽpiterna quoq eius virtus ⁊ diuinitas ac potestas inexplicabilis nobis aliqualiter innotescat ex productione de nihilo omnium productorũ. Memento ergo creatoris tui dicitur cuilibet Eccle.12.

Circa secũdum (vbi deus describit' seu innuitur vt iustissimus:quia tam demonum q̃ primorum parentum aliorumq ab eis descendẽtium difformiter punitiuus:mõ quo ⁊ de ipso agitur in secundo cũ subiungit' ⁊ terribilis) Est sciendum/q deus creator omniũ apparuit terribilis ⁊ seuus tam malignis spiritibus superbiẽtibus/q̃ etiam primis parentibus inobediẽtibus. quoniam in ipsos oẽs Primo confudit superius. Scđo deiecit inferius. Tertio puniuit interius. Sunt enim eiecti a loco superiori:deiecti in mũdo inferiori:puniti ĩ alio interiori. Et de istis oĩbus agit' in hoc secundo. Hic enĩ ostenditur q demones fuerunt creati ĩ celo superiori:⁊ primi parẽtes in paradiso terrestri. vnde propter eorũ demerita fuerũt expulsi ⁊ positi in loco humiliori. Puniti alij vt demões eternaliter in inferno. Alij vero vt primi parentes ⁊ alij oẽs ab eis descendẽtes temporaliter ĩ hoc mũdo: q̃ oẽs fuerunt originali iustitia spoliati: ⁊ pena alia temporali multiplici cõdemnati. Vnde de deo terribili p̃dictis oĩbus apparente/vt in hoc secundo libro ostendit':põt accipi illud Exodi.15. Quis similis tui in fortibus dñe? Quis similis tui/magnificus ĩ sanctitate:terribilis atq laudabilis:⁊ faciens mirabilia? Extendisti misericordiam tuã: ⁊ deuorauit eos terra. Deo enim manum sue iustitie post lapsum demonis ⁊ hominis extendente:deuorati sũt demones in terra infernali:pena videlicet eternali. Cõdemnati etiam fuerũt homines morte corporali. in qua a terra ipsorum corpora deuorantur. Et hoc est quod deus primo homini predixerat ⁊ comminatus fuerat: quando dixit. De ligno scientie boni ⁊ mali ne comedas:in quocunq enim die comederis ex eo/morte morieris. Gene.2. Et ideo post eius lapsum propter vetiti ligni esum/dixit ipsi deus ostendens q malum predictũ incurrerat q̃d ipse illi predixerat. Gene.3. In sudore vult' tui vesceris pane tuo donec reuertaris in terram de qua sumpt' es. q: puluis es ⁊ in puluerem reuerteris.

Circa tertium & vltimum (vbi deus ostenditur vt piissimus: quia electorum se ad ipsum conuertentium ⁊ aliorum etiā omnium directiuus: modo quo etiam agitur de ipso in isto secundo: cum cōcluditur: ⁊ misericors.) Est sciendum q̄ sicut deus apparuit terribilis ⁊ seuerus angelis malis ruentibus: ita econuerso/ bonis permanentibus ⁊ se ad eū conuertentibus apparuit pi⁹ ⁊ misericordissimus/ vt in hoc secundo ostenditur: propter tria. Suam enim misericordiam eis ostendit: Primo. qr eos in gratia superna interius cōfirmauit. Secundo. qr eos a culpa ⁊ pena salubri⁹ preseruauit. Tertio. quia ipsos in gloria sempiterna superius sublimauit. Et de his omnibus in hoc secundo agitur. In ipso eñ ostenditur/ quomodo quia boni angeli persistere: ⁊ ad deū conuersi aliis se ab ipso auertentibus restitere: adeo meruerunt in gratia confirmari: ⁊ p consequens ab omni culpa ⁊ pena preseruari/ ⁊ in gloria sublimari. Unde de deo sic eis misericorditer apparente potest accipi illud Esaie. 58. Tūc inuocabis / ⁊ dominus exaudiet/ clamabis/ ⁊ dicet ecce assum: quia misericors sum dominus deus tuus. Clamauit eñ cetus electorum omniū angelorū ad dñm: ad quē mentaliter se cōuertit. ⁊ ideo de⁹ ipse misericordissimus eis affuit: qñ ipsos ī gratia ɔfirmauit/ q̄ mediāte a culpa p̄seruauit ⁊ ī glīa sublimauit. Ad quā nos pducat ⁊c.

CIrca distinctionē primā in qua magister determinat de productione creaturarum oīm a deo ī generali: Quero primo de creationis quidditate. Scdo de ei⁹ possibilitate. Tertio de eius ppetuitate possibili. Quarto de eius cum cōseruatione vnitate vel diuersitate reali. Quinto de eius obiecto creabili. ¶ Quantum ad primum incipiēdo a notioribus: quero primo/ vtrū actiua pductio ⁊ passiua secūde cause sit forma aliqua p se vna distincta realiter ab ipsa eā scda ⁊ a passo p̄supposito ac a termino in ipm naturalit̄ introducto. ¶ Et arguit prio q̄ sic. qr que differūt p̄dicamentaliter differūt realiter: et qōlibet taliū ab altero distinctū est formalit̄ ī re extra aliqd per se vnū. sȝ oīus actio cuiuscūq; cause secūde est alterius gñis ab ipsa/ ⁊ a passo/ ⁊ a termino introducto. g̃ ⁊c. ¶ Cōtra. quia quorūcunq; realiter distinctorum vnū est pducibile altero nō pducto/ saltē a deo. sȝ impossibile ē pductionē actiuā vl' passiuā in esse ponere sine aliq̄ termino in esse posito seu pducto. g̃ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic pcedā. Primo enim excludam triplicem opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem. Tertio tangam ⁊ soluā aliq̄ dubia circa dicta. Protestor tñ: q̄ nec ī q̄stiōe ista nec in aliqua alia intendo aliqd asserere contra fidē nec cōtra sanam ecclesie doctrinā: immo si (qd absit) aliquid tale fuerit dictum ex ignorantia vel ex alia quacūq; causa: totum reuoco ⁊ haberi volo pro nō dicto seu scripto: ⁊ ecclesie correctioni me submitto.

Quantum ad primum sunt tres modi dicēdi/ omnes ɔcorditer asserentes q̄ actio ⁊ passio/ seu actiua ⁊ passiua productio/ et qōlibet horū est aliqd per se vnum distinctū realiter ab agente creato ⁊ a passo supposito ⁊ a termino introducto. Distinguuntur autem inter se isti tres modi dicendi. quoniam primus dicit q̄ forma ista que dicitur actio ⁊ passio/ actiua pductio ⁊ passiua: est forma respectiua. Est enim (vt dicunt) actio respectus agentis ad passum: ⁊ passio respectus conuersus/ videlicet passi ad agens. Et vterq; horum est respectus extrinsecus adueniens: qr extremis positis nō ponitur necessario sed tantummodo contingenter. Productio autē ipsa actiua que est respectus producentis ad productū: ⁊ productio passiua que est respectus producti ad pducens/ est respectus intrinsecus adueniens propter oppositam rationem: videlicȝ quia respectus huiusmodi extrema posita necessario consequuntur: ⁊ ideo sunt de genere relationis non actionis nec passionis. ¶ Secūdus modus dicendi est quorundam q̄ dicūt q̄ qōlibet p̄dictorum tam actio vȝ q̄ passio/ ⁊ tam actiua pductio q̄ passiua/ est forma aliqua absoluta. ¶ Terti⁹ modus seu opinio est aliorum dicentium q̄ nec est forma mere absoluta nec mere respectiua: sed media inter istas. Dicunt enim q̄ formarum alia perficit subiectum absolute in ordine ad se tantuȝ/ vt albedo: ⁊ talis quelibet est forma mere absoluta. Alia perficit subiectum per se primū in ordine ad alterum vt similitudo: ⁊ talis est mere respectiua. Alia aūt est quasi medians inter istas: que vȝ perficit subiectum prio in ordine ad se: ⁊ secūdario ⁊ ex consequenti in ordine ad aliud/ vt intellectio volitio ⁊ omnes actus aīe apprehensiui vel appetitiui. et de numero talium formarum ē actio ⁊ passio/ actiua productio ⁊ passiua. Sicut enim intellectio ⁊ visio habent respectum annexum ad obiectū: ita ⁊ actio ⁊ actiua productio ad terminum productum ⁊ ad passum p̄suppositum: ⁊ econuerso/ passio seu passiua productio dicit etiam respectum ad producens ipsum.

Pro pria opiniōe arguit̄. & prio q̄ actio et passio distiguāt̄ rāliter se q̄ a pductiōe actiua ⁊ passiua. quoniam q̄ sunt in diuersis p̄dicamētis realiter distinguuntur. sed actio ⁊ passio sunt diuersa predicamenta tā inter se q̄ a predicamēto relationis/ in quo continetur tā actiua productio q̄ passiua: cum vtraq; sit respectus intrinsecus adueniens/ vt dictum est. ergo ⁊c. ¶ Preterea quia omnes forme respectiue diuersa habentes extrema realiter distinguūtur. sed actio ⁊ passio/ actiua ⁊ passiua productio sunt huiusmodi. subiectum eñ passionis ē passum presuppositum/ ⁊ terminus agens ipsum. Actionis autem subiectum est econtrario ipsum agens ⁊ termin⁹ patiens. Productionis autem passiue subiectum ē productum: ⁊ terminus principium productiuum: qd est subiectum productionis actiue ad productum terminū terminate, ergo ⁊c. ¶ Preterea qr respectus qui necessario extrema posita consequūtur/ aliī sunt ab illis qui sua extrema contingenter non necessario consequunt̄. sed actio ⁊ passio sua extrema consequunt̄ cōtingenter: productio autē omnis necessario. ergo ⁊c. ¶ Secundo arguo q̄ ista omnia sint respectiua nō aliqua absoluta. Primo: quia tantum tria sunt predicamenta absoluta: videlicet substantia quantitas ⁊ qualitas. omnia autem alia sunt respectiua. sȝ ista videlicet actio ⁊ passio/ actiua productio ⁊ passiua non sunt alicuius triuȝ generū predictorum. g̃ ⁊c. ¶ Secundo. qr ad omnem formam absolutam potest eē actio productiua. sed nullius actionis est actio: nec productionis productio. ergo ⁊c. ¶ Tertio. qr quod est essentialiter ad aliud formaliter est respectus. sed qōlibet predictorum est essentialiter ad aliud. omnis eñ actio et pductio est ad aliud vt ad terminum presuppositū vel productiuum. ergo ⁊c. ¶ Quarto. qr concretū cuiuslibet predictorum est relatiuū seu respectiuum: vt agens ⁊ patiēs seu passum/ pducēs ⁊ productum. omne enim agens vel pducens vel patiēs est aliqd agēs/ pducēs vel recipiēs: ergo tā actio q̄ passio/ q̄ pductio/ est forma aliqua respectiua. ¶ Consequentia tenet p locū a coniugatis.

Pro secūda opiniōe: videlicet q̄ actio vl' productio ⁊ passio sit forma nō respectiua sȝ absoluta/ arguitur primo. quia nullus respectus est vera pfectio et

finis potentie actiue. sed actio est finis potentie actiue: ꝛ perfectio vltima: iuxta illud philosophi nono metaphysice/ vbi dicit ꝙ visum habemus vt videamus. non econuerso. ergo ꝛc. ¶ Secundo. quia nullus respectus est prior ordine nature suo termino/ immo posterior. sed actio/ ꝛ per consequens passio: ꝛ omnis productio est prior termino producto: ergo nulla productio est respectus ad productum terminum terminatus. ¶ Tertio. quia nullus respectus potest esse plurium terminorum realiter distinctorum. sed omnis actio ꝛ productio secunde cause respicit plura realiter distincta: quia passum presuppositum ꝛ terminum in ipsum introductum. ergo ꝛc. ¶ Quarto: quia omnes respectus mutui sunt eiusdem predicamenti sed actio ꝛ passio non sunt eiusdē predicamenti. ergo ꝛc. ¶ Quinto. quia nulla forma respectus ē intēsibilis nec remissibilis. sed actio ꝛ passio sunt forme intēsibiles ꝛ remissibiles. ergo ꝛc.

Pro tertia opinione arguo: & primo ꝙ

tam actio ꝙ̄ passio sit forma absoluta: ꝑ rationes factas pro secunda opinione. ¶ Secundo ꝙ non sunt forma mere absoluta. quoniam nulla accidentalis forma mere absoluta exigit terminum vltra subiectum. sed quelibet istarum vltra subiectum respicit aliquem terminum. ergo ꝛc.

Contra conclusionem communem in

qua conueniunt predicti tres modi dicendi/ videlicet ꝙ actio seu actiua productio ꝛ passiua sit forma aliqua per se vna medians in re extra inter efficiens ꝛ effectum et distincta realiter ab vtroque: Arguo primo sic. impossibile est esse actionem seu actiuam productionem aliquam nec passiuam sine aliqua re producta vt calefactionem sine calore vel generationem ignis vel cuiuscūque alterius forme substātialis sine ipsa forma ꝓducta. sed si actiua ꝓductio ꝛ passiua essent forme distincte realiter a ꝓductis ꝛ priores eis: hoc necessario sequeretur/ vz ꝙ tā actiua ꝓductio ꝙ̄ passiua posset fieri etiā naturaliter sine aliq̄ re ꝓducta. ergo ꝛc. ¶ Minor probatur. quoniam omnis causa naturalis continēs virtualiter ordine quodā aliqua plura distincta realiter/ pōt in effectū priorem sine posteriori se quente/ deo illū impediēte videlicet posteriorem ꝛ permittente agere ad priorem. sed scd'm oēs tres opiniones p̄dictas actio ꝛ passio sunt forme distincte realiter a ꝓductis ꝛ priores eis: licet secūdum aliquos ꝓductio sit forma sequens productum. ergo saltem actio ꝛ passio poterit esse naturaliter ab agente absque aliquo producto termino consequente. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia nullū est impossibile primam causam coagere secunde contentiue plurium effectuum realiter distinctorū ad vnum illorum maxime ad priorē/ nō coagēdo ei ad posteriorē. sed scd'm cōclusionē oīm trium predictarū opinionū oīs causa scd'a est virtualiter ꝯtentiua pri⁹ actionis ꝛ passionis ꝙ̄ alicuius alterius forme. ergo si actio ꝛ passio a ꝓducēte ꝛ a ꝓducto realiter distinguunt: poterit naturaliter esse ꝛ passio absque forma aliqua alia ꝯnte. ¶ Cōsimiliter dico de ꝓductione actiua ꝛ passiua si ab actione ꝛ passiōe ponantur distincte vt imaginant aliq̄ p̄dictorū. quoniam aut ꝓductiōes hmōi sequunt ꝓductos terminos: aut p̄cedunt: aut simul existūt. Si primū: ꝗ non necessario cōsequuntur/ cum nullum posterius distinctum realiter a priori ipsum necessario consequatur. poterit enim saltem per diuinam potentiaȝ eē sine omni producto termino actiua productio et passiua/ cum deus possit facere omne posterius sine priori a q̄ realiter est distinctū nec ī ipso īclusū. Si aūt detur scd'm vel tertiū/ tūc seq̄t ꝙ etiā naturaliter posset esse sine omni ꝓducto termino taȝ actiua ꝓductio ꝙ̄ passiua. nec enim maiori necessitate terminus sequit ad ꝓductionē ꝙ̄ aliqua substantialis forma ad suā vltimā dispositionē: cū scd'm eos non magis distinguat ꝓductio ipsa a forma vltima ꝙ̄ distinguat. sȝ ꝯstat ꝙ ad nullā dispositionē alicu⁹ forme in materia introductā seq̄tur forma ipsa necessario absolute. ꝗ ꝛc. ¶ Preterea secūdo arguo sic ad idē. Si actio vel ꝓductio esset forma distincta realiter ab ipsa causa scd'a ꝛ ab effectu sibi possibili effectiue: nullū agens creatū eēt tm̄ effect⁹ vnius rationis sed plurimū ꝓductiuū. sȝ hoc videtur inconueniens. ergo ꝛc. ¶ Maior apparet. quoniā nullum agens creatum potest agere vt dicunt ad aliquē effectum nisi mediante actione ꝛ passione: que sūt forme tam inter se ꝙ̄ ab effectu vltime distincte realiter ꝛ alterius rationis. ergo ab omni causa secunda aliquid producente oportet causari plura et alterius rationis. ¶ Confirmatur. quia si secundum eos motus differat ab actione ꝛ passione: aut motus ipse est a mouente immediate: aut mediante aliqua actione. Si primum/ ergo eadem ratione potest agens in omnem alium effectum sibi possibilem immediate sine omni actione vel passione alia precedente. Si autem ponatur secundum/ cum secundum ipsos ad diuersa producta diuerse sint actiōes et passiones siue actiue ꝛ passiue productiōes: per consequens sequitur ꝙ alia est productio ad motum et alia ad eius terminum terminata. ꝛ ita omne mouens agit duplici actione/ ita ꝙ ab ipso sunt effectiue insimul sex effectus/ videlicet due productiones actiue ꝛ due passiue et motus ac eius terminus vltimus: sed hoc videtur omnino falsum. non enim ab agente per motum sunt effectiue plura ꝙ̄ ab agente alio in instanti. ergo ꝛc. ¶ Sed forte respondebitur ad predicta ꝙ actio vel productio non est effectus agentis: quia nec est effectiue ab ipso: sed est medium per quod effectus ipsius actionis terminus progreditur ab agēte. non enim potest esse proprie effectus agentis nisi qd' est terminus actionis/ cum non sit actio actionis nec productio productionis. quare ꝛc. ¶ Sed hoc non valet. Primo quia sicut non minus est in aliquo subiectiue qd' est in ipso immediate/ ꝙ̄ illud qd' est in ipso aliquo alio mediante ab eo realiter differente: ita non minus res aliqua in esse nouiter posita est effectiue ab illo a quo immediate in esse ponitur ꝙ̄ res alia sit ab illo a quo in esse ponitur effectiue re alia mediante. ergo cum actio sit immediate nouiter ab agente a quo nō est terminus actionis vt dicunt nisi illa actione mediante: per ꝯns non minus illa actio est hoc supposito ab agente ꝙ̄ terminus actionis. ¶ Secundo. quia si nihil esset ab aliquo effectiue nisi qd' est ab ipso mediante huiusmodi actione ab agente ꝛ a producto realiter differēte/ sequeretur ꝙ nulla creatura a deo fuerit effectiue: cum creatio actio sit a deo/ ꝛ creatio passiua a creatura penitus indistincta/ excepto termino cōnotato vt in sequētibus ostendetur. sed hoc est falsum. quia vt dicitur Joannis primo/ omnia per ipsū facta sunt. ergo ꝛc. ¶ Tertio. quia omne nouiter in esse positum est productum et ab illo effectiue seu causaliter a quo ponitur in esse realiter: sed per te actio est forma realis nouiter in esse posita et constat ꝙ non nisi ab agente. ergo est eius effectus ꝛ prior ꝙ̄ terminus actionis. ¶ Confirmatur. quia per aliquid esse causam alterius non aliud intelligendum puto ꝙ̄ esse illud ad quod sequitur alterum quocumque alio circumscripto si est causa totalis. sed agens creatum est sine quo non potest naturaliter sequi actio: et ad cuius esse sequitur actio in passo presupposito. ꝗ ꝛc. ¶ Preterea tertio ad pricipale arguo sic. nō est ponēda pluralitas vbi nulla ē necessitas: nec ēt appet possibilitas. sȝ nulla ē necessitas nec forte possibilitas ponēdi in oī cā scd'a respectu cuiuscūque effect⁹ sibi possibil' hmōi ꝑuiā actiō-

tis est res aliq̃ extra animã p se vna. ¶ Et quãdo addit q̃ significatũ vnius p̄dicamẽti est distinctũ realiter a significato alterius: Dico q̃ est falsum. vt em̃ patet ex p̄dictis i Quotlibeto supradicto ꝛ i alijs locis multis/ p̄dicamẽti substãtie ꝛ qualitatis sunt distincta realiter. aliorũ autẽ p̄dicamentorũ omniũ significata sũt a significatis istorũ penitus indistincta: cũ quodlibet aliorũ octo p̄dicamẽtorꝫ sit cõnotatiuũ nõ importãs aliquid p se vnũ: sed plura simul: que plura nõ sunt aliud q̃ substãtie vel qualitates: vel si importãt aliquid p se vnũ vt quãtitas: nõ tñ absolute: sed vt taliter dispositas habens ptes: que partes non sunt nisi substantie vel qualitatis vt i quarto prolixius est ostẽdẽdũ. quare ꝛc. ¶ Ad scdm. cõcedo maiorẽ: sed nego minorẽ. nihil em̃ positiuũ destruitur nec desinit esse post formã in passo p̄supposito introductã. nec tñ ex hoc sequitur qd̓ infertur: q̃ pductũ cõtinue pducatur: nec q̃ pducens continue sit pducẽs. nec em̃ deus dicitur cõtinue creare/ nec creatura ꝯtinue creari: sed tñ q̃ nouiter est pducta. et tñ nec ipsa nec in deo p̄existẽs aliquod positiuũ esse desinit ratione cuius ipsa creatura nõ dicatur nũc creari nec deus eã creare: licet p quãto creatura cõtinue dependet a deo posset dici cõtinue creari/ modo quo aer scd̓ꝫ Augustinũ dicitur cõtinue illuminari. ¶ Tunc ergo dico q̃ hic ignis dicitur nũc aliũ ignẽ generare ꝛ nõ postea p̄cise: quia ignis genitus est nũc nouiter ab eo: ꝛ nõ postea est de nouo. nõ autẽ propter aliquã formã ab igne genito differentẽ nũc ꝛ nõ postea existentẽ: vt ista ratio ꝛ vulgata opinio imaginatur. ¶ Qd̓ pbo euidẽter. qm̃ si ideo ignis dicit̄ nũc generari ab igne ꝛ nõ postea: quia nũc manet forma aliqua media put̄ i generatio ip̄a/ que postea destruitur: cũ quecũqꝫ positiua deus posset cõseruare/ p ꝯñs ꝛ talẽ pductionem: quero tũc cũ ipsa sit a pducẽte sicut ꝛ producta/ vtrum semp generaretur si maneret isimul cũ pducto? Et si dices q̃ sic: ꝯsimiliter dicã ego etiã de pducto. nõ enim est aliqua ratio pp̄ter quã aliq̃ forma accidẽtalis existẽs i pducto huiusmodi vt supponis est ip̄a passiua pductio sit magis a pducẽte ꝯtinue q̃ pductũ. ¶ Si aũt dicas q̃ nõ: habetur ppositũ: vꝫ q̃ illud idẽ qd̓ primo dicebat̄ producere vel pduci nõ dicitur nunc pducere nec pduci nõ pp̄ter aliquid nũc corruptũ/ sed p̄cise quia pductum fuit prius a pducẽte nouiter ꝛ nõ modo. quare ꝛc. ¶ Si tñ ista/ agere vꝫ ꝛ pati/ pducere ꝛ pduci/ accipiantur p̄ esse p ip̄orũ significatis rebus extra animã existẽtibus cõcedi potest q̃ nõ magis agens dicitur pducere quãdo primo ponit effectũ in esse: nec magis effectus pducitur quando primo in esse ponitur q̃ postea. nihil enim positiuũ existẽs formaliter in aliquo ip̄orꝫ/ pducẽte vꝫ vel pducto/ in p̄mo instãti oportet corrumpi nec destrui instãti sequẽti. quare ꝛc. ¶ Cõfirmatur. quia nec esse pducẽs nec productũ est esse aliquo informatũ: modo quo subiectuꝫ aliquod dicitur esse album quia albedine informatum. ¶ Ad tertiũ patet ex dictis q̃ cũ dicitur q̃ ignis est ab igne (vt dicitur) distinctũ aliquid ab extremis: cũ ita immediate ignis possit esse ab igne in materia disposita p̄supposita sicut actio ipsa seu actiua pductio ꝛ passiua si poneretur: nec tñ ex hoc sequitur qd̓ infertur: vꝫ q̃ a quocũqꝫ hi duo ignes producerẽtur vnus esset ab alio effectiue. Et si hoc sequitur: ostendo q̃ idem sequitur inconueniens contra alios. qm̃ si actio vel actiua pductio ꝛ passiua est forma aliqua per se vna positiua a pducẽte et a pducto distincta realiter/ est ab ipso agẽte causaliter vt supius est ostẽsuꝫ/ nõ mediãte aliqua pductione sed immediate. ¶ Tunc arguo vt arguis ex hoc sic. aut generationẽ actiuã vel passiuã esse ab ipso generãte est aliqd̓ preter extrema: aut non. sed constat q̃ non potest poni scdm: cũ vt dictũ est nullum sit mediũ inter generãs ip̄m et generationẽ. ergo relinquitur primũ. ergo ita sequitur hic sicut ibi q̃ si huiusmodi extrema puta generãs ꝛ generatio fierẽt a deo imediate/ qd̓ posset vtiqꝫ fieri supposito vt supponis q̃ sint diuerse positiue formaliter i re extra/ q̃ vnũ horũ esset ab altero: qd̓ est falsum. nõ em̃ eo ipso vnũ esset seu fieret ab alio: sed ambo a tertio effectiue. ꝛ ita ꝯsimiliter de duobus ignibus ꝛ de alijs quibuscũqꝫ pductis ꝛ pducẽtibus est dicendũ. quare ꝛc. ¶ Ad quartũ dicẽdũ q̃ successiuũ est ipse motus qui nõ est aliud q̃ acquisitio vnius ptis post aliam. momẽtaneũ vero qd̓ acquirit̄ seu pducitur totũ simul. sed nec acquisitio seu pductio partis forme post ptem nec pductio totius forme simul est a ptibus acquisitis seu pductis forme distinctũ aliquid in re extra. nullũ em̃ est incõueniẽs formã alicui possibilẽ fieri ab ipso altero p̄dictorꝫ duorꝫ modorũ: vꝫ vel simul totã vt fit forma substãtialis: vel successiue: vꝫ partẽ post ptem: vt fit forma accidẽtalis absqꝫ forma alia mediante successiua vel instantanea q̃ ab ipsa realiter sit distincta. satis em̃ mirũ esse videretur q̃ calidũ nõ posset calorẽ inducere nisi mediãte forma aliq̃ successiua a calore realiter distincta/ nec ignis in passo vltimate disposito formã ignis nisi mediãte alia forma instantanea ab ipso igne similiter realiter distincta. forma em̃ huiusmodi instãtanea si ponatur inter ignẽ generantem ꝛ ignẽ genitũ mediate/ magis est ab igne generãte distincta q̃ ignis/ nec p ꝯñs videtur q̃ ignis possit in eã immediatius q̃ in formã ignis. Cõsimiliter dico de forma successiua si ponatur distincta a forma accidẽtali: cuius vna ps post aliã introducitur. nõ em̃ est verisimile calorẽ aliquã talẽ formã successiuam a calore quocũqꝫ alterius rationis ꝯtinere virtualiter imediatius q̃ calorem ipsi possibilẽ effectiue. quare ꝛc. ¶ Hic igitur ad rationem in forma ꝯcedo q̃ successiuũ vt vulgariter acceptuꝫ: vꝫ pro forma aliqua cuius nulla pars potest actu simul cuꝫ alia existere: est a pmanẽti realiter distinctũ. Idẽ dico de instãtaneo sumpto etiã vulgariter p aliquo indiuisibili talis forme vꝫ successiue. Sed hoc modo nulla actio est nec esse potest successiua nec instãtanea: quia nec in re extra est aliquid successiuuꝫ nec instantaneũ sic acceptum vt in sequẽtibus ostendetur. sed tñ primo modo aliqua actio dicitur successiua ꝛ alia instãtanea. vt sic autẽ nec successiuũ nec instãtaneũ est a pmanẽti distinctũ: cũ res ipsa quelibet possibilis pducatur vel simul tota: ꝛ ideo in instãti: vel ps post ptẽ: ꝛ ideo successiue omni re alia sic vt forma ab ipsa ꝛ eius ptibus distincta totaliter circumscripta. quare ꝛc. ¶ Ad quintũ dicẽdũ q̃ nec actiuũ p̄ncipiũ seu pductiuũ est actionis seu pductionis i.q̃ alicuius forme p se vnius distincte a forma i passo p̄supposito introducta: nec passiuũ ip̄m suppositũ eius subiectũ nec forma eius terminus: cũ nihil sit in re extra actio seu actiua nec passiua pductio sic accepta. sed agẽs dicitur actionis p̄ncipiũ quia est illud a quo est res acta seu pducta vꝫ ipsa forma cuius est p̄ncipiũ agens ip̄m passum p̄suppositũ. dicitur actionis subiectũ: quia est subiectũ forme pducte. q̃ dicitur actionis terminus q̃ agẽtis. hoc mõ ꝛ nõ alio sunt ꝯcedẽde ppositiões p̄dicte/ licet improprie p quãto scd̓ꝫ ipsorꝫ significatũ falsum p̄tẽdũt itellectũ: vꝫ q̃ actio seu pductio sit forma aliqua p se vna alia a forma in passo p̄supposito introducta: qd̓ nõ est verũ. quare ꝛc. ¶ Ad sextũ ꝯcedo aliquos eẽ effect9 a suis causis ꝯtinue dependẽtes vt lumen a sole. Sed quando dicitur q̃ nulla causa potest ꝯseruare effectum nec ipse effectus ab ea depẽdere nisi actione aliqua mediãte: hec est falsa. sicut enim sol seipso immediate causat lumen ꝛ cõseruat ip̄m causatũ nõ aliquo alio mediante q̃ seipso. nõ em̃ magis requirit̄ mediũ ad effectũ ꝯseruandũ q̃ ad eũ nouiter causandũ. ¶ Confirmatur.

ꝙ si lumen cõseruatur a sole actione aliqua mediãte ab ipso ⁊ a sole distincta: aut huiusmodi actio depẽdet ĩ esse et ꝑ ꝯ̃ñs cõseruatur cõtinue a sole: aut nõ. sed nõ põt poni scðm: quia nõ potest aliquis effectus a causa sua cõtinue depẽdere mediãte effectu ab ipsa indepẽdẽti. ergo relinquitur primũ: vꝫ ꝙ huiusmodi actio a sole depẽdet sicut ⁊ lumen ac cõtinue conseruatur ꝗdiu manet lumen. Quero tũc quõ cõseruatur: aut eñ sol eã cõseruat imediate / aut actione alia mediãte. Si scðm: sequitur processus ĩ ĩfinitũ in talibus actionibus cõseruatis: qui non potest poni. Si das primũ sicut ⁊ oportet te ꝯcedere / eadẽ ratione debes ꝯcedere lumen ipm ꝯseruari posse a sole imediate / cũ nõ magis sed minus vt dicis lumẽ ipm a sole ꝗ huiusmodi quã ponis ꝯseruatiua vel ꝓductiua actio distinguatur. ¶ Et quãdo addit ꝙ effectus dependens a causa in fieri ⁊ in esse requirit eã sibi esse approximatã / ꝯceditur. sed ex hoc nõ sequitur qð ĩfertur: vꝫ ꝙ sit ꝓpter aliquod intermediũ positum inter causam ⁊ suũ effectũ. licet eñ causa ꝯseruans effectũ possit dici continue agere / nõ tñ ad aliquod aliud medium ab ipso distinctũ: sed imediate ad ipm. vnde ⁊ ponẽdo causam imediate agere ad effectum / magis saluatur causam ipsam effectum suũ quẽ imediate respicit cõseruare ac ad eum agere sibiq; approximari oporteret: ꝗ si poneretur ꝙ ad effectũ huiusmodi conseruandũ agit aliquo mediãte ab ipo realiter differẽte. quare ⁊c̃. ¶ Cõfirmatur. quia si aliqð tale mediũ poneretur inter causam cõseruantẽ ⁊ effectũ cõseruatũ / oporteret huiusmodi medium etiã cõseruari. sed nõ mediante alio: ergo imediate. ergo ꝯsĩliter potest effectus huiusmodi cõseruari: cum quo tamen stat ꝙ requirit effectũ sibi approximatũ sicut ⁊ ipm mediũ si ponatur. quare ⁊c̃. ¶ Ad septimũ dicẽdũ ꝙ sol nõ cõseruat calorẽ in aqua ab igne genitũ nisi ꝓ quãto ꝑficit seu intendit ipm: quia cũ forma quãto intensior tanto diuturnior ⁊ stabilior. ideo formã ꝓductã intendẽs dicitur eam cõseruãs. intensio autẽ bene fit necessario aliquo gradu mediãte forme intẽse. ⁊ ideo si ratio ista valet / ꝯcludit ꝙ sicut sol cõseruat calorẽ mediãte calore alio calori ꝑsistenti additorũ generans ipm generat eum seu ꝓducit mediãte alio: qð est falsum. quare ⁊c̃. ¶ Ad octauũ dicẽdũ ꝙ accidẽs dupliciter potest sumi. Uno modo ꝓprie pro re ꝗ potest adesse substãtie ⁊ abesse: cum qua inexistẽte nõ facit aliquid ꝑ se vnũ. ⁊ de tali accidente verũ est assumptũ: vꝫ ꝙ ab omni substantia realiter est distinctuꝫ. hoc aũt modo nec relatio nec actio nec passio nec aliqð aliorũ generũ a substãtia ⁊ qualitate est accidens. Alio modo licet large accidens potest dici omne ꝑdicabile de aliquo ꝯtingẽter: qð quidẽ successiue potest affirmari et negari de ipso ꝓpter alicuius alterius mutationẽ. et sic sumptũ accidẽs nõ est in illo de quo dicitur aliquid distinctum ab eo: eũ accidẽs sic acceptũ / dicatur etiam de deo ipse eñ deus vere dicitur deus creature maior vel dissimilis ⁊ diuersus ex tẽpore absq; aliq̃ sui mutatiõe. ⁊ isto modo nõ primo quãtitas actio ⁊ passio ⁊ quodcũq; alterius generis a substãtia ⁊ a qualitate dicitur accidens vt fuit alias prolixius declaratũ. quare ⁊c̃. ¶ Ad nonũ dicẽdũ ꝙ habito termino nõ cessat actio tãꝗ aliquid positiuũ ab ipso termino distinctũ. Dupliciť tñ post primũ instans in quo ꝓductũ est in esse potest ipm ꝓductũ non produci nec ꝓducens ipm ꝓducere. quia huiusmodi verba ꝓducere ⁊ ꝓduci signant seu cõnotãt ꝓductiuũ principium ⁊ ꝓductum nõ absolute vt dictum est supius / sed hoc modo vꝫ vt ꝓductũ est primo in esse positũ. quoniã ad effectus a suis causis dependẽtes eñ in fieri non esse. vel dicũt productũ nõ a ꝓducẽte cõtinue depẽdẽs qualť est omnis effectus a sua causa ꝯtinue dependens tam in fieri ꝗ in esse: vt se habet lumen respectu solis ⁊ verbum respectu memorie. ⁊ de talibus omnibus effectibus conceditur ꝙ cõtinue ꝓducũtur nõ de alijs a suis causis independẽtibus isto modo: cũ tñ nõ magis istis positis ꝗ alijs aliquid corrumpať. ¶ Ad decimũ ⁊ vltimũ dicendum ꝙ actio siue actiua ꝓductio dicit principiũ a quo ẽ aliud ipsi extrinsecũ: ⁊ ecõuerso passio siue passiua ꝓductio dicit ꝓductũ qð est ab alio ipsi extrinseca. ĩ ꝯposito aũt forma ⁊ materia sunt cõposito intrinseca nõ extrinseca. vel forte ꝯpositũ ipm est in re extra ab ipsis ptibus simul sumptis totaliter indistinctũ. quare ⁊c̃. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rationẽ in principio ⁊ oẽs alias ꝓ illis tribus opinionibus exclusis supius adductas apparet solutio ex ꝑdictis. oẽs eñ loquũtur de actiõe siue actiua et passiua ꝓductiõe tãꝗ de forma aliqua ꝑ se vna: ex quo supposito arguũt. hoc aũt qð supponũt est falsum ⁊ oĩo impossibile vt patet ex dictis. quare ⁊c̃. ¶ Ex ꝑdictis apparet ꝙ nõ oportet ꝗrere in quo sit actio subiectiue. talis eñ q̃stio supponit actionẽ esse formã aliquã accidentalem: ĩ aliquo formaliter existentẽ: qð vtiq; nõ est verũ.

QVæsito de productione actiua et passiua secũde cause:

Quero de ꝓductione actiua prime cause ⁊ de productione passiua creature ab ipa ꝓducte: vtrum creatio actiua sit forma aliqua ꝑ se vna a creante distincta ⁊ passiua alia a re creata. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia nec deus semꝑ fuit creator: nec creatura semꝑ creatura. sed deus est creator creatione actiua / ⁊ creatura creatura creatiõe passiua. ergo nec semꝑ fuit creatio actiua nec semꝑ est cũ creatura creatio ipa passiua. ex quo sequitur ꝙ tã actiua a creante ꝗ passiua est a re creata distinctũ aliquid ĩ re extra. ¶ Cõtra. quia deus immediate potest in qðcũq; possibile ꝑ scðm. sed si creatio actiua ⁊ passiua essent aliqua duo distincta ab ipo ⁊ a re ipa creata / talia essent ĩtermedia inter deũ creantẽ ⁊ rẽ creatã / nec ꝑ ꝯ̃ñs deus ꝓduceret immediate oẽ possibile. ergo ⁊c̃. ¶ Responsio. vbi sic procedã. Primo eñ inquirã de creatione passiua an vꝫ sit a creatura distincta. Secundo de creatione actiua ad deum comparata. Tertio soluam ad aliqua que possent argui contra dicta.

Quantum est ad primum: est opinio aliquorum dicẽtium ꝙ creatio passiua est aliquid per se vnũ a creatura distinctum extra intellectum nõ realiter nec essentialiter / sed tñ formaliter. ¶ Primũ: vꝫ ꝙ distinguatur extra ĩtellectũ / ꝓbať. Primo. q2 relatio distinguitur extra ĩtellectũ a suo fundamẽto cum sit posterior ipo: ⁊ idẽ nõ possit eẽ posteri⁹ semetipo. sed creatio passiua est relatio. ergo ⁊c̃. ¶ Scðo. quia quidditas creature est ad se ⁊ non ad aliud. creatio aũt ipa nõ est ad se: sed ad aliud. ergo ⁊c̃. ¶ Tertio. quia quidditas creature est ĩdifferẽs ad creari ⁊ ad nõ creari. nõ aũt ipa creatio passiua. ergo ⁊c̃. ¶ Quarto. quia idẽ nõ potest eẽ naturaliter cognitum ⁊ nõ naturaliter cognitũ. sed quidditas creature est naturaliter cognita: nõ aũt eius creatio passiua: sed tñ credita. ergo ⁊c̃. ¶ Scðm vꝫ ꝙ nõ differant realiter / ꝓbatur. quia omne prius distinctũ realiter a posteriori potest ꝑ diuinã potentiã existere sine ipso. sed quidditas creature est ordine nature prior sua creatione passiua ꝗ est respectus eius ad deum: nec tñ potest existere sine respectu isto sicut nec sine ei⁹ termino. ergo ⁊c̃. ¶ Ex hoc inferũt tertium: vꝫ ꝙ nec essentialiter distinguãtur qm̃ ꝗcunq; essentialiter distiguũtur / ⁊ realiter etiã sunt distincta: licet nõ ecõuerso. quare ⁊c̃. ¶ Quartum: vꝫ ꝙ distinguantur formaliter / sequitur ex ꝑdictis. qm̃ oĩa extra intellectũ distincta distinguũtur altero trium ꝑdictorũ modorũ: vꝫ essentialiter vľ realiter vľ formaliter.

¶ Confirmatur primo. quia ens diuiditur formaliter ꝑ absolutū ⁊ respectiuū. sub primo cadit creatura/ ⁊ sub secūdo eius creatio. sed omnia talia formaliter sunt distīcta. ¶ Scđo. quia ens creatū cōtingit esse finitum vel infinitum. nullum autē horū cōuenit creationi passiue. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia aliquid demōstratur de creatura vtrisibile de homine/ qđ nō pōt demonstrari de eius creatione. ¶ Quarto. quia creatio passiua ⁊ eius creatura diuersas habēt diffinitiones: cū creatio sit ens ad aliud ⁊ q̄dditas creata ad se. sed oīa talia formaliter sunt distincta. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra opinionē istā q̄ omnino est impossibilis ⁊ absurda/ arguo primo. quia esto ꝙ creatio passiua esset aliquid vt dicit a creatura distīctū illud nō esset creatura posterius vt supponit sed prius. q2 creatio huiusmōi passiua ponitur tā q̄ illud quo creatura ipsa creatur seu passiue in esse ponitur. sed nullum prius in esse positū est ꝓductū ꝑ aliquid posterius illud supponēs ꝓductū. ergo creatio passiua nō potest poni aliquis respectus posterior fundamēto passiue creato. ¶ Confirmat. quia nullū fundamētū dicitur esse passiue ꝓductū ꝑ aliquē sibi superuenientē respectū. sed magis ecōuerso respect⁹ ipse posset dici produci fundamento suo eo priori nature ordine mediāte. magis eñ posterius potest dici ꝓduci ꝑ prius q̄ ecōuerso prius ꝑ posterius ꝓducatur. ergo esto ꝙ creatura referatur ad deum relatione ab ipsa distīcta de quo postea inquiretur/ talis creature ad deum relatio nō potest poni eius passiua creatio cū sit vt dicitur posterior creatura. quare ⁊c. ¶ Preterea scđo arguo ꝙ īpossibile est ponere creationē passiuā priorē nec posteriorē creatura tā q̄ aliquid ꝑ se vnū distinctum ab ipsa. q2 oē aliud a deo realiter possibile eque immediate a deo est causabile vel quocūq3 ab ipo alio circūscripto. sed creatio passiua huiusmodi si ponatur a re creata distincta/ est immediate a deo: nisi ponas ꝓcessum in infinitū in creationibus passiuis respectu eiusdē rei create. ergo cū non magis sit a deo distincta res creata: q̄ ipsa eius creatio passiua: eque īmediate poterit creari ⁊ cōseruari a deo sicut ipsa eius creatio passiua/ nec ꝑ cōns est necessaria huiusmodi passiua creatio tā q̄ forma aliqua a re creata et a creante distincta. ¶ Cōfirmatur. quia huiusmodi passiua creatio si ponat̄ aut est prior creatura aut posterior aut simul. sed nec potest poni prior. q2 creatura ꝓducit̄ de nullo p̄supposito. quicquid autē preintelligit̄ ante primū ⁊ totale esse alicuius est oīno sibi extraneum nec potest aliquid eē eius. ergo si creatio passiua p̄intelligitur seu p̄cedit aliquo ordine creaturā/ nec pōt eē aliq̄d ei⁹. ¶ Preterea. q2 aut est substātia aut accidēs. sed nō primū quia vna substātia nō creatur mediāte alia ab ipsa quocūq3 distīcta. si autē est accidēs: ergo nō p̄cedit nature ordine rē creatā. nec potest tñ poni accidēs: cum nec substātiā deus creet mediāte aliquo accidēte. Nec potest dici ꝙ sit posterior. quia vt dictū est posterius nō debet dici nec potest creatio prioris: sed ecōuerso. nec potest dici ꝙ sit simul: quia ad hoc ꝙ res aliqua creetur nō requiritur ꝙ aliqua alia ab ipa distincta simul cū ipa nec prius nec etiā posterius ꝓducatur. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ hoc est verū de rebus q̄ realiter distinguuntur. creatio autē passiua ⁊ res creata sunt realiter indistincta. quoniā quecūq3 creata distīcta ī re extra formaliter sunt distincta realiter ⁊ essentialiter. nec enim realis distinctio sine essentiali reperitur nisi tātūmodo in diuinis. oīa q̄dem extra intellectū distincta in creaturis ⁊ realiter ⁊ essentialiter distinguūtur: vt ī scđo Quotlibeto fuit prolixius declaratū. ergo si passiua creatio differt a creatura formaliter/ differt ⁊ realiter ⁊ essentialiter: sicut etiā cōcludūt oēs p̄dicte rōnes q̄b⁹ ꝓbatur ꝙ tñ formalit̄ distinguātur vt dicetur soluēdo ad ipsas. quare ⁊c. ¶ Preterea prima causa nō agit mediatius seu remotius ad effectum q̄ secūda/ nec effectus scđe cause ponitur in esse ab ipsa scđa causa immediatius q̄ effectus creatus ponatur a prima causa. sed vt patet ex alia q̄stione/ secūda causa immediate agit ad effectū sibi possibilem/ nec mediāte aliqua actione ab ipa distincta: nec effectus ipe est a causa scđa mediāte aliqua ꝓductione passiua ab ipsa distincta. ergo cōsimiliter in ꝓposito est dicēdū. ¶ Cōfirmatur. quia inter creationē ⁊ creaturā nullum est nec eē potest mediū in re extra. omne eñ a deo aliud in re extra existēs est realiter ens creatū. ⁊ ita si creatio passiua poneretur a creatura ⁊ a creatore quōcūq3 distincta in re extra/ ipa esset creata. ⁊ constat ꝙ non mediāte creatione alia sed seipsa passiue distīcta ⁊ a deo tñmodo effectiue. sed nullū creatorꝫ a deo potest dici creari passiue īmediatius q̄ alterū. ergo ⁊c. ¶ Et ideo quantū ad istū articulum aliter est dicendū: vel ꝙ creatio ipsa passiua nō est ī re extra forma aliqua ꝑ se vna a creatore ipo ⁊ a creatura distincta: sed ē tñ quoddā nomē cōnotatiuū creaturā primo significās/ ⁊ deū vt a quo ipsa est īmediate secundario cōnotās. ¶ Hoc potest ꝓbari ꝑ rationes factas in alia q̄stione de ꝓductione passiua effectus scđe cause. cū eñ scđa causa nō ꝓducat nisi de aliquo seu in aliquo presupposito: prima autē illud qđ creat in nullo p̄supposito producat: ꝑ cōns oīs actiua ꝓductio ⁊ passiua si a ꝓducēte ⁊ a ꝓducto ponat̄ distincta subiectū exigat/ magis videretur ꝙ actiua productio ⁊ passiua cause secunde posset poni distincta a ꝓducēte ⁊ a ꝓducto q̄ actiua creatio nec passiua: cū ista nullum in quo sit subiectū habere possit. ¶ Cōfirmatur. quia si creatio passiua est aliq̄d per se vnū a creatura distinctū/ vel manet semꝑ cum ipa creatura vel destruit̄ ipa ꝓducta. sed nō potest poni primum: siue creatio huiusmodi ponatur forma absoluta siue respectiua: ex quo a creatura dicitur esse distincta formaliter ⁊ realiter vt hic suppono ex alibi declaratis. nulla eñ relatio distincta formaliter ab aliquo absoluto est sibi eadē realiter: exceptis solis relationibus originis in diuinis. sed nullo ente creato mediante oportet manere aliquod aliud ens creatū ab ipa realiter distīctū. q̄re ⁊c. ¶ Nec potest poni scđm. q2 tūc seq̄retur ꝙ nihil nouiter posset creari nisi aliquo alio corrupto illo creato puta eius passiua creatione: quā ꝑ cōns oporteret precedere esse distinctā realiter a re creata. ¶ Ex quo seq̄retur vlteri⁹ ꝙ deus nō posset creare aliquod vnū ens tñ: cū nō posset aliquid creare nisi mediāte creatione passiua ab omī creatura distīcta/ ipa creatura ī esse posita īcorrupta. ⁊ alia multa seq̄rētur īcōueniētia ⁊ absurda ponēdo creationē passiuā a re creata distinctā tā q̄ aliquid ꝑ se vnū absolutum vel respectiuū. ꝓpter qđ cōsimiliter ē dicēdū de creatione passiua/ sicut de ꝓductiōe alia secūde cause passiua dictū est in q̄stione p̄cedēti: vel ꝙ nō est aliquid aliud q̄ extrema. vnde nō oportet q̄rere q̄d est cū nō habeat q̄d rei sed nominis tñ: cū nō dicat aliq̄d ꝑ se vnū: sicut de ꝓductione actiua ⁊ passiua secūde cause ī q̄stione alia fuit dictū. ¶ Ad rationes illius doctoris in cōtrarium supra dictas. Primo ostēdo ꝙ oēs cōcludunt cōtra ipm. q2 vel probāt passiuā creationē a creatura realiter ⁊ essentialiter esse distinctā. quoniā impossibile est vnū ⁊ idē realiter ī creatis esse prius ⁊ posterius seipo/ ad se ⁊ ad aliud indifferens ⁊ nō indifferēs ad eadem/ vel ad creari ⁊ ad nō creari/ esse naturaliter cognitum ⁊ nō posse naturaliter esse cognitū: etiā esse finitum vel infinitū/ ⁊ nō esse finitum nec infinitū/ vel risibile ⁊ non risibile. ¶ Hoc apparet. q2 p̄dicta oīa cōstat esse realiter cōtradictoria nec per cōns posse cōuenire alicui vni rei create: sed tñ diuersis ⁊ realiter ac essentialiter distinctis. si eñ dicas ꝙ talia licet cōtraria vel cōtradictoria realiter possunt diuer-

de formalitatibus que sunt vna res essentialiter ⁊ realiter cõuenire: cõsimiliter potes hoc dicere de alijs contrarijs seu ꝯtradictorijs seu priuatiue oppositis quibuscũqȝ. nõ enĩ magis vna res potest esse infinita vel finita ⁊ non infinita nec finita ꝙ̃ alba ⁊ nõ alba/vel vidẽs ⁊ nõ vidẽs. qua enĩ ratione ista cõtraria tu ꝯcedis de diuersis formalitatib⁹ quas ponis esse vnã rẽ: ita ego dicã ꝙ oĩa creata en. tua sũt vna res q̃ tñ ẽ diuerse formalitates. ¶ Et si cõtra hoc arguas ꝑ ꝯtradictoria vel cõtraria de eis verificata: puta quia angelus est incorporalis ⁊ nõ alb⁹. homo autẽ est corpus ⁊ colore aliquo coloratus. dicam vt tu dicis ꝙ ex hoc nõ sequit̃ ꝙ realiter sȝ tñ ꝙ formalit̃ distinguãt̃. ergo si scḋȝ rões p̃dictas creatio passiua est ad aliud realiter nõ ad se posterior re creata non indifferẽs a creari ⁊ nõ creari nec naturaliter cognoscibilis nec finita nec infinita: ⁊ opposita his omnib⁹ cõueniũt rei create: sequitur necessario ꝙ res ipsa creata a sua creatione passiua realiter ⁊ essentialiter est distincta. nõ enĩ magis idẽ potest esse finitũ ⁊ nõ finitũ/risibile ⁊ nõ risibile/ ⁊ sic de alijs p̃dictorũ: ꝙ̃ albũ ⁊ nõ albũ. quare ⁊c. ¶ Tunc ad rationes in forma respõdeo ꝙ oẽs falsum supponũt fundamentũ: vȝ ꝙ ipa creatio passiua sit in re extra aliqd ꝑ se vnũ. qḋ vt dictũ est nõ ẽ verũ. Ex hoc falso fundamẽto supposito oẽs ratiões ꝓcedũt ⁊ falsum accipiũt. Quando enĩ dicitur in prima ꝙ creatio passiua est relatio: ⁊ in secũda ꝙ est ad aliud: si ꝑ relationẽ ⁊ ꝑ ad aliud itelligat doctor ille formã aliquã ꝑ se vnã/ nõ est verũ qḋ accipit. si aũt ꝑ relationẽ ⁊ ꝑ ad aliud intelligat p̃cise extrema a qb⁹ omnis relatio vt nũc suppono est indistincta in creaturis totaliter in re extra: tũc cõcedo ꝙ creatio passiua est ad aliud ⁊ relatio: qȝ vt dictũ est: nõ est aliud ꝙ̃ nomen significãs rẽ creatã ⁊ cõnotãs creationem. ¶ Ad tertiũ quãdo dicitur ꝙ quidditas creature est idifferẽs ad creari ⁊c. si intelligat ipsam esse indifferentem ad ista tanꝙ̃ ad aliqua ab ipsa distincta: modo quo dicitur ꝙ materia est idifferẽs ad formã ⁊ ad eius priuationẽ: accipit falsuȝ et petit p̃ncipiũ. Si aũt intelligat creaturã esse idifferẽtem ad illa nõ tãꝙ̃ ad aliqua diuersa positiue ab ipa/sed pro quãto potest esse ⁊ nõ esse: vt ꝑ esse indifferẽs ad esse et ad nõ esse nõ intelligatur aliud ꝙ̃ possibile esse: sic verũ est istud assumptũ. sed in isto intellectu falsuȝ est aliud qḋ addit: vȝ ꝙ creatio passiua nõ est ad creari indifferẽs isto modo. hoc siquidẽ nõ est verũ supposita sua opinione: vȝ ꝙ ista passiua creatio sit aliquid ꝑ se vnũ a re creata distinctũ. omne enĩ tale est possibile esse ⁊ nõ esse/ ⁊ ꝑ ꝯñs ad creari ⁊ nõ creari idifferẽs dicto modo. vnde oĩa alia a deo sicut sunt consimilit̃ cõtingẽtia nõ necessaria: ita etiã sunt ꝯsilr̃ ⁊ vniformiter ad creari ⁊ nõ creari indifferentia. qȝ tñ scḋm veritatẽ passiua creatio nõ dicit vnũ aliquid sed duo: vȝ ens creatũ ⁊ increabilem ipm deum: ideo potest dici ꝙ creatio passiua nõ ẽ idifferẽs ad creari ratione alterius sui significati seu cõnotati vȝ dei cui repugnat creari. ¶ Ad quartũ quãdo dicitur ꝙ creatio nõ potest esse naturaliter cognita: dico ꝙ hoc nõ est verum supposita ei⁹ opinione/vȝ ꝙ creatio sit aliquid existẽs formalit̃ in aliq̃ re creata. solus enĩ deus est naturaliter icognoscibilis nõ aliquod ens creatũ nec aliqd in ipo existens actualiter positiuũ/ ⁊ maxime ab ipo realiter indistinctũ: qualr̃ est vt dicit creatio passiua. qȝ tñ creatio passiua nõ dicit aliquid ꝑ se vnũ sed creaturã simul ⁊ deum non quomõcunqȝ sed vt ab ipso est creata ⁊ intelligens effectũ alicuius cause ⁊ etiã cãm ipsam: nõ oportet ꝙ intelligat ipm effectum esse ab ipa causa: qȝ etiã deus ipse quẽ cõnotat ipa creatio passiua est naturaliter incognoscibil̃ saltem aliquo modo. ideo ⁊ creatio passiua dicitur naturaliter nõ intelligi. ⁊ hoc modo potest cõcedi creationem nõ esse naturaliter intelligibilẽ: non aũt vniuersaliter: cum possit demonstrari ipsa creatio aliquo modo sumpta/ ⁊ ꝑ ꝯñs naturaliter itelligi aliquo modo vt in sequẽtibus ostẽdetur. ¶ Ad aliud qḋ ꝓbat ꝙ nõ differat realiter: cõcedo ꝙ nõ differat realiter nec aliquo modo alio in re extra tãꝙ̃ aliquid ꝑ se vnũ: qḋ tñ faceret si illud qḋ accipit ratio esset verum: vȝ ꝙ esset relatio posterior ipsa re creata vt suo ꝓprio fundamẽto. impossibile enĩ est aliquã rem creatã esse fundamẽtũ alterius posterioris ab ipsa realiter indistincte. ¶ Et quãdo dicitur ꝙ res creata nõ potest esse sine huiusmodi creatione passiua q̃ est respectus ipsius ad deũ: Dico ꝙ hoc est multipliciter falsum. Primo. qȝ nullus est talis respectus alicuius creature ad deũ tãꝙ̃ aliquid existẽs in creatura/ et distinctũ ab ipsa. Scḋo. qȝ si esset talis respectus creatio dici nõ posset nec cõseruatio. nec enĩ prius ꝑ posteri⁹ cõseruatur nec creatur vt supius arguebatur. cũ hoc tñ stat ꝙ creatura necessario dependet a deo non mediãte aliquo alio: sed seipsa: quã omni alio circũscripto est impossibile existere sine deo. hoc aũt est depẽdere ab aliquo in esse: vȝ ipm exigere ad suũ esse: nec posse existere sine ipso. Tertio est falsuȝ. qȝ esto ꝙ talis respectus poneretur qui creatio diceretur/posset vtiqȝ cuius res creata existere sine ipo: cum nulla creatura ad suũ esse requirat aliquid a se distinctum realiter nisi deum. sed huiusmodi respectus si poneretur/ realiter distingueretur a qualibet re creata. quare ⁊c. ¶ Ad alia quibus ꝓbat vltimo ꝙ formaliter distinguantur. Ad primum apparet ex dictis quomõ est cõcedẽdum relationẽ esse ad aliud ⁊ creationẽ passiuã ⁊ relationẽ: qȝ non tãꝙ̃ aliquid ꝑ se vnum. ¶ Ad scḋm concedo ꝙ creatio nõ potest dici finita tñ qȝ cõnotat deuȝ infinitũ. nec infinita: qȝ dicit rem creatã finitã. si tñ esset aliquid formaliter in creatura vt ponit doctor ille/necessario oporteret cõcedere ipsam esse finitã. quicquid enĩ est formaliter i finito ab ipo realiter indistinctũ habet esse necessario finitũ. quare ⁊c. ¶ Ad vltima duo dico ꝙ iõ risibile nõ demõstratur de creatione hominis qȝ cõnotat deum cui nõ cõuenit tal̃ actus. ⁊ ꝓpter hoc etiã homo ⁊ sua passiua creatio diuersas habẽt diffinitiones non dicẽtes quid rei: cum talẽ non habeat creatio passiua: sicut nec aliquod nomẽ cõnotatiuũ vt in p̃cedẽtibus fuit dictũ. sed hominis est diffinitio dicẽs qd rei: sue vero creationis passiue dicẽs quid nominis tñ. vñ nõ aliter diffinitur creatio ꝙ̃ album sumptũ simul ꝓ albedine ⁊ subiecto/nec aliter differt a re cuius est ꝙ̃ albũ ipȝ differat ab albedĩe tñ vel ab ipo subiecto: excepto hoc: qȝ illa duo q̃ importat albuȝ/albedo vȝ ⁊ subiectũ sunt vnita: vt forma ⁊ subiectũ informatũ. nõ sic aũt vniũtur deus ⁊ creatura: que p̃cise importat ipa creatio passiua. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundum: licet appareat ex p̃cedẽtibus quid dicendũ: ad maiorẽ tamẽ euidentiã dico duo. Primũ est: ꝙ ponẽtes creationem passiuã esse aliquid ꝑ se vnũ distinctũ quomõcũqȝ extra intellectum a re creata/ habent idẽ dicere vt videt̃ de creatione actiua: vȝ ꝙ est etiã aliquid vnũ a deo distinctũ extra intellectum. Scḋm est. hoc nullo mõ est ponendũ: puta ꝙ huiusmodi actiua creatio sit vt aliquid ꝑ se vnũ in re extra distincta a deo. ¶ Primũ appet. qm̃ ꝓducens non agit ad effectũ aliquẽ immediatius effectiue seu actiue ꝙ̃ effectus ipse ꝓducatur ab eo passiue. Qḋ appet ꝑ exẽplũ de causis secũdis. de quibus cõmuniter cõceditur: licȝ nõ sit verum/ ꝙ agũt ad suos effectus mediãte actione vel productione actiua ab eis ⁊ earũ effectibus distincta. sic enĩȝ tales cause agũt effectiue ad effectũ mediãte actiõe seu ꝓductione passiua ⁊ ecõuerso. sicut enim ꝓductione mediãte passiua effectus ꝓducitur passiue: ita ⁊ ecõuer

so cause pducte pductione actiua mediāte actiue. sed si creatio passiua esset in creatura aliquid distinctū ab ipsa illa puta mediāte nō ꝯsite sed antecedēte creatura pduceretur passiue. ergo ꝛ alia actiua mediāte similiter pcedēte deus creaturā pduceret effectiue. ¶ Confirmatur. quia non magis creatura refertur ad creatorē ꝙ̄ creator ad creaturā. sed scđm illos opinionis pdicte/ qꝛ creatura refertur ad creatorē/ ideo oportet esse in ipsa aliquā relationē quā vocāt passiuā creationē. ergo ꝯsimiliter erit ī deo alia que dicetur creatio actiua. ¶ Maior est euidēs. tā eñ creator dr̄ creature ipsamqꝫ exigit vt creator sicut creatura exigit creatorem. ¶ Nec valet si dicāt ꝙ creatura scđm suū esse absolutū quo est essentialiter id qđ est exigit deū: nō aūt deus ipse isto modo exigit creaturam. qm̄ ex hoc nō habetur ꝙ oporteat in creatura ponere aliquē respectū ab ipsa quōcunqꝫ distinctū magis ꝙ̄ in deo. imo videtur ꝙ magis deberet poni ī deo. Qđ sic ostēdo. qm̄ illud qđ est tale seipso nullo sibi addito/ nō debet poni tale aliquo alio mediāte. sed illud qđ nō est tale seipso videtur magis debere poni tale supposito ꝙ sit tale aliquo sibi addito mediāte. sed omnis creatura seipsa ꝛ fm suā propriā entitatē absolutā qua substantialiter seu essentialiter est id qđ est/ exigit ad suū eē necessario deum/ et p ꝯñs p seipsam quocūqꝫ ab ipsa quōcūqꝫ in re extra alio circūscripto refertur ad deum seu dependet ab ipso. Nec eñ aliud intelligēdum est hic p a. depēdere necessario a. b. ꝙ̄ a. non posse existere sine. b. deus aūt non refert̄ hoc modo ad aliquā rem creatā p seipm̄. ergo si refertur sicut refert̄ cū sit creator/ deus magis debet poni referri aliquo mediāte a se alio ꝙ̄ creatura referatur ad ipꝫ isto modo. quare ꝛc. Nec tñ deus ad creaturam/ nec creatura ad ipm̄ refertur aliquo sibi addito mediāte. ¶ Scđm vꝫ ꝙ hoc nō sit ponēdum: puta creationē actiuā esse aliquid in deo distinctū quōcūqꝫ in re extra ab ipō: appꝫ. qm̄ in deo nō est aliquid qđ ab ipō ꝛ ab omni relatione originis formaliter nec qualitercunqꝫ in re extra alia sit distictū vt suppono ex alibi declaratis. ¶ Nec potest dici ꝙ creatio hmōi actiua sit in aliquo alio ꝙ̄ in deo. si eñ creatio esset aliqđ p se vnū/ nō posset esse nisi tm̄mō in creāte: sicut nec passiua creatio nisi ī re creata. ¶ Cōfirmatur primo. qꝛ omne qđ non est deus est creatum seu factum ab ipso. sed creatio actiua si ponatur aliquid p se vnū a deo distictū/ nō est deus. ergo est creatū aliquid in re extra. ꝛ cōstat ꝙ nō creatione alia mediāte. sed ad nullum ens creabile creādū requiritur aliqua creatio actiua nec passiua intermedia magis ꝙ̄ ad alterū. ergo nullius entis actiua creatio nec passiua est ab ipā creatura et a creante distinctū aliquid in re extra. ¶ Scđo. quia actio prime cause non magis distinguit̄ ab ipsa ꝙ̄ actio secūde cause ab ipā scđa causa. sed actiua pductio cause scđe: ꝛ passiua est ab ipsa ꝛ a re pducta indistincta totaliter in re extra/ vt patet ex alia q̄stione. ergo ꝛc. ¶ Tūc igitur dicendum est de creatione actiua sicut dictū est de creatione passiua: vꝫ ꝙ nō habꝫ quid rei: qꝛ nō est ī re aliquid p se vnū: nec p ꝯñs oportet q̄rere quid sit: sed tātū habet quid nominis. primo eñ significat deū ꝛ scđario cōnotat ens creatum: ita ꝙ est nomē cōnotatiuū eadem significās seu importans licet ordine conuerso/ q̄ importat creatio passiua. qđ eñ creatio passio scđario connotat/ creatio actio p̄mo significat: ꝛ qđ creatio passio primo significat/ illud creatio actio scđario cōnotat. ¶ Hoc appꝫ. qm̄ aut creatio et passio dicit insimul plura puta deum ꝛ ens creatū vt ab ipso deo immediate pcedēs: aut alterū horum tm̄: aut aliquod aliud neutrū p se vnū. sed nec potest poni scđm nec tertiū. nec eñ deꝰ p se dicit̄ creatio actio: cū nec ab eterno sed tm̄ ex tēpore dicatur esse creator. ꝛ creatura etiam p se sumpta constat ꝙ non dicitur esse creator nec actiua creatio. nec potest dici ꝙ sit aliquid neutrum pdictoꝝ. qꝛ tale neutrū est oīno impossibile. nihil enim est possibile qđ nō sit deus vel aliq̄ creatura: cū omne aliud a deo sit creatū. ergo relinquitur primum qđ est ppositū: vꝫ ꝙ actiua creatio significat ista duo vꝫ deū vt a quo est aliud ens creatū/ ipm̄ ens creatum ab eo in esse positum scđario cōnotando. quare ꝛc. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum ar-

guitur cōtra pdicta. quia cū dicitur ꝙ deus creat creaturā/ vel creatura creatur a deo: aut dicitur aliquid p̄ter extrema: aut nō. Sed nō pōt poni scđm. Primo. qꝛ tūc a quocūqꝫ alio creatura poneretur in esse diceretur creata a deo: quod falsum est. Scđo. quia tūc semp creatura diceretur creari: qđ similiter nō est verum. ergo relinquit̄ primū qđ est ppositū: vꝫ ꝙ creatio actiua ꝛ passiua dicāt in re extra distinctū aliquid ab extremis. ¶ Scđo arguitur ad idē: ꝙ creatio dicitur totalis pductio. sed totalis pductio nō videtur esse idem totaliter cum pducēte et pducto. ergo ꝛc. ¶ Tertio. quia deus non agit ad extra īmediatius ꝙ̄ ad intra. sed ad intra est aliq̄ distictio. nec eñ paterna generatio est totaliter idē cū patre ꝛ filio: imo generatio actiua distinguitur a filio realiter/ ꝛ a patre sicut ꝛ ab essentia ipsa formalit̄. ꝗ ꝛc. ¶ Quarto. qꝛ deꝰ creatiōe actiua realiter creat: ꝛ creatura creatione passiua realiter creatur. sed nec deus creat creaturā: nec creatura creatur passiue deo. ergo nec creatio actio importat rem creatā/ nec creatio passio creatorē. ¶ Ad ista. Ad primū apparet solutio ex dictis in alia q̄stione ad simile argumētū. Cōcedi tñ hic pōt: ꝙ qđcūqꝫ aliud ens a deo dicitur esse creatū a quocūqꝫ a deo alio in esse positū seu pductum/ extēdēdo creatū ad omne a deo factū siue in nullo siue in aliquo p̄supposito: modo quo anima vel gratia dr̄ creata. qm̄ nulla causa scđa sine p̄ma principaliter cōcurrēte vt postea videbitur pōt aliquid producere effectiue. ¶ Et quando additur ꝙ tunc semp creatura creari diceret̄: si p creari intelligas a creāte rē creatā cōtinue depēdere/ ꝯcedo eā ꝯtinue creari: imō quo verbum in memoria dicitur continue generari. si autem per creari intelligas rem nouiter a deo in esse poni: tunc vt sic nō dicitur cōtinue creari. ¶ Ad scđm dicendum ꝙ ratio est ad oppositum. qꝛ eñ creatio est totalis pductio ideo nō exigit nec supponit subiectum puta aliquid rei create/ nec p ꝯsequēs potest esse aliquid ab ipō ꝛ a creāte distinctum. ideo enim creatio dicitur totalis pductio generatio vero naturalis pductio partialis: quia causa scđa ad quā sequitur pductꝫ/ p̄supponit aliquid rei create. quare ꝛc. ¶ Ad tertium respōdent aliqui concedēdo ꝙ deus nō agit ad extra immediatius ꝙ̄ ad intra intelligēdo p agere mediate: agere actione q̄ sit effectiue seu realiter ab agente. nec eñ actiua pductio est elicita in diuinis/ nec p ꝯñs est a supposito pducēte. quia pducēs diuinū suppositum ꝛ pductū sunt essentialiter indistincta. ideo sunt immediatiora inter se ꝙ̄ cū ente aliquo creato ab oībus diuinis suppositis totaliter distincto. vocādo tñ illud agere seu pducere mediate cuiꝰ actiua pductio est a pducente ꝛ passiua a pducto aliquid distinctum: vt sic dicunt ꝙ deus ad extra vt omnis causa alia scđa agit immediate: ad intra autē mediate: cum sibi tam actiua pductio ꝙ̄ passiua sit aliquid p se vnum a producēte ꝛ a pducto aliquo mō vt ab istis conceditur distinctum. ¶ Sed quia sic dicētes necessario habēt ꝯcedere vt videtur plura ꝙ̄ tria esse in diuinis in re extra distincta: qđ verū non reputo: imo hoc falsum esse hic suppono ex dictis in primo: ideo aliter dico negādo minorē. non enim actiua dei pductio ad intra nec passiua est ali-

quid in re extra distinctum a psona pducente ꝛ pducta sicut nec creatio ab ipso deo ꝛ a qualibet re creata. quare ꝛc. ¶ Ad quartū dicendū ꝙ intelligēdo ꝑ creationem actionē aliquid a deo distinctū / ꝛ ꝑ creationē passionem similiter aliquid ꝑ se vnū a creatura distinctū / nec deus creat creatiōe actiua nec creatura creatur creatione passiua. solo enī illo deus creat actiue: cuius virtute ad ipm sequitur creatura. hoc aūt nō est ab ipo distinctū aliquid in re extra. cōsimiliter creatura solo illo passiue creatur qđ ad deū sequitur. hoc aūt nō est aliquid ab ipsa distinctum. quare ꝛc. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationem in principio appet solutio ex p̄dictis. ideo enī vt dictū est deus fuit nō semꝑ sed ex tēpore creator: quia nō semꝑ fuit sed ex tēpore creatura. nō aūt ꝓpter aliquid tēporale distinctū ab ipsa: cū sit nihil nec esse possit tale / cum creatū sit qđlibet temporale. quare ꝛc.

Quantum ad secundum: vbi est querendū de creationis possibilitate: Quero primo vtrū creatio sit possibilis actu cause scđe. ¶ Et videtur ꝙ sic. q: creatio est ꝓductio de nihilo. Sed forma tam substātialis q̄ accidētalis ꝓducitur ꝑ naturā de nihilo eius p̄supposito: cuȝ nec materia sit aliquid forme substātialis / nec subiectuȝ aliquid forme accidētalis. ergo ꝛc. ¶ Contra. q: creatio est solius illius qui agit nō de aliquo ꝓducto intrīseco nec etiā in aliquo subiecto p̄supposito sibi extrinseco. sed oē agens creatū p̄supponit materiā vel substātiā. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedā. q: enim nō omnia deo possibilia sunt de facto: ideo primo vidēdum est an creatio sit possibilis alicui eorū que sunt facta. Scđo an esset possibilis alicui eorū que fieri possent omnino alterius rationis ab oībus aliis iam ꝓductis. Tertio ꝛ vltimo respōdebitur ad aliqua q̄ possent argui contra predicta.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ creationem actiuā de qua hic queritur / alicui esse possibilem dupliciter potest intelligi. Uno enim modo posset intelligi ꝙ esset possibilis tāq̄ forma aliqua ꝑ se vna: qua mediāte illud cui dicitur eē possibilis / crearet. Alio modo ꝙ sit possibilis non sic sed quia illud cui dicitur possibilis seipso nullo alio sibi addito mediāte potest in aliquē effectū nō p̄supposito eius aliquo sibi intrinseco qđ ditatiue nec etiā ei extrinseco subiectiue: modo quo vt dictum est in q̄stione alia / deus creat. ¶ Hoc p̄misso pono tres ꝯclusiones. ¶ Prima est: ꝙ creatio primo mō sumpta: veȝ ꝓ forma aliqua ꝑ se vna: qua mediāte a creāte ꝛ a creato distīcta aliquid possit creare / nec deo est possibilis nec alicui creature. ¶ Hec apparet ex duabus q̄stionibus supradictis. ¶ Preterea ꝓbat. q: creatio sic accepta si poneretur possibilis aut esset forma aliqua substātialis aut accidētalis. Sed nec potest poni substātialis forma nec aliqua substātia. qm̄ nec deus creat aliq̄ mediāte substātia: nec aliqua scđa causa agit ad sibi possibilem effectū aliqua substātiali forma mediāte alia q̄ sua propria effect⁹ ei possibilis virtualiter contētiua: nisi eo modo quo vna substātia vtitur agendo alia vt instrumēto: modo quo artifex agit dolando lignū dolabra. vt sic aūt constat ꝙ creatio nō potest poni aliqua creata substātia effectus creabilis ꝑ moduȝ instrumēti virtualiter cōtētiua. nec potest poni forma accidentalis. q: nec vnū accidens potest dici creatio alterius magis q̄ ecōuerso. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. q: omne a deo distinctū in esse positum est ꝓductū. ergo ꝛ creatio si ponatur distincta ab eo. sed constat ꝙ creatio nō potest esse ab aliquo ꝓducta mediāte alia creatione ad eā terminata. ergo nec aliqua alia res creata: cum nullum entiū possibiliū sit a deo immediatius creabile q̄ alterū. ergo ꝛc. ¶ Preterea impossibile est dare mediū inter creātē deū / ꝛ ens creatū seu ab ipo quomōcūq; ꝓductū. ergo creatio est impossibilis vt sic sumpta: veȝ tāq̄ res aliqua ꝑ se vna a deo ꝛ a creatura distincta. ¶ Antecedēs apparet. impossibile enī est ponere aliquod ens cōtingens nō creatū ab aliquo. oīe aūt ens aliud a primo est ꝯtingēs esse possibile ꝛ nō esse. ergo sicut quādo est nō potest nō eē siue destrui quin postq̄ est destructum dicatur vere ꝛ sit corruptū vel annihilatū: ita nec nouiter potest poni in esse quin eo ipso quo in esse positū / dicatur vere creatū vel quōcūq; ꝓductum. quare ꝛc. ¶ Cōsequētia est euidēs. quia oppositum cōsequētis infert oppositū antecedētis. si enim creatio est aliquid ꝑ se vnū a deo creāte ꝛ a creatura distinctū: ergo inter creationē ꝛ ens creatū est mediū. quare ꝛc. ¶ Secūda ꝯclusio est: ꝙ nec etiā creatio passiua ꝯsimiliter intellecta / veȝ tāq̄ forma aliqua ꝑ se vna a creatura distincta / est possibilis. ¶ Hec sequitur ex p̄dicta. ꝛ potest probari ꝯsimiliter sicut illa. ¶ Cōfirmatur primo. q: si poneretur passiua creatio sic accepta: aut p̄cederet nature ordine rem creatā / aut sequeretur ipsam / aut simul esset cū ea. Sed nō potest dici ꝙ p̄cederet. q: aut esset substantia aut accidēs. nō substātia vt cōstat. nec enī vna substātia creata potest poni magis passiua creatio q̄ alia: cū oīs alia a diuina vniformiter sit creata. nec accidēs. quia accidens supponit subiectū. sed nullū prius substātia creata supponit subiectū. ergo ꝛc. Nec potest dici ꝙ sequeretur rem creatam. q: nullum prius ꝓductū dicit passiue ꝓductū: ꝓpter aliquod posterius sequens ipm ab eo distinctū. Nec potest dici tertio ꝙ sit simul: quia neutruȝ realiter distinctorū simul ab eodē in esse positorū potest dici ꝓductio passiua alterius: cū vtrūq; sit ꝓductum: et vnū ꝓductū nō sit passiua ꝓductio alterius / nec exigat ad sui ꝓductionē ipm magis q̄ ecōuerso. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur scđo. q: oēs ponētes ꝓductiones actiuā ꝛ passiuā esse in creatis formas aliquas distinctas a ꝓducentibus ꝛ ꝓductis ponūt eas esse formas accidentales eē desinentes posteris ꝓductis. ꝛ ita ꝯsimiliter oportet dicere de huiusmodi actiuis creationibus ꝛ passiuis si essent aliqua a creāte ꝛ a creatura distincta. sed hoc est impossibile. q: cum omne accidēs supponat subiectū in quo est vel saltem existere potest: ꝑ ꝯñs nullū prius tota substātia potest esse accidens / nec in aliquo existere subiectiue sed tā actiua creatio q̄ passiua si ponantur ab extremis distincta sunt priora rebus creatis cū terminentur ad rē cuius nihil p̄fuit. ergo ꝛc. ¶ Tertia ꝛ vltima ꝯclusio est: ꝙ creatio actiua scđo modo sumpta est etiā īpossibil' oī cause scđe facte. ¶ Hec cōmuniter ꝯceditur. solus enī deus de nihilo aliquid facere posse asseritur. ¶ Probatur etiā ista ꝯclusio sic ab aliqb⁹. nulla causa aliquid in agendo necessario presupponens potest creare. Hoc apparet. quia creatio ē de nihilo p̄supposito: ꝛ ita soli illi ē possibilis qui nihil alicuius effectus sibi possibilis necessario p̄supponit. sed sola prima causa est talis. oēs autem alie p̄supponūt sue actionis subiectū. ¶ Hoc ꝓbatur. q: omne accidēs p̄supponit naturaliter subiectū. sed ꝓductio vel ꝓductiua actio cuiuscūq; scđe cause est accidēs nō aūt ꝓductio prime cause: cū sit ab ipa indistincta. ergo licet ꝓductū a prima causa non exigat subiectū: sicut nec eius actio ꝓductiua ꝓductū: cū a scđa causa exigat subiectū ꝓductionis vt forme accidētalis receptiuuȝ. q̄re ꝛc. ¶ Sed ista ratio deficit dupl'r. Primo q: falsuȝ accipit. Scđo. q: nec illo dato ꝓpositū ostēdit. ¶ Primū appet. qm̄ accipit ꝙ actiua ꝓductio scđe cause sit forma aliqua ꝑ se vna ab ipsa causa ꝛ eius effectu distincta. hoc aūt vt patet ex p̄cedētibus nō est verum. q̄re ꝛc. ¶ Secūdū: veȝ ꝙ nō ꝯcludat etiā huiusmodi falso ꝯcesso / ap-

paret.quoniã nõ magis actio secũde cause esto ꝙ sit ac-
cidens a causa ⁊ ab effectu distinctũ exigit subiectum ꝙ̃
suus terminus qui habet esse forma accidẽtalis vel sub
stãtialis materialis.tã forma eñ materialis substãtia-
lis / que sola est naturaliter possibilis inter formas substã
tiales / ꝙ̃ omnis forma accidẽtalis necessario exigit sub
iectuʒ naturaliter loquẽdo ꝓpter se/qꝛ veʒ talis nature
nõ ꝓpter aliquid aliud.nec eñ forma substãtialis exigit
materiã ꝓpter aliquã formã accidẽtalem cã p̄cedẽtem
cum nulla accidẽtalis forma substãtialẽ in materia an-
tecedat.⁊ ita materia nõ poterit poni subiectum genera
tionis forme substãtialis si huiusmodi generatio ponat
for̄a accidẽtalis.accidẽs etiã naturaliter ꝓductũ vt al-
bedo vł nigredo nõ exigit subiectũ ꝓpter aliud accidẽs
ip̄m antecedẽs vel sequẽs: cũ quodlibet accidens subie
ctum exigat per seip̄ʒ omni a se alio circũscripto. ⁊ ita si
eius actiua ꝓductio vel passiua est accidẽs ab ip̄o diffe-
rẽs / nõ magis ꝓpter ip̄m potest argui eius terminũ na
turaliter ꝓducibilem subiectũ exigere:ꝙ̃ ecõuerso ꝓdu-
ctionẽ ipiam subiectũ exigere ꝓpter terminũ.cum enim
productio ⁊ eius terminus vt supponitur nõ sint simul
quia habito termino cessat ꝓductio/ꝑ ꝯñs nec ꝓductio
exigit nec potest ꝓbari ꝙ exigat subiectũ ꝓpter termi-
nũ/nec ecõuerso terminus ꝓpter ꝓductionẽ ipsam:esto
ꝙ ipsa ꝓductio accidẽs ꝯcedatur.quare ⁊c̃. ❡Cõfirma
tur.qꝛ nihil cõuenienter potest de aliquo demõstrari ꝑ il-
lud de quo ip̄m nõ est not⁹ ꝙ̃ de illo de quo demõstratur
sicut si passio demõstrabilis de subiecto non esset notior
de eius diffinitione ꝙ̃ de ipso subiecto diffinito/nũꝙ̃ ꝑ dif
finitionem posset demõstrari de eo magis ꝙ̃ ecõuerso de
diffinitione ꝑ diffinitũ.sed exigere subiectũ nõ est notius
de ꝓductione actiua secũde cause:esto ꝙ sit accidens ab
ipsa distinctũ: ꝙ̃ de eius termino qui est forma accidẽta
lis vel substãtialis materialis.ergo ꝓpter ꝓductionem
nõ potest ꝓbari ꝙ terminus exigat subiectũ. ❡Et ideo
aliter potest ꝓbari ꝯclusio supradicta.qm̃ constat nullã
accidentalẽ nec substãtialem materialẽ formã posse esse
naturaliter sine aliquo p̄supposito. forma eñ accidenta
lis omnis exigit subiectũ:forma vero substãtialis mate-
rialis materiã. ❡Ex hoc supposito vt cuilibet ꝑ se noto
arguo ad ꝓpositum sic in forma. nullum agens põt crea
re cuius terminus seu effectus oĩus sibi possibilis cause
secũde habet ab ip̄a ꝓduci in subiecto p̄supposito quod
effectus ipse necessario p̄supponit.ergo ⁊c̃. ❡Maior ẽ
euidẽs ex significato nominis.soluʒ eñ illud agens põt
creare qđ potest aliquid de nihilo facere:cuʒ nec creatio
sit aliud ꝙ̃ de nihilo nullo presupposito alicuius produ-
ctio.ergo ꝑ ꝯtrariũ illud nõ potest creare a quo non põt
aliquid fieri nisi ĩ aliquo p̄supposito sibi subiecto. ❡Mi
nor etiã:veʒ ꝙ oĩs effectus sc̄de cause possibił subiectũ
exigat /apparet.quoniã causa secũda nõ potest nisi ĩ for
mã substãtialem materialem ⁊ accidẽtalem.sed cõstat ꝙ
forma substãtialis materialis exigit materiã /⁊ acciden-
talis subiectum : sic ꝙ nec accidẽtalis sine subiecto nec
substãtialis materialis sine materia p̄supposita potest
fieri per naturã.ergo ⁊c̃. ❡Cõfirmatur.qꝛ cuius virtute
aliquid potest fieri sine aliquo p̄supposito/⁊ factum po-
test manere sine eo accidẽtaliter.sed nulla forma substã-
tialis naturaliter possibilis potest manere sine materia
ꝑ naturã: nec accidẽtalis sine subiecto.ergo nec substã-
tialis potest fieri sine materia/nec accidentalis sine sub
iecto p̄supposito ꝑ naturã.sed nullum agẽs creatum cõ
tinet virtualiter aliquam formã aliam ab istis. ergo ⁊c̃.
❡Nec valet si instetur de cõposito.quoniã ꝯpositum est
a partibus indistinctum.vel esto ꝙ distinguatur/non po
test creare:cum nõ possit fieri nisi de aliquo presupposito
puta omnibus eius partibus simul sumptis. quare ⁊c̃.

❡Hec de primo.

Quantũ ad secũdum: si teneretur via
cõmunis ⁊ vulgata opinantium ꝙ omne agẽs creatum
vel creabile agit actione de genere accidẽtis tãꝙ̃ forma
aliqua ꝑ se vna ab ip̄o ⁊ effectu sibi possibili realiter diffe
rente/esset ꝯsequẽter dicẽdũ ꝙ creatio est impossibilis
cuicũꝗ agenti creabili vel creato. qm̃ nullum agẽs sub
iectum exigẽs effectus sibi possibilis receptiuũ põt esse
creatiuũ.sed si omne agẽs possibile citra primũ haberet
agere tali mediãte actiõe/ꝑ ꝯñs necessario exigeret sub
iectum sue ꝓductionis passiue ⁊ termini:cũ idẽ ponatur
subiectum ꝓductionis passiue ⁊ forme ad quã ꝓductio
terminatur.ergo ⁊c̃. ❡Sed quia istud suppositũ est fal-
sum:vt in p̄cedẽtibus est ostẽsum:ideo est aliter dicẽdum.
Ad cuius euidentiã est sciendũ primo:ꝙ cũ creare sit in
nihilo ⁊ de nullo p̄supposito aliquid ꝓducere:⁊ natura-
liter ꝓducere nõ creãdo sit aliquid in aliquo vel de ali-
quo p̄supposito ꝓducere/ ꝑ ꝯñs de nullo scire possum⁹
an sit an non sit creatiuũ nisi de illo cuius effectum ipsi
possibilem nouimus. ❡Hoc ap̄ꝑet. qm̃ omnis effectus
tur terminata / ꝙ instans sit alia forma similiter per se
vna ad rem que tota simul producitur terminata.sed cõ
stat ꝙ instans nõ potest poni forma aliqua que ad formã
aliquã/que tota simul ꝓducitur/terminet̃.ergo ꝛc. ¶Cõfir
mat̃.quia si aliqua forma alia ab agẽte posset poni teneret

ad suū effectum/talis nō deberet poni alia ꝗ actio productiua. nulla ergo forma ꝓducta alia a ꝓductione actiua potest poni terminari ad formā aliam productam ab ipsa distinctam. sed motus scōm ponentes eum esse formam aliquam per se vnam/non est productio: immo est forma producta. ergo esto ꝙ poneretur talis forma non deberet dici nec concedi forma ad aliquam aliam terminata. eorum enim que diuersis productionibus producuntur neutrum ad alterum terminatur. sed realiter distincta qualia esse ponuntur motus ⁊ eius terminus/ diuersis productionibus producuntur/ supposito ꝙ quōlibet productum hoc modo producatur: videlicet productione tali aliqua mediante. ergo ⁊c. ¶ Si contra predicta arguatur. quia habito termino cessat mot⁹. ergo motus distinguitur a termino. ¶ Respondetur ꝙ eo modo habito termino cessat motus quo posito producto dicitur cessare productio. non est autem intelligendum ꝙ propter productum in esse positum cesset productio tanꝗ res aliqua a producente ⁊ a producto distincta: cum productio nō sit aliqua talis res/vt in distinctiōe alia est probatum. nec enim propter formam naturaliter in materia itroductā corrumpitur aliqua forma nisi opposita ipsi incompossibilis: qualis non esset ꝓductio si esset aliqua talis forma. Dicitur tamen cessare productio quia res ipsa producta postꝗ est producta non ponitur actu a causa. vt autem actu ponitur/dicitur ꝓduci: ⁊ cā ipsaꝫ actu ponens dicitur producere. Consimiliter in proposito est dicendum. nec enim motus cessat tanꝗ res aliqua que ab habito termino sit distincta ⁊ propter terminum ipsum corrupta. nulla enim forma corrumpi habet nec corrumpitur de facto forma quacunqꝫ successiue in materia presupposita introducta: nisi forma precedens in materia sibi contraria qualis non esset motus si ipso mediāte introduceretur. quia tamē motus nō dicitur de partibus forme vt quomodocunqꝫ acceptis: sed tantum vt sic vcꝫ vt vna post aliam introducitur actualiter seu acquiritur successiue/⁊ omnibus introductis nulla introducitura deo nec subiectum moueri dicitur. consimiliter est dicēdum de subiecto localiter moto: cuius subiecti motus localis dicitur cessare habito seu acquisito vltimo loco propter consimilem rationem. nec enim habito loco nec quacunqꝫ forma/cuius vna pars fuit post aliam introducta/cessat nec corrumpitur motus tanꝗ res aliqua distincta ab omnibus talibus videlicet loci vel forme partibus acquisitis. ¶ Et si queras: quomodo subiectum potest dici magis modo ꝗ prius nō moueri realiter: ex quo totū quod habebat antea habet modo: quia nihil vt supponitur est corruptū? ¶ Respondeo ꝙ sicut eadem res est nunc minor nunc maior nullo positiuo sibi addito nec subtracto: vt apparet in raro ⁊ denso: cuius ratio nō est nisi quia esse quantum non est esse forma aliq̄ informatū distincta a re quanta: vt probabitur in. 4. sed est habere partes extra partes. Unuꝫ autē ⁊ idem nullo sibi addito nec subtracto potest habere ꝑtes magis distantes et ideo esse maius: ⁊ postea minus distantes ⁊ ideo eē minus. ita cōsimiliter in proposito est dicendum. quoniam vt dictum est subiectum moueri ad aliquid/puta ad albedinem/non est ipsuꝫ esse forma alia ab albedine informatum: nec etiam esse informatum ipsa albedine qualitercūqꝫ accepta/sed hoc modo vcꝫ vt vna pars post aliam sibi aduenit successiue. ⁊ ideo tādiu moueri dicitur ꝗdiu hoc modo eius partibus informatur: vnam videlicet acquirēdo post aliam successiue: nō autē omnibus acquisitis. Nec sequitur ꝙ omne realiter tale maneat semper tale nullo corrupto: vt apparet euidēter in quanto prius maiori ⁊ postea minori vel ecōuerso/⁊ etiam in duob⁹ prius realiter vnitis/diuisis postea nullo ipsoꝝ nec aliquo alio ab eis distincto corrupto: vel etiam econuerso in diuisis realiter postea vnitis nullo producto de nouo. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est videndū an tempus distīguatur a motu/dicitur a quibusdā ꝙ tēpus distīguitur a motu sicut forma aliqua respectiua ab absoluta. est eīn vt dicunt tempus prius ⁊ posterius in motu. huiusmodi autē relationū prioritatis ⁊ posterioritatis fundate ī partibus motus sunt forme alique respectiue. ¶ Sed cētra opinionē istam arguo. Primo. quia supponit motū esse formā aliquā per se vnā successiuam a partibus forme permanētis acquisite seu loci distīctā qđ nō est verum vt in precedenti articulo est probatum. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ si tempus esset prius ⁊ posterius ꝙ esset prius ⁊ posterius nō aliarum partiū ꝗ forme ꝑmanentis acquisite seu loci. ⁊ ita cum motu cessante remaneāt omnes partes forme acquisite in subiecto: quarum acquisitio fuit motus: nec sint nec fuerint partes alie a partibus talis forme/ per consequens cum respectus non destruatur eius extremis manentibus: nec ante ipsa consurgat: sequeretur ꝙ tempus tunc esset actualiter ⁊ non ante quando motus cessaret. non enim potest esse relatio prioritatis nec posterioritatis partium nisi existentibus partibus seu alijs quibuscunqꝫ: quoꝝ vnū fuit prius ī quo fundatur relatio prioritatis/ ⁊ aliud posterius in quo est relatio posterioritatis. sed partes quarum vna fuit prior ⁊ alia posterior non possunt esse alie a partibus forme acquisite. ergo ipsa acquisita ⁊ motu terminato inciperet esse tempus vel saltem permaneret: qđ est falsum. ¶ Preterea iste modus dicendi supponit aliud falsum: videlicet ꝙ prioritas et posterioritas sint forme alique positiue a re priori ⁊ a posteriori distincte: quod non est verum. nihil enim dicitur alio prius tempore nec perfectione nec loco nec aliquo alio prioritatis modo quia est forma aliqua informatum distincta ab ipso. esse enim prius vnum tempore ꝗ alterum est ipsum poni in esse prius alio nōdum posito. Ad hoc autem ꝙ aliquid producatur sine alio/⁊ per consequens ꝙ sit prius ipso non oportet ipsum primo productum nec etiam vltimo productum esse forma respectiua aliqua informatū: cum nec tali mediante/esto ꝙ poneretur/ aliquid esset prius nec posterius. nihil enim potest dici prius nec posterius illo quod ꝓsupponit ipsum esse prius et posterius. sed si prioritas eēt forma respectiua: ⁊ posterioritas alia: quelibet suum presupponeret fundamentuꝫ. ergo nec fundamētū prioritatis esset prioritate prius/ nec posterioritatis fundamētū posterioritate posterius. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia nō magis vnius respect⁹ potest dici prior alio ꝑ seipsum nullo mediāte alio: ꝗ vnū absolutum prius ꝗ alterum semetipso. sed si prioritas ⁊ posterioritas essent aliqua positiua respectiua/prioritas haberet prius poni ꝗ posterioritas/ nō aliquo alio mediāte: sed tm̄mō per seipsaꝫ. ergo cōsimiliter pōt dici de ꝗbuscūqꝫ absolutis vcꝫ ꝙ ad hoc ꝙ vnū sit prius ⁊ alterū posterius neutrum oportet esse forma absoluta nec respectiua a se distincta actualiter informatuꝫ. ex quo sequitur: ꝙ esto ꝙ motus eēt forma aliqua ꝑ se vna successiua habēs ꝑtes priores ⁊ posteriores/nullo mō ī hmōi eius ꝑtibus eēnt ponēde tales forme respectiue quales imaginat̄ opinio supradicta. ¶ Et ideo dico aliter: vcꝫ ꝙ tempus ⁊ motus sunt in re extra totaliter indistincta. tempus enim dicitur duratio motus. duratio autem in nullo alio a re durante est distincta: vt videbitur in questione sequenti. ¶ Confirmatur. quia si tempus esset res distincta a motu et successiua vt motus: que duo inter se distincta videlicet motus ⁊ tempus distinguerentur a forma cuius

partes successiue acquiruntur: sequeretur q̄ nūq̄ posset produci forma aliqua isto modo/videlicet vna eius pars post aliam/nisi productis simul vel prius duabus formis alijs successiuis distinctis tam inter se q̄ ab ipsa realiter qđ est falsum. vt enim in precedenti articulo est argutū: non magis illud cuius vna pars post aliam producitur: exigit aliquid a se distinctū produci q̄ illud qđ simul producit̄ totū in instāti. vtroq̄ enim modorū istorum est producibilis res quelibet habēs partes omni forma alia tā permanēte q̄ successiua qualibet circūscripta. quare ⁊c. ¶ Preterea si tempus differret a motu in re extra: cum omnia creata in re extra distincta realiter sint distincta: vt alias est ostēsum: ⁊ omnia sic distincta sint separabilia per cōsequēs motus posset fieri sine tempore ⁊ econuerso qđ est impossibile. nō potest enim aliquid successiue moueri ad aliquid quin sit motus ⁊ tempus: ⁊ nec econuerso motus potest esse nec tempus nisi aliquo existente moto ad aliquid successiue. Et ita sicut motus vt dictum est superius nō est res aliquo per se vna sed insimul dicit plura: quorum vnum post aliud acquiritur successiue: ita et de tempore indistincto ab ipso consimiliter est dicēdū. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum arguitur multipliciter cōtra p̄dicta. ¶ Primo: q2 tempus est passio motus aut mobilis. ergo ⁊c. ¶ Scḋo: q2 tēpus durationis p̄mi motus est vnicū. ergo ⁊c. ¶ Tertio. quia mot⁹ dicitur velox ⁊ tardus/ nō aūt tēpus. ergo ista non sunt idē totaliter in re extra ¶ Quarto. q2 tpe existente eq̄li motus aliqui diuersi possunt fieri eq̄les: cū inequali tempore vnus possit moueri plus quia velocius q̄ ali⁹. sed hoc non videretur esse possibile nisi tēpus distingueretur a motu. ergo ⁊c. ¶ Quinto. quia corpus vel etiam spiritus posset moueri absq̄ forma ⁊ quacūq̄ re alia acquisita. quia etiam de facto celum ita videtur moueri cū nec locum acquirat aliquem nec formam. ergo nō est verum qđ p̄dictum est: vez q̄ motus nō sit aliud q̄ acquisitio alicuius partis forme vel spacij sup qđ fit motus post aliam. ¶ Sexto. quia instans siue nunc qđ est in tempore videtur differre a mutato esse qđ est in motu. ergo ⁊ tēpus ipsum differt a motu. ¶ Septimo. q2 nisi tempus et motus sint aliq̄ tam inter se distincta q̄ ab alijs p̄manētibus/ nulla res poterit dici magis tēporalis q̄ alia/ nec tēpore mēsurari. hoc aūt est falsū. ergo ⁊c. ¶ Octauo. q2 omnino est īpossibile successiuū ī idē coincidere cū re aliqua permanēte: cum magis p̄manēs a successiue distinguatur q̄ ab alio p̄manēte. sed tam motus q̄ tēpus sunt successiua. ergo oportet ipsa ab omnibus alijs p̄manētibus realiter esse distincta. ¶ Nono. q2 omne illud quo aliquid in re extra tale/ realiter est distinctum ab omni alio quo illud nō dicitur esse tale. sed motus est quo realiter mouetur oē qđ realiter mouet̄. nō aūt mouetur p̄pter formā aliquā p̄manētē. alias ipsa manēte semp moueretur eius subiectū: qđ est falsū. ergo ⁊c. ¶ Decimo. q2 tēpus et motus ponūtur esse de genere quātitatis. ergo distinguūtur ab omnibus aliorū p̄dicamētorū: cū p̄dicamēta aliter distincta nō possint realiter esse idistincta. ¶ Ad primū dicendū q̄ tēpus nō dicit̄ passio motus tāq̄ vna res alterius: modo quo calor dicitur passio esse ignis. sed dicitur ei⁹ passio modo quo aliquid significās idē cū alio tamē differēti modo dicit̄ eius passio. sicut risibile dicit̄ passio hominis: cū tamē nō significet aliquid distinctum ab homine qđ sit inseparabile ab eo. act⁹ em̄ ridēdi quē vltra hominē tm̄ cōnotat/ ab ipso homine separat̄. consimiliter in p̄posito est dicendū. eandē enim rem quā significat motus vt vna eius pars post aliā acquiritur/ īportat tēp⁹ vt tal̄ p̄tiū acq̄sitio actu manet ⁊ durat. ⁊ ideo tempus ipsum dicitur esse duratio motus. ista enim in re sunt penitus indistincta. ⁊ ideo realiter loquendo nō magis hoc qđ temp⁹ importat est passio significati motus q̄ econuerso. ¶ Ad scḋm dicēdum q̄ licet tēpus qđ dicit̄ esse duratio primi motus sit vnicū: quia tamē tēpus illi⁹ motus est ab ipso motu indistinctū/ nec p̄ ɔ̄sequēs min⁹ ab alijs motibus inferioribus distinguitur q̄ ipse motus ideo nō est simpliciter vnū tempus: imo tot sunt tēpora quot sunt mot⁹. cū em̄ p̄pria duratio cuiuslibz motus sit suū tēpus: que duratio a re ip̄a durante est indistincta totaliter in re extra: p̄ ɔ̄sequēs multiplicato motu ⁊ tēpus oportet multiplicari. quia tn̄ oēs motus inferiores mensurātur aliquo modo motu primi mobilis ratione sue regularitatis: adeo ille dicitur cōmuniter omniū tēporaliū esse tēpus. tale aūt vnicū est cōtinuū sicut ⁊ motus. quare ⁊c. ¶ Ad tertiū dicēdū q̄ loquendo realiter nec motus dicitur velocior nec tardior q̄ sit suū p̄priū tempus. quia comparādo diuersos aliquos motus inferiores ad aliū motū puta ad supiorē: bene vnus illorū pōt dici ⁊ est velocior ⁊ ali⁹ tardior motu primo ad quē ɔparātur motus huiusmodi inferiores/ ⁊ etiā eius tēpore vniformiter se habēte/ nec p̄ ɔ̄ñs velociori nec tardiori existente. nec prim⁹ aūt motus nec aliquis alius pōt dici magis velocior nec tardior realiter q̄ suū tēpus ab ip̄o ī re extra totaliter indistinctū. ¶ Ad quartū ɔ̄similiter est dicēdū. licet em̄ in motu ⁊ tēpore equali p̄mi mobilis alius possit plus ⁊ alius minus moueri: tn̄ sicut vnus horū motuū ē alio maior: ita ⁊ tēpus suū p̄priū a se indistinctū est etiā maius tēpore p̄prio alterius ab ip̄o sil̄r indistincto. ⁊ ita ista ratio bene p̄bat q̄ mot⁹ inequales distinguunt̄ ab alio motu tertio ⁊ ab ei⁹ tempore: quo existēte equali motus huiusmodi sunt diuersi ⁊ realiter inequales. non aūt p̄bat q̄ aliquis a suo tēpore/ hoc est a sua duratione propria sit distinctus. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguet̄. quia cū tēpus sit duratio motus/ p̄ ɔ̄ñs omnes motus durationis equal̄ sunt equalis tēporis. sed duratio vni⁹ motuū illorū qui fiūt in equali tempore seu motu primi mobilis non est maior duratione alterius. nec enim motus localis quo quis vadit ī vna die per .20. miliaria durat minus illo motu quo alius vadit eadē die p̄ .100. ergo nec tempus p̄priū vnius motus erit maius tēpore alterius. ¶ Respōdetur: q̄ cū duratio rei vt dicetur ī questione sequēti/ sit a re durāte penitus indistincta/ dupliciter potest dici maior duratio alicuius rei durantis. Uno modo quia est maioris rei durantis. Alio modo/ q2 res ipsa siue sit maior intrinsece siue minor plus manet et amplius conseruatur. Nō plus durās isto secūdo modo/ non oportet esse distinctū a minus durante p̄ aliquid sibi intrinsecum positiuum. nullo enim alicui addito mediante ipsum potest durare plus vel minus. nec enim angelus quia semp̄ manebit habebit vnq̄ aliud aliquid ab eo qđ nunc habet/ per qđ dicatur plus durasse postea q̄ nunc. Nō autē primo modo dicitur durare plus: vez q2 in se est maius: dicitur plus durare q̄ minus durans propter aliquid positiuū in quo excedit ipsum. ¶ Tunc ad rationem concedo q̄ nullus talium motuū qui vez fiunt in motu ⁊ ī tempore equali primi mobilis/ durat plus q̄ alius secundo modo/ sed primo: videlicet q2 vnus est maior motus q̄ alius. ⁊ ideo etiam duratio ab eo indistincta dicitur esse maior/ ⁊ per consequens tempus (qđ est duratio ip̄a) maius. ¶ Ad quintum aliqui soluūt dicentes q̄ tale corp⁹ si esset extra vniuersū nullū habēs locū/ posset moueri non in loco/ nec ad locū/ nec circa locū mō quo dicit̄ moueri localiter ip̄m celū: sed ad formā aliquā respectiuā. ¶ Sed hoc nō pōt stare: q2 supponit falsū: vez respectiuū eē aliq̄d p̄ se vnū. qđ nō est verū vt alias ē ostēsū. Et iō ad hoc alit̄ ē dicēdū. Ad cui⁹ euidētiā ē

sciendū ꝙ motuū alius est acquisitio partis rei ꝓducte post partē. que ptes oēs mobili acquirūtur/ ⁊ in ipso formaliter reponunt. ⁊ talis motus dicitur esse motus alterationis vt dealbatio. alius est acq̄sitio partis rei ꝑsupposite a mouente post partem: que partes non ponitur in subiecto qd̄ mouetur: sed magis ecōuerso ip̄z ponitur in eis trāseundo successiue per ipsas. ⁊ talis motus dicit esse localis/ quo localiter motū corpus vel spūs transit super spatium aliquod qd̄ supponit. nec eñ vt imaginātur aliqui/ corpus localiter motum acquirit aliquid preter locū/ sicut in sequētibus ostendet. Unde licet in motu alterationis seu ꝓductionis forme sensibilis sit acq̄sitio partium forme noue: non tamē in motu locali aliqd̄ positiuū nouū acquiritur: sed tm̄ in aliquo presupposito ipsum mobile qd̄ localiter mouetur/ reponitur. licet aūt omne sic motuz naturaliter moueatur ad locum ⁊ super spatiuz presuppositū: tamē destructo omni positiuo medio qd̄ est inter celum beatorū ⁊ terrā puta tribus celis et alijs sphęris omnib⁹/ celo illo ⁊ terra equaliter distātibus/ ⁊ cōsimiliter remanētibus sicut prius/ nō videret tūc impossibilius q̄ nūc moueri aliquid puta angeluz de celo ad terrā ⁊ econuerso successiue ꝯsimilit sicut modo. nec eñ angelus pōt mō moueri facili⁹ ꝓpter elemēta ⁊ alia corpora interposita ꝑ que oīa ip̄z oporteret trāsire/ q̄ posset eis oībus circunscriptis. ¶ Ex quo sequit ꝙ licet motus localis quo mouetur de facto quodcūq; mobile sup aliquod spatiū ꝑsuppositū ad locū similiter ꝑsuppositū sit trāsitus sup vnā ptē spatij post aliā/ ⁊ acquisitio vnius post aliā: nō tñ hoc est simpliciter necessariū quin posset aliter fieri vt patet in exēplo ꝑdicto. oībus etenī destructis celo vez ⁊ terra/ ⁊ alijs corporib⁹ intermedijs propter hoc angelus remanēs nō esset immobilis. sicut nec celū qd̄ mouetur oporteret quiescere destructo omnī corpore sub eo cōtēto ⁊ quocūq; superiori alio continēte. ¶ Et tūc scd̄m hoc ad rationē dico ꝙ illud qd̄ ꝑdictū est vez ꝙ motus localis est acquisitio ptis post ptē/ intelligendū est de motu alterationis ⁊ de motu locali qui fit super spatiū ꝑsuppositum ⁊ ad locū/ nō aūt de quocunq; motu possibili absolute. ¶ Et si queratur: quomodo aliquid posset esse motū cū ipsi nihil nouiter adueniret nec ipsum alicubi nouiter esse inciperet? ¶ Respondeo ꝙ sicut corpus aliquod condensatum positum per se extra omnē locū posset si esset realiter facile fieri a deo rarius et ꝑ consequēs realiter maius nullo positiuo ab ipso distincto sibi aduenīēte nec ipso alicubi vbi non fuit antea existente: cum nullus locus vt supponitur tunc adesset: sed tantum esset motum realiter: quia eius partes se haberēt differēter/ nullo tamē eis apposito mediāte: sic cōsimiliter in ꝓposito est dicēdū: vez ꝙ si omne nunc mobile localiter de celo ad terram posset moueri celo et terra destructis ipsum posset taliter variari ꝙ si celum ⁊ terra redirent sicut antea fuerāt/ ipsuz esset in terra ⁊ nō in celo. ¶ Et si queratur an talꝭ motus quo tunc angelus se moueret esset localis? Ad hoc potest dici ꝙ esset quedam variatio angeli que non potest dici motus localis positiue. quia nec esset in loco nec a loco nec circa locuz. esset tamen localis motus permissiue natus sic denominari si locus aliquis poneretur. ¶ Ad sextum dicēdum ꝙ nec instans est in tempore aliquid positiuum ab eo distinctum/ nec mutatum esse in motu/ nec punctū in linea vt in distinctione ista apparebit inferius. ¶ Ad septimū dicendum ꝙ res corruptibiles dicuntur esse temporales non quia sunt in tempore tanq̄ in re aliqua positiua existente in eis ⁊ distincta ab ipsis. nec enim tempus est res aliqua per se vna existens in aliquo subiectiue/ vt in alio articulo est probatum. sed dicūtur solū ideo temporales quia habent terminū sui esse: videlicet quia nō perpetue permanebunt. propter cōtrariam autem rationem alia non dicuntur temporalia sed eterna. nec enim esse eternū est eē aliquo formaliter informatū vel sibi quōcūq; vnitum. sed est nūq̄ habere terminū: qd̄ nulli eterno conuenit aliquo mediante ab ipso aliqualiter differente in eo formaliter existente vt ostendetur in alia q̄stione. ¶ Ad octauū concedo ꝙ successiuū vt vulgariter ponitur: vez tāq̄ forma aliqua per se vna cuius nulla ꝑs manet actu cum alia/ non potest in idem coincidere cū re aliqua permanente. sed successiuū sic sumptū non videt esse ponendum vt in ꝑcedentibus est probatuz. modo aūt quo hic ponitur successiuū: vez tāq̄ forma cuius vna ꝑs post aliā acquiritur: nō oportet ipsum differre a partibus permanentibus acquisitis. ¶ Ad nonū dicēdum ꝙ illa maior assumpta non ē vera nisi quando illud qd̄ est tale/ est tale aliquo mediāte a se distincto: sicut quia subiectū est albedine albū tāq̄ aliqua re ab ipso subiecto albo distincta ideo albū est distinctū ab omni illo quo subiectū ipsuz nō dicit esse album. Quādo aūt illud qd̄ dicitur esse tale nō est tale aliquo a se distincto mediāte: tunc ipsum non est aliud in re extra ab omni illo quo non dicitur esse tale. sicut quia secūdum aliquos res dicitur quanta quantitate/ non tanq̄ forma aliqua ab ipsa re distincta/ sed precise est quanta realiter suis partibus sic dispositis existentibus: vez extra se: ideo non oportet ꝙ res quanta sit diuersa realiter a seipsa non quāta. potest enim res nūc maior esse/ ⁊ postea minor absq; aliquo sibi subtracto: vt apparet in raro primo ⁊ postea condensato. ⁊ eadē ratione vt videtur posset fieri non quātum absq; amisso aliquo positiuo: sicut ⁊ econuerso tātū potest fieri maius nullo sibi addito: ⁊ eadē rōne nō quātū/ quātū. sed sic est in proposito. nec enim motus quo aliquid dicitur realiter moueri/ puta dealbatio qua aliquid dicit dealbari/ est aliqua forma per se vna a subiecto ipso ⁊ albedine eius distincta. sed dicitur dealbari tantum partibus albedinis vt ipsas actualiter sic acquirit. quare ⁊c. ¶ Ad decimum dicendum: ꝙ licet omnia predicamenta sint distincta vt diuersa signa predicabilia ⁊ subijcibilia/ siue vt ex signis talibus constituta: non tamen omniū significata sunt realiter diuersa: vt alibi est ostensum. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Secundo quero: vtrum euum sit aliquid positiuū in re extra ab euiterno distinctū ꝑmanēs: an successiuū? ¶ Et videt ꝙ sic. q2 idē omnino nō potest suijpsius realiter esse mēsura. sed euū est mēsura euiterni. ergo oportet ꝙ sit aliquid positiuū ab ipso distinctū. ¶ Contra. q2 euū non est aliud q̄ duratio euiterni. sed cuiuslibet duratio rei est ab ip̄a re durāte indistincta totaliter ī re extra. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic ꝓcedā. quia eñ vt argutum est/ euū ip̄m est duratio euiterni: ideo primo ostēdam ꝙ cuiuslibet rei duratio est ab ip̄a re durāte indistincta totaliter in re extra. Secūdo ex hoc inferam ꝙ euū qd̄ dicitur esse duratio euiterni/ non est aliqd̄ successiuum sed permanens sicut euiternum: a quo est realiter indistinctum. Ex quo vlterius concludam ꝙ non oportet querere an omniū euiternorum sit tantummodo vnum euum. Tertio tangam ⁊ soluam aliqua que arguuntur communiter contra ista.

Quantū ad primū: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ si duratio esset forma aliqua per se vna a re durante distincta per ipsam res non diceret durare: sed potius econuerso duratio ipsa re mediāte cuius esset/ duraret. ¶ Hec probatur. Et primo quātum

ad primam partē. quoniā nihil potest dici esse tale per id
qd̄ supponit existere ipsū tale. sed si duratio alicuius rei
puta angeli esset aliquid in eo existēs: ⁊ ab ipso differens
ipsa presupponeret angelum esse durantē. ergo ⁊c. ¶ Mi-
nor apparet. quoniā omne presupponēs rem aliquā pma-
nentē ⁊ actualiter existentē presupponit eam esse durātē.
nec enī aliquā rē durare est aliud q̄ ipsam actualiter p-
manere. sed si duratio esset a re durāte distincta: ⁊ in ipsa
recepta / ipsam rem presupponeret necessario pmanentē et
actualiter existentē. omne enī posterius presupponit pri⁹
in quo existit. oē etiā accidens presupponit suū subiectum
existēs. sed duratio angeli ⁊ cuiuscūq; alterius rei si eēt
aliquid distinctū ab ipa re durāte / esset eius accidēs. nec
enī vna substātia est in alia vt duratio in durāte. ergo ⁊c.
¶ Cōfirmatur. quia qd̄ est tale aliquo posito vel remoto
nō potest dici existere tale p illud. sed si duratio est res ali
qua a re durante distincta / ipsa posita vel amota res ipa
eius subiectum vniformiter potest manere / ⁊ p ɔ̄sequēs
durare: cū nullum prius oporteat destrui circūscripto ali
quo posteriori ab illo distīcto realiter: quale posterius po
nit̄ esse duratio respectu rei durātis. nō enī potest dici q̄
ab ipsa tm̄ formaliter distinguat̄. ergo ⁊c. ¶ Scḋa pars
cōclusionis istius: vz q̄ magis talis duratio diceret̄ du
rare ꝓpter rē eius subiectū q̄ ecōuerso res ꝓpter ipsam
seu ea mediante: apparet. qm̄ omne illud in illo ɔ̄seruat̄
et manet sine quo nō pōt naturaliter pmanere. sed si du-
ratio distinguit̄ a re durāte est in ipsa vt accidēs in subie
cto / ⁊ p ɔ̄ñs nō posset durare nec manere naturaliter sine
ipsa: sicut nec aliqd̄ accidēs sine subiecto. ecōuerso aut̄
res durans nō exigit talem rē ad hoc vt maneat natura
liter siue duret: cum ⁊ talis res que dicitur duratio si po-
natur distincta a re durāte presupponat rem ipsam cuius
esse dicitur iam durantē: quia actualiter existētem. ꝗ ⁊c.
¶ Secūda cōclusio est: q̄ nō est necessariū ponere dura-
tionē esse formā aliquā p se vnam a re durante distinctā.
¶ Hec sequitur ex p̄dicta. quoniā si duratio poneretur
vt aliqua talis forme / nō poneret̄ nisi vt res cuius esset
duratio ipsa mediāte: modo quo subiectum albū dicitur
albedine mediāte. sed vt probatū est nulla res posset du-
rare duratione hoc modo accepta: vz pro forma aliqua
in re durāte formaliter existente. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. qr
cū pluralitas non sit sine necessitate ponenda / qd̄ potest
esse tale seipso omni alio circūscripto nō est necessarium
ipsum ponere esse tale aliquo sibi apposito mediante ab
ipso realiter differēte. sed sicut omnis res possibilis pōt
fieri nulla forma mediāte ab ea ⁊ a deo realiter differēte
ita ⁊ in esse posita potest cōseruari / ⁊ p ɔ̄sequens durare
seu manere omi forma ab ipsa alia circūscripta. ergo ⁊c.
¶ Tertia cōclusio est: q̄ nō est congruū ponere duratio-
nem esse talē formā aliquā p se vnam a re durāte distin-
ctam. ¶ Hec ꝓbatur. quoniā nō est cōgruū: imo omnino
absonū ponere formā aliquā accidētalem in substātia p̄-
supposita existētem magis durare immediate seipsa nul
la re sibi addita alia mediāte: q̄ duret substātia eius sub
iectū existēs prius nature ordine tali forma. sed omnis
ponēs durationē esse talem formā p se vnā a re durante
distinctā / habet hoc ponere. qd̄ ꝓbatur: quoniā talis for
ma que dicitur esse duratio substātie alicuius puta ange
li habet esse forma accidentalis: que nō potest dici q̄ du
ret duratione alia mediāte: sed seipsa. si enī duraret dura
tione alia mediante oporteret ponere infinitas tales du
rationes quarum vna duraret alia mediāte. qd̄ est impos
sibile. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qr qd̄ potest fieri p paucio
ra nō est congruū ponere fieri per plura. sed quelibet res
producta potest durare seipsa a deo cōseruata / nulla me
diāte forma sibi impressa / nec alia re quacūq; ab ea diuer
sa. ergo ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: q̄ nō est pos-
sibile ponere durationem esse formā aliquam per se vnā
a re durāte distinctam qua mediante res duret. ¶ Hec p
batur quoniā aut huiusmodi sic accepta duratio si pona
tur causatur a re ipsa durante: aut a causa rem conser-
uante / duratione huiusmodi mediante. Sed non potest
poni primū: quia nulla causa durat propter aliquem effe
ctum ab ipsa productum: cū omnis effectus productus
presupponat suā causam producētem existere ⁊ durare.
Nec scḋm: quia talis duratio esset forma rei duranti im-
pressa. nec enim existeret subiectiue nisi tantūmodo in re
durāte. sed nulla res magis potest dici durare aliquo me
diante sibi impresso q̄ possit dici alba aliquo ipsam al-
bam iam actualiter supponēte. omnis enim forma pre-
supponit illud cui imprimitur existere / ⁊ per consequēs
actualiter iam durare. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia cū
in eodem subiecto sint accidentia multa ⁊ realiter distin
cta / aut quodlibet durat in subiecto sua duratione pro-
pria ⁊ a duratione alterius distincta: aut omnia simul du
rāt duratione vnica mediāte. Sed primū nō est ponēdū
¶ Primo. quia tūc corrupto subiecto qd̄libet eius acci
dēs posset naturaliter remanere: imo ⁊ sic remaneret de
facto. quoniā nulla res durās depēdet nec ad sui existē-
tiā exigit nisi illud quo durat. ergo si quodlibet accidēs
in subiecto existēs durat duratione propria alia a dura-
tione subiecti / per ɔ̄sequēs ad sui existētiā nō exigit suū
subiectū: magis q̄ ecōuerso subiectum exigat ipm̄. qua
re ⁊c. ¶ Scḋo. qr tūc seq̄retur q̄ in qualibet substātia di
uersis accidētib⁹ informata ipa essent duplicata. ex quo
enī quot ponūtur accidētia durātia tot sunt eorum dura
tiones / que similiter habēt poni forme accidētales / per
cōsequēs sequit̄ ꝓpositū: vz q̄ in nulla substātia posset
poni vnū accidēs tātū: cū nullū possit esse nisi duret: nec
possit durare nisi duratione vt alio accidēte mediāte ab
ipso vt supponit̄ differēte. ⁊ ita etiā tūc materia esset im-
mediatum subiectū forme accñtalis vz sue ꝓprie dura
tionis alterius a duratione substātialis forme. alia etiā
multa seq̄rent̄ īpossibilia ⁊ absurda. quare ⁊c. ¶ Tertio
quia magis subiectū est cōseruatiuū omniū accidētiū in
ipso existētiū q̄ vnū ipsorū p alterū cōseruet̄. sed qd̄libet
magis pōt dici durare illo mediāte quo cōseruat̄ p alte-
rū. ergo magis substātia posset dici duratio seu cōserua
tio accidētis in ipsa actualiter existentis q̄ vnum acci-
dens alterius. q̄re ⁊c. ¶ Nec pōt poni scḋm: vz q̄ omnia
durent vnica duratione. quoniam duratio si est aliquid p
se vnū est subiectiue in re ipsa durante. sed vnū accidens
non potest esse saltem naturaliter in diuersis subiectis.
accidentia aūt plurima nō supnaturaliter conseruātur
nec durāt p consequēs / sed naturaliter in subiecto. ꝗ ⁊c.
¶ Preterea ad idem arguitur. quia aut cum accidēti-
bus separatis ī sacramēto altaris separātur ipsorum ꝓ
prie durationes / aut non. Si primū: ergo nō supnatura
liter sed naturaliter cōseruant̄ separata actualiter a sub
iecto. nihil enī cōseruatum cū illo sibi cōiūcto quo mediā
te ē natū naturaliter durare ⁊ actualiter pmanere / pōt
dici supnaturaliter ɔ̄seruari: lz conseruet̄ a quocūq; alio
sepatū: q̄ sibi ɔ̄iūcto nō durat. sed si cuiuslibz rei est sua
propria duratio qua durat: nulla res durat mediante re
alia q̄ sua duratione propria: nec per ɔ̄ñs aliquod acci-
dens p subiectū magis q̄ ecōuerso subiectum ipm̄ duret
accidente mediāte alio a sua duratione. ergo q̄ acciden-
tia a subiecto separata permaneāt: hoc non fit superna
turaliter: immo magis fieret supernaturaliter si nō ma-
nerēt: ex quo quodlibet cū sua duratione propria sepat̄.
¶ Confirmatur. quia non videtur q̄ aliqd̄ accidens du
ret illo qd̄ durat per aliud eiusdē rationis cū ipso. ¶ Hoc
apparet: nisi ponat̄ circulus in rebus durātibus: dicēdo
q̄ vna durat per aliam et econuerso. sed si duratio rei

cuiuslibet est distincta a sua propria re durante: substātia quelibet create durat accidēte. nec em̄ potest dici ꝙ sua duratio ab ea distincta sit substātia. q̄ nec etiā vna substātia pōt poni duratio alterius. ergo nullū accidēs durat ꝓpter substātiā: sed potius econuerso. ex quo sequit̄ ꝓpositū assumptū: videz ꝙ accidēs separatū cū sua duratione propria a subiecto nō supernaturaliter manet/ sed potius naturaliter sicut prius. sed cōstat hoc esse falsum. q̄ etiā quorūcūq; accidētiū in corpore existētiū realiter distīcto vno destructo alterū naturaliter manet ⁊ durat in ipō nec ꝑ ꝯñs vnū pōt dici duratio alteriꝰ magis ꝙ econuerso. quare ⁊c. ¶ Si aūt dicat̄ ꝙ accñtia nō separant̄ cū suis ꝓpriis durationibus a subiecto ipsoꝝ prioꝝ. ergo post cōuersionē panis in corpus Christi/ ⁊ vini in sanguinē/ nō remanēt oīa accñtia q̄ in cōuersis substātijs pfuerūt. sed tot sunt destructa quot manent: cū duratio cuiuslibet ꝓpria sit accñs qd̄ supponit̄ nō manere cum accidēte aliquo separato. hoc aūt est falsū. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idē. nō minus res ꝑmanēs pōt durare seipsa nō duratione aliqua ab ipsa distincta ꝙ res successiua si ponat̄ vt cōmuniter dicit̄ a ꝑmanēte distīcta. sed nulla forma successiua pōt durare mediāte alio a seipsa q̄ si sic: aut illud quo durat est forma ꝑmanēs: aut aliq̄ successiua. sed non pōt poni primū. q̄ res ꝑmanens nō est fluēs/ nec ꝑ ꝯñs eius duratio: nec pōt poni scd̄m: q̄ nullū successiuoꝝ fluētium realiter distīctoꝝ pōt durare magis ꝙ alterū per se ipm̄. ⁊ ita si duratio vniꝰ forme successiue esset forma aliq̄ successiua: ⁊ illiꝰ duratio esset similiter aliqua alia successiua: ⁊ illius alia in infinitū. ꝯsimiliter etiā pōt argui de ꝑmanētibus: quoꝝ vnū nō videt̄ magis ꝙ alterū eē a sua duratione ꝓpria indistinctū. ⁊ ita si duratio rei esset distincta a re ipsa durāte/ tam in ꝑmanētibus ꝙ in successiuis oporteret ꝓcessum ponere in infinitū. hoc aūt est impossibile. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q̄ si duratio ē distīcta a re ipsa durāte: habet esse imꝑfectior ea cū subiectiue ponat̄ esse in ipsa. duratio etiā subbstantie nō pōt dici ꝙ sit substantia. cū vna substātia nō sit ī alia nisi forme in materia: q̄ durat ⁊ remanet ipsa forma destructa. sed nullū imꝑfectiꝰ potest magis manere seu durare seipō/ ⁊ ꝑ ꝯñs esse a sua duratione ꝓpria indistinctū ꝙ perfectius. ergo non magis duratio cū sit imꝑfectior re durāte si ab ipsa ponat̄ distincta/ est a sua duratione ꝓpria indistincta: ꝙ res cuius dicitur esse duratio ipsa. quare ⁊c. ¶ Ex p̄dictis infero corollarie: ꝙ duratio nō īportat aliud ꝙ rem ipsam manētem vt in esse continuatam seu conseruatā. cuius rei continuatio seu cōseruatio nō fit aliquo mediāte a re cōseruata/ ⁊ a deo cōseruante distincto. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: infero duo corollarie ex declaratis in articulo p̄cedēti. ¶ Primū est: ꝙ euū nō est aliquid successiuū: sed permanēs ⁊ simul totum existens: quia ab euiterno realiter indistinctum totaliter in re extra. ¶ Secūdū est: ꝙ non est querendū an euū sit vnū omniū euiternoꝝ. ¶ Ad quoꝝ duoꝝ euidentiam est sciendum ꝙ eoꝝ que sunt/ alia sunt simpliciter necessaria ⁊ incōmutabilia: sicut trinus ⁊ vnꝰ deus. Alia cōtingētia ⁊ variabilia tn̄ incorruptibilia. quorum alia sunt spiritualia vt substātie imateriales: ⁊ alia materialia vt corporales substātie supiores: ⁊ alia corruptibilia. quoꝝ alia dicunt̄ fieri ⁊ corrūpi ī instāti: vt illa oīa quoꝝ vnūquodq; nō fit simul totū sed vna eiꝰ pars post aliā successiue. Prioꝝ vez solius dei necessarij ⁊ oīno incōmutabilis duratio vocatur eternitas. Angeloꝝ vero euū. corporaliū corruptibiliū ⁊ ꝑmābiliū successiue tēpꝰ et alioꝝ instās. ¶ Hoc p̄misso ab oībus cōiter concesso apparet primū corollariū euidēter. q̄m vt ꝓbatum est in articulo p̄cedēti/ nullius rei duratio est a re durāte distinctum aliquid in re extra. sed vt p̄missum est euū dicit̄ esse duratio euiternoꝝ omniū vez angeloꝝ. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q̄ si duratio angeli est distīcta ab ipso: aut est forma substātialis aliqua: aut accñtalis. Sed nō pōt poni primū: q̄ in nullo durātiū angeloꝝ est forma aliqua substātial' distīcta. esto etiā ꝙ eēt/ nō magis vna duraret ꝑ aliā ꝙ econuerso. Nec scd̄m etiā pōt poni. ¶ Primo. q̄ oīno est incōueniēs dicere prius durare ꝑ posteriꝰ qd̄ ipz preſupponit durare: cū substantia etiā q̄libet q̄ accidente prior ⁊ ab ipso distincta realiter/ possit saltē ꝑ diuinā potētiā cōseruari oī accidēte ab ipso distīcto realiter circūscripto. ¶ Scd̄o. q̄ aut illud accidēs esset spirituale aut aliquod corporale. sed in angelo nō ponit̄ aliquod accñs corporale nisi forsitan motus localis: qd̄ nō pōt poni durare: nec spirituale nisi actus intelligēdi volēdi ⁊ nolēdi: quoꝝ nulliꝰ sua duratio pōt dici. ergo ⁊c. ¶ Tertio. q̄ si aliquod accidēs sua duratio esse ponat̄ (qd̄ oportet cōcedere si dicat̄ ꝙ ab ipso sua duratio distīguat̄) aut talis forma accñtalis ē ī ipso durāte ꝑmanēs simul tota: aut fluēs ⁊ successiua. Sz primū nō possunt ponere q̄ dicunt suā durationē ab ipso esse distinctā. q̄ maior ē nūc eiꝰ duratio ꝙ fuerit ī principio quādo nouiter fuerit creatus. quāto enī plus manet tāto plus durat. qd̄ poni nō posset si sua duratio esset ab ipō totaliter īdistīcta. Sz si sua duratio est forma ꝑmanens simul tota/ idē inconueniēs sequitur qd̄ vitare itēdūt: videz ꝙ angeli duratio nō sit modo maior ꝙ prius. ergo oportet ipos cōcedere hmōi angeli durationē eē formā aliquā successiuā. sed hoc ē oīno absurdū. quod sic ꝓbo. q̄m aut huiusmodi successio eēt ꝑtiū diuersarū acq̄sitio: q̄ ꝑtes acq̄site successiue manēt in angelo ꝑmanēte: aut eēt acq̄sitio ꝑtiū acquisitarū eē desinētiū. ¶ Hoc appet. nullo eīn mō alio pōt īteligi eē formā aliquā successiuā nisi alt'o p̄dictoꝝ duoꝝ modoꝝ. sed nō pōt dici ꝙ duratio angeli sit forma aliq̄ successiue primo mō. q̄m tūc seq̄ret̄ ꝙ ꝯtinue cuilibet angelo adueniret noua forma accñtalis seu aliq̄s aliꝰ gradꝰ quo mediāte duraret. qd̄ ē oīno īꝓbabile ⁊ absurdū. esto eīn ꝙ talis forme successiue gradꝰ aliq̄s ꝯtinue adueniret/ nō magis ꝑ ipm̄ duraret ꝙ subiectū qd̄cūq; aliud alteratū duret ꝑ accñs ī ipō successiue ītroductū: puta ꝑ albedinē q̄diu ꝯtinue dealbatur. ḡ ⁊c. ¶ Nec pōt dici ꝙ sit forma successiua scd̄o mō. q̄ nec eē corruptibilis pōt poni duratio alicuiꝰ īcorruptibilis: q̄le ē qd̄libet euiternū. q̄re ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idē. aut hmōi duratio angeli ē a deo: aut ab ipso durāte āgelo effectiue. Sz nō pōt dici ꝙ a deo: q̄ deus omnē effectum ꝓductū pueret pōt ꝯseruare absq; aliquo ab illo distincto realiter ⁊ posteriori ipō q̄lis effectus habet poni hmōi duratio si a re durāte ponat̄ eē distincta. ḡ ad hoc ꝙ angelus ꝯseruet̄ ⁊ duret deꝰ nō necessitatur ad ꝓducēdū ꝯtinue nouū effectum eiꝰ cōseruatiuū: cū q̄cq̄d deus pōt facere vl' factū ꝯseruare aliquo mediāte distīcto/ possit ꝯseruar̄ ⁊ facer̄ sine illo. nec pōt dici ꝙ hmōi duratio sit effectiue ab āgelo: q̄ nec angelū aliq̄d oportet in se/ nec ī alio ꝓducere ad qd̄ duret seu maneat ī suo eē. nec si aliq̄d tale ꝓduceret/ ꝓpt̄ ipm̄ maneret actualiter seu duraret: cū tale ꝓductū ipm̄ supponeret iā durare. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q̄ si hmōi angeli duratio eēt forma successiua diuersas hñs ꝑtes in fluxu cōtinue existētes: aut angelꝰ duraret ꝑ ꝑtes p̄teritas: aut ꝑ futuras: aut ꝑ p̄ntes. Sz nō ꝑ p̄teritas/ nec ꝑ futuras quia nō sunt. nec ꝑ p̄sentes: q̄ vt dicūt nullius forme successiue est aliq̄d actualit̄ nisi īstās qd̄ nō ponit̄ eē aliqua ꝑs tal' forme vez successiue: sicut nec pūctū linee. nec pōt dici ꝙ duret tali mediāte īstāti p̄nti: vel si sic/ ad eiꝰ durationē nō opz ponere formā aliquā successiuā: cū nulla ꝑs talis forme aliq̄d faciat ad sui durationē. sed sufficit tale instans/ quo solo mediante angelus ipse durat. ¶ Nec

valet si dicatur tale instans non fieri seu conseruari per se sine forma aliqua successiua. quoniã ex quo a successiuo ponitur esse distinctũ realiter / potest vtiq3 per diuinã potentiã conseruari et fieri sine ipso. quare etc. ¶ Ex pdictis apparet secũdũ corollariũ supradictũ: vez nõ esse q̃rendũ an sit vnicũ tñ euũ omniũ euiternorũ. ¶ Hoc apparet. q2 licet in diuinis vnũ sit realiter plura / et p 9ñs de illo possit queri quomõ sit cũ oĩbus illis vnũ: in creaturis tñ nihil vnũ põt esse a pluribus realiter distinctis indistinctũ. sed vt pbatũ est: euũ est cũ euiterno idẽ totaliter in re extra. ergo nõ magis est q̃rendũ an vnũ euũ sit omniũ euiternoꝝ q̃ vtrum vnus angelus possit insimul esse plures. ¶ Cõfirmat. quia oĩs q̃stio rationabilis debet esse aliqua ppositio dubitabilis nullũ supponẽs falsum. sed iste ppõ omnia euiterna habẽt vnũ euiternũ vel plura mediãtibus qb9 durãt / supponit qð est indubitãter falsum: vez euũ esse aliquid in re extra ab euiterno distinctũ. apud nullũ eñi debet esse aliquod dubiũ quin res quelibet possit fieri / et facta cõseruari / et p 9ñs durare oĩ effectu ab ipsa distĩcto realiter circũscripto. nullus etiã debet inclinari ad credẽdũ aliquã substantiã durare nec cõseruari p formã aliquã accidẽtalem: cũ videat esse potius ecõuerso. ergo nec euũ qð ponit esse duratio angeli debet poni forma aliqua accñtalis pmanẽs / nec successiua / nec alia qualiscũq3 ab ipo distincta. q̃re etc. ¶ Ex predictis apparet euidenter improbabilitas et absurditas opinionis omniũ illoꝝ q̃ dicũt euũ esse formã aliquã successiuã ab euiterno angelo ipsa mediãte durãte distĩctã. que quidẽ forma vt addũt est vnica omniũ euiternoꝝ: vez ipsoꝝ durãtiũ angeloꝝ. hoc eñi est inintelligibile et absurdũ. q2 aut ista forma vnica successiua est subiectiue ĩ aliquo vno angelo tñ: aut in oĩb9: aut in nullo. sed vnica accidẽtal' forma nõ põt naturaliter esse in pluribus. nec est dicẽdũ q̃ supnaturaliter sit in eis: nisi dicas q̃ deus ita miraculose cõseruat totũ angeloꝝ exercitũ sicut accidens a substantia separatũ. nec põt dici q̃ magis in vno q̃ in alio. q2 nihil existẽs in vno angelo subiectiue potest poni duratio alterius: cũ vnus nõ duret p aliũ nec p aliquid eius. nec põt dici q̃ sit accidẽs ab oĩbus separatũ. tũ q2 de facto nullũ accidẽs ponit separatũ ab omni subiecto nisi in eucharistie sacrõ. tum q2 esto q̃ poneret nullius substãtie duratio posset esse. oĩno eñi est ĩpossibile dicere substãtiã nõ durare nisi mediãte accidẽtali vel substãtiali forma aliqua ab ipsa sepata realiter. si eñi duratio ponat esse forma aliqua p se vna nõ magis res aliqua potest durare p ipsam ab ea realiter separatam / q̃ subiectũ aliquod possit dici albũ esse aliq̃ua albedine ab ipso actualiter separata. quare etc. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: vbi est respondendũ ad illa q̃ cõtra pdicta 9muniter ab aliis arguũtur Primo adducã illa. Scdo dicã ad ipsa. ¶ Primo ergo arguo sic. eiusdẽ ad se nõ põt esse relatio realis. sed angelus vt primo durãs refert ad seipm vt postea durantẽ. si eñi angelus nunc creatus postea annihilet / et iterũ creet in creatione fundatur ratio prioritatis et in repatione ratio posterioritatis. ergo oportet hic assignare aliam et aliã ptẽ durationis: cũ angelus ipse durãs sit totaliter ĩdistinctus. ¶ Scdo. q2 impossibile est cõtraria inesse sine successione eidẽ subiecto. sed 9traria insunt angelis tam malis q̃ bonis vel inesse possunt. põt enim angelus tam bon9 q̃ malus nũc sursum existere / nũc deorsum. oẽs etiã primo nõ fuerũt in gratia / nec in gloria / nec ĩ pena: et post ea alij gratiã et gloriã / alij vero ppter culpam cõmissam penã ppetuaz receperũt: et ita in oĩbus extrema cõtradictionis fuerũt. ergo oportet q̃ in alia pte durationis fuerit vnũ et in alia alterũ: cũ cõtradictoria simul eidẽ inesse nõ possint. ¶ Tertio. q2 ĩpossibile est vnũ et idẽ simul existere et nõ esse. sed angelus nũc existẽs posset nõ esse. g̃ cũ nõ in illo instãti in quo existit / oportet q̃ in alio. ex quo sequit ppositũ: vez q̃ est in eius duratione successio. ex quo sequit q̃ sit ab ipso distincta sicut successiuũ a pmanẽte. ¶ Quarto. q2 illa quoꝝ vnũ stat cũ priuatione alterius9 ptis alteri9 / realiter distinguunt. sed angelus et euũ sunt hmõi. ẽ eñi existẽtia angeli cũ priuatione oĩz ptiũ p̃teritarũ eui. ergo etc. ¶ Quinto. q2 illud qð plus durauit nũc q̃ prius / pl9 habet de duratione nũc q̃ prius. sed angelus plus durauit nũc q̃ prius. ergo et eius duratio est nũc maior sua essentia existẽte eq̃li. s3 talia oĩa quoꝝ vno equali existẽte alterũ ẽ inequale / q2 mai9 q̃ antea / oportet realiter esse distincta ergo etc. ¶ Sexto. q2 illud qð ẽ tã in actu q̃ in potẽtia / si est in potẽtia infinitũ et ĩ actu. sed duratio angeli est ĩ potẽtia infinita: q2 eterna / nũq̃ p 9ñs terminãda. sed si duratio angeli eẽt ab ei9 essentia ĩdistĩcta / tãta esset actu quãta ĩ potẽtia. g̃ etc. ¶ Ad euidẽtiã solutionis istoꝝ et oĩm similiũ alioꝝ est sciẽdum: q̃ oẽs pdicte rõnes et eis similes pcedũt ex eadẽ falsa radice et imaginatione. oẽs eñi supponunt idẽ falsum: vez q̃ res nõ possit manere nec desinere esse nisi in instãti vel ĩ tẽpore tãq̃ ĩ re aliqua alia a re manẽte vel existere desinẽte: et q̃ cõtraria vel cõtradictoria esse simul sit ipsa eẽ in eodẽ tẽpore vel in istãti tãq̃ in forma aliqua existente ab ipsis inexistẽtib9 9trariis vel 9tradictoriis differẽte. hec aũt oĩa sunt euidẽter falsa. oĩs eñi res creata potest manere vel desinere esse circũscripto oĩ tẽpore et instãti et quacũq3 alia re creata: et cũ illa oĩa puta tẽp9 istãs et euũ et eius instãtialitas ponant eẽ accidẽtia: oĩno videt eẽ irrationabile ponere nullã creatã substãtiã posse manere / nec etiã desinere sine eis. qua eñi rõne instans ponat esse et desinere eẽ nõ in alio instãti: et tẽpus nõ in alio tpe et euũ similiter nõ in alio euo: ita 9sĩr oĩs alia res ab istis põt esse et desinere eẽ istis oĩbus circũscriptis: puta euo / tpe / et instãti: tã q̃ diuersis ab illis q̃ dicunt existere vel desinere esse. nec 9tradictoria vel 9traria vel q̃cunq3 alia esse simul / est vt rõnes iste accipiũt ipsa esse in eodez tẽpore vel istãti tãq̃ aliis formis ab illis q̃ simul dicunt existere pmanẽtibus: cũ aliq̃ simul eẽ / puta albũ et nigrũ nõ dicat pter ip3 albũ et nigrũ aliquod aliud ens creatũ nec p 9ñs instãs nec tẽpus nec euũ: intelligẽdo p ista aliqua ab illis distĩcta. ¶ Tũc ad pmũ dicẽdũ: q̃ nec eiusdẽ ad se nec vni9 ad alterũ in creatis ẽ aliq̃ relatio realis tãq̃ forma aliqua p se vna distincta realiter ab extremis: vt supponit ex alibi declaratis. ¶ Et ideo qñ additur q̃ angelus primo durãs refertur ad seipm vt ad postea durãtẽ: si intelligat sicut facit q̃ referat aliqua forma mediãte in ipso vel in sua duratione fundata: falsum est: q2 nec albũ refert ad albũ / nec aliquod vnũ ad alterũ ĩ creatis hoc mõ. si aũt intelligeret ipm referri ad se: q2 illud idẽ qð fuit antea / manet mõ: sicut duo alba referũtur se ipsis: q2 seipsis sunt siĩa nõ aliquo eis apposito mediãte: sic verum est ipm referri ad seipm. ¶ Et qñ dicitur q̃ angelo nõ creato postea repato fundaret ratio prioritatis in creatione et posterioritatis in repatione: Dico q̃ hoc est falsum: et supponit duplex falsum. Unũ q̃ nihil dicat prius nisi prioritate / nec posterius nisi posterioritate ab ipso distĩcta realiter mediãte: cõtra qð alias et etiã in pcedẽtibus est arguitũ. Aliud falsum qð supponit / est q̃ creatio et repatio sint duo aliq̃ positiua distincta realiter ab ipso repato angelo et creato. hoc etiã nõ eẽ verũ satis appet ex dictis in distinctione alia pcedenti. ¶ Et si queras quomodo angelus posset esse prius duratione semetipõ quecunq3 alio circũscripto? ¶ Respondeo q̃ sicut vnũ esse prius alio pfectione nõ est ipsuz esse prius ipso perfectione tanq̃ aliquo sibi addito mediante

Quantum ad secundū: videlicet quid sit de facto / nō est aliquid determinate certum: quia nec in scriptura est expressum / nec per consequens potest nobis naturaliter esse notum. nullus enim naturaliter potest scire de aliquibus indiuiduis quomodo distinguantur / nisi vel ipsa apprehendendo: vel per aliqua sibi nota alia a posteriori ipsorum differētiā ⁊ conuenientiā arguēdo. sed nec huiusmodi separatas substātias possum9 cognoscere / nec aliqua alia eis conueniētia ex quibus ipsorum conuenientia vel diuersitas specifica possit existere nobis nota. licet enim diuersitas effectuū diuersitatē arguat causarum / sic intelligendo ꝙ omnia ista arguūtur esse specie distincta que sibi determināt effectus distinctos specie: ita ꝙ effectus vnius est alteri impossibilis: non tamen econuerso vnitas arguit vnitatem: cum multa diuersarum specierum possint in effectus eiusdem specifice rationis: vt ignis ⁊ sol in calorē. sed non est nobis notum substātias huiusmodi immateriales sic diuersos sibi determinare effectus: sed magis contrarium: cum actus intelligēdi volendi ⁊ mouendi eis possibiles videātur esse in omnibus eiusdem specifice rationis. ergo nec ex effectuū diuersitate possum9 arguere ipsoꝝ diuersitatē: nec ex identitate ipsarū specificam vnitatem. Probabile tamen est ⁊ rationabile: ꝙ de facto sint multi eiusdem speciei. non enī videtur verisimile ꝙ inter tot milia milliū angelorū quot scriptura ꝯmemorat / omnes esse alterius speciei. immo videretur probabilius dicere omnes esse eiusdem speciei ꝙ̄ ponere quēlibet ab alio specie esse distinctū. probabilius tamē est dicere ꝙ nec omnes sint eiusdem speciei nec alterius: sed aliqui eiusdem vt forte oēs vnius ordinis / vel forte oēs ad custodiam hominū deputati: ⁊ alij alterius speciei. hoc tamē nō est asserendum: sed vt deo notum tantūmodo relinquendū. supposito tamen ꝙ sicut sunt inequales in ꝑmiatione: ita etiam sint inequales in naturali perfectione: ex hoc bene posset argui diuersitas specifica inter ipsos: cum omnes forme intelligibiles equalis perfectionis sint eiusdē specifice rationis. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium est dicendū consimiliter sicut dictum est ad secundū: vz ꝙ quid sit de facto non est nobis certum. quia nec in scriptura est expressum. Si autē loquamur de possibili / nō est impossibilius in formis huiusmodi spiritualibus ꝙ̄ in corporalibus cē diuersitatem non tm̄ in specie sed etiā in genere. Aliqui etiā dicunt sic eē de facto. ponūt enī ꝙ in quolibet nouē ordinum sunt angeli diuersarum specierum tantum: qui omnes videlicet vnius ordinis sunt in eodē genere / alio ab illo in quo sunt alij cuiuscunq3 alterius ordinis. magis eñ vt dicūt differunt angeli diuersorū ordinū ꝙ̄ eiusdem. cum tamen in eodem ordine sint aliqui specie differentes licet non omnes. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

QVantum ad secundam partem huius distinctionis / in qua Magister determinat quales angeli fuerint creati quantum ad bonitatem moralem et maliciam: Quero vtrum boni potuerint mereri / vel mali demereri in primo sue creationis instanti? ¶ Et videtur ꝙ sic. quoniam inter causam ⁊ effectum ab ipsa producibilem in instanti nō est necessarius aliquis durationis ordo. sed meritum et demeritum consistit in actu voluntatis: qui actus est a voluntate circa obiectum sibi presentatū producibilis in instanti: quia videlicet simul totus. ergo omnes angeli statim vt creati absq3 aliquo durationis ordine habentes obiectum sibi presentatum potuerunt in aliquem talem actum / et per consequens mereri vel demereri. ¶ Cōtra. quia meritum ⁊ demeritum cōsistit in electione: que videtur indigere aliqua deliberatione. sed nullus potest in instanti deliberare quid eligendum vel respuendum. ergo ⁊c.

Responsio. Ad cuius euidētiam pono duas conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ tā meritū bonorum ꝙ̄ demeritū reproborum potuit esse in ipso instanti creationis ipsorū. ¶ Hec apparet ex dictis in distinctione prima: q̄stiōe / an secūda causa si fieret sempiterna potuisset habuisse effectum coeuū. ibi eñ fuit probatum ꝙ sic. sed

hoc non esset possibile nisi sint aliquo prioritatis ordine posset prorumpere in effectum. ergo volūtas cuiuscūqȝ angeli potuit in primo sue creationis instāti in possibilem sibi actū circa obiectū sibi p̄sentatum. ¶ Cōfirmatur. qꝛ ꝙ agens in instanti ad effectum aliquem producendum possit nūc in tp̄e ꝛ nō antea: hoc habet esse quia antea nō erant oīa necessaria ad effectū huiusmodi p̄ducendū. sed angeli in primo sue creationis instanti habuerūt omnia necessaria ad posse mereri ꝛ demereri: vȝ obiectū eis p̄sentatū quia cognitum/ ꝛ potētiā tēdendi in ipsum conformiter vl' difformiter preuio dictamini rationis. ꝛ act⁹ quo in ip̄m potuerūt tendere ē a volūtate p̄ducibilis in omni. ergo nō minus potuerūt in talem actum statim vt creati fuerunt q̄ postea. ¶ Preterea. quia p̄ quocūqȝ instanti quis potest mereri et demereri. sed ipsi potuerunt mereri in primo sue creationis instāti. ergo ꝛc. ¶ Minor probatur. quia ꝛ de facto Christus sic meruit vȝ statim vt ꝯceptus fuit. ¶ Nec valet si dicatur ꝙ Christus fuit simul cōceptus ꝛ beatus: nullus aūt angelus fuit creat⁹ beatus. qm̄ licet hoc sit verū/ nihil facit ad p̄positū. quia nec p̄miū aliquid valet ad meritū. vnde nec Christus meruit qꝛ p̄miū habuit: nec minus meruisset si sine p̄mio cōceptus fuisset. imo ꝙ in ipso simul fuerint meritū ꝛ p̄miū fuit mirū ꝛ singulare in eo tantū. quare ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia actus quo Christus in primo sue cōceptionis instāti meruit fuit effectiue ab anima seu volūtate sua creata. nō enim respectu ipsius se habuit tātū passiue: cum nullus actus sit meritorius vl' demeritorius nisi vt in merentis vel demerentis potestate. non est autem in eius potestate nisi vt ab ipsa elicitus effectiue. sed qua ratione volūtas Christi i primo sue creationis instanti potuit effectiue in actum meritorium quo de facto meruit/ eadē et quilibet angelorum. ergo ꝛc.

Sed cōtra conclusionem istā arguitur.

quia si angelus peccasset i primo instāti/ nō potuisset nō peccare in eodē instāti: nec in priori qꝛ nō erat/ nec in posteriori. ergo peccasset necessario: qd̄ est falsū. quare ꝛc. ¶ Preterea scd̄o. qꝛ quāto cā superior tāto pōt citius in effectū. ḡ nulla cā scd̄a pōt in aliquē effectū sibi possibilē in istāti. ¶ Cōsequētia est euidēs. qꝛ nullus effectus pōt p̄duci citius q̄ i istāti. sed oīs cā scd̄a ē inferior/ cū p̄ma sit oībus superior. ergo ꝛc. ¶ Ad primū dicēdū ꝙ si angelus i p̄mo istāti sue creatiōis peccasset/ nō necessario magis q̄ qn̄ peccauit postea peccasset: et ideo non peccare potuisset/ sicut ꝛ potuit qn̄ postea peccauit. pro quocūqȝ eīn instāti actus aliqs elicit̄ cōtīgēter/ pōt nō elici nō in sensu cōpōnis: vȝ ꝙ simul eliciat̄ ꝛ nō eliciat̄: sed in sensu diuisiōis sicut sedēs actu pōt currere. ꝛ ideo falsū est qd̄ assumitur quādo dicit̄: ꝙ si in primo instāti peccasset in eodē nō potuisset nō peccare. p̄ quocūqȝ eīn instāti siue quādocūqȝ quis facit aliquid cōtingēter potest illud nō facere. q̄re ꝛc. ¶ Ad scd̄m. ꝙ illa maior est vera de causis cōparatis ad effectum p̄ducibilem successiue: vȝ partem post partē: nō aūt vt cōparātur ad effectū p̄ducibilem i instanti vȝ simul totum. nec enim deus posset citius seu velocius illuminare q̄ sol/ supposito ꝙ sol illuminet i instanti. quare ꝛc.

Secunda conclusio est: ꝙ an de facto in

primo instāti boni meruerint ꝛ mali demeruerint: an nō statim sed postea: nō est certū. ¶ Hec appꝫ. qꝛ nec ē i scriptura expressum nec aliunde nobis potest certitudinaliter esse notū. in scriptura eīn tm̄ exprimitur ꝙ mali ceciderūt: quia a deo per peccatū auersi fuerunt/ ꝛ boni permāserūt: ꝛ se ad deū cōuertētes suā beatitudinē meruerūt. An aūt ista fuerint post creationē ipsorum an simul nō habetur. Aliqui tamē doctores qd̄ ꝛ p̄babile videtur dicūt ꝙ ista nō fuerūt simul. sed primo fuit omniū angelorū creatio. scd̄o bonorū ad deū ꝯuersio ꝛ malorū auersio. tertio fuit apposita seu collata gratia bonis quā meruerūt de cōgruo nō de cōdigno: p̄ quā in bono p̄manserūt: ꝛ alijs restiterūt/ qui gratis carētes in malo obstinati fuerunt. et quarto ꝛ vltimo bonis fuit collata gloria ꝛ malis pena eterna. inter ista aūt quatuor vt dicunt fuit aliquis durationis ordo seu temporis licet non magni. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rōnē in principio dicēdū ꝙ volūtas angeli ad eligēdū nō indiguit aliqua deliberatione alia q̄ dictamine debite rationis. vel esto ꝙ idiguerit/ illa etiā in instāti ꝛ simul cū dictamine esse potuit. nō eīn magis q̄ Christus indiguit angelus deliberatione sibi in instanti impossibili ad demerendū. quare ꝛc.

Circa distinctionē quartam/

in qua Magister querit quales fuerint creati angeli quātū ad sciētiā/ penā ꝛ gloriam: Quero de oībus istis tribus. Et primo de primo: vȝ de sciētia ipsorum: vtrum in primo creationis sue instanti habuerīt notitiā dei ꝛ omniū aliorū? ¶ Et videtur ꝙ sic/ per illud qd̄ dicitur de Lucifero Eȝe. 28. Tu signaculum similitudinis plenus sapiētia ꝛ p̄fectus decore in delitijs paradisi dei fuisti. sed non videtur ꝙ maiorem sapientiam deus contulit illi quē plus peccaturū preuidit. ergo ꝛ omnes sapientia pleni fuerunt. ¶ Contra. quia soli anime Christi fuit collata sapientie ꝛ gratie plenitudo: nec videtur ꝙ aliquis angelorum fuerit Christo equalis in sapientia sicut nec in gratia nec in gloria. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi primo est vidēdū quid angelus bonus vl' malus ex se cognoscere naturaliter possit. Scd̄o quā sciētiā in p̄ma sua creatione a deo supernaturaliter recepit.

Quantum ad primum est sciendum: ꝙ

notitia alia est intuitiua/ ꝛ alia abstractiua. Apparet ex dictis in scd̄a questione sup̄ prologū primi libri. ꝛ ideo ipsarū diuersitate hic ex declaratis ibi suppositis/ pono quatuor cōclusiones. ¶ Prima est: ꝙ angelus quilibet potest ex se naturaliter intelligere qd̄libet ens creatum. ¶ Hec p̄batur. qm̄ aut nullū ens creatū pōt intelligere aut pōt aliquod ꝛ aliud non: aut qd̄libet indifferēter. sed prima duo nō possunt poni. cōstat eīn ꝙ oīs intellectus creatus pōt aliquid intelligere: qꝛ ideo dicit̄ intellectus. nulla aūt est rō q̄re magis possit vnū ens creatū q̄ aliud intelligere/ cū ad nullū sit determinat⁹. licet etiā nō oē ens creatū sit sensibile/ sed aliquod tm̄ ꝛ aliud non: nullū tm̄ est possibile ens creatū qd̄ nō sit intelligibile nō tm̄ ab intellectu increato: sed etiā a creato. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄ qꝛ ꝙ intellectus noster nō possit intelligere oīa sed tm̄ aliqua: hoc est qꝛ intelligēdo p̄ statu isto a sensibilibus ē dependēs. ergo intellectus a sensibilibus independēs qualis est oīs angelicus intellect⁹/ quātū est ex se pōt intelligere qd̄libet ens creatū. sicut eīn visus pōt videre qd̄libet coloratū ꝛ lucidū: ita ꝛ talis intellectus intelligere qd̄libet ens creatū. q̄re ꝛc. ¶ Et si q̄ras qd̄ obiectū sit ab ipso p̄mo itelligibile? ¶ Respōdeo. ꝙ aut cōparas obiectū singulare existēs extra i re ad vl'e: aut vnū singulare ad alterū singlare. Si p̄mo mō: sic dico ꝙ p̄mo intelligit singlare. si aūt scd̄o mō: illud p̄mo intelligit qd̄ p̄mo sibi occurrit. ¶ Primū appꝫ. qꝛ n oē vl'e itellectū p̄suppo nit tp̄e vl'e eē ab intelligēte a singlari abstractū/ nisi supernaturaliter esset in ipso habitū. sȝ vl'e nō abstrahit̄ ab aliquo intellectu creato nisi ab aliquo singulari p̄cognito.

ergo vlē ab intellectu abstractū p̄supponit singulare ali quod/puta illud a quo est abstractū oē p̄cognitū. nisi eñ artifex p̄cōciperet ꝛ videret domū singularē in re nō fingeret domū vlem ī mēte. ḡ si vlē nō pōt eē intellectū nisi abstractū:sed ē q̄ singlaris ītellectio quā supponit vlis abstractio/est naturalit̄ loquēdo prior q̄ vlis cognitio. ¶ Scd̄o:vez q̄ cōparādo ītellectū āgelicū ad diuersa singlaria existētia/illō p̄mo ītelligat seu intelligere possit qd̄ sibi p̄mo occurrit/appet.qm̄ ītellect⁹ eq̄ indetmīat⁹ ad aliq̄ plura obiecta quoꝝ notitia vni⁹ non depēdet ex notitia alteri⁹/eq̄liter pōt primo ītelligere vnū illoꝝ vl' alterū.s; ītellect⁹ sepatus eq̄ est īdetermīat⁹ ad ītelligēdū vnū sicut alterū quodcūq; entiū creatoꝝ. ḡ ꝛc. ¶ Cōfirmatur. q: q̄ intellectus noster prius intelligat vnū q̄ alterū: vt sensibilia q̄ alia:hoc est q: depēdet a sensibilib⁹ seu a sensu q̄ tm̄ est sensibiliū: sed angelicus intellectus nō est a talibus depēdēs:sed ad oē ens creatū īdifferēter se habens. ḡ sicut sensus visus/q: est oīs lucidi ꝛ colorati indifferenter/ ideo pōt q̄libet primo videre: ita ꝛ de angelico intellectu cōsimiliter est dicendum.

Secunda conclusio est: q̄ angelicus intellectus pōt intelligere quodlibet ens creatū tā abstractiue q̄ intuitiue. ¶ Hec apparet.qm̄ omne illud qd̄ ītellectus vt actualiter sibi p̄sens pōt intelligere intuitiue/potest absens intelligere abstractiue.sed intellectus separatus omne creatū existēs sibi actualiter p̄sens potest intelligere intuitiue.nō eñ magis visus potest videre intuitiue visibile sibi presens/q̄ omne intelligibile intelligere intellectus.ergo ꝛc. ¶ Maior apparet.quoniā omnis intellectus habēs rei absentis seu etiā nō existētis speciem in seipso:seu obiectū formatū ꝓprium eius signū:potest in illo rē prius intellectā intuitiue cognoscere abstractiue.sed omnis intuitiue intelligēs rem quācūq; extra habentē esse subiectiuū/format sibi similē ī anima habentē esse obiectiuū: qd̄ remanet ī anima re absente. ergo post notitiā intuitiuā alicuius rei/ potest eē eiusdē notitia abstractiua. ¶ Cōfirmat'.quia vt ꝓbatū est ī alia cōclusione:intellectus angelicus pōt naturaliter intelligere q̄libet ens creatū. Quero quō: aut eñ pōt ipsum intelligere tm̄ abstractiue/ aut tātū ītuitiue/aut vtroq; mō.sed nō tm̄ abstractiue nec tm̄ intuitiue.q: licet nō oē intelligibile abstractiue sit naturaliter intelligibile ītuitiue: cū nō existēs actualiter nō possit esse cognitū naturaliter notitia intuitiua:sed tm̄ abstractiua: tñ ecōuerso oē intelligibile intuitiue/ꝛ abstractiue.sed oē ens creatū existēs actu ē ītelligibile ab intellectu sepato intuitiue. ergo ꝛc. ¶ Sed nūq̄d intellect⁹ sepatus sic pōt ex se naturaliter tā abstractiue q̄ intuitiue intelligere q̄l; ens creatū q̄ ad ipm̄ ītelligēdū nō sit aliq̄d aliud necessariū ab ipo intellectu separato et ab obiecto intellecto distinctum: ¶ Ad hoc videtur esse dicendum: q̄ licet ad actū intelligēdi recipiendum non sit intellectui creato separato nec etiā cōiūcto necessarium aliquid ab eo ꝛ ab obiecto ītellecto distictū:cū ipse sit ꝑ se nō aliquo alio mediāte oīs act⁹ ītelligēdi sibi possibil' subiectū īmediate receptiuū:tñ ad eliciēdū actū ip̄z ītelligēdi ē vtiq; ipi necessariū aliq̄d ab eo ꝛ a re ītellecta distictū. ¶ Qd̄ ꝓbat'. Primo.q: vnus angelus ita pōt ītelligere vnū aliqd̄ obiectū q̄ nō alterū.pōt eñ ītelligere aliū angelū ꝛ nō ei⁹ cōceptū.sed ip̄e quātū est ex se nō est magis subiectū receptiuū nec p̄ncipiū ꝓductiuū act⁹ ītelligēdi vnū obiectū creatū q̄ alterū.ḡ q̄ possit in vnū ꝛ nō ī alterū/hoc est vt videt'/q: h; ī se qd̄ est sibi necessariū ad eliciēdū actū ītelligēdi vnū/ꝛ nō hab; qd̄ ē ei necessariū ad eliciēdū actū ītelligendi alterū. q̄re ꝛc. ¶ Scd̄o.q: nec oēs angeli nec alij intellectus creati sunt eq̄liter sciētes/nec vnus pōt ex se scire tot quot intelligit alius.sed vtiq; posset si ois intellectus creat⁹ eēt ex se sine aliquo alio sufficiēs p̄ncipiū ꝓductiuū/ sicut ē subiectū sufficiēs receptiuū act⁹ ītelligēdi q̄l; ens creatū.ḡ ꝛc. ¶ Ex hoc appet: q̄ nō valet rō illa supra ad ꝓbādū p̄mā cōclusionē adducta. qm̄ falsū accipit qm̄ dicit q̄ nulla pōt eē rō q̄re magis ītellectus sepatus possit ītelligere vnū aliqd̄ ens creatū q̄ alterū:si ītelligat q̄ nō pōt eē rō q̄re magis possit ītelligere vnū ens creatū q̄ alterum ꝑ actū intelligendi a se elicitū.si aūt aliter intelligat:vez q̄ nulla est ratio q̄re magis intelligat vnū q̄ alterū ꝑ actum receptū ab alio sibi collatū /sic ē verū.ꝛ hoc mō pōt cōcedi vtraq; p̄dictarū cōclusionū.mō aūt vt videt' intelligēdo primo mō: vez q̄ intellectus angelicus possit actu a se elicito intelligere abstractiue ꝛ intuitiue q̄libet ens creatū sine quocūq; alio cōcurrēte sctō. Quia tñ pōt agere ꝛ si nō ꝑ motum cause totalis saltem ꝑtial' / cōcurrēte aliqua cā scd̄a ad actū hmōi intelligēdi naturaliter ꝓducendū necessaria ad actū ipm̄ intelligēdi oē ens creatū ꝛ etiā increatū citra actū beatificū:adeo pōt dici q̄ angelus naturaliter ex se pōt intelligere q̄libet ens creatū. Illō eñ intellectus creatus dicit' naturaliter posse intelligere/ ad cui⁹ actū intelligēdi pōt aliquo modo agere effectiue:esto q̄ nō totaliter sine causa scd̄a alia cōcurrēte.sed sic est in ꝓposito de actu intelligēdi q̄libet ens creatū/ꝛ etiā deū alio ab actu beatifico.ergo ꝛc.

Tertia conclusio est: q̄ angelus potest intelligere q̄libet ens creatum nō tm̄ notitia absoluta seu simplici sed cōplexa vnū cōceptū simplicē intellectū cum alio cōponēdo vel ab ipso diuidēdo. ¶ Hec apparet. qm̄ hoc cōuenit intellectui inferiori vez nostro / qui non tātū est apphēsiu⁹ simplicium terminoꝝ sed etiā cōpositiuus ꝛ diuisiu⁹ ꝛ apphēsiuus ꝓpōnis formate. ꝑ qd̄ dif fert a sensu apphēsiuo tm̄mō simplicium terminoꝝ. sed qd̄ est ꝑfectionis ī ītellectu nostro:nō est denegādū ītellectui ꝑfectiori vez angelico.ergo ꝛc. ¶ Ex p̄dictis infero corollarie: q̄ esto q̄ nullus angelus aliquā sciētiā a deo in sue creationis p̄ncipio supnaturaliter accepisset/ipaꝫ naturaliter acq̄rere potuisset. ¶ Hoc appet. qm̄ cū ois habitus possit acquiri ex actibus/ per cōsequēs cuicūq; sunt cōpossibiles sciētifici act⁹/ꝛ habitus. sed angelus quilibet ex suis naturalib⁹ pōt in actū sciētificū. potest eñ vt dictū est intelligere nō tm̄ terminos simplices:sed etiā ꝓpōnes ex eis formatas: quarū ꝓpōnum necessariarū notitia est act⁹ habit⁹ sciētifici vl' p̄ncipioꝝ . si eñ sunt ꝓpōnes ꝑ se note ꝛ p̄me/ipaꝝ ē habit⁹ p̄ncipioꝝ. si aūt ex alijs prioribus note ꝛ demōstrate/earū est act⁹ et habitus scientificus. vtrarūq; aūt talium est intellectiuus angelus.ergo ꝛc. ¶ Confirmat'.quia intellectus angelicus sicut ꝛ humanus non eodem actu sed alio intelligit p̄ncipia:ꝛ alio cōclusionē ex principijs deductā. sed ois intellectus sic intelligēs potest acquirere habitum scientificum qui est conclusionū cognitarū ꝑ discursum syllogisticum.ergo ꝛc.

Quarta & vltima conclusio est: q̄ intellectus angelicus sibi dimissus posset circa deum aliquem elicere actū intelligendi. ¶ Hec ꝓbat'.qm̄ omnis potens in actū diligendi/ꝛ in actū intelligendi obiectū dilectum. sed creatura ītellectual' potest circa deū sibi ostēsum actū diligēdi elicere.ergo ꝛc. ¶ Minor ꝓbatur. qm̄ ois volūtas creata sibi dimissa potest cōformiter vel difformiter eligere recto dictamini rationis. intellectus aūt deū intelligēs dictat eū vt summū bonū sup oia diligendū.ergo ꝛ in talem actū diligēdi pōt naturaliter ꝑ se ipm̄. ¶ Cōfirmatur.q: aut creatura intellectual' deum

intelligens pōt cū actu a se elicito effectiue diligere/aut respuere/aut nec diligere nec respuere. Sed nō pōt poni secūdū. quia tūc nō posset nisi difformiter recto dictamini intellectus eligere. nec tertiū. quia tūc nō posset eligere cōformiter nec difformiter. ergo relinquitur primū qd̄ est ꝓpositū. ¶ Preterea oīno videt̄ irrationabile dicere creaturā intellectualē posse oē obiectū creatū diligere ꝛ nō obiectū increatū vt sūmū bonū apphēsuz: cū nō min⁹ volūtas videat̄ posse intellectui ꝯformari ī diligēdo sūmū bonū: qd̄ sic vez vt sūmū bonū apphēdit̄ ꝛ ostēdit̄ diligēdū: q̄ in diligēdo alia quoꝝ nullū sic ostēdit̄ eē ab aliquo diligēdū. ¶ Et si q̄rat̄ quis actus intelligendi debet esse ille qui est naturalr̄ possibilis intellectui sepate? ¶ Ad hoc pōt dici ꝙ ille nō est actus beatificus. beatificus eīn actus visionis ꝛ fruitionis soli deo ē possibilis effectiue: nec respectu ipsius se habet actiue s; tm̄ passiue aliquis beatoꝝ/vt fuit ostēsuz in tertio ꝛ ī quarto. vltra aūt actū beatificū vidēdi pōt eē alius itelligēdi/ꝛ vltra actū fruēdi ali⁹ diligēdi: ī quos pōt itellect⁹ sepat⁹ sibi dimissus. ¶ Et si q̄rat̄ an talis actus intelligēdi naturaliter possibilis sit intuitiuus: ¶ Respōdet̄ ꝙ vocando actū intuitiuū vlr̄ omnē actū intelligēdi q̄ est rei existētis ꝛ intelligēti p̄sentis ꝑ quē intelligens ipe cognoscit rem existere: potest vti istomodo dici actus intuitiuus. non enim minus intellectus creatus deum sibi in ratiōe obiecti p̄sentē intelligēs cognosceret deū esse q̄ aliud ens creatū cognitū isto mō. ¶ Ex hoc pōt inferri corollarie: ꝙ si de⁹ coagit beatis ad omnē actum intelligēdi ꝛ diligēdi ipm eis naturaliter possibilē/quilibet eum intelligit duplici actu et diligit sil'r duplici amore: vez beatifico/respectu cuius habet tm̄ se passiue: ꝛ alio nō beatifico/respectu cuius se habet actiue. nec hoc est aliqd̄ incōueniēs: sed magis videt̄ incōueniēs dicere cōtrariū: vez ꝙ nulla creatura intellectualis deū sub rōne deitatis intelligēs/posset aliquo actu ipm diligere: cū obiectū apphēsuz quāto melius tanto diligibilius ꝛ etiā ad diligēdum facilius. Si aūt in nullo beatoꝝ est talis act⁹ intelligēdi nec diligēdi ipsi possibilis effectiue: hoc est quia forte statuit deus ad hmōi act⁹ nō coagere alicui beatoꝝ: sed tm̄ cuilibet ipoꝝ cōicare tm̄mō ꝑ seipz actus alteri⁹ rōnis vez beate visionis ꝛ fruitionis: q̄ sufficiūt beatis oībus sine aliis actib⁹ in quos ipsi possent deo eis coassistēte ꝛ coagēte ad act⁹ hmōi ꝓducēdū. Et ꝓpter istā causam nullus damnatoꝝ pōt intelligere deū sub ratione deitatis. ꝙ eīn aliq̄ causa scd̄a nō possit in aliquē effectū sibi naturaliter possibilē hoc nō pōt esse nisi ꝓpter primā hoc īpediētē/ꝛ ei ad talem effectū coagere nolentem. ipsa aūt prima causa non coagēte secūde/nō potest ipsa scd̄a in aliquē effectū tātū modo per seipsam. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi viddraendū est quid de facto cognouerit angelus statim vt creatus fuit cōstat ꝙ illa oīa quoꝝ notitiā a deo in sua creatione accepit: supposito ꝙ aliquoꝝ notitiam actualem ab ipso habuerit. sicut eīn anima Christi qꝛ fuit creata cū sciētia omniū sibi cōmunicata/ideo statim vt creata fuit oīa nouit/nec aliquod mediū esse potuit inter eius creationē et aliorꝝ cognitionē: ita ꝛ de angelo bono ꝛ malo ꝯsilr̄ videtur esse dicēdū: supposito ꝙ vterq; in p̄mo sue creationis instanti a deo recepit aliquoꝝ notitiā actualē. si aūt tm̄ habitualē/nō oportuit ꝙ statim intellexerit/licet potuerit/qꝛ oībus intelligibilesibi p̄sens habuit vez semot ipm. pro quocūq; aūt instanti potētia intellectiua habet presens obiectū/ꝓ eodē pōt circa ipz elicere actū. ¶ Ex quo infero corollarie: ꝙ angeli tā boni q̄ mali potuerūt cognoscere in prime sue creationis instāti deū sub rōne diuinitatis. nō eīn minus statim vt creati potuerūt in huiusmodi actū q̄ postea. sed si peccatū maloꝝ fuit vt ꝯmuniter dicit̄ appetit⁹ diuine eq̄litatis: quādo peccauerūt deū actualiter cognouerūt. nullus eīn pōt appetere nisi actualiter sibi notū/nec ꝑ ꝯñs pōt appetere equari alicui quē ignorat. ḡ ꝛc. ¶ Et si q̄rat̄: quā sciētiā/actualē vez an habitualē a deo angeli receperūt? Hoc nō appet mō esse in scriptura expressū/nec ꝑ ꝯñs nobis posse esse certū. hoc tm̄ cōstat: ꝙ nec habitualē nec actualē receperūt oīm sicut Christus cū multa ignorauerint: que etiam nōdū sciūt. nō eīn ē verisimile ꝙ aliquis sciuerit oīa nisi aīa Christi sola: ꝓbabile tm̄ est ꝙ sciētiā a deo habuerint habitualē: ꝛ aliquoꝝ etiā actualē: forsitan nō illorum in quoꝝ notitiā ipsi ꝑ se poterāt: sed forsitan alioꝝ vt eis absentiū: ꝛ aliquoꝝ futuroꝝ: nō tm̄ omniū. nō eīn vt probat Anselmus de casu diaboli/ipsi demones fuerūt presciꝫ sui casus. illa aūt q̄ possunt reduci in secūdā causam nō oportet ꝙ reducātur ad primā nisi vt in causam omniū generalē. ¶ Ex quo sequit̄: ꝙ cū vt ꝓbatū est in primo articulo/. itellectus separatus possit ex suis naturalib⁹ in aliquē actū itelligēdi deū/ꝑ ꝯñs si istū in p̄mo sue creationis istāti habuerūt nō oportuit ꝙ ipm a deo supnaturaliter receperint: cū eū naturaliter habere potuerint ex seipsis: deo tm̄ eis ad ipm sicut aliis secundis causis oībus ad ipsarū effectus vlr̄ coagente ꝛ assistēte. ¶ Et si cōtra hoc arguat̄. qꝛ deus est obiectū volūtariū/ nec per cōsequēs est naturaliter ab aliquo itelligibil̄. ¶ Respōdeo ꝙ deus dicitur obiectū volūtariū qꝛ in sua potestate est ꝙ intelligat̄: vel nō/ꝛ ꝑ ꝯñs ꝙ sit obiectū vel nō: cuius cōtrariū est de omni re alia creata: cū in nullius potestate sit ꝙ intelligat̄/magis q̄ colous ꝙ videatur. nō aūt dicitur obiectū voluntariū sic intelligendo ꝙ nulla creatura intellectualis ipso sibi coagente possit aliquē actū elicere circa ipm. sed hoc modo est obiectū voluntariū respectu actus beatifici tm̄. vt respectu hui⁹ act⁹ dr̄ obiectū voluntariū: quia iste nulli est possibilis nisi ipsi respectu aūt alterius dicitur volūtariū: quia licet alius actus sit creature naturaliter possibilis effectiue: nō tm̄ nisi ipo illi coagēte. quare ꝛc. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationē ī principio dicēdū. ꝙ bene ille Lucifer fuit aliis superior tā in naturali perfectione q̄ etiā in cognitione. et ideo dicit̄ fuisse sapientia plenus. non quia omnia nouit: sed ꝙ aliis omnibus in sapientia sicut et in essentia perfectior ꝛ eminentior fuit.

Secundo quæro de pœna demonū: vtrum demones superioris nature fuerit maioris culpe ꝛ pene? ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ qui plus a deo accipit magis est ingratus et per ꝯñs magis peccat si se ab ipso auertit. sed demones in naturalibus perfectiores plus a deo acceperūt q̄ aliī inferiores. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. quia omnes peccauerūt eodē peccato. īferiores etiā in natura potuerūt malum eligere cū maiori conatu ꝛ intensiori affectu. sed sicut bona electio quanto intensior tanto perfectior: ita econtrario mala est deterior que intensior. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi est vidēdū primo de ineq̄litate culpe. Secundo de inequalitate pene.

Quantum ad primum: supposito ꝙ actus malus quāto intēsior tāto deterior ꝛ culpabilior supposito scd̄o ꝙ electio mala demonū fuit in potestate ipsoꝝ: non tātum quātum ad actum absolutum: sed etiā quantum ad gradum: et tertio: ꝙ omniū peccatum fuit eiusdē rationis/pono tres ꝯclusiones. ¶ Prima est. angeli inferioris nature potuerūt eē maioris culpe. ¶ Hec apparet. qꝛ praua electio qualis fuit eorum demeritum in illis fuit deterior et culpabilior/in quibus fuit intens

sior. sicut enim eligens cõformiter recto dictamini intensius tanto magis meretur quanto affectuosius eligit: ita econtrario difformiter eligens sicut demones elegerunt: non enim vt postea videbitur/ peccato ignorantie peccauerunt: tanto peius ⁊ culpabilius agit quanto intensius eligit. sed inferiores in natura seu imperfectiores potuerunt eligere intẽsius quod elegerunt q̃ superiores: et hoc supposito inequali conatu ipsorum. in potestate enim superiorum fuit appetere qd̃ elegerunt remissius vel intensius. ergo sic potuerunt appetere seu eligere remisse ꝙ electio praua inferiorum potuit esse intẽsior/ et per consequens moraliter culpabilior et deterior. quare tc̃. ¶ Secũda cõclusio est: ꝙ supposito equali conatu omniũ demonum: videlicet ꝙ quilibet tanto intensius appetierit seu elegerit qd̃ elegit/ quãto amplius potuit: superiores in natura fuerunt maiores in culpa. ¶ Hec apparet per rationem predictam. quoniam volũtas perfectior in perfectiorem potest actum bonum vel malum. semper enim causa continens virtualiter aliquẽ effectum intensibilem ⁊ remissibilẽ/ qualis est actus volẽdi/ quanto perfectior tanto potest in actum perfectiorem: sicut calidum quanto magis calidum tanto potest magis calefacere. sed angelus superior in essentia est superior et perfectior in voluntate cuius est ipsa electio. ¶ Hoc apparet. quia nec voluntas est aliud ab essentia: vt inferius ostendetur quando de distinctione potentiarum ab essentia inquiretur. esto etiam ꝙ distinguatur ab ipsa: non tamen realiter secũdũ aliquos: sed tãtũ formaliter: ⁊ ita per cõsequẽs perfectioris essentie perfectior est voluntas. ⁊ hoc concesso. ergo tc̃. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ si superiores in natura fuerũt maiores ĩ culpa/ hoc habuit esse quia ipsorũ electio praua fuit magis intẽsa. ¶ Hec apparet. quoniam vt supponitur omnes peccauerunt peccato eiusdem rationis: vez in eligendo seu appetendo indebite vnũ ⁊ idem. sed vna electio praua alicuius rei illicite non videtur esse alia eiusdem obiecti deterior nisi quia intẽsior: sicut nec etiaz vna bona electio est alia eiusdem rei electe ⁊ supposita equali charitate in eligente melior/ nisi ꝓpter cõsimilem rationem. vel forte etiam quia vnus eligẽs est in statu altiori q̃ alius: sicut magis meretur religiosus in actibus virtuosis ad quos est obligatus/ q̃ alius ad ipsos ex voto nõ obligatus. ergo tc̃. ¶ Confirmatur. quia ex quo omnes idem appetierũt et elegerunt: vel peccatum vnius fuit grauius q̃ alterius propter causam predictam: vez quia electio intensior: vel quia vnus magis tenebatur vitare peccatũ q̃ alius. sed secundũ non videtur ponendum. nullus enim est ad aliquid vitãdum nec faciendum magis obligatus q̃ alius nisi qui se ad illud volũtarie obligauit. ergo relinquitur primũ. nisi dicatur ꝙ peccatum superioris fuit maioris grauitatis rõne maioris ingratitudinis vt arguebatur in principio questionis. sed hoc non videretur sufficere. quoniam nulli actus malus est magis demeritorius nisi cui actus bonus est magis meritorius. sed nullius actus est magis meritorius nec deo magis acceptus propter suam maiorem perfectionem in naturalibus. ergo tc̃. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum est dicendum consimiliter vt ad primum: videlicet primo ꝙ inferiores in natura potuerunt esse maiores in pena/ sicut et in culpa: vt probatum est. Secũdo: ꝙ de facto est contrarium supposito ꝙ omnes cum equali conatu elegerint qd̃ elegerunt: quia vt dictum est/ hoc supposito perfectiores in natura amplius peccauerunt. Tertio ꝙ sic videtur esse de facto: videlicet ꝙ superiores in natura fuerunt maiores in culpa: ⁊ sunt maiores nũc in pena. ¶ Hoc apparet primo per exemplum de Lucifero omnibus in naturalibus perfectiori quem cõstat fuisse maioris culpe/ ⁊ nunc esse in maiori pena. Secũdo. quia aut culpa superiorum et inferiorum fuit equalis/ aut culpa inferiorum fuit maior/ aut minor. sed constat ꝙ primum est falsuz. nec secundum videtur esse dicendum. quoniam ex quo peccatum omniũ fuit idem/ nec aliquis peccauit grauius nisi quia vt dictum est/ elegit intensius: ⁊ inferior non potuerit eligere intensius q̃ superior: sed econuerso: nisi forte inequali ipsorum conatu supposito/ de quo non cõstat: per consequẽs probabilius est dicere superiores ĩ natura fuisse maiores in culpa/ ⁊ per consequens nunc in pena: q̃ econuerso. ¶ Ex predictis videtur corollarie cõcludẽduz: ꝙ si nõ tãtum inter superiores ⁊ inferiores/ sed etiam inter equales ĩ naturalibus vt inter illos qui sunt eiusdẽ speciei est inequalitas in pena/ ⁊ per cõsequẽs in culpa: ꝙ huiusmodi inequalitas culpe in eis videtur fuisse quia alii aliis intensius elegerunt: non quin omnes eque intẽse eligere potuerint: ex quo eiusdem speciei esse ponuntur: sed tamen non sic de facto equaliter sed inequaliter elegerũt. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Tertio quæro de gloria bonorũ angelorum: vtrũ superiores in natura sint superiores in gloria? ¶ Et videtur ꝙ sic. Primo quia sicut superiores mali plus demeruerũt: ita ⁊ perfectiores boni amplius meruerunt. sed maiores in merito sunt maiores in pmio. ergo tc̃. ¶ Secundo. quia maior perfectio debetur perfectiori perfectibili. sed beatificabile est gloria perfectibilis. ergo tc̃. ¶ Contra. Primo. quia gloria datur ex gratia tãtũ: iuxta illud Apost. verbum. Gratia autẽ dei/ vita eterna. Secũdo. quia inferiori meritum potuit esse maius: ergo ⁊ pmiũ. ¶ Responsio. vbi quia inequale premiũ cõfertur propter inequale meritũ/ ideo pmo est videndũ de inequalitate meritorũ. Scd̃o de inequalitate pmiorum ipsorum.

Quantum ad primum est sciẽdum: ꝙ meritum ipsorum fuit duplex: videlicet vnũ de congruo/ et aliud de cõdigno. Meritũ de cõgruo dicitur esse illud quod precedit gratiam. Meritũ autẽ de condigno illud qd̃ sequitur ipsam. Tunc hoc supposito ꝙ nec boni angeli nec mali ĩ gratia fuerũt primo creati: de quo postea poterit inquiri: boni autem habitã gratiam non potuerunt nisi de cõgruo mereri: sed habita gratia per eũdem actum continuatum ante gratiam inchoatum meruerũt de cõdigno confirmari in gratia: ⁊ premiari seu coronari in gloria sempiterna: ¶ Hoc premisso ⁊ supposito etiam ꝙ ipsi meruerunt per actum eiusdem rationis tam de cõgruo q̃ etiam merito de cõdigno/ puta ꝑ actum amoris quo se ad deũ cõuerterũt: ⁊ aliis se auertentibus restiterunt: Amor enim dei scd̃m Augustinũ/ edificauit ciuitatem dei/ ⁊ amor sui cum contemptu dei ciuitatẽ diaboli: pono tres cõclusiones. ¶ Prima est: ꝙ inferiores angeli potuerunt plus mereri q̃ superiores tam de congruo q̃ de condigno. ¶ Hec ꝓbatur. Et primo quantũ ad primã partẽ: vez ꝙ plus mereri potuerint de cõgruo. quia meritũ ipsorũ fuit in actu amoris quo se ad deum ante habitã gratiã cõuerterũt/ ⁊ ꝑ cõñs in hoc actu ille plus meruit qui ipm̃ intẽsiorẽ habuit: quia talis plus dilexit. sed inferior plus diligere potuit si superior remisse/ ⁊ cum minori conatu dilexit. voluntas enim imperfectior cum maiori conatu perfectiorem potest habere actum q̃ superior cum minori. ergo tc̃. ¶ Secunda pars: videlicet ꝙ etiã plus mereri potuerit de condigno/ apparet. quia quãto actũ exercens est in maiori gratia tãto ceteris paribus si est

bonus est melior ⁊ magis meritorius de cōdigno. sed angeli inferiores in naturalibus potuerunt recipere maiorem gratiam/ et de facto etiam recepissent: si de congruo amplius meruissent. ergo ⁊c. ¶ Secunda cōclusio est: ꝙ de facto plus meruerunt superiores ꝙ̄ inferiores tam de congruo primo ꝙ̄ postea de condigno. ¶ Hec apparet. quoniam aut inferiores dilexerunt deū ⁊ se conuerterūt ad ipsum cum maiori conatu ꝙ̄ superiores: aut cū equali aut cum minori. sed primū non habetur nec ponendū videtur. ergo relinquitur tertium vel secūdum. ex quorum vtroqꝫ habetur ꝓpositum. quia volūtas perfectior in perfectiorē potest actum ꝙ̄ inferior/ existente equali conatu in vtroqꝫ. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ superiores plus meruerunt etiam de condigno: quia maiorem gratiā receperunt: ⁊ actum meritorium pfectiorē post habitā gratiam continuauerūt talē videlicet quo se ad deum antea cōuerterūt. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ si tam inferiores ꝙ̄ superiores se ad deum conuerterunt/ ipsumqꝫ dilexerunt quantum potuerunt: inferiores non potuerunt tantū mereri quātū superiores. ¶ Hec apparet. quia voluntas imperfectior non potest in actum tante perfectionis quante est possibilis voluntati superiori. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū apparet ex precedentibus quid dicendum. Pono tamen ad maiorē euidentiam tres conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ inferiores in natura possent esse superiores ⁊ eminentiores in gloria. ¶ Hec apparet. quia ⁊ de facto Christus vt homo ⁊ beata virgo sunt omnibus eminētiores in gloria: cum tamē sint inferiores angelis in natura. ¶ Cōfirmatur. quia ad premium nullus beatorum se habet actiue: sed tantū passiue. sed licet vna volūtas creata sit ꝓductiua perfectioris fruitionis ꝙ̄ alia: non tamen passiue receptiua: nec vnus intellectus creatus est receptiuus perfectioris visionis ꝙ̄ alius. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ esto ꝙ gloria conferretur ex merito adhuc inferiores in natura potuerunt esse superiores in ipsa. ¶ Hec apparet. quia potuerunt vt dictum est amplius mereri. ¶ Tertia est: ꝙ de facto superiores in natura sunt eminentiores in gloria. ¶ Hec apparet. quia vt dictum est/ ipsorum meritum fuit maius. sed quorum meritū fuit maius/ eorū premiū est copiosius. ergo ⁊c. ¶ Sed nūquid oēs qui sunt equales in natura fuerūt equales in merito ⁊ nūc in premio? Ad hoc videtur dicēdum ꝙ non. sicut enī inter homines est inequalitas: ita et inter angelos etiam eiusdem speciei. An autem sint aliqui equales deus nouit. Chrysostomus tamen super Mattheum dicit ꝙ non. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionē quintam/ in qua Magister determinat de auersione malorum/ ⁊ de conuersione bonorum: quero de istis duobus. Et primo de malorum auersione: vtrum peccatum quo mali angeli a deo fuerunt auersi fuerit superbia? ¶ Et videtur ꝙ sic ꝑ illud ps. Superbia eorū qui te oderunt ascēdit semper. ¶ Contra. qr sicut solus amor conuertit amātem ad obiectum amatum: ita solū odiū auertit ab ipso. sed ꝑ peccatū mali angeli fuerūt a deo auersi. ergo ipsorū petm̄ non fuit supbia sed odiū diuinū: qḋ est maximū peccatorum sicut ⁊ maximum fuit peccatum eorum. ¶ Responsio. vbi primo inquiram quesitum: vꝫ qḋ fuit peccatū demonū. Scḋo quādo se auerterūt a deo ꝑ ipꝫ.

Tertio soluam vnum dubium.

Quantū ad primū: est opinio doctoris subtilis cui assentio: ꝙ peccatum demonū primū non fuit superbia. Ad cuius opinionis euidētiā p̄mitto quilqꝫ per ordinem. ¶ Primum est: ꝙ actus volūtatis positiuus est duplex: videlicet actus volendi ⁊ nolendi. nō enī actus volēdi sed etiā nolendi est actus positiuus. siquidem non tātum actus volendi quo volūtas fertur in volitum sibi gratū est actus positiuus sed etiā actus nolēdi quo refugit seu respuit nolitū seu oditum: licet interdum dicatur actus negatiuus seu priuatiuus: qr imperfectior ꝙ̄ sit alius actus vꝫ volēdi sibi cōtrarius. ¶ Secundū p̄mittendū est: ꝙ actus volendi est duplex. vnus absolutus q̄ dicit amor amicitie/ ⁊ alius reciprocus q̄ vocat cōcupiscētie. Ille dicit amor amicitie quo amās diligit amatū ꝓpt ipmmet amatū: vꝫ qr bonū ita: ꝙ sistit in obiecto volito seu amato. ⁊ ideo dicitur actus absolutus. ⁊ ꝓpter cōtrariā rationē amor cōcupiscētie dicitur reciprocus seu relatus: qr est amor quo amans nō sistit in amate sed in seipō ꝓpter quem diligit amatum. est enī amor quo quis diligit aliū ꝓpter seipm ad quē refert obiectū dilectum. ¶ Tertiū p̄mittendū est ꝙ ois actus nolēdi p̄supponit aliquē actū volēdi: ⁊ amor cōcupiscētie amorē amicitie. ¶ Hoc appet. nullus enī aliquid respuit nisi qr aliquid diligit cui illud incōueniēs existere apphendit. nullus aūt aliquid amore cōcupiscētie vꝫ vt sibi vtile diligit/ nisi qr seipꝫ amore amicitie querit seu diligit. nisi enī se diligeret bonum sibi vtile nō appeteret. quare ⁊c. ¶ Quartū p̄mittēdū est: ꝙ actus nolēdi inordinatus p̄supponit actū volendi inordinatū/ ⁊ similiter amor cōcupiscētie inordinatus amorē amicitie inordinatū. ¶ Hoc appet. qm̄ sicut se habet actus nolēdi absolute sumptus ad actū volēdi absolute sumptū/ ⁊ amor cōcupiscētie ad amorē amicitie: ita actus nolēdi inordinatus ad actū volēdi inordinatū/ ⁊ amor ↄcupiscētie inordinatus ad amorē amicitie inordinatū. sed ipe actus nolēdi vt dictū est p̄supponit actū volēdi/ ⁊ amor cōcupiscentie amorē amicitie absolute. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. qr aut actus volēdi in quē resoluit actus nolēdi inordinatus/ ē ordinatus aut inordinatus. ⁊ silr dico de amore amicitie qui ē cā amoris cōcupiscētie. Sꝫ nō pōt dici ꝙ sit actus ordinatus. nullus enī ꝓpter actū volēdi ordinatū respuit aliqd inordinate: nec ꝓpter amorē amicitie ordinatū aliqd sibi inordinate appetit sed potius ordinate. ergo actus volēdi in quē resoluit actus nolēdi inordinatus/ est inordinatus ⁊ amor amicitie. silr ois ille est inordinatus q̄ est cā amoris ↄcupiscētie inordinati: sicut ⁊ ecōuerso ois actus ē ordinatus ex quo ꝓuenit et in quē resoluit alius actus ordinatus. ¶ Quītū ⁊ vltimū p̄mittēdū est: ꝙ sicut primus actus bonoꝝ angeloꝝ fuit bonus ⁊ meritorius: ita ⁊ primus alioꝝ fuit malus ⁊ demeritorius. ¶ Hoc appet. non enī est verisile ꝙ aliquē actū bonū habuerīt ante malū: qm̄ si talē actū habuissent: per ipm sicut ⁊ alij boni gratiā meruissent ⁊ a casu p̄seruati fuissent. ¶ Ex p̄dictis sequit corollarie. Primo: ꝙ peccatū angeli nō fuit in actu nolēdi nec in amore ↄcupiscētie. Scḋo ꝙ habuit eē in amore amicitie. ¶ Primū appꝫ qm̄ petm̄ cuiuslꝫ mali angeli vt dictū est fuit in p̄mo actu eius. sed nec actus nolēdi nec actus amoris ↄcupiscētie potuit eē p̄mus eius actus: cū vt dictū est actus nolēdi inordinatus p̄supponat actū volēdi/ ⁊ amor cōcupiscētie amorē amicitie. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. qr nullū petm̄ aliud p̄supponēs ⁊ ex ipo oriens pōt eē p̄mū. sed ois actus nolēdi inordinatus p̄supponit actū volēdi inordinatū: ⁊ amor ↄcupiscētie amorē amicitie silr inordinatū: sicut ⁊ inordinatus ordinatū vt p̄dictū est. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequit scḋm: vꝫ ꝙ primū peccatū angeli habuit esse in amore amicitie. qm̄

vltra actū volendi ⁊ nolendi amore concupiscentie nō est alius actus ꝙ̄ amor amicitie. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. quia sicut primus actus meritorius non potest esse nisi amor amicitie: ita nec primus demeritorius. omnis enim alius actus presupponit istum ordinatum si ordinatus est et inordinatum si inordinatus. quare ⁊c. Ex quo sequitur ꝙ etiam primum meritum angelorum bonorum habuit esse in amore amicitie ipsorum. ¶ Ex premissis apparet conclusio doctoris: ex qua pendet solutio questionis: videlicet ꝙ primū peccatum angeli nō fuit nec esse potuit superbia. Qḋ potest probari euidēter ex predictis. quoniam primū peccatum malorū non fuit amor concupiscētie ipsorum vt declaratum est. sed peccatū superbie consistit in amore inordinato cōcupiscētie. qḋ apparet. quia peccatum superbie est appetitus immoderatus proprie excellentie: que excellētia nō diligitur ꝓpter se / nec per cōsequēs amore amicitie: sed propter diligentē seu appetētem: ⁊ ꝑ ꝯsequēs amore cōcupiscētie. ergo cū peccatū angeli ꝑmū nō fuerit amor cōcupiscētie sed amicitie / nō potuit esse peccatum superbie.

Sed tunc est dubium quod fuit istius

amoris amicitie obiectū: in quo amore fuit demonū primū peccatū. ¶ Ad hoc respōdet ⁊ rōnabiliter: ꝙ cū ipsorum primū peccatū fuerit immoderatus et inordinatus amor amicitie: ⁊ deus non possit immoderate nec excessiue diligi / per ꝯsequēs talis amor nō potuit esse dei. quia si ad deum vt ad obiectum fuisset terminatus / nō extitisset inordinatus sed potius ordinatus: ⁊ quāto intensior tanto melior. ¶ Ex quo sequitur ꝙ hic amor inordinatus amicitie ⁊ immoderatus habuit esse vel suiipsius: videlicet angeli peccantis: vel alicuius alterius creature. Sed secundum non videtur esse ponēdum. Primo. quia cuilibet angelo prius fuit nota sua essentia propria ꝙ̄ aliqua alia creatura. Secundo. quia quilibet magis naturaliter inclinatur ad diligendum amore amicitie semetipsum ꝙ̄ aliquod aliud ens creatum. ¶ Ex quo infertur: ꝙ hic amor amicitie immoderatus ⁊ inordinatus in quo fuit primū delictum angeli / fuit non alicuius alterius ꝙ̄ suiipsius. ⁊ hoc concordat cum sententia Augustini dicentis: ꝙ ciuitatem dei facit amor dei terminatus ad contēptum sui. econuerso autem amor immoderatus ⁊ inordinatus sui terminatus ad contēptū dei facit ciuitatem diaboli. ¶ Sed tunc est dubium primū: quale peccatum fuerit istud primū peccatum demonum: supposito ꝙ fuerit vt dictum immoderatus amor amicitie ipsorum. Secundū: an preter istum actū inordinatum in eis fuerit aliquis alius inordinatus. ¶ Ad primum respondet doctor ꝙ potest vocari peccatum non carnale sed spirituale lasciuie seu luxurie. ¶ Ad secūdum respondetur ꝙ fuit vtiqꝫ in eis preter actum inordinatum predictum amoris amicitie / alius actus inordinatus videlicet amoris concupiscentie / ꝙ quilibet sibi immoderate ⁊ inordinate beatitudinem concupiuit. licet enim quilibet ad beatitudinis appetitum naturaliter īclinetur: tamen inordinate potest quis eam appetere actu elicito appetēdo eam sibi modo indebito: puta vel immoderatius ⁊ intensius ꝙ̄ debeat: vel quia appetit ipsam citius ꝙ̄ sibi debeatur: vel quia vellet ipsam habere non a deo sed ex se ipso sicut forte diabolus appetijt / maxime si vt communiter dicit ⁊ ponitur / appetiuit deo adequari: ⁊ in hoc fuit peccatum superbie. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum respondetur:

ꝙ auersio ē duplex: videlicet formalis ⁊ virtualis. Auersio formalis fit tantum per actum odij. obiectum enī aliquod odire est ab ipso se auertere: sicut econuerso omnis ille ad hoc se ꝯuertit qḋ diligit. Virtualiter aūt se auertit ab aliquo omnis ille qui aliquid eligit vel omittit qḋ est illi īcōpossibile a quo dicitur se auertere isto modo. sicut ponitur exemplū de infirmo potionem amarā respuente / sine qua nō potest consequi sanitatem. talis enim dicitur se auertere a sanitate nō formaliter cum ipsam appetat / sꝫ virtualiter: quia se auertit ab ipsa potione amara ad sanitatem consequendam necessaria: vel conuertit ad aliquid eius impeditiuū ⁊ infirmitatis promotiuum seu inductiuum. ¶ Ex hoc tunc ista ad propositum applicando dicitur ꝙ licet tantum odium dei sit odientis ab ipso formaliter auersiuū: omne tamen mortale peccatum ab ipso virtualiter auertit: quia in omni mortali peccato est electio vel omissio alicuius vetiti: cum qua commissione vel omissione deus non potest haberi per gratiam in presenti nec per gloriam in sequenti. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ licet peccatum demonum non fuerit odium sed amor: nec per consequēs fuerit a deo formaliter: fuit tamen ab eo virtualiter auersiuum: quia fuit mortale et grauissimū peccatum. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: dubium excutiēdum est / an diabolus potuerit appetere equalitatem

dei. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ sic. Ad cuius euidentiam ꝑmitto tria. Primū est: ꝙ appetere deo equari potest dupliciter intelligi secūdū ꝙ dupliciter aliquis potest dici deo equalis. Uno modo formaliter ⁊ quidditatiue seu intrinsece: quia vez est tāte perfectionis quante deus. ⁊ vt sic impossibile est nō deum esse equalē deo: sed vt sic vna persona diuina est equalis cuilibꝫ alteri. Alio modo posset dici aliquis deo equal' tantū personaliter ⁊ tantū denominatiue: modo quo homo assumptus posset dici patri ⁊ spiritui sancto equalis: quia est ꝑsonaliter verbum qḋ est vnꝰ cū patre ⁊ spiritu sancto deus. Primo modo appetere deo equari / esset appetere qḋ est impossibile ⁊ contradictionē implicans manifestā. Scḋo aūt mō deo equari hoc est a diuino supposito assumi / non est impossibile. ⁊ ita si primo modo diabolus appetijt diuinā equalitatē / eius appetitus fuit rei impossibilis: nō autem si secūdo modo. ¶ Secūdū ꝑmittenduꝫ est: ꝙ esto ꝙ appetitus possit esse impossibilium: tamē ceteris paribus efficacius appetitur qḋ vt possibile ꝙ̄ qḋ vt īpossibile apprehenditur. ¶ Tertium premittēdum est: ꝙ diaboli culpa non fuit ex ignorantia. ex quo sequitur ꝙ si impossibile appetijt etiā illud īpossibile eē agnouit. ¶ His ꝑmissis pono quatuor ꝯclusiones. ¶ Prima est: ꝙ diabolus potuit diuinam equalitatem primo modo intellectam appetere: nō tamen intense (vt videtur) cū appetijt si appetijt. ¶ Hec apparet. quia appetitus potest esse impossibilium. intēsior tamē esse videtur possibilium. sed diuina equalitas sic accepta fuit diabolo impossibilis: qḋ ⁊ ipse bene sciuit / cum vt ꝑmissuꝫ est ꝑ ignorātiam nō peccauerit. ergo ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est: ꝙ diabolus etiam potuit appetere equari deo secūdo modo. ¶ Hec apparet. quia si appetitus potest esse impossibiliū / multo magis possibilium. sed diabolū deo hoc modo equari hoc est ab ipso assumi / possibile fuit: qḋ ⁊ diabolus forte nouit. ꝗ ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio est: ꝙ si diabolus deo equari scḋo modo sicut fuit possibile appetijt / intēsius appetijt ꝙ̄ appetiuisset deo equari ꝑmo modo si sic appetijsset. ¶ Hec apparet. q: vt dictū est / hoc ceteris paribꝰ quis magis appetit qḋ vt sibi possibile ꝙ̄ illud qḋ vt sibi impossibile apprehēdit. sed si diabolus appetijt deo equari ꝑmo modo hoc qḋ appetijt impossibile esse sibi nouit. nō aūt si scḋo modo: quo fuit possibile. ¶ Hoc apparet. quia in cuius potestate est aliquid eligere / et intense vel remisse eligere seu appetere. ergo si diabolus potuit appetere

diuinã equalitatẽ sibi impossibilem potuit ipsum appetere intensius vel remissius. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur. q: bonũ quãto melius tãto appetibilius. sed diuina equalitas sumpta primo modo est melior licet cuicũq₃ creature impossibil'/ ꝙ̃ sumpta secũdo modo. ergo si potuit appeti quia bona licet impossibilis cũ sit melior in equalitate alio mõ sumpta/ potuit magis appeti. ¶ Quia tñ vt dictũ est qd̃ impossibile quis sibi esse apprehendit non intense sed remisse appetit vel nullo modo appetit: ideo mirum est ꝙ diabolus diuinam equalitatem sic intense concupiuerit quã sibi impossibilẽ esse sciuit: propter qd̃ videretur probabiliter esse credendum ꝙ diabolus non appetijt deo hoc modo equari sed vniri seu personaliter copulari. ¶ Sed tunc est dubium: quomodo diabolus agnouit hoc esse possibile: vez ꝙ deo hypostatice vniret/ cum hoc non possit naturaliter esse notũ a priori: sed tantũ a posteriori: quia vez sic est factum. quia enim homo de facto est verbo vnitus: ideo scitur ꝙ ipse est deo vnibilis ⁊ etiam omnis alia creatura vt patuit ⁊ probatum fuit in tertio. sicut nec ꝙ calidum sit calefactiuũ scitur nisi q: actu calefacere cernitur. nisi enim homo ad calorem videret sequi calorem/ non magis sciret ipsum calefacere ꝙ̃ frigefacere posse. sed constat ꝙ homo tunc non erat assumptus quando diabolus peccauit. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc posset dici ꝙ esto ꝙ diabolus seipsum formaliter assumibilem non cognouerit certitudinaliter esse possibile: non apprehendit tamen hoc esse impossibile: cum sit falsum et ipse per ignorantiam non peccauerit vt dictũ est. ⁊ ideo potuit hoc credere seu opinari esse possibile/ licet nõ certitudinaliter cognoscere. Aliud aũt vez se posse deo equari/ alio modo videlicet tanꝙ̃ deum non certitudinaliter cognoscere nec probabiliter potuit opinari nisi errore deceptus et ignorantia excecatus. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

SEcundo quero de conuersione bonorum: vtrum conuersio ad deum bonorum angelorum fuerit meritum ipsorum quo sibi eternum premiũ meruerũt. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia contrariorum contrarie sunt cause: sed ad deum conuersio/ et ab ipso auersio opponuntur. ergo sicut auersio reproborum fuit demeritũ ipsorum quo sibi meruerunt penam: ita ⁊ per contrariũ conuersio bonorũ fuit meritum ipsorum quo sibi meruerunt gloriam sempiternam. ¶ Contra. quia vt magister dicit in litera: meritum ipsorum non precessit: immo secutum fuit eorum premiũ. sed huiusmodi cõuersio ipsorum ad deum fuit saltẽ aliquo ordine nature prius ꝙ̃ eorũ premiũ sempiternũ. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enĩ ostẽdam qualis fuerit bonorũ conuersio ad deũ. Secũdo inquiram an per ipsam meruerũt premiũ sibi.

Secundo quæro: vtrum angeli missi ad nos inferius remaneant beati consimiliter sicut prius? ¶ Et videtur ꝙ sic. quia eternum qd̄ nunq̄ intenditur nec remittitur semper manet vniformiter. sed beatitudo cuiuslibet angelorum ⁊ aliorum beatorum omniū est eterna / que nec remittitur nec augetur / saltem angelorum: licet beatitudo hominū aliquo modo in resurrectione corporū sit augenda. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia si angelus ad nos missus manet beatus / vel est beatus in celo vel in mūdo. sed nō in celo: quia ibi non est. vbi autem non est / nec beatus existere potest. nec in mundo: quia deus non ostendit seipsum facialiter nisi in celo. ḡ ⁊c. ¶ Responsio. vbi est vidēdum primo quomodo angelus existens in mundo potest manere beatus sicut erat prius ī celo realiter et veraciter. Secundo quomodo equaliter.

Quantum ad primū: est sciendum: ꝙ cum deus realiter sit vbiq; / per consequens non magis in vno loco q̄ in alio potest se cuilibet creature ītellectuali clare ostendere ⁊ fruitionem infundere: ⁊ ita cōsequēter ipsum vbiq; beatificare. qd̄ etiam posset facere / esto ꝙ non esset vbiq;. cum enim agens creatum possit agere vbi non est / per consequens multo magis deus / si per impossibile nō esset alicubi / posset agere ibi. ⁊ ita nō existēs in terra sed tantum in celo posset angelo vel cuicūq; creature beatificabili infundere actum visionis ⁊ fruitionis beate. non magis enim visio intuitiua intellectus exigit obiectum visum esse videnti realiter propinquū: q̄ visio corporalis visus. cōstat autem visionem corporalē posse terminari ad obiectū visibile corporale remotū. ergo et intuitiuam visionem intellectus. quare ⁊c.

Hoc premisso: pono duas cōclusiones.

¶ Prima est: q angelus existens in terra potest manere beatus perfecte vt prius deum intuẽdo vel vt in celo existentem/ vel vt in mũdo sibi presentẽ/ vel absolute videndo ipm nõ vt in vno loco nec in alio existentem. ¶ Hec ꝓbatur. Et primo: quãtum ad primam partẽ. quoniam vt dictum est/ visio intellectiua potest esse sicut et sensitiua obiecti remoti a vidente distantis. ergo sicut homo existens in terra corporaliter videt celum distãs ab ipso: ita et angelus ad nos missus potest videre intellectualiter deum vt existẽtem in celo/ licet distantẽ ab ipso: et maxime cum ista visio beatifica sit supernaturalis a deo infusa: a quo videlicet a deo potest ꝯmunicari vt hic suppono visio/ et quecunq intuitiua cognitio obiecti non tãtũ absentis: sed etiam nullatenus vel nullibi existentis. ergo ⁊c. ¶ Secunda pars: vez q etiam possint deum intueri vt eis presentem ⁊ in mundo realiter existentem/ apparet. quia sicut res corporaliter visibilis ibi videri corporaliter potest vbi est: ita ⁊ de quocũq alio intellectualiter visibili est dicẽdu. sed deus ipse itellectualiter visibilis ita est in terra realiter sicut ⁊ in celo. ergo ⁊ ꝯsimiliter angelus vel alius quicũq beatus potest existens in mũdo deũ videre intellectualiter vt existẽtẽ in mũdo: sicut existẽs in celo videt eũ vt ibidem actualiter existẽtẽ. ¶ Tertio pars: vez q possit eum videre intellectualiter absolute/ non vt alicubi existentẽ/ apparet. quia nec obiectũ beatifice visionis est nisi pcise ipa essentia diuina vt absolute accepta/ nõ vt hic nec vt alibi est existens. nec eni beatus vt beatus intuetur aliquid nisi deũ licet intueatur ipz alicubi: imo vbiq vel existentẽ. sed intuens deũ in loco aliquo existentẽ intuetur ipsum simul ⁊ locum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia constat q obiectum beatificum increatũ potest intuitiue intelligi nullo obiecto creato nec p ꝯñs loco corporali aliquo intellecto. ergo quilibet beatoꝝ posset videre deũ absolute: nõ vt in celo nec vt alibi alicubi existentẽ. licet eni intuitiue deũ intelligens videat eum existere: nõ tñ oportet q videat hic vel alibi ipm esse. nec minus aliquis beatoꝝ esset beatus si pcise deum videret absolute q̃ nũc videns eum vt in celo/ ⁊ etiam forsitan vt vbiq actualiter existentem. quare ⁊c. ¶ Sed nunquid quilibet beatorum videt deum vt vbiq existentem? ¶ Respondeo: q non. quoniã non quilibet beatorum actu intelligit omnem locum nec quodlibet aliud ens creatum. sed nullus videt deum vt vbiq p̄sentem nisi qui videt eum ⁊ omnia a quibus ipe realiter est indistans. ergo licet quilibet videat deum vbiq existentem hoc est deum qui est vbiq existens: non tamẽ intelligit seu videt eum vt vbiq vel existẽtem sed hoc modo videtur posse ipsuz intelligere sola anima Christi ola vel agnoscentis.

Secunda conclusio est: q omnes angeli ⁊ alij beati vidẽt deũ vt in celo actualiter ⁊ oib' ibi existẽtibus p̄sentialiter assistentẽ. ¶ Hec apparet. quia sicut corporaliter intuens aliquod obiectũ sibi p̄sens/ intuetur ipm vt sibi cõiũctũ ⁊ simul secũ existẽs: ita ⁊ de vidente intellectualiter ⁊ de obiecto viso videtur esse dicẽdum cõsimiliter. ergo quilibet beatorũ in celo existẽs et deũ ibidẽ habẽs intuetur ipm vt ibi actualiter assistẽtẽ. ¶ Cõfirmatur. quia licet p diuinã potentiã absolute loquẽdo omne obiectũ posset intuitiue vel abstractiue intelligi nullo alio intellecto ab ipso distincto/ ⁊ p ꝯñs de' ipse sine alio quocunq obiecto creato: tñ naturaliter loquẽdo intuitiue vidẽs aliquod obiectũ/ videt et aliud ei cõiũctũ: dũ tñ nõ sit ab ipso vidente remotũ. vidẽs etiam vtrũq vnitorum videt ipsa esse vnita. ¶ Hoc apparet in exẽplo. videns eni animã intuitiue videt ⁊ habitũ ⁊ oẽm formã accidẽtalẽ in ipsa actualiter existentẽ. ⁊ econuerso videns habitũ vel quãcũq formam aliã in anima existẽtem videt ⁊ animã nõ tãtũ absolute sed etiam tali forme cõiũctã ac ipsa realiter informatã. ergo cõsimiliter in ꝓposito cũ quilibet beatorũ videat deum a celo in quo existit realiter indistãtem/ videat etiam intellectualiter celum a quo ipse etiã est indistans/ per cõsequẽs videt deũ vt in celo secum actualiter existẽtẽ. ¶ Et si dicas q etiã potest videre eum vt existẽtem in mundo: cum deus ipse visus non distet a terra siue a mundo amplius q̃ a celo: ¶ Respondetur q verũ est si intelligat seu videat ipsam terram. non tamẽ est verisimile q de facto beati intellectualiter considerent magis mũdũ a quo sunt absentes q̃ celum cui realiter sunt presentes. esto etiam q considerent: adhuc non sequitur q videant deum vt existentem alibi q̃ in celo: supposito q deus ipse nolit ab eis aliter intueri. non est enim impossibile videre aliqua coniuncta ⁊ non cognoscere intuitiue ipsa esse coniuncta. et ideo licet deus sit indistans ab omni loco/ nõ ꝓpter hoc oportet ipsum vt sic a quolibet intueri: nec etiam ab aliquo/ licet locum omnẽ a deo indistantẽ realiter intuente. quare ⁊c. ¶ Minor/ vez q aliqua vnita possint intelligi que intelligens nesciat esse vnita/ apparet in exemplo euidenti de humanitate Christi/ quã angeli inferiores diuine incarnationis mysteriũ ignorantes intuitiue intelligere potuerunt: sicut qdlibet aliud ens creatũ. nec tamẽ ꝓpter hoc licet intuitiue humanitatẽ ipsam et dei filium agnouissent/ ipsam humanitatẽ dei filio vnitã esse hypostatice itelligere potuissent. ¶ Ex p̄dictis ꝯcludo corollarie: q credẽdũ est ⁊ ponẽdũ angelũ inferi' ad nos missum remanere beatũ vniformiter sicut prius. ¶ Hoc appet. qm licet manẽs beatus eq̃liter posset esse beatus difformiter cũ in celo videat deũ vt ibi nõ vt in terra existentẽ: ⁊ in terra posset facere econuerso: vez deum videre nõ vt in celo/ sed vt in terra manentẽ: tñ ex quo vt ꝓbatũ est potest deum in celo ⁊ in terra vniformiter intueri: vez vt in codẽ loco actualiter existentẽ/ melius videtur vt sic de facto esse ponatur. ¶ Secũdo cõcludo: q licet difformiter deũ vt in celo ⁊ vt in terra existẽs intueretur: quia vt in celo videt eum vt in celo quando in terra videt eũ vt in terra actualiter existentem: nõ tamen propter hoc difformiter/ imo vniformiter esset beatus. ¶ Hoc apparet. quia variato eo qđ est oĩno impertinens ad rationem beatitudinis/ nõ ꝓpter hoc beatitudo ipsa in aliquo variatur. sed intueri deũ vt in celo vel vt in terra vel vt vbilibet alibi existẽtẽ hoc omnino est impertinẽs ad rationẽ beatitudinis absolute in visione ⁊ fruitione diuine essentie cõsistẽtis. ergo angelo deum vt absolute vniformiter videntẽ ipsoq fruẽte/ siue vt in terra videat eum/ siue vt in celo ⁊ in terra simul existentem/ siue tantum vt in terra/ siue tantum vt in celo/ siue quomodocunq aliter: nõ magis propter hoc difformiter erit beatus q̃ erit quãdo vltra deum intellectũ nouiter intelliget aliquod ens creatum. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundum: dicendũ est q angelus ad nos missus equaliter manet beatus. quoniã visione diuina ⁊ fruitione eadem in nullo remissa manente equaliter quilibet est beatus: cũ nec beatitudo sit aliud q̃ ista duo vel alteruz horum tñ vt patuit in quarto. sed per hoc q angelus in terra manet occupatus circa aliqua diuina mysteria exequẽda/ in nullo minuitur nec impẽditur eius visio nec fruitio beata. qm licet vna dispa rata operatio remittat aliã quãdo vtraq est ab operante virtutis finite effectiue: quia pluribus intẽtus minor est ad singula sensus: non tñ illa operatio que est in aliquo tñ a deo effectiue ad quã illa se habet mere passiue/ per [illegible] aliqua eius operatione quãtũcunq disparata [illegible]

aliquo seu remitti. sed operatio beatifica puta visio et fruitio diuina / est a deo tantū effectiue in quolibet beatorum. ergo nō magis potest p aliquā operationē ipsorū aliqualiter remitti q̄ totaliter amoueri. nullo em̄ modo est ī potestate ipsorū quātū ad remissionē neq3 quātū ad intēsionē neq3 quātū ad amissionē. ponētes tñ beatitudinē esse effectiue a beato partialiter / sicut ois effectus secūde cause est ab ipa causa secūda / haberēt cōcedere ɔsequēter vt videt̄ q̄ operatio beatifica angeli / vl' cuiuscūq3 alterius beati / remitteret̄ ex operatione alia disparata: nisi tūc de⁹ impotētiā beati suppleret. nisi dicatur q̄ causa scd'a pōt eque perfectū vnicū effectū pducere cū alijs infinitis vel saltem quotcūq3 finitis sicut vnū illorum tātum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet ex predictis quid dicēdū3. angelus em̄ existens in terra est beatus beatitudine existēte similiter secū in terra: cu⁹ beatitudinis obiectū est in celo insimul et in terra: ad qd̄ ipsa angeli beatitudo pōt vt dictū est multiplr̄ variari.

Circa distinctionem vndecimam / in qua Magister determinat de custodia angelorū hoīes custodientū: Quero primo: vtrū q̄libet homo habeat ī p̄senti aliquē angelū ad sui custodiā deputatū. ¶ Et videt̄ q̄ sic: p illō Matth. 8. vbi dicit̄ q̄ angeli eorū: vez hoīm quos custodiūt / semp vidēt faciem patris. sed qua ratione vni homini vnus angelus / eadē3 alteri alius ad sui custodiā deputat̄. ergo et c. ¶ Contra. quia deus nō faciat aliquid frustra. sed vanum videtur ad damnationē eternā p̄scitos custodiri p angelos. ergo et c. ¶ Responsio. vbi est videndū primo q̄stū: vez an angeli diuersi sint ad custodiā diuersorū hominū deputati. Secūdo: an p talē custodiā aliquid mereant̄. Tertio: an propter damnationē illorū quos custodiūt cōtristent̄ / et propter saluationē cōsolētur seu letentur.

Quantum ad primum: constat tam ex sacra scriptura q̄ ex cōmuni omniū doctorū sententia cuilibet homini ad eius custodiā eē angelū deputatū. vnde Hierony. sup Matth. Magna dignitas animarum vt vnaqueq3 habeat ab ortu sue natiuitatis in custodiā sui angelū deputatū. Itē Chrysostomus sup Matth. li. 1. Duo sunt angeli in hoībus pmanentes: vez bonus et malus. et plerūq3 scd'm dispositionē aliquātulum recedit angelus bonus: imo non recedit: sed se abscondit inuisibilē se reddens ante diabolu3: quia nisi voluerit nō videtur ab eo. subtrahit ergo se vt det ei licētiam tentādi: et stans expectat tētationis euētum. hec Chrysostomus. Hoc etiam sententialiter idē dicit Dionysius in lib. de angelica hierarchia. Et rationem huius vez quare angeli ad hominū custodiā deputant̄ / reddunt sancti et doctores catholici: q2 lex diuine pudētie est inferiora ad se reducere per media. sed angeli tenent mediū inter deū et homines: vt deo inferiores et hominib⁹ superiores. quare et c. ¶ Sed sunt hic tria dubia. Primū: quomō angelus dicit̄ hominē custodire. Secūdū: an sit semp realiter simul cū homine quē custodit. Tertiū: an diabolus tentans hominē videat eū intellectualit̄ sicut p̄sentē. ¶ Ad primū dicendū q̄ angelus potest hominē custodire / vel pro ipso deum orando / vel diabolū repellendo / vel bonū homini suggerēdo. An aūt oībus istis modis: an si aliquo tm̄ horū custodit / quo istorum custodiat / nō habetur saltē ex scriptura sacra expressum. ¶ Ad secundū dicēdum q̄ si angelus est ad custodiam hominis deputatus primo modo: vez pro ipso orando / nō oporteret eum p̄sonaliter sed tantū mētaliter esse presentem homini quē custodit. si autē secūdo modo vel tertio custodit hominem sicut et de facto esse videtur scd'm doctrinā sanctorū / videtur q̄ oporteat ip3 homini custodito realiter esse p̄sentē. nec em̄ existens in celo posset sua naturali virtute talia operari ī terra. vnde nec boni angeli potuissent malos de celo expellere et ad terram prosternere sicut fecerunt quādo peccauerunt / nisi cum eis fuissent in celo. non magis aūt existentes in celo possunt diabolum repellere existētē in terra: q̄ si quādo diaboli peccauerunt in terra fuissent ipsos de celo expellere potuissent. ergo et c. ¶ Confirmatur. quia non magis angelum mouentem celum oportet celo esse presentē q̄ repellentem diabolum ipsi diabolo quem repellit. ergo sicut angelus ponitur realiter esse presens celo qd̄ mouet ita et ponendus est presens homini quem custodit / ip3 instruendo seu bonū ei suggerendo / et infestantem ac impugnantem diabolum repellendo. ¶ Ad tertium dicēdum q̄ potest vtiq3 diabolus sibi dimissus videre intuitiue angelum presentem homini quē custodit et ipi diabolo quē repellit. omnis enim intellectus separatus potest intuitiue naturalit̄ itelligere omne ens creatum existēs realiter sibi presens / vt cōmuniter cōceditur. Ex quo sequit̄ q̄ illud dictū Chrysostomi sup Matth. supius allegatū vez q̄ angelus hominē custodiēs se aliquando inuisibilē reddit / nō est intelligendū vt sonat: vez q̄ angelus sua virtute possit impedire ne ipsu3 diabolus videat intellectualit̄ / seu cognoscat. hoc enim non posset facere per se magis q̄ ignem ne passum sibi presens combustibile calefaceret impedire. et ideo si angelus se inuisibilē diabolo reddit / hoc habet fieri diuina virtute. vel angelus dicitur se reddere virtualiter aliquando inuisibilem pro quāto nō repellit sed permittit tentare demonē. ¶ Hec de p̄mo.

Quantū ad secundū est sciendum: q̄ angelum custodiētem hominem aliquid per custodiā huiusmodi mereri potest dupliciter intelligi. Uno modo: q̄ eius premiū qd̄ meretur sequatur meritum. Alio modo: q̄ precedat. non enim omne meritum oportet p̄cedere in re quodcūq3 premiū: imo potest sequi ipm: vt alias fuit dictū et de Christo exēplificatū: cuius meritū passionis fuit post premiū nō glorificationis / sed gratificationis sanctorum patrum et aliorum Christum p̄cedentium omniū hominū electorū. ¶ Hoc premisso / pono quātū ad istum articulū / tres ɔclusiones. ¶ Prima ē: q̄ angeli p custodiā hominū nō merētur sibi aliquod p̄miū sequens huiusmodi actū ipsorū: vez custodiā hominū viatorum. ¶ Hec apparet. q2 quilibet recepit suū premiū simul totum: ita q̄ custodia qua custodiūt homines secuta fuit post ipsorum premiū. ¶ Primo enim fuerunt premiati / et postea ad custodiam hominū deputati. sed p actum sequentē et presupponētē totum premiū nō potest aliquis mereri aliquod premiū sequens actum ipsum. ergo et c. ¶ Cōfirmatur. quia sicut nullus damnatorū per aliquē actū meretur aliquā penam maiorē actum sequentem: ita nec aliquis beatorum gloriam p aliquē actū ipsorum gloriā supponentē. ¶ Scd'a cōclusio est: q̄ p huiusmodi hoī3 custodiā cōsequutā āgeli boni sibi potuerūt mereri gloriā ante ipam ipēsam. ¶ Hec app3. qm̄ vt dictū est p̄miū pōt p̄cedere meritū. pōt em̄ deus cōferre p̄miū ppt̄ aliquē actū p̄uisum p illū cui cōfert p̄miū exequēdū: quē l3 nōdū exhibitū acceptat vt p̄mio tāto dignū: sicut Christi passionis meritū nōdū exhibitū sed p̄uisum acceptauit vt dignu3 oībus gratijs omniū hominū Christū p̄cedētiū electorū. Igit̄ ɔslr̄ ī pposito posset dici: vez q̄ deus ipse p̄miauit āgelos hoīes custodiētes nō tm̄ ppt̄ actū cōuersiōis ipsorū ad deū q̄ p̄cessit: sed etiā ppter custodiā hominū futuram quam deus preuidit: et vt tali premio

dignem licet nōdū exhibitā acceptauit. Et si hoc modo Magister sentētiarū intellexit angelos sibi mereri premiū p custodiā hominū/ nō video q̄ esset sicut in hoc impugnat cōmuniter/īpugnāduo. ¶ Tertia ɔclusio est: q̄ an angeli ad custodiā hominū deputati mereant̄ sibi modo pdicto an nō gloriā p talē custodiā/ nō habet̄. ¶ Hec appet. qm̄ licet cōstet ipos cōsecutos esse totā ipsoꝝ gloriā ante istā exhibitam custodiā/ ↄ p ɔn̄s nō posse eā mereri primo modo: vez tā q̄ meritum eorum ɔsequentē: tn̄ nō habet̄/ nec ex hoc sequitur q̄ ipaꝫ non potuerint alio modo pdicto mereri. nec etiā q̄ hoc modo meruerint in aliquo loco scripture reperitur expressum. bene eñ constat q̄ sibi gloriam meruerūt: sicut ↄ mali penā. sed vtrū gloriam sibi meruerūt tantū per conuersionem ipsorū ad deum precedētem/ an etiā per istam custodiam hominū subsecutam postmodū/ nō habetur. ¶ Ex quo videtur esse corollarie concludēdum: q̄ nō esset hic determinate aliquid pertinaciter asserendum. licet enim constet angelum meruisse sibi pmiū per precedētē suā conuersionē ad deum: nō tamē est omnino īprobabile dicere deum ipsi contulisse pmiū nō tātum pp̄ter istū cōuersionis actum exhibitum: sed etiam pp̄ter preuisam custodiā hominū. ¶ Et si cōtra hoc argueretur: quia status meriti nō concurrit simul cum statu pmij: cū status meriti sit viatoris et premij cōprehensoris: Ad hoc diceretur. q̄ non cōcurrunt simul sic q̄ habens premiū mereatur sibi ipsum vt per meritum cōsequēdum. bene tamē possunt cōcurrere sic q̄ habens pmiū mereatur sibi ipsum vt consecutum. licet enim habens totum premiū non possit mereri aliqd̄ cōsequēdū: potest tamē mereri ipsum totū licet ante meritum consecutum deo acceptante vt premio collato dignū aliquem eius actum post habitum premiū exequendum. nec tamē propter hoc talis erit viator. non enim homo est viator quia potest mereri: quia tunc stultus non esset viator. sed tantum dicitur esse viator quia non est in termino/ sed ī via. sed talis vez angelus est ī termino: esto q̄ sibi mereatur ipsuꝫ terminū puta eternū premiū dicto modo. ergo ↄc. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: pono tres conclusiones. ¶ Prima est: q̄ angelus bonus nec de salute hominū quos custodit nec aliquorum aliorū creatorum consequitur aliquā letitiā beatificam seu ad essentialem beatitudinē pertinētem. ¶ Hec apparet. qz letitia beatifica est precise illa que est in beato de deo dilecto: que vez cōsequitur actum fruitionis diuine seu est ipsa fruitio vt fuit dictū in quarto. sed illa pp̄ter nullius rei euētum remittitur in aliquo nec intenditur sicut nec visio nec fruitio ipsa quā immediate cōsequitur. in quolibet eñ est talis letitia maior vel minor scđm q̄ est in eo fruitio perfectior vel imp̄fectior. ergo ↄc. ¶ Secūda conclusio est: q̄ tā angeli custodiētes q̄ etiā alij letātur alia letitia a letitia supradicta de salute hominū electorum. ¶ Hec apparet auctoritate Saluatoris dicētis. Lu. 15. Dico vobis/ gaudiū erit corā angelis dei super vno peccatore penitentiā agente. ¶ Confirmatur. qz sicut scđm Augustinū: tristitia est de his que nobis nolentibus accidūt: ↄ letitia de alijs que vez nobis volētibus accidūt sed angeli salutem hominū volunt ↄ appetunt. ergo ↄc. ¶ Nec valet si instetur: quia demones etiā volunt ↄ appetunt culpam ↄ penam ipsorum: nec tamen gaudent de euentu istorum. quia hoc fit supernaturaliter deo ipos p tristitiam perpetuam puniente: et omnem letitiam eis possibilem suspendente.

Sed nunquid oēs gaudent æqualiter de salute hominū/ an magis illi q̄ sunt ad ipsorum custodiam deputati? ¶ Respondeo: q̄ licet quomodo sit hoc nō habetur expresse: pbabile tamē eē videtur q̄ superiores in gloria/ ↄ per ɔn̄s in essentiali seu beatifica letitia sint etiam principaliores in tali accidētali letitia/ ↄ p cōsequens magis gaudētes. qm̄ magis deū diligentes magis diligūt oīa ipsi grata. sed beatiores sunt deū magis q̄ alij diligentes. ergo ↄ salutē electorum magis appetentes/ ↄ per cōsequens de ea magis gaudentes. de magis enim volito consequente maius gaudium sequitur ī volente. angelus etiam nō magis videtur gaudere de salute hominis quē custodit q̄ de salute alterius. quia cuꝫ omnes diligat tātūmodo propter deum/ illum magis diligit et magis ei salutē appetit quē magis deo gratū esse cognoscit: supposito q̄ cognoscat: ↄ per consequēs de salute illius magis letatur. ¶ Tertia ↄ vltima cōclusio est q̄ nullus angelus contristatur de culpa nec de pena hominis quem custodit nec alicuius alterius reproborum. ¶ Hec apparet. quia licet quilibet nolit vtrūq̄ istorum vez culpam hominū atq̄ penam: non tamen ad euētum noliti deꝰ sinit eos ɔtristari: sicut nec demones ex euētu voliti consolari. nec hoc est impossibile: cum omne prius possit separari a suo posteriori a quo realiter est distinctū sicut velle et nolle ab omni letitia ↄ tristitia cōmuniter conceduntur esse distincta. ↄ sic etiā est rationabile et iustum vt fiat: cum nec boni mereantur aliquā habere penam/ nec per consequēs tristitiam/ nec reprobi cōdemnati letitiam sed tristitiam sempiternam. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum q̄ non frustra mali homines condemnandi per angelos bonos custodiuntur. quia ↄ si talis custodia non est eis vtilis ad gloriam consequendam: proficit tamen eis vel forte quia preseruantur per eos a culpa aliqua/ licet non ab omni in presenti/ ↄ per consequens a maiori pena quam incurrerent in sequenti: vel si non valet ad hoc/ valet ad aliquid aliud deo notuꝫ: propter quod sic fieri est diuinitus rationabiliter ↄ salubriter institutū.

Secundo quero: vtrum angelus custodiens hominem possit causare aliquid ī ipso homine quem custodit. ¶ Et videtur q̄ sic. quia nisi angelus in homine quem custodit aliquid causaret/ non magis eum q̄ aliū custodiret. sed constat q̄ angelus sic custodit hominem illū ad cuiꝰ custodiam deputatur/ q̄ nō aliū. ergo aliquid facit ī illo qđ nō ī alio. quare ↄc. ¶ Cōtra. qz si causaret aliquid/ vel causaret illud in corpore vel in anima ipsius hominis custoditi. sed non potest aliquid causare in corpore: cum nō cōtineat virtualiter formā aliquā corporalē: nec in anima/ cum nec ɔtineat formā aliquā spiritualem nisi actū intelligēdi vel volēdi vel intelligibile signū: quorū nullū potest causare in anima cōiūcta corpori in statu p̄sentis quia nec ipsi vt alteri angelo potest loqui. g̃ ↄc. ¶ Responsio. Ubi est videndum primo/ an possit aliquid causare in corpore. Secūdo. an ī anima. Tertio: q̄ esto q̄ nihil ī aliquo istorū possit causare: adhuc pōt docere ↄ a diabolo defendere hominem quem custodit.

Quantū ad primū: pono duas conclusiones. ¶ Prima est: q̄ angelus potest ab organo phantasie ↄ etiam a toto hoīs corpore remouere oīa īpediētia actū intelligēdi. ¶ Hec appet. qm̄ cōstat angelum posse mouere nō tm̄ seipm̄ sed etiam aliud mobile sibi p̄sens. sed angelus hominē custodiēs potest esse interius intra corpus hoīs quē custodit. ergo pōt inde oē quod ibi cernit existere īpeditiuū actus intelligēdi puta humorē indecentē vel spiritū remouere/ vel eiꝰ turbationē sedare. ¶ Ex eodē medio pōt probari q̄ si phantasmata [illegible]

phantasia seu in eius organo aliqua necessaria ad intelligendum potest ipsa ab organo vnius ad organum alterius transmutare: ⁊ hoc transmutando simul ipsorum subiectū: puta aliquē spiritum vel humorem si tali mediante sunt in organo phantasie. si em̄ immediate essent in organo / hoc nō posset: cū talia phātasmata ponant esse accidētia q̄ de vno subiecto ad alterū nisi mediāte aliq̄ ipsoꝝ subiecto immediate nō possint naturalr̄ trāsmutari. ¶ Scd̄a cōclusio est: q̄ angelus nō pōt in corpore hoīs producere formā aliquā absolutā / hoc nō ē demōstrabile nec naturaliter cognoscibile: sed supponit̄ ⁊ creditur ex dictis sanctoꝝ et doctoꝝ catholicoꝝ / vt Augustini et alioꝝ. q̄ em̄ aliquod ens puta ignis possit ꝓducere calorem / ⁊ nō frigus: hoc nō est nobis notū: nisi a posteriori: vc3 qr̄ videmus ad eius p̄sentiā sequi caliditatē ⁊ nō frigiditatē. ⁊ ita notitia qua scit̄ de aliquo cuius est ⁊ cuius nō est p̄ncipiū ꝓductiuū / p̄supponit notitiā illius intuitiuā: quā nos de āgelo nō habem⁹. q̄re ⁊c. ¶ Hec de p̄mo.

Quantū ad secundū: pono consimiles

alias duas ꝯclusiones. ¶ Prima est: q̄ angelus potest mouere localr̄ animam siue corpori ꝯiūctam siue a corpore separatā. ¶ Hec appet. qm̄ mouere potēs totū hominē / ⁊ animā. sed angelus pōt mouere totū hominē vt apparet de angelo Abacuc de Judea in Babylonē trāsferēte / vt dicit̄ Daniel. 14. Q3 etiā aīam a corpore separatā possit mouere / apparet de aīa illius mēdici Lazari defuncti portata p angelos in sinū Abrahe: vt dicit̄ Lu. 16. ¶ Sed nūquid etiā ecōuerso aīa separata posset mouere angelū? ¶ Ad hoc videtur dicēdū q̄ sic ipso angelo se moueri p̄mittēte: nō aūt renitente: cū sit fortior ⁊ potentior q̄ ipsa. ipso autem permittēte nō videtur anime difficilius mouere angelum q̄ corpus sibi ꝯiūctum. ¶ Secūda cōclusio est: q̄ angelus nō potest causare aliquid in anima corpori ꝯiūcta: sed bene in ipsa a corpore sepata. ¶ Hec quātū ad primā partē / ꝓbat̄. qm̄ si aliq̄d posset causare i ipsa corpori ꝯiūcta: aut illud eēt species aut actus vel habitus vel illud intelligibile signum qd̄ causat in angelo cui loquit̄. Sed nō potest dici q̄ sit species. quia talis si ponatur a nullo nisi vel ab obiecto vel a phātasmate ⁊ ab itellectu vt dicūt q̄ ipsam ponūt causatur. nec actus nec habitus: vt patet ex q̄stionib⁹ de locutione angeloꝝ. nec tale itellectuale signū: quia vt patet etiā in eisdem q̄stionibus / angelus non potest loqui intellectualiter aīe intellectuali ꝯiūcte corpori. g̃ ⁊c. ¶ Secūda pars hui⁹ ꝯclusiōis: vc3 q̄ possit causare aliquid in anima separata / appet. qr̄ pōt itellectualiter ipsi loqui. sed cuicūq3 itellectualiter loquitur imprimit tale signū: vt in predictis questionibus fuit dictum. ergo ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantū ad tertium: pono alias duas

conclusiones. ¶ Prima est: q̄ licet angelus custodiens hominē nihil causet in eo: potest tn̄ ipm̄ docere ⁊ de facto interdū docet. ¶ Hec ꝯclusio apparet quantū ad primā partē. qr̄ nec hō docēs sensibilr̄ aliquē aliquid causat i ipso. nō em̄ causat actū nec habitū: sed tm̄ ꝓducit seu format in medio coram eo aliquod sensibile signū obiecti significatiuū in q̄ ipi p̄sentat obiectū ip3 significatū: circa qd̄ ipse audiēs nō aūt docens elicit in se intelligēdi actū per quē acquirit itellectiuū habitū. ergo ⁊c. ¶ Secūda pars huius conclusionis: vc3 q̄ de facto homines ab angelis doceātur / appet. qm̄ scd̄m Dionysium reuelatiōes fiunt per eos hominibus. sed reuelare alicui aliquid ipsi ignotum / non est aliud q̄ docere ipm̄. ergo ⁊c. ¶ Sed tūc est dubiū quomodo angeli docere possint homines eis aliqua reuelando: cum nō possint eis sensibiliter loqui / nec etiā intellectualiter in statu p̄senti. ¶ Ad hoc respōdet̄ q̄ angelus pōt docere hominē vtēdo rebus ipsis: vc3 p̄sentando sensibus vel speciebus vt dicūt aliq̄ naturaliter significātib⁹ vel etiā signis sensibilib⁹ puta vocib⁹ mediantibus: nō tamen sine corpore mediante. nec em̄ ipse est sine aliquo mediante assumpto corpore taliū formatiuus. ¶ Secūda cōclusio est: q̄ etiam potest custodire hominē ⁊ custodit: licet nihil causet in ipo. ¶ Hec apparet. quia nihil causando in homine potest repellere diabolū impugnātem. sed constat q̄ repellens demonē inuadētē custodit hominem quem ipse repulsus diabolus inuadebat. ergo ⁊c. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem duo

decimam / in qua Magister determinat de creatura pure corporali et corruptibili / cum omnis talis sit materialis: ideo primo quero vtrū potētia materie passiua sit aliquid per se vnū distinctū ab ipsa materia in re extra. ¶ Et videtur q̄ sic. qm̄ propria passio est in re extra distinctū aliquid a subiecto: cum idem non possit esse passio sui ipsius. sed potentia passiua vel receptiua substantialis forme est ꝓpria passio materie. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia materia p seipsam est in potentia passiua ad omnē possibilem sibi formā. sed qd̄ seipso est tale / nō est tale aliquo mediante a se distincto. ergo potentia passiua qua materia dicitur esse in potentia ad formā et eius receptiua est ab ipsa indistincta totaliter in re extra. ¶ Respōsio. vbi est primo inquirēdū an materia sit entitas aliqua ab omni forma realiter distincta. Scd̄o est respondendū ad quesitum: an vc3 a sua potentia sit distincta / an totaliter indistincta.

Quantum ad primum: est opinio quo-

rūdam dicētiū q̄ materia nō habet esse aliquod actuale: sed mere potentiale. ¶ Pro ista opinione arguitur primo. qr̄ ex duobus in actu nō potest aliquid fieri p se vnū. sed ex forma ⁊ materia fit substātia cōposita p se vna. ergo hoc est qr̄ alterū hoꝝ est actus vt forma / ⁊ alterū potētia vt materia. ¶ Scd̄o. qr̄ si materia eēt ens actu / generatio eēt alteratio. qm̄ vt pħs arguit p̄mo de gn̄atiōe cōtra ponētes subiectū gn̄atiōis esse aliquod ens i actu oē qd̄ aduenit enti i actu est accn̄s. sed termin⁹ gn̄atiōis aduenit materie. ergo erit accidēns / ⁊ p ꝯñs gn̄atio erit alteratio: si materia sit ens actu. sed hoc est falsum. g̃ ⁊c. ¶ Tertio. qr̄ scd̄3 pħm. 5. metapħ. materia nō est q̄d nec quale / nec aliquid alioꝝ generū. ¶ Quarto. qr̄ idē pħs probās q̄ gn̄atio nō est motus / arguit sic. illud qd̄ gn̄at̄ nō est: sed qd̄ mouet̄ est. ergo ⁊c. Sed cōstat q̄ pħs in ista rōne accipit gn̄abile seu gn̄atū ⁊ motū seu mobile subiectiue. genitū aūt subiectiue est ipsa materia. ergo materia scd̄m eū nō est ens aliqd̄ in actu. ¶ Quinto. qr̄ oē qd̄ est ens actu scd̄3 se / ē scibile. s3 mat̄ia vt dicit̄. 5. phy. nō ē scibil' nisi p analogiā ad formā. ergo ⁊c. ¶ Sexto. qr̄ fm̄ pħm. 1. de gn̄atiōe / per hoc differt gn̄atio ab alteratione qr̄ in gn̄atione totū transit in totū: nō aūt in alteratione. sed si materia esset ens actu / nō in generatione magis q̄ in alteratione totū trāsiret in totū: cū materia ponat̄ cōmunis genito ⁊ corrupto. ergo ⁊c. ¶ Cōtra opinione3 istā arguit̄. qm̄ aut generās distinguit̄ a creāte p hoc qr̄ gn̄ans supponit contrariū: aut qr̄ supponit subiectū sue actiōis t̄mini receptiuū. constat em̄ q̄ oīs causa secūda agēs / aliq̄d p̄suppōit p qd̄ distiguit̄ a creāte. S3 nō pōt primū poni: qm̄ priuatio seu presuppositio cōtrarij non

est necessaria ad agendũ alicui agenti. nõ enĩ ad actionẽ aliquid facit: sed magis ipsaʒ impedit. ergo relinquit̃ se cundũ. sed qð est subiectũ ꝑ̃ suppositũ / oportet esse aliqð ens in actu. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmat̃. q2 nisi materia esset ali quod ens in actu a forma distinctũ / nulla generatio nec corruptio esset possibilis. ꝯñs est falsuʒ: ergo ⁊ añtecedẽs. ¶ Cõsequẽtia ꝓbat̃. qꝛ̃ actio cuiuscũ causę secũde ꝓ supponit subiectũ tã ens actu forme ꝓducibilis rece ptiuũ. sed materia est subiectũ generationis ⁊ corruptio nis. ergo nisi sit aliqd in actu / nihil generari poterit nec corrumpi.

Et ideo aliter est dicendum. Ad cuius

euidentiã pono tres cõclusiones. ¶ Prima est: q materia est ens aliquod positiuũ a forma distinctũ. ¶ Hec pro batur. Primo. q2 materia vere et realiter est a deo crea ta ⁊ ingenerabilis ⁊ incorruptibil̃. sed omne tale habet esse aliquod ens positiuũ. ergo ⁊c. ¶ Scðo. q2 materia ẽ de essentia cõpositi sui: subiectũ forme cõpositi. sed ĩpos sibile est aliquod ens actu quale est forma substantialis recipi subiectiue nisi in ente aliquo positiuo actualiter existẽte: nec cõpositũ esse cõpositũ nisi ex ꝑtibus actua liter existẽtibus. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur primo. q2 scðm phm. 3. physic. ⁊ 5. metaph. materia ẽ qua inexistente fit res. Scðo. q2 nisi maťia diceret aliquã entitatẽ / substã tia materialis habẽs materiã ꝑtẽ sui nõ esset cõpositior ꝙ̃ substãtia spiritualis carẽs materia: qð est falsuʒ. ergo ⁊c.

Secunda conclusio est: q materia est

ens in actu. ¶ Hec ꝓbat̃. q2 ꝑ ens actu nõ intelligo nec intelligi debʒ in ꝓposito aliud ꝙ̃ ens actualiter existẽs. sed ꝯstat q materia actualiter ẽ existẽs. ergo ⁊c. ¶ Pre terea. q2 aut dicẽtes materiã nõ esse in actu sed tm̃ in po tentia seu esse entitate potẽtialem nõ actualẽ: aut intelli gũt ipsam esse potẽtialẽ solũ q2 receptiuã forme substan tialis: aut q2 in se nõ ẽ quidditatiue aliqua entitas actu alis. Si primo modo vocant materiam potẽtialem: veʒ q2 forme receptiuã: cõcedo. sed ex hoc nõ sequit̃ q ipa nõ sit scðm se entitas actualis: imo magis cõtrariũ: cũ solũ ens actu existẽs / ⁊ nullum aliud sit receptiuũ entis actu aliter existẽtis seu actualis / quale est oĩs forma substã tialis. ¶ Cõfirmat̃. q2 sicut materia dicit̃ ens in potẽtia q2 forme subiectũ receptiuũ: ita ⁊ ipsa substãtialis forma põt dici ꝯsĩr ratiõe eius potẽtiale: q2 est ipsi⁹ forme cui⁹ materia ẽ subiectũ susceptiuũ / ꝑ̃ncipiũ ꝓductiuũ. nõ enĩ minus effectiuũ pñcipiũ est ĩ potẽtia ad effectũ ꝙ̃ subie ctũ receptiuũ ad receptũ. Forma etiã ipsa substãtialis ẽ in potẽtia ad materiã: nõ minus ꝙ̃ ecõuerso materia sit ĩ potẽtia ad ipsaʒ. nõ mir⁹ enĩ forma substãtialis materia lis est in materia realiter receptibilis ꝙ̃ maťia sit ipsius realiter receptiua. sed ꝯstat q licet fořa sit ĩ potẽtia ad aliã formã ab ea ꝓducibilẽ: ⁊ ad aliã materiã ipa infoř a bilẽ: nõ ꝓpť hoc sequit̃ q forma ipa non sit scðm se vera entitas actualiter: imo magis cõtrariũ: cũ nihil nisi ens actu possit esse alicui⁹ entis realis principiũ ꝓductiuũ: nec possit actualiter recipi in subiecto. ergo ꝯsĩr ĩ ꝓ posito est dicẽdũ de maťia: veʒ q q2 est ĩ potẽtia passiua et subiectiua ad formã substãtialẽ nõ sequit̃ q scðʒ se sit entitas potentialis: sed potius actualis: cũ nõ magis illð qð nõ est actu seu actus possit aliqð ĩ recipe subiectiue / ꝙ̃ producere effectiue. quare ⁊c. ¶ Ex ꝓdictis appʒ q nõ potest ĩtelligi materiã esse entitatẽ potẽtialeʒ scðo mõ: veʒ sic q scðm se non sit aliquid actuale.

Tertia conclusio est: q materia est en

titas actualior quacũ forma accñtali. ¶ Hec ꝓbat̃. q2 qðlibʒ existẽs actualiter quãto ꝑfectius tãto actualius sed materia cũ sit substãtia est ꝑfectior omni accñtali for ma. ergo est etiã actualior.

Sed cõtra: quia ens in actu & in poten

tia sunt opposita / nec ꝑ ꝯñs dicunt̃ de eodẽ. sed materia est ens ĩ potẽtia. ergo ⁊c. ¶ Respõdeo: q actus seu actu alitas dicit̃ multipliciter. Uno enĩ mõ actus dicit̃ vt op ponit̃ ꝓducibili seu creabili. Alio mõ vt opponit̃ possi bili. Tertio modo: vt opponitur successiuo / seu fluxibili. Quarto mõ: vt opponit̃ parti. ¶ Primo mõ dicit̃ ens actu oẽ ꝓductũ seu creatũ. ⁊ ens in potẽtia tali actui op positũ: qð est possibile fieri: sed nõ est factũ. ¶ Scðo mõ dicit̃ ens actu qð est necessariũ sic q nõ põt nõ eẽ. ⁊ hoc vel simpliciter ⁊ vlr̃ sicut deus: vel naturaliter sicut oẽ ĩ generabile ⁊ ĩcorruptibile. ¶ Tertio mõ dicit̃ ens actu oẽ ens ꝑmanẽs simul totũ. ¶ Quarto mõ: qðlibet totũ habẽs ꝑtes diuersas que dicunt̃ cõiter esse in ipso in po tẽtia: qð ⁊ verũ est sane intelligẽdo. Oib⁹ istis modis ma teria est ens actu. est enĩ ꝓductũ ens: q2 creatum necessa riũ in ordine ad agens creatũ ꝑmanẽs simul totũ. ¶ Ex quo apparet q licet forma substantialis sit actualior ꝙ̃ ipsa maťia simpliciter / q2 est ꝑfectior ea essentialiter: ali quo tñ modo materia actualior est ꝙ̃ forma. est enĩ incor ruptibilis / ⁊ ideo magis necessaria ꝙ̃ forma: cũ oĩs for ma sit corruptibilis / ⁊ ꝑ ꝯñs possit nõ esse: ⁊ hoc actione scðe cause: nõ aũt maťia. ¶ Ex quo sequit̃ q vt ens actu sumit̃ scðo modo: veʒ ꝓ necessario / magis est actus ma teria ꝙ̃ aliqua substãtialis corruptibil̃ forma. cũ hoc tñ stat q est ĩ potẽtia subiectiua seu passiua ad substãtialẽ formã. ¶ Et qñ dicit̃ q ens in actu ⁊ ĩ potẽtia opponũt̃. Dico q verũ est vt ista vniformiter / nõ aũt vt difformiter accipiunt̃: sicut accipiunt̃ cũ de materia ꝑ̃dicant̃. dicitur enĩ maťia ens in actu scðʒ se: ĩ potẽtia aũt respectu fořẽ: sicut ⁊ forma ipsa dicit̃ in potẽtia respectu materie in ꝙ̃ est receptibilis / ⁊ oĩs alterius forme ab ipsa ꝓducibil̃. ¶ Ad illa ꝙ̃ adducunt̃ ꝓ alia opinione. ¶ Ad primũ qñ dicitur q ex duob⁹ in actu nõ fit aliquid ꝑ se vnũ: aliqui respõdẽt: dicẽtes q verũ est ex duob⁹ existẽtibus ĩ actu formali. actus autem materie non est formalis. ergo ⁊c. ¶ Sed hoc nõ valet: q2 ex anima ⁊ corpore fit homo: et tñ nõ tm̃ anima sed etiã corpus ipʒ dicit formaliter actũ nec enĩ corpus anima ꝑfectibile est materia nuda spolia ta omĩ substãtiali forma. quare ⁊c. ¶ Et ideo aliter est di cẽdũ: veʒ q illud phi dictũ est intelligẽdũ qñ vtrũ ꝑ illo rũ duorũ est ĩ actu vltimo ⁊ ꝑfecto sibi ꝯueniẽti: sic q neu trũ est in potẽtia ad alterũ / nec ambo ad tertiũ. cui⁹ cõ trariũ est in ꝓposito de materia existẽte in potẽtia subie ctiua ad formã / ⁊ scðm aliquos etiã cũ ipa forma ad sub stãtiã ꝑ se vnã cõpositã resultantẽ. ¶ Ad scðm ꝯsĩr ẽ dicẽdũ. cũ enĩ ens actu non possit esse in nullo / nec ꝑ ꝯñs esse nisi in ente actualit̃ existẽte: nõ omne ens enti actua liter adueniens est actus: sed tãtũ illud qð aduenit enti in actu nõ existente in potentia ad actũ substantialem vł̃ teriorem: quale ens in actu nõ est materia / nec per conse quẽs est accñs sue substãtialis forme. ¶ Ad tertiũ dicũt aliqui: q q2 materia non est directe sed tãtum indirecte in genere substãtie / ideo phs dicit q non est quid hoc est aliqua substãtia ꝙ̃ sit in genere substãtie directe. ¶ Sed quia hoc est falsuʒ: materia enim ⁊ forma directe sunt in genere substantie / vt postea in sequentibus ostendetur: ideo aliter est dicẽdum: videlicet q materia dicitur non esse quid nec qualis nec quanta: quia nõ est diffinibilis a nobis nec scibilis nisi tãtũmodo ꝓpter formã. ex forma enĩ generabili ⁊ corruptibili arguimus materiaʒ. ¶ Ad quartum dicendum q phs non intendit dicere q subie ctũ motus sit ens / et generationis non ens simpliciter. impossibile enim est non ens entis esse subiectum. sed

vult dicere q subiectū motus est ens in actu simpliciter et perfecto: non sic autem subiectū generationis. ¶ Ad quintum dicēdū: q licet materia non sit a nobis scibil' nisi in analogia ad formā. scdʒ se eni intelligibilis est et scibilis sine forma: cū etiam realiter separata sit ab ipsa. ¶ Ad sextum dicendum: q in alteratione totum nō dicitur transire in totum quia subiectum forme accidētalis non est cum ipsa totum aliquod per se vnū: sʒ per oppositum quia subiectū aliquod totū vnū qđ per corruptionēʒ desinit esse: quia forma corrupta/in materia remanēte alia forma introducitur/et p consequēs aliud totum a potentia constituitur: ideo totum transire in totum dicitur: nō quin aliqd prioris toti⁹ veʒ corrupti maneat vel sit aliquid alterius totius veʒ posterioris producti. non enim quecunqʒ tota diuersa oib⁹ suis partibus oportet esse distincta. quare ₇c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: est opinio cuiusdā doctoris dicentis q materia distinguitur a sua potentia in re extra formaliter: non aūt realiter. ¶ Primū videlicet q distinguatur in re extra: probatur. quia impossibile est vnum et idem extra in re totaliter indistinctum esse certum eidem intellectui ₇ dubium/notum et ignotum. sed omnibus est certum ₇ notum q materia est de genere substantie: non autem sic est certum de sua potentia: veʒ an sit substantia. ergo ₇c. ¶ Secūdum: veʒ q distinguātur formaliter/probat: quia materia est absoluta: eius aūt potētia respectiua. sed omnia res distinguitē ad minus saltem in forma a suo fundamēto. ğ ₇c. ¶ Tertiū: veʒ q sit idem realiter/probat. quia omnia distīcta realiter sunt sepabilia actualiter. sed īpossibile est materiā a sua passiua potētia separi: ₇ ecōuerso potētiā a materia. ergo ista realiter sunt indistincta. ¶ Cōtra istā opinionē arguo primo sic. illo eodē materia ē forme receptiua/₇ p cōsequēs in potentia ad ipsam quādo nō habet eam: quo quando habet ipsam ipsi subijcitur/ac per ipm actualiter perficiē. ¶ Hoc appet. qꝛ sicut qđcūqʒ actiuū principiū illo eodem dicitur esse actiuū quando nō agit actualiter quo quādo agit: ita cōsiliter subiectū forme substantialis receptiuū/qđ est materia: eodē est ad formam ipsam in potentia ₇ eius receptiua quo ipsa quādo habet eā actualiter informatur. sed materia nullo a se distīcto mediāte absoluto vel respectiuo pficiē forma ipa substātiali. forma eni īmediate vnitur materie p ipsam pfectibili vt anima corpori/₇ forma corporis sue materie/₇ sic de oibus alijs. qre ₇c. ¶ Cōfirmaē. qꝛ substātialis forma nō informat nisi absolutā matie entitatē. sed scdʒ opinionē istā potētia materie nō est absoluta sed respectiua existēs vt in suo fundamēto ī entitate matie absoluta: p consequens est media inter materiam ₇ formā substātialem in ipa materia existētem. sed impossibile est inter immediate vnita quorū vnū īmediate informat alterū sicut forma substātialis informat materiā/eē aliqđ mediū nō informatū p alterū extremū puta p formā īmediate materiā informantē. ergo ₇c. ¶ Preterea scđo arguo sic ad idem. aut hmōi materie potētia informatur forma substātiali sicut ipa matia: aut nō. Si dicas q sic: ergo forma respectiua qual' vt dicta est potētia materie: est subiectū substātialis forme. qđ est oino impossibile. Si autē dicas q nō informaē: ergo hmōi matie potētia est distincta realiter a materia: qđ tu negas. ¶ Cōseqntia pbaē. qꝛ sicut est impossibile vnū ₇ idē realiter eē aliq̄ accñtali forma i..formatū simul ₇ nō īformatū: ita ₇ de substātiali forma q...qʒ ꝯsiliter est dicēdū: veʒ q impossibile est vnū realiter es... forma substātiali ₇ nō eē actualiter informatū. ğ sic... oē actualiter albū arguiē a quocūqʒ non albo realiter esse d...inctū. ita potentiā materie nō informalā substantiali forma oportet esse distinctā a materiē forma ipsa substātiali actualiter īformata. qre ₇c. ¶ Cōfirmaē. qꝛ si potētia materie est respect⁹ ipsi⁹ ad formā ipsi possibilē: aut est eadē potētia ī materia ad oēs possibiles sibi formas: aut alia ad vnā ₇ alia ad alterā. Sʒ nō pōt poni primū. qꝛ scđm eū vn⁹ respectus realis nō pōt esse ad plures ēminos. ergo relinquiē scđʒ: veʒ q tot sunt in q̄libet materia matie quot sunt possibiles ipsi forme: et p ꝯñs q̄si innumerabiles ₇ infinite. ¶ Tūc ex hoc dato arguo vlterius. Primo. qꝛ īpossibile est aliqđ ens creatū vnicū numero esse cū pluribus distinctis numeraliē vnū realiter. ¶ Hoc appet. qꝛ etiā ī diuinis diuine psone magis distinguunē inter se q̄ ab essentia. esto q scđm aliquos ab ipsa essentia distinguantur. qꝛ scđm eos ab essentia tm̄ formaliter/inter se aūt realiter distinguunē. ğ ₇ in ꝓposito hmōi potētias materie magis oportet eē īter se distinctas q̄ ab ipa matia distinguanē. sed a matia vt dicit formaliē distinguunē. ergo ₇ inter se realiter sunt distincte. sed īpossibile est vnā aliquā rē creatā eē a pluribus distinctis realiter indistinctā. hoc eni tm̄ ī diuinis ex fide ꝯcediē: vbi vna res simplicissima veʒ deitas ipsa est tres. nulla aūt res creata vnica pōt esse plures/nec per ꝯñs pōt esse idē realiter cū pluribus distinctis realiter. sed oportet plures materie potētias esse distinctas: maxime cū q̄cūqʒ distincta forāliē in re extra distinguāē realiter: vt in p̄mo prolixius est ostēsum. ergo oportet ꝯcedere materiā vnicā existētē eē ab oib⁹ suis potētijs q̄si infinitis ₇ innumerabilibus realiter differētē. ¶ Scđo. qꝛ forma substātialis existēs in matia informat ipsam/₇ oē qđ est realiter sibi idem. sed nō pōt informare aliquā suā potētiā si potētia ei⁹ ab ipsa matia sic ponaē eē distīcta tū qꝛ respectus nō pōt informari nec pfici aliquo absoluto: potētia aūt hmōi poniē eē respectiua. ergo nō pōt forme substātiali absolute eē subiecta. tū qꝛ cū sint matie potentie q̄si infinite ₇ inumerabiles vt dictū est: nec est aliq̄ rō q̄re magis vna ipsarū q̄ alia informeē forma substantiali materiā informāte: cū oēs ponanē eē ab ipsa vniformiter qꝛ realiter indistincte/p ꝯñs seq̄reē q q̄libet substātialis forma existēs in vnica matia actuaret seu actuaret seu informaret ₇ perficeret infinita/₇ esset actualiē in eisdē veʒ in hmōi potentijs innumerabilibus materie que ab ipsa ponitur esse distincte. hoc aūt est oino improbabile ₇ absurdū. ergo ₇c. ¶ Preterea tertio arguo sic ad idē. nō magis potētiā materie passiuā recipientē substātialē formā oportet esse aliquid in materia distinctū ab ipsa ₇ a substātiali forā: q̄ potētia sibi passiua seu receptiua forme accñtalis sit ī subiecto aliquid distīctū ab ipso ₇ ab accidēte. ¶ Hoc apparet. qꝛ nō īmediatius forma accñtalis informat subiectū q̄ substātialis materiā: nec magis subiectū seipso nullo mediāte est receptiuū forme accñtalis q̄ materia forme substātialis. sed potētia q̄ subiectū dr̄ eē accidētis realiter susceptiuū/nō ē in subiecto aliqd ab ipō distinctū. ergo ₇c. ¶ Minor simiē cū principali ꝯclusione/ ꝓbaē. qꝛ si potētia passiua materie vel subiecti ē aliqd positiuū ī matia ₇ ī subiecto ab vtroqʒ distinctū: ergo vtrūqʒ est sue potentie puta matia sue/q̄ ē ad formā substātialē: ₇ subiectū similiter sue q̄ est ad formā accñtalē/realiter susceptiuū: cū oē fundamētū sit relatiōis fundate in ipso realiter susceptiuū. Quero tūc quomō subiectū sit sue potentie susceptiuū: qꝛ aut seipso sic q nulla est potentia alia media passiua eius ad huiusmodi suā potētiā/nec materie ad suā: aut alia potentia mediāte. Sed non pōt poni scđm. qꝛ tūc esset ꝓcessus in infinitū in hmōi potentijs: nec esset dare passiuā in subiecto vel in materia primo receptam. ergo relinquitur secūdū. sed nō magis inter materiā ₇ substātialem formā et inter subiectum et formā accñtalē absolutaʒ oportet

ponere formam aliquā mediā ꝑ se vnā respectiuaȝ ab extremis distinctam ꝙ inter materiā ⁊ subiectū ⁊ inter formam eis possibilē respectiuā: qualis vt dicunt est ista potentia passiua materie ⁊ subiecti. eque em̄ immediate quacunq; mediāte potentia circūscripta pōt tā materia ꝙ subiectum recipe formā sibi possibilem absolutā sicut aliquam respectiuam. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si forte dicat ꝙ nō est sil̄: de ista passiua potētia materie vel subiecti ⁊ de alia forma materie vel subiecto possibili: q2 huiusmōi potētia est a suo fundamēto realr̄ indistincta a q̄ alia forma fundamēto possibilis absoluta realiter est distincta. ¶ Primo siquidem hoc nō valȝ: q2 falsum accipit. vt em̄ probatū est si talis potētia est a fundamento distincta oportet ꝙ realiter sit distincta. cū em̄ s̄m ipsos ens diuidatur in absolutum ⁊ respectiuum / tā ꝙ in magis distincta realiter ꝙ distinguant̄ īter se aliq̄ absoluta: p ꝯñs nō magis respectus in creatis pōt cum fundamento suo in idētitatē realem coincidere ꝙ ens aliqđ absolutum puta albedo vel intellectio cum suo subiecto. q2 sicut tu ponis duos respectus: quorum vnū dicis esse a suo subiecto realiter differētem: ⁊ aliū vocas transcēdētem vt istā potētiā a suo subiecto realiter indifferentē: ita etiam potes ponere duas albedines ⁊ duas intellectiōes / quarū vna sit a substantia realiter distincta: ⁊ alia sit ab ea realiter indistincta: qđ ē absurdum. quare ⁊c. ¶ Scđo. q2 esto ꝙ assumptū esset verum / vȝ ꝙ talis potentia sit ab illo cuius est realr̄ indistincta: ⁊ forma a fundamento suo possibilis realiter distincta: ex hoc non habet̄ qn̄ vna potentia posset esse in materia vel in subiecto mediante alia / sicut ⁊ forma ipsa potentia mediante. ¶ Primo. q2 ex q̄ plures ponunt̄ hmōi potentie / pōt inter ipsas poni aliq̄s ordo sic ꝙ vna ī suo fundamēto sit alia mediāte. ¶ Scđo. q2 lȝ forma a materia ⁊ a subiecto realr̄ ponat̄ esse distincta: tñ est in ea immediate: nec aliq̄ potētia īmediati⁹ vnit̄ materie vel subiecto ꝙ ipsa possibilis illi forma. ¶ Tertio. q2 hmōi forā possibilis materie vel subiecto non min⁹ realr̄ distinguit̄ a potentia materie vel subiecti ꝙ ab ipsa materia ⁊ subiecto. sed non obstante reali diuersitate forma ipa ⁊ potētia ista mediate vel subiectū immediate vniunt̄ qn̄ forma in materia vel in subiecto ponitur: nisi ponas potētiam vniri ⁊ subiici forme alia mediante potentia: ⁊ illa mediāte alia in īfinitū: qđ est īpossibile. ergo ꝯsiliter forma ipsa potest in materia vel in subiecto īmediate recipi quacunq; potentia alia circūscripta ab ipso subiecto vel a materia ⁊ a forma. ¶ Preterea q̄rto ⁊ vltimo cōtra opinionē istā sic arguo. non min⁹ realr̄ forma est receptibilis ī materia ꝙ ipsa materia sit eius receptiua. ergo nō magis oportet potētiā materie forme receptiue esse aliq̄d in materia distinctum ab ipsa ⁊ a forma / ꝙ potentiā forme receptibilis in materia esse in forma aliq̄d distinctū ab ipsa. sȝ potētia qua forā dicit̄ realr̄ esse receptibilis in materia nō est in ea aliq̄d distinctum ab ipsa. ergo ⁊c. ¶ Minor pbat̄. q2 si hmōi forme potentia est aliq̄d distinctum ab ipsa existens in ea: aut distinguitur ab ea tm̄ formalr̄ vel realr̄. si tm̄ forālr̄ et ē secū idē realr̄: ergo vnī⁹ forē nūero ē vnica potētia nūero: cū vt dictū ē idē nūero creatū nō possit esse idē realiter cū plurib⁹ distinctis numero. sed si est vna nūero non pōt esse respectus: cū s̄cđm ipsos respectus quicūq; distinguant̄ ex diuersitate terminoꝝ / sic ꝙ impossibile est vnum respectum esse ad terminos diuersos. termini autē hmōi potētie forme sunt diuersi puta oēs materie vel subiecta q̄cunq; in q̄bus est receptibilis ipsa forma. ergo ⁊c. ¶ Si aūt dicat̄ ꝙ distinguit̄ realiter. ergo potentia forme ē vna forma alia ab ipsa forma cuius dicit̄ esse potētia existēs subiectiue in ea: ⁊ ita p ꝯñs si oīs potētia q̄ forma est receptibilis in subiecto ē aliq̄d in ipsa distinctū ab ea sequitur ꝙ erit dare potētiam potētie in infinitū: qđ est absurdū. ¶ Consequētia ex hoc patȝ. q2 ideo vt dicūt oportet dare in forma potētiā ab ea distinctam / q2 forma ipsa est realiter receptibilis in materia vel in subiecto. sed nō min⁹ realiter hmōi potētia forme ab ea distincta realiter vel etiam tm̄ formaliter est receptibilis tā in ipsa forma cuius est potentia ꝙ etiam ī materia in qua recipit̄ forā ipsa: ꝙ forma cuius est sit receptibilis in materia vel subiecto. ergo in potentia forme erit duplex potentia. vna vȝ q̄ ipsa potentia est receptibilis in forma: ⁊ alia q̄ in materia cū respectus vt dicunt ex terminoꝝ diūa distinguant̄: ⁊ q̄ ratione ipa prima potētia forme est in forma ⁊ in materia mediātibus aliis duabus / eadē q̄buȝ illarū mediantibus aliis duab⁹: ⁊ sic p ꝯñs in īfinituȝ. quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄ q2 aut hmōi potentie forme informāt materiā forma informante ipsam: aut nō. si sic: aut omnes: aut p̄cise illa q̄ est ad materiaȝ actualr̄ informatā. si oēs: ergo cum iste sint q̄si innumerabiles: q2 tot vt dicūt quot sunt materie īformabiles vel subiecta q̄tum ad formā accidētalē: p ꝯñs seq̄t̄ ꝙ q̄cunq; materia vel subiectū forma aliq̄ informatū informat̄ actualiter respectib⁹ quodammō infinitis: quia vȝ tot potentiis quot possent subiecta per formā successiue vnum post alterum informari. hoc aūt est omnino impossibile ⁊ absurduȝ. q2 aut hmōi potētie innumerabiles forme informarent tm̄ materiā vel tm̄ subiectū sicut ⁊ ipsa forma: vel simul materiam ⁊ subiectum ⁊ oēs eius potentiaȝ passiuas infinitas. sed primū non pōt poni: q2 cū informatum aliq̄ ⁊ nō īformatum ipso realiter sint distincta: per ꝯñs si materia vel subiectū sic informaret̄ a forā ⁊ ab eius omnib⁹ potentiis ꝙ nulla materie vel subiecti potētia esset actualr̄ īformata / seq̄ret̄ ꝙ materia ⁊ subiectū realr̄ distinguerent̄ ab oī sua potētia / qđ est falsū etiā s̄cđm opinātē. ergo relinq̄tur s̄cđm: vȝ ꝙ quacūq; forma materiā informante infinita seu quasi innumerabilia informent ꝯsiliter infinita: puta oēs potētie forme oēs potētias materie. hoc autē est ridiculū ⁊ absurdū. ergo ⁊c. ¶ Si aūt dicat̄ ꝙ nō oēs potētie forme informent materiā vel subiectū: sed tm̄ illa q̄ est ad ipsaȝ vȝ ad materiā vel subiectū forma informatū: ergo seq̄tur ꝙ ista ab oībus aliis / q̄ tm̄ ponunt̄ esse realiter idē cū forma / est realr̄ distincta: qđ ē impossibile: q2 tunc forma vna nūero esset realiter identicuȝ distinctis realr̄: cū vt supponit̄ / sit idē cū oībus suis potentiis. sed hoc est īpossibile / vȝ aliqđ ens creatū vnū cē plura distincta realr̄. ergo ⁊c. ¶ Si aūt tertio dicat̄ ꝙ huiusmodi potentie forme non informant materiā: sȝ tm̄ fundamentū ipsoꝝ vȝ formā: ergo sequitur ꝙ forma ipa ab omnib⁹ hmōi potentiis realiter sit distincta: cū īpossibile sit vnum ⁊ idē realr̄ esse in aliq̄ ⁊ nō esse: informare ⁊ non informare tp̄m. hoc aūt non pōt poni etiā s̄cđm opinantē. ergo ⁊c.

Et ideo ad q̄stionē istā aliter est dicēdū

Ad cuius euidētiā pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ si potētia materie esset aliq̄d per se vnū existēs formaliter in materia siue absolutum siue respectiuū: sicut ponit opinio supradicta / talis potētia a materia ipsa realiter ⁊ essentialiter esset distincta. ¶ Hec pbat̄. q2 impossibile est vnū ⁊ idē realiter ī creatis esse in seipso vt ī fundamēto seu subiecto. ergo oē fundamentū seu subiectū creatū est a q̄cūq; ī ipso formalr̄ existēte realiter distinctū sed vt supponit̄ materia est realr̄ fundamentū seu subiectū sue potētie ad formā. ergo oportet potētiā istā a materia realr̄ esse distinctā. ¶ Confirmat̄. maxime si ponat̄ respectus. q2 sola diuina essentia ꝯcedit̄ cē ab oībus relationibus originis realiter indistincta. q2 sola ipsa est vna res ⁊ tres res. ergo impossibile est p̄ter ipsā reperire aliq̄d qđ sit plura. sed oē existēs in se vnū est illa oīa realiter a q̄b⁹ est realiter indistinctū. ¶ Hoc apparet. q2 nec ea

vnā essentiā esse tres psonas realiter est aliō q̄ ipsa3 eē ab eis realiter indistinctā. g̃ nullum vnicū vnū nūero ens creatū potest esse a plurib9 realiter indistinctū. sed hmōi materie potentie ponunt esse in materia plures numero quia tot sunt vt dicūt q̄ eas respectiuas ponunt / quot sūt possibiles ipsi forme. g̃ oportet materiā ab eis oībus realiter esse distinctā. ¶ Sed forte dicet q̄ hmōi materie potentie / l3 plures / sunt tn̄ inter se realiter indistincte: ideo possunt cū materia vnica realit̄ esse idē. ¶ Cōtra pmo. q: nulle relationū create sunt minus distincte / q̄ relatiōes originis increate. sed ille in aliq̄ inter se realiter sunt distincte / l3 sint ab essentia indistincte. g̃ rc. ¶ Scdo. q: q̄cunq̄ in creatis vt suppono hic ex alibi declaratis sunt distincta in re extra formalit̄ / z realit̄. sed hmōi potētie materie diuerse distinguunt̄ formalit̄ / vt pcedūt. g̃ rc. ¶ Cōfirmatur. q: oino est improbabile et absurdū ponere aliq̄ creata diuersa in re extra magis esse idē q̄ sint diuina supposita q̄ sūt vnica essētia simplicissima. s3 ipsa hoc nō obstāte sunt realit̄ distīcta. ergo multo magis q̄cūq̄ diuersa z distincta alia i creatis. ergo rc. ¶ Scda pclusio est q̄ si potentia materie poneret̄ esse aliqd in materia ab ipsa siue realiter siue qd est impossibile tn̄ formaliter distinctum rationabilius vel minus irrationabile esset ponere ipsa3 eē aliqd absolutum q̄ respectiuū. ¶ Hec pbat̄ primo: si ponat̄ realiter indistincta z tātum formalit̄ diuersa ab ipsa materia. Primo. q: respectus si est aliqd p se vnū distinctū ab extremis i creatis / magis distigūt̄ a quolibet absoluto q̄ vnum absolutū ab alio. ergo cū materia sit ens absolutum / magis sua potētia cū qua ponit̄ esse idem realiter debet poni esse absolutū q̄ aliqd respectiuū. ¶ Secundo. q: materia z oē qd est realiter idē secū est subiectū forme substātialis. sed nullus respect9 pōt poni subiectū alicuius entis absoluti. ¶ Tertio. q: nullus respectus i creatis est aliqd p se vnū distīctū ab extremis / vt suppono ex alibi declaratis. sed potentia materie ponitur esse tanq̄ aliqd per se vnū distinctū formaliter a materia z a forma. g̃ rc. ¶ Quarto. q: si non ponat̄ respectiua: z respectiua etiam dicat̄ esse aliqd p se vnū ab extremis distīctū multiplicabile ad multiplicationē terminoz: tunc oportebit ponere in materia potētias quodāmō īfinitas vl̄ saltē plures pter pluralitatē formarū ad quas est in potētia ois materia. nō aūt oportet ponere talē potētiarū multitudinē ia materia / ponēdo potentiā ipsam esse aliqd absolutū. s3 min9 irrōnabile est ponere i vna materia vnicā potentiā tn̄ q̄ plures z innumerabiles ab ipā formaliter differentes. ergo rc. ¶ Scdo pbatur pclusio supradicta cē lo q̄ potētia materie ponat̄ ab ipsa realit̄ esse distincta sicut z oportet pcedere / supposito q̄ ab ipā i re extra formalit̄ sit distincta. Primo. q: ponēdo ipsam materie potentiā esse respectiuā a materia realit̄ distinctā / oportet pcedere eam plurificari z diuersificari scdm pluralitatē z diuersitatē formarū materie possibiliū: z ita q: sunt materie forme possibiles tot oportet ponere in ipsa materia hmōi potentias respectiuas ab ea realit̄ differentes: qd ē oino icōueniēs z absurdū. qd q̄dē icōueniens nō oportet pcedere: si ponat̄ potētia ista esse i materia aliqd absolutū. q̄re rc. ¶ Secūdo. q: scdm ponētes formas hmōi respectiuas / nullus respectus magis a fundamēto realit̄ distinctus pōt esse sine termino existēte. sed materia est in potētia ad formam non existentē. g̃ talis eius potētia nō pōt esse forma respectiua ab ipsa realiter distincta. ¶ Tertio q: cum respectus vt pcedunt magis differat ab absoluto q̄ vnū absolutū ab alio / nulla apparet rō q̄re potentie distincte (vt respect9 ab absoluto) a materia insit sibi immediatius q̄ forma ad quā est ipsa potētia magis distincta a materia q̄ sit forma: z ita vel materia est receptiua illi9 potentie mediante alia: qd poni nō pōt. q: sic esset pcessus infinitus in hmōi potētijs: vt superius est argutum. vel sicut materia est immediate seipsa receptiua talis potētie: ita pōt psimiliter esse receptiua forē absq̄ aliqua potētia pcedente ab ipsa realiter differente. q̄re rc. ¶ Nec valet si dicat̄ q̄ materia immediate vnit̄ forme: nec p pñs potest esse inter ipsas aliqd mediū absolutum ab eis distinctum. q: quanto mediū magis est ab extremis distinctū tanto magis pter ipsum ipedit̄ immediate vnio extremoz: z ecōuerso quanto mediū inter aliqua extrema positū est ab eis magis indistinctū tanto ipsa extrema immediatius z ppinquius sunt vnita. sed si hmōi materie potentia ponat̄ esse forma respectiua distincta realit̄ a materia et a forma / magis ab eis erit distīcta q̄ si esset forma aliqua absoluta. g̃ rc. ¶ Tertia conclusio est: q̄ hmōi potentia materie nullo mō pōt esse aliqd per se vnum absolutum nec respectiuū distīctū ab ipsa materia in re extra. ¶ Hec apparet ex pcedentib9. q: vt dictū ē / talis potētia materie si esset in ipsa aliqd distinctum ab ea / esset distinctū realiter: qd non pōt poni. q: aut esset forma substantialis aut accidētalis. sed nō pōt poni primū. q: potētia ad oēm formam substātialē materie possibilē nullam formā substantialē exigentē nō pōt esse in materia aliqua substātialis forma. sed materia circūscripta ab ipā omni substātiali forma est realiter in potentia ad oēm formā substantialem materialē. g̃ talis potētia non est in ipsa aliqua substantialis forma nec accidentalis. q: materia non est receptiua immediatius forme accidentalis q̄ substantialis: nec mediante aliqua forma accidentali est in potētia ad aliquam formā substantialē: cum oībi accidēte remoto ipsa sit receptiua forme substantialis. g̃ rc. ¶ Quarta conclusio est: q̄ ola tria pdicta de potentia materie receptiue forme / vez q̄ si esset aliqd in materia distinctū ab ipsa esset realit̄ distinctū: qd q̄dem minus incōueniēs esset ponere absolutum q̄ respectiuū: z tertio q̄ nullo mō est ponendū aliqd tale distinctū: sunt consimilit̄ intelligenda de potētia forme q̄ ipsa forma dicit̄ esse receptibilis i materia / si substantialis: vel in subiecto / si accidentalis / et etiā de potētia subiecti receptiui forē accidētal. ¶ Hec apparet. q: vt arg istū est in pcedentib9 / non minus realit̄ subiectū est receptiuū forme accidētalis z ipsa in eo receptibilis z forma substantialis in materia: q̄ ipsa materia sit substātialis forme receptiua. g̃ si in materia ponat̄ talis potentia ab ipsa distincta: q: ipsa est forme receptiua psimiliter z psimilis in alijs oībus est ponēda. quare rc. ¶ Et si queras: qd ergo est ista materie vel forme potētia ex q̄ nō est aliqd absolutū nec respectiuū a forma z a materia distinctū? ¶ Respōdeo q̄ hmōi potētia nō habet qd rei: sed nois tm̄. q: nō significat aliqd p se vnū: s3 ipsa similit̄. est cū nomē pnotatiuū plura significās: vel vnu3 significās primo z aliud pnotans scdo. sicut potētia materie significat primo ipsam materiā: z connotat scdo possibilē sibi formam / z econuerso potētia forme receptibilis in materia significat primo formā z pnotat scdo materiā. nec cū materia ē forē receptiua: nec ecōuerso forā receptibilis i materia mediāte aliq̄ alio a seipā. ¶ Sic ad questionem.

¶ Ad rationes istius doctoris. Ad primā qn̄ dicit q̄ oībus est certū z notum q̄ materia est de genere substantie qd non constat de eius potētia: Dico q̄ oībus debet esse notum ex pcedentibus q̄ potentia huiuimodi vt distincta a forma z a materia / nihil ē: z ideo nullius generis ē. potest tn̄ vt autē est ipsa materia z forma / est cū eis eiusde3 generis ve3 substantie. ¶ Ad secūdam pcedo q̄ potentia est respectiuum: hoc est vni9 pnotatiuū z pluriū significatiuū. non est autem hoc qd significat aliqd p se vnū absolutu3 nec respectiuū distinctū a materia z a forma: vt supponit ratio illa. quare rc. ¶ Ad tertiam concedo q̄ est idem realiter ipsa potentia cum materia et cū forma. qd

tñ nõ põt ɔcedere ille doctor:nec ponere / lʒ ꝓbet:ex quo ponit potentias ipsas multiplicari ⁊ distingui formalr̃ tam inter se ꝙ̃ a materia in qua sunt vt dicit: sicut in suo ꝓprio fundamẽto. ¶ Ad rõnem ĩ principio dicendum: ꝙ sicut risibile est passio hoĩs:cũ tñ nõ dicat aliq̃d distinctũ ab eo ꝑter actũ ridendi ipsi possibilẽ cõnotatiuũ: sic ɔsĩr ter in ꝓposito de hmõi potentijs tam forme ꝙ̃ materie ẽ dicendũ.nulla em̃ passio demõstrabilis de subiecto dicit seu importat distinctũ aliq̃d a subiecto non vt actualiter sed tantum vt ei potẽtialiter inexistens. quare ⁊c.

Secundo quero: vtrum potentia forme actiua sit in ea aliq̃d ꝑ se vnũ absolutuʒ vel respectiuũ ab ipsa distinctũ. ¶ Et videtur ꝙ sic.qꝛ non magis potẽtia actiua forme sup̃me est in ipsa aliq̃d distinctũ ab ea ꝙ̃ potentia cuiuslibet alterius forme imꝑfectioris ⁊ inferioris.sed potẽtia ĩtel-lectiua ⁊ volitiua ⁊ alia q̃cũq; actiua spiritualis forme ĩ tellectiue q̃ ꝑfectior est alia oĩ forma/ẽ ab ipsa distincta ergo ⁊ cuiuslibet alterius forme corporalis seu materialr̃ substantialis vel accidentalis forme potentia actiua est distincta ab ipsa. ¶ Cõtra.quia nõ magis potentiã acti-uam forme oportet esse a forma distinctã ꝙ̃ potẽtiam ma-terie passiuã a materia. ¶ Hoc apparet.qꝛ sicut materia est imediate seipsa forme in ea receptibilis receptiua:ita ⁊ vna forma q̃libʒ est seipsa cuiuscũq; forme alterius ab ea ꝓducibilis ꝓductiua vt calor caloris:⁊ sic de alijs q̃-buscũq;.Sed potẽtia materie passiua nõ est in materia aliquid distinctum ab ipsa.ꝰ nec potentia actiua forme a forma. ¶ Responsio.vbi sic ꝓcedam.Primo em̃ ostendã q̃d non sit huiusmodi potentia actiua forme.Secundo in quiram quid sit.

Quantum ad primum pono duas con-clusiones negatiuas duarũ opinionũ exclusiuas. ¶ Pri-ma est:ꝙ potẽtia actiua forme non est ĩ ea aliq̃d respecti-uum ꝑ se vnũ ab ipsa ⁊ ab effectu sibi possibili distinctum aliq̃liter in re extra. ¶ Hec lʒ appareat ex dictis in q̃stiõe precedenti:probo tñ ipsam sic. Primo.illud quod conue-nit alicui seipso quocũq; alio circũscripto/nõ põt dicere ĩ ipso aliq̃d distinctũ ab eo. ¶ Hoc apparet ĩ exẽplo.qꝛ em̃ deus est sapiens seipso:nõ aũt hõ: ideo esse sapientẽ dicit in hoĩe aliq̃d distinctum:nõ aũt ĩ deo.sed esse actiuũ seu ꝓductiuum ɔuenit cuicũq; forme actiue vt calefactiuuʒ calori/⁊ sic de alijs / quocunq; alio distĩcto ab ipsa forma q̃ actiua dicit̃ circumscripto.ꝰ ⁊c. ¶ Maior ꝓbatur.Pri-mo q̃libet actiuũ pricipiũ illo ⁊ nullo alio dicit̃ esse actiuuʒ q̃ agit actualiter qñ agit.sʒ agẽs qñ agit / vt calor actu calefaciens seipso calefacit nõ aliquo mediãte respectu ab ipso distincto ⁊ a calore in passo ꝓducto.q̃re ⁊c. ¶ Se-cundo.quia non magis esse actiuũ ɔuenit alicui ꝑ aliquẽ respectum:nec ꝑ quodcũq; aliud a se distĩctũ: ꝙ̃ esse agẽs seu ipsa actio actualis.sed vt patet ex dictis in principio huius libri/actualis actio non est forma aliq̃ ꝑ se vna ab-soluta nec respectiua ab agẽte ⁊ ab effectu distincta.ergo nec actiuitas ipsa vel actiua potẽtia a forma actiua. ¶ Cõ-firmat̃.qꝛ sicut iter imediate vnita nullũ debʒ nec põt po-ni mediuʒ respectiuũ:cũ respectiuuʒ nõ minus sed magis differat ab absoluto ꝙ̃ vnũ absolutum ab alio:ita nec ĩter illa q̃rũ vnũ põt esse ⁊ est qñ est immediate ab alio/est po-nendũ aliq̃d tale mediũ respectiuuʒ.sʒ oẽ actiuũ pricipiũ est immediate effectus sibi possibilis ꝓductiuũ:⁊ effect⁹ ab ipso qñ ꝓducit̃ immediate ꝓducit̃/vt calor a calore ⁊ ignis ab igne: ⁊ sic de alijs.ꝰ ⁊c. ¶ Preterea scd̃o arguo sic ad idem.nullus respectus realis põt esse etiã scd̃m po-nẽtes ipsos ad terminũ nõ entẽ seu nõ actualr̃ existẽtẽ:sʒ actiua potentia est ad terminũ nõ existentẽ.est em̃ ignis ꝓductiu⁹ ignis non existẽtis/⁊ calor caloris:⁊ sic de alijs omnibus principijs ꝓductiuis:quoꝝ nullũ dicatur esse ꝓ-ductiuũ alicuius actualr̃:sed tñ possibiliter existẽtis ⁊ actu non entis.ꝰ ⁊c. ¶ Sed ad istã rationẽ respondẽt q̃-dam dicẽtes ꝙ lʒ respectus actualis ⁊ formalis a funda-mento realiter distinctus exigat terminũ actualiter exi-stentẽʒ/nõ tñ ipm̃ exigit aliq̃s respectus fundamentalis nec aptitudinalis / qualis ponitur esse iste. ¶ Contra.qꝛ aut intelligunt huiusmodi actiuã potẽtiã seu actiuitatẽ ipsam esse respectũ aptitudinalẽ q̃dditatiue:aut termina-tiue:qꝛ vʒ est ad terminũ aptũ natũ eẽ a fundamento pu-ta ad effectũ possibilẽ.Si primo mõ: falsũ est qd̓ dicunt. qm̃ licet calor actu non calefaciat:nec homo actu rideat actualiter tñ calor est calefactiuus ⁊ hõ risibilis.ꝰ si cale-factiuum ẽ aliq̃s respectus in calore fũdatus/nõ debet di-ci q̃dditatiue aptitudinalis:sed potius actualis.⁊ maxi-me cũ scd̃m ipsos sit a fundamẽto actualiter existẽte rea-liter indistinctus.Si autẽ scd̃o modo vocant ipsam potẽ-tiaʒ aptitudinalẽ/vʒ terminatiue:puta qꝛ ad effectũ pos-sibilẽ:ex hoc nõ seq̇t̃ cũ sint q̃dditatiue ⁊ formaliter actu-ales: ꝙ possint esse sine termino actualr̃ existente.qm̃ si ad omne possibile põt esse respectus aliq̃s actualiter ĩ fũ-damẽto/non existẽte possibili termino ĩ actu:vna albedo poterit poni similis albedini possibili ⁊ dissimilis nigre-dini nõ existenti:nec ꝑ ɔñs oportebit destrui relationem aliquã destructo termino q̃tũ ad eius existẽtiã actualẽ. sicut em̃ calor vt dicũt/refertur ad calorẽ sibi possibilem effectiue:⁊ hõ ad actuʒ ridẽdi:ita poterit referri actualr̃ vna albedo ad aliã non existẽtem ipsiq; esse similis:qd̓ est falsum.q̃re ⁊c. ¶ Preterea tertio arguo sic ad idẽ.aut ef-fectu in esse posito manet in eius cã eadem relatio q̃ pri⁹ erat in ea ad ipsam:aut non.sed neutrũ horũ ipsi pñt po-nere.quoniã sicut respectus aptitudinalis ad terminuʒ possibilem:ita actualis se videt̃ hr̃e ad terminũ actualẽ ergo non magis ad terminũ actualem est respectus apti-tudinalis ꝙ̃ ad terminum possibilẽ actualis.ergo posito effectu ad quẽ vt cãe possibilẽ erat ĩ ipsa cã respect⁹ apti-tudinalis:vt dicũt/nõ põt hmõi respect⁹ aptitudinalr̃ ma-nere:sed ipsi hẽt succedere aliq̃s ali⁹ actualis. Quod si cõ-cedãt / habent dicere consequenter hmõi respectum apti-tudinalẽ quẽ dicit actiua potẽtia forme/esse distĩctũ rea-liter ab ipsa forma:qd̓ tñ negant.ex quo seq̇tur ꝓpositũ vʒ ꝙ cuʒ posito effectu nihil qd̓ in cã ꝑfuit corrũpit̃ nec maneat in ipsa aliq̃s aptitudinalis respectus ad effectuʒ ipm̃ actualiter existentem:ꝙ nec talis respectus fuit in ipsa prius. ¶ Preterea quarto arguo sic ad idem. non ẽ ponenda pluralitas vbi nulla est necessitas.sed opinio po-nens hmõi actiuam potẽtiã forme esse aliquẽ respectum ab ipsa forma distinctum ponit in oĩ forma actiua ma-nifestam pluralitatẽ rerũ/cũ tñ nulla sit necessitas nec ẽt possibilitas.ergo ⁊c. ¶ Minor quãtuʒ ad primã ꝑtẽ/vʒ ꝙ ista opinio ponat ĩ omni forma actiua pluralitateʒ q̃si innumerabilem rerũ/apparet.qm̃ cũ secundũ ipsaʒ ⁊ ei⁹ defensores respectus non possit esse idem ad terminos di-uersos:per ɔñs ĩ oĩ forma actiua oportet ponere tot po-tẽtias hmõi respectiuas q̃t sunt effectiue alie possibiles sibi forme. ⁊ ita cũ oĩs forma actiua sit ꝓductiua infinito-rũ vnius post alterũ successiue/vt calor infinitorũ caloruʒ ⁊ ignis igniũ:⁊ sic de alijs:ꝑ ɔñs in oĩ pricipio ꝓductiuo erunt actualiter infinite quodãmõ ⁊ innumerabiles po-tentie ꝓductiue.ergo ⁊c. ¶ Scd̃a pars/videlicet ꝙ nul-la sit necessitas ponendi talia sic diuersa in forma aliqua actiua:apparet.qꝛ vt dictum est/omne actiuũ principiuʒ ꝓductiuũ seipso põt esse ⁊ est actiuũ:sicut ⁊ seipso ĩmedia-te agit non respectu aliquo mediãte.sed potẽtia hmõi ꝓ-ductiua seu actiua non ponit̃ in forma nisi ꝓpter [illegible] sibi possibilẽ.ergo cũ forma actiua possit in effectum [illegible]

possibilem per seipsum/oīno ē superfluū ⁊ pter necessitatē ponere in ipsa hmōi talē potentiā respectiuam. ¶ Tertia pars minoris predicte/vez ꝙ nec sit possibile talia ponere/probaꝛ. qꝛ aut hmōi actiue potētie forme sunt inter se ⁊ a forma distincte realiter: aut non. si sic: ergo in oīu forma actiua est res diuersa realiter ⁊ innumerabiles: qꝛ tot qᵗ sunt effectus sibi possibiles. hoc aūt est euidenter falsum ⁊ impossibile. tunc eñi seqreꝛ ꝙ calor pducēs calorē pduceret ī ipso calore pducto simul res īfinitas/puta hmōi diuersas formas respectiuas: vel ab ipō calor pductus pduceret in se casura ꝙ haberet ī se actu tot formas respectiuas tam inter se ꝙ a calore distinctas/quot sunt possibiles sibi calores: qđ est manifestū inconueniens ⁊ absurdum. quare ⁊c. ¶ Si autem dicaꝛ ꝙ hmōi actiue potentie respectiue sunt realiꝛ indistincte tam inter se ꝙ a forma: hoc est impossibilius ꝙ sit primū. Primo. qꝛ tūc seqreꝛ ꝙ vna res puta vnica forma numero esset idē realiꝛ cū infinitis. ¶ Scđo. qꝛ tunc relationes aliq̄ diuerse in creatis essent magis eedē ꝙ relationes originis ī diuinis: ⁊ alia multa seq̄rentur impossibilia totaliter ⁊ absurda. quare ⁊c. ¶ Ex pdictis apparet manifeste oīmoda impossibilitas opinionis dicentium: ꝙ hmōi actiua potentia est respectus aptitudinalis differēs a forma ipsa in qua existit vt in fundamento: sicut potentia passiua in materia/tātū formaliter: non aūt realiter: cum nulla relatio nisi sola diuina sit a suo fundamēto indistincta realiter: supposito vt supponit opinio/ꝙ sit in ipso tanꝙ forma aliqua p se vna ab eo distincta formaliꝛ: qđ tñ est falsum. ¶ Cōfirmatur Primo. qꝛ scđm ipsos ꝙ diuina essentia sit idē realiꝛ cū sua relatione a qua distinguiꝛ formaliꝛ: hoc ē qꝛ ia formaliter infinita. sed nihil ab ipsa essentialiꝛ distinctum pōt esse formaliꝛ infinitū. ergo nec a sua relatione q̄ distinguiꝛ formaliꝛ/ realiꝛ indistinctū. ¶ Scđo. qꝛ si ad oīe possibile est in illo cui illđ dicaꝛ eē possibile/aliq̄d respectiuū ab vtroq; distictū: cū actiuitas sit possibilis forme actiue de qua dicaꝛ non minus ꝙ effectus q̄ ab eo pgrediꝛ: per ꝯñs ita erit in forma actiua potentia pcedens ad aliam in infinitum/sicut ad ipsum effectum poniꝛ in forma pcedens potentia respectiua. ¶ Et si forte dicatur ꝙ nō est simile ppter duo. Primo. qꝛ actus siue effectus est a suo principio pductiuo realiter distinctus: ⁊ ideo ad ipm pōt esse ī forma actiua respectus: non autem ad actiuitatē ab ipō realiter indistinctam licet formaliter sit distincta. ¶ Secundo. qꝛ ad actualiter ⁊ īsepabiliter inexistens non pōt esse respectꝰ aliq̄s aptitudinalis. sed hmōi actiuitas forme semp est ⁊ insepabiliꝛ in ipsa forma actiua: non autem effectus seu possibilis ipsi actus nisi tñ habitualiter seu aptitudinaliꝛ. ergo ⁊c. ¶ Contra primū arguo. qꝛ constat ꝙ gñatiuitas ⁊ spiratiuitas in diuinis non distinguuntur realiter a termino genito ⁊ spirato: ⁊ tñ scđm ipsos sunt respectus fundamētales. ergo ad tales fundamētales respectus non reqriꝛ realis distinctio fundamenti a termino. ¶ Consequētia est euidens. Sed antecedens probatur. quoniam nihil est a verbo genito distinctum realiter nisi pater ⁊ spūs sctūs vel gñatio actiua ⁊ spiratio passiua. nisi ponas rerum multitudinem impossibilē in diuinis. sed gñatiuitas scđm ipsos non est formaliꝛ pater nec gñatio actiua: nec spiratiuitas est spūs sanctus nec spiratio passiua nec actiua nec ipsa spirans psona. ergo ⁊c. ¶ Preterea qꝛ lz ad respectū actualē distinctū a fundamēto realiꝛ reqraꝛ terminus a fundamēto realiter distinctꝰ: non tñ ad respectum q̄ est cum fundamēto idē realiꝛ: qualꝭ scđm ipsos est oīs respectus fundamētalis ⁊ aptitudinalis. quare ⁊c. ¶ Contra scđm arguo. qꝛ si ad actualiꝛ inexistēs non pōt esse respectus aliq̄s aptitudinalis: ergo actu ridēs non est risibilꝭ: nisi ponas ī ipso tot risibilitates quot sūt possibiles ipsi actus ridendi. ⁊ cū hoc seqꝛ ꝙ actu ridēs non erit risibilis risibilitate q̄ in ipō pfuit ad actū: licet possit dici risibilis respectu aliorum actuū sibi possibiliū. ⁊ tunc vlterius seq̄reꝛ ꝙ hmōi respectus non essent cum fundamento idē realiꝛ: cū p aduentum actuū tollerēꝛ: qđ tñ ipsi negant. quare ⁊c. ¶ Preterea. qꝛ esto ꝙ respectꝰ aptitudinalis reqrat terminū possibiliter nō semp ⁊ inseparabiliter existētē: non tñ hoc scđm eos reqrit fundamētalis respectus: cuiꝫ talis/vt dicūt/sit in diuinis adintra. Constat eñi gñatiuitatē ⁊ spiratiuitatē in diuinis esse ad terminos necessario ⁊ ineuitabiliter existentes. ergo ⁊ in pposito: lz actiuitas semp ⁊ inseparabiliꝛ suum actiuū prīcipiū comiteꝛ: ex q̄ tñ ab ipso formaliter distīguiꝛ/potest poni in fundamento/vez in ipso actiuo prīcipio / ad ipsaꝫ respectus aliq̄s fundamētalis/⁊ si non aptitudinalis/ab eiꝰ fundamento puta actiuo principio distinctus formaliter: licet secū idem realiꝛ. quare ⁊c.

Secunda cōclusio similiter negatiua est

ꝙ potentia actiua non est in forma aliq̄d p se vnū absolutū ab ea distinctum. ¶ Hec pbaꝛ. qm̄ si potentia actiua est aliq̄d absolutum a forma distinctū: aut ipsa actiua potentia est effectus pductiua/⁊ nō forma: aut ecōuerso forma ⁊ non ipsa potentia: aut vtrūq;. Si ponaꝛ primū: seqꝛ ꝙ potentia actiua sit a forma cuius est realiter distincta ⁊ nihilominus habeꝛ ppositū/vez ꝙ pductiuū prīcipiū seu actiuū non est a sua actiuitate distinctum. ¶ Primū apparet. qm̄ oē principiū pductiuū alicuius effectus est distinctus realiꝛ a q̄cūq; eius non pductiuo. ergo si potentia pductiua seu actiua forme est pductiua effectus: nō aūt forma ipsa cuiꝰ dicaꝛ esse ipsa potentia pductiua: seqtur ꝙ forma ⁊ eius potentia actiua sunt duo entia absoluta realiter inter se distincta: ⁊ per ꝯñs separabilia. seqtur vlterius ꝙ nulla forma est alicuius effectus principium pductiuum. qm̄ nihil est tale p seipm̄: qđ est tale p aliq̄d a se realiter distinctum ⁊ sepabile. sed potentia actiua qua omnis forma dicitur esse actiua/a forma/vt supponiꝛ/est realiter distincta: vt vnū absolutū ab alio. ergo non magis forma est actiua tali potentia mediante ꝙ vna forma mediāte alia ab ipsa realiter distincta. ¶ Scđm vez ꝙ hoc concesso adhuc habeatur ppositum/vez ꝙ forma actiua est a sua potentia actiua realiter indistincta/nec actiua potentia est aliq̄d absolutum in ea distinctum ab ipsa/apparet. qm̄ hmōi actiua potentia q̄ ponitur absoluta ⁊ a forma cuius est realiter distincta/non pōt esse nisi forma. nō eñi pōt poni materia hmōi. ergo actiua potētia est forma. de q̄ q̄ro: an sit actiua seipsa ad effectū sibi possibilē: an mediante alia actiua potētia absoluta. Cōstat ꝙ non pōt poni secundū. qꝛ tūc seq̄reꝛ euidenꝭ pcessus in infinitū. nec posset dari aliqua potentia absoluta seipsa actiua: sꝫ vna mediāte alia in infinitū. ergo relinq̄ꝛ primū: ꝙ vez hmōi potentia actiua absoluta a forma distincta/vt vna forma ab alia/sit actiua seipsa non mediante aliq̄ potentia actiua absoluta in ipsa actualiter existente: ⁊ hoc est propositum: vez ꝙ potētia actiua non est aliquid absolutum in forma necessario distinctum ab ipsa. ¶ Confirmaꝛ. qꝛ sola illa forma dicaꝛ actiua q̄ est effectus pductiua: non aūt illa a q̄ nullus pōt esse effectus. sed si potentia actiua ē distincta a forma vt absolutū ab absoluto ⁊ ab ipsa actiua potentia: nō aūt forma sit effectus: ipsa potentia actiua non forma sibi ꝯiuncta erit forma actiua. sed vt pbatū est non aliq̄ alio ꝙ seipsa. ergo actiua potentia non est in forma actiua distinctū aliqđ absolutum: esto ꝙ sit in forma q̄ nō dicaꝛ esse actiua: q̄lis est oīs distincta a potētia actiua vt vna forma absoluta ab alia absoluta. ¶ Si autem ponaꝛ scđm/vez ꝙ forma ipsa sit actiua: non aūt eius potētia absoluta: sequunꝛ eadem duo q̄ supra/ vez ꝙ est ab hmōi potentia actiua distincta realiter forma sua: ⁊ qꝛ for=

ma ipsa que vt distincta ab actiua potentia est a sua po
tentia actiua indistincta.qm̄ qd̄ seipso est actiuū non po
test esse aliqd̄ a sua actiua potentia distinctum.sed forma
q̄ ab actiua potētia vt absolutū ab absoluto est distincta
seipa/vt supponit/est actiua.ergo ipsa debet dici sicut et
vere est potentia actiua/non illud absolutū qd̄ in ipsa po
nitur vt non alicuius principiū ꝓductiuū. nihil eñ potest
dici actiuum principiū nisi qd̄ est alicuius effectus possi
bilis ꝓductiuū.q̄ non ponit esse potentia actiua vt a for
ma distincta.ex q̄ seq̄tur ꝙ nulla talis potentia est ponē
da actiua.sicut eñ nihil est in potentia passiua ad formā
nisi qd̄ pōt ipsi subijci ac ipsa ꝑficitata nec aliqd̄ pōt dici
potentia actiua a quo nihil pōt effici.quare ⁊c. ¶ Si aūt
tertio dicat ꝙ vtrūq; est actiuū/tā forma vel q̄ sua po
tentia actiua/tunc seq̄tur primo ꝙ ad oēm effectū ꝓdu
cendum habeant ↄcurrere due cause create effectiue:vel
forma ⁊ sua potentia ꝓductiua:⁊ nihilominus secūdo ha
betur ꝓpositum:vel ꝙ potentia actiua forme est ab ipsa
indistincta. ¶ Primū apparet.qm̄ ex q̄ calor ⁊ sua acti
ua seu calefactiua potentia sunt duo absoluta distincta
quorum vtrūq; agit vt supponit ad calorem: per ↄñs ca
lor ipse non pōt ꝓduci nisi a duobus causis efficientibus
vel a calore ⁊ a sua potentia effectiua . vel si pōt:frustra
ponit talis actiua potētia in calore ab ipsa vt absolutū
ab absoluto distincta. ¶ Cōfirmat.qꝛ ad calorem ꝓducē
dū non videt req̄ri aliqd̄ creatum effectiuum principium
nisi calor:nec aliqd̄ ad ignē nisi ignis:⁊ sic de oībus alijs
quare ⁊c. ¶ Scd̄m:vel ꝙ esto ꝙ assumptū sit verū:qd̄ tñ
est oīno absurdum: habetur intētū/vel ꝙ potentia acti
ua forme non sit distincta ab ipsa:apparet.qm̄ illud voco
forme potentiam ꝓductiuā seu actiuā fundamētaliter q̄
forma agit nō aliqd̄ ab ipa distinctum q̄ ipsa non agit:sed
illud agit ꝑ se:⁊ forma similit̄ semetipsa. sed vt supponit
potētia actiua forme ⁊ forma ipsa sunt duo absoluta/quꝛ
qd̄libet est actiuum/ ⁊ agit qm̄ agit actualit̄ ꝑ seipm̄.ergo cu
iuslibet actiua potentia est a q̄libet totaliter indistincta.
ergo ⁊c. ¶ Ex p̄dictis apparet oīno improbabilē esse et
impossibilem opinionē q̄rundam dicentium ꝙ potentia
actiua ⁊ oīs aptitudo alia est q̄dam absoluta ꝑfectio
vnitiue ↄtenta in eo cuius est/differēs ab ipso non realit̄
sed formalit̄ tantum.sup quā q̄dē ꝑfectionē absolutā in
forma ipsa vnitiue contentā fundat(vt dicunt)respectus
aptitudinal̄ real̄ fūdamētalit̄:nō aūt formalit̄:qꝛ nō ē for
malis. ¶ Primū/vel ꝙ sit aptitudinalis/ꝓbāt ꝑ hoc.qꝛ
fundat sup aptitudinē absolutā:⁊ ideo denoīatur aptitu
dinalis a fundamento. ¶ Scd̄m/vel ꝙ sit realis funda
mentaliter/ꝓbant.qꝛ respectus fundamētū non est reale
¶ Tertiū:vel ꝙ nō sit formalis/ꝓbant . qꝛ oīs respect᷒
formalis exigit fundamētū ⁊ terminū.sed iste non exigit
terminum:sed tm̄mō fundamentū.ergo ⁊c. ¶ Hec opinio
est īpossibilis q̄tū ad oīa sua ↄtenta.Est eñ primo falsū
⁊ impossibile primū qd̄ dicit/vel ꝙ actiua potentia ⁊ oīs
alia aptitudo sit ꝑfectio absoluta a forma distīcta forma
liter:⁊ indistincta realit̄. Primo.qꝛ nec in creatis nec ī oī
nibus reperiunt aliqua talia absoluta tñ formalit̄ ⁊ nō rea
liter distincta. ¶ Secūdo.qꝛ illud est potentia actiua pu
ta calefactiua a q̄ pōt esse calor effectiue. hoc autem ē ca
lor/non absolutū aliqd̄ in calore existens.nihil eñ est in
calore ꝓductiuum caloris īmediatius q̄ sit calor:nec in
forma ignis qd̄ sit ignis immediatius ꝓductiuū q̄ forma
ignis:⁊ sic de alijs.Et ita si calor non pōt agere ad calorē
nisi mediante tali ꝑfectione absoluta in ipō existente: nec
illa ꝑfectio poterit agere ꝑ seipam:sed mediāte alia in in
finitū:hoc aūt est impossibile.ergo stādū est in primo vel
in calore ⁊ in quacūq; forma alia actiua/concedēdo ipsā
esse actiuā seipsa non mediante ꝑfectione aliqua sibi ad
dita absoluta/ab ipsa quōcunq; distincta.quare ⁊c. ¶ Ex
hoc apparet scd̄o ꝙ falsum est illud qd̄ addit ista opinio
qm̄ dicit ꝙ sup aptitudinem supradictam fundat aptitu
dinalis respect᷒. Primo.qꝛ nec hmōi aptitudo ad agen
dum nec talis aptitudinalis respect᷒ est aliqd̄ ꝑ se vnū
a forma ipsa distinctum:vt in p̄cedentibus est ostensum.
¶ Secundo.qꝛ esto ꝙ talis respectus aptitudinalis eēt
aliqd̄ in re extra/illud debet poni opus immediatū ⁊ pri
marium fundamentū:sicut actus q̄ ponitur eius terminus
est possibilis effectiue.sed actus seu effectus forme possi
bilis non pōt esse ab aptitudine siue actiua potētia tāq̄
ab aliquo distincto a forma q̄ actiua dicit semetipsa. ergo ta
lis aptitudinalis respectus si esset nō esset in alio q̄ ī for
ma.quare ⁊c. ¶ Tertium qd̄ ponit opinio supradicta/vi
delz ꝙ talis respectus est fundamētalit̄ non formalit̄ rea
lis/est oīno etiā impossibile ⁊ inintelligibile.qm̄ aut vocat
eum fundamentalit̄ realem qꝛ est ipm̄ fundamentum ab
ipso extra intellectū penitus indistinctū:aut qꝛ est aliqd̄
ab ipso formalit̄ distinctum:sed realit̄ indistinctū. Si pri
mo modo/ↄcedo.sed hoc nihil ad ꝓpositum:qꝛ sic non ē
aliud secundū rem dicere ꝙ risibile dicit respectum fun
damentalē in hoīe q̄ ꝙ est extra intellectum totalit̄ idē
secū.⁊ sic non magis risibile potest dici respectus funda
mentalis q̄ ipse hō:nec magis pōt dici respectus funda
mentalis q̄ terminalis:cum etiā ↄnotet vt suū terminū
ipm̄ actū.Si aūt scd̄o modo vocat hunc respectum esse
aptitudinalem/ falsum accipit:⁊ coīcidit cū prima opini
one superius īprobata. ¶ Nec valet ratio quā adducit qm̄
dicit ꝙ eius fundamentū est reale.qm̄ idē non est funda
mentum sui ipsius . risibile aūt non dicit in hoīe aliqd̄ p̄
ter possibilem sibi actū:nec potentia actiua in forma ali
quid ab ipsa distinctum p̄ter effectum sibi possibilē ↄno
tatū.quare ⁊c. ¶ Et qm̄ vltimo probat ꝙ nō est respectus
formalis qꝛ non habet terminū:sed tm̄mō fundamētum
ↄcedo:⁊ ex hoc propositum infero:vel ꝙ non est aliqd̄ in
re extra nisi tñ ipm̄ actiuū principiū p̄ter actum seu ef
fectum possibilē ↄnotatū.oīs eñ respect᷒ in creatis fm̄
ponentes ipsos exigit necessario fundamētū ⁊ terminum
quantumcūq; a fundamēto modicum distinguat.q̄re ⁊c.
¶ Hec de primo.

Quantū ad secundū:vbi videndum est

quid sit actiua potentia forme:Dico ↄsimilit̄ de potētia
ista sicut dictum est de potentia materie passiua in q̄stio
ne alia p̄cedenti. ¶ Primo ꝙ si potentia ista actiua fo͛e
esset in forma aliqd̄ distinctū ab ea:non tñ formaliter:sz
etiā realit̄ esset distincta ab ipsa. ¶ Secūdo ꝙ minus in
conueniens esset ponere illud esse aliqd̄ absolutum q̄ ali
qd̄ respectiuū. ¶ Tertio:ꝙ neutrū est ponēdū . nec eñ ta
lis actiua potentia est in forma aliqd̄ ꝑ se vnū absolutum
nec respectiuū ab ipsa distinctū. ¶ Quarto:ꝙ potentia
actiua nō hēt q̄d rei:sed q̄d noīs tñ.plura eñ significat
seu vnū significat puta formam:⁊ aliud ↄnotat vt effectū
¶ Hec oīa declarant consimiliter sicut alia quatuor di
cta in q̄stione alia de potentia passiua materie fuerūt su
perius declarata. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rōnē ī pri
cipio dicendū/ꝙ falsū est qd̄ accipit in minori/ vel ꝙ po
tētie forme intellectiue sint ab ipsa distincte. in nullo eñ
volūtas intellectus ⁊ cetere aīe potentie distinguunt ab
aīa exceptis actibus ↄnotatis:cū ipa aīa sit immediatū
principium oīm actuū sibi possibiliū ꝓductiuū:vt postea
in sequentibus ostendetur. ¶ Et si dicat ꝙ nō:sed potētie
ab ipsa distincte sūt principiū oīm actuum/ tunc aīa nul
lius est actiua:sed tñ sua potētia q̄ est seipsa ꝓductiua:⁊
ꝑ ↄñs distincta ab aīa realit̄:vt vna forma actiua ab alia
nō actiua.⁊ cū potētia ipsa sit fo͛a seipsa actiua nō alia
in ipsa existente potentia mediāte:ꝑ ↄñs adhu[illegible] habet ꝓ
positum/vel ꝙ forma actiua non habet in se [illegible]

nõ tenꝫ aliquid ꝑ se vnū absolutum vel respectiuũ/ quo
mediante attingat effectum. quare ꝛc.

TErtio quero: vtrum omnis for
ma naturalis generabilis ꝑcedat ĩ materia ꝑsup
posita anteq̃ generet̃ q̃tũ ad aliquem sui gra-
dum. ¶ Et videt̃ q̃ sic. q: oẽ factum de nullo
eius ꝑsupposito est creatũ. sed nulla forma gñata natu-
raliter ẽ creata: cũ sit de aliquo sui facta. sed materia nõ
est aliq̃d sui. ergo oportet in materia ꝑcessisse aliquẽ gradũ
forme cuiuscũq; naturalit̃ generate. ¶ Cõtra. quia eadẽ
rõne forma totaliter põt nouiter generari/ sic q̃ nihil ei⁹
ꝑfuerit: qua genita põt totalit̃ corrumpi sic q̃ nihil eius
remaneat. ¶ Hoc apparet. q: agens naturale non corrũ-
pit in materia nisi q̃d in ipsa naturalit̃ ab agẽte ꝯtrario
est introductũ: sicut frigidũ nõ corrumpit nisi calidũ a ca
lido vel ab alio naturalit̃ calefactiuo ꝑncipio gñatũ. nul
lũ eñ ingenerabile est corruptibile. sed q̃libet agens cõ
trariũ corrũpit totam formã vt ignis aquam ꝛ frigus ca-
lorem: ꝛ sic de aliis. ergo ꝛ tota forma accidẽtalis vel substã
tialis est gñabilis ꝑ naturã: nec ꝑ ꝯñs ꝑsupponit̃ anteq̃
gñetur aliq̃s eius gradus. ¶ Responsio. vbi est videndũ
Primo/ q̃ forma vere ꝛ ꝓprie generat̃ seu ꝓducitur. Se
cundo/ q̃ nihil eius in materia ꝑsupponit̃. Tertio/ q̃ ex
hoc non seq̃tur q̃ creetur.

Quãtum ad primum philosophus pro
bat. 7. metaphy. q̃ forma nõ generat̃: sed ꝯpositũ. ¶ Pri-
mo. q: oẽ per se genitum est gñatũ ex aliquo sui. sed nihil
forme ꝑfuit ex q̃ forma ipsa potuerit gñari. materia enim
non est aliq̃d forme: sed ꝯpositi. ergo ꝛc. ¶ Secundo. q: illud
ex q̃ aliq̃d fit est eius principiũ ꝛ cã. sed materia non est
principiũ forme: sicut nec econuerso. sed materia ꝛ forma
sunt principia ꝯpositi. scd̃m eñ p̃hm quinto physicorum
principia non sunt ex alterutris. ergo ꝛc. ¶ Cõtra ꝯclusi
onem istã q̃ oĩno est irrationabilis/ aliqui arguũt. Primo
q: cũ vnitas gñationis accipiat̃ seu arguat̃ ex vnitate ter-
mini / oĩs gñatio ꝑ se vna habet vnũ terminũ. sed gñatio
forme accidentalis est ꝑ se vnũ ꝯpositum: aut ex forma ip
sa accidentali ꝛ subiecto nõ est aliq̃d per se vnũ. ergo nec
est hmõi gñationis terminus. nec subiectũ forme põt esse
eius terminus cũ gñatio ipsũ ꝑsupponat. ergo termin⁹ nõ ẽ
nisi ipsa forma accidẽtalis. ¶ Scd̃o. quia aut gñatio ac
cidentis ẽ vna essentialit̃ ꝛ per se: aut tñ ꝑ accidens. Si
primum: ergo habet vnũ terminũ ꝑ se q̃ non põt esse ꝯpositũ
ex subiecto ꝛ accidẽte: cum tale sit vnũ ꝑ accidẽs: sed tñ
forma accidentalis ipsa. Si etiã ponat̃ scd̃m/ idem seq̃t̃:
q: cum oĩe vnũ ꝑ accidẽs sit plura essentialiter: quorum
q̃libet est vnũ ꝑ se: ꝑ ꝯñs cum gñatio sit vna ꝑ accidẽs
includit plures generationes: quarũ q̃libet cũ sit vna per
se hẽt habere vnum terminũ q̃ non põt esse nisi aliq̃s gra
dus ipsius forme accidẽtalis. quare ꝛc. ¶ Tertio. q: cum
ex subiecto ꝛ accidente non resultet aliq̃d nisi sola relatio
vnionis: sed generatio accidẽtis terminetur non ad acci-
dens: sed ad ꝯpositũ ex ipso ꝛ ex subiecto: cuiuscunq; ac
cidentis gñatio terminaret̃ ad relationẽ: puta ad vnionẽ
accidentis cum subiecto: q̃d est falsum. ergo ꝛc. ¶ Sꝫ iste
rationes nõ concludũt. q: oẽs falsũ accipiũt ꝛ supponũt.
Prime eñ due accipiũt vel innuũt q̃ gñatio sit forma ali
qua ꝑ se vna distincta a generãte ꝛ genito. Tertia autem
accipit q̃ vnio accidentis cũ subiecto est forma aliqua re
spectiua similiter ꝑ se vna ab extremis vniis distincta. Q̃
primũ horũ non sit verum/ apparet ex dictis in principio
huius secundi. Q̃ nec secunduꝫ/ apparet ex dictis ĩ quar
to libro. ¶ Et ideo formã gñari seu vere ꝓduci non videt̃
mihi oportere probari nec posse etiam a priori: cũ sit quo
dãmõ ꝑ se notum cuicũq; videnti quid forma ꝛ q̃d ꝓduci

seu generari. sicut eñ cuilibꝫ intuenti subiectum in q̃ ẽ for
ma/ est notum formã illã existere in subiecto: ita cuilibꝫ vi
denti ignem ꝑñtẽ passo sub forma ꝯtraria existẽte puta
sub forma ligni/ est notum lignũ corrũpi: ꝛ ignis formã in
eius materia ꝑsupposita introduci. constat autem q̃ nec
forma ligni corrumpit nec forma ignis introducitur ab
alio agente creato q̃ ab igne. vel esto q̃ sic/ nihilominus
habet̃ ꝓpositum: vꝫ q̃ forma ignis veraciter gñet̃. qm̃ si
cut oĩs forma est subiectiue in illo q̃d sibi subiicit̃: ita etiã
est effectiue ab illo ad cuius ꝑñtiã seq̃t̃. oĩe ergo illud ve-
re ẽ ꝓductũ: cuius totum esse ad aliud seq̃tur: sicut econ-
trario oĩe illud vere est corruptũ/ cuius totum esse est de
structum. sed ꝯstat ad sensum q̃ ad ꝑñtiam agentis na
turalis destruit̃ tota forma opposita ĩ materia supposita
ꝛ seq̃tur q̃ non erat antea forma ꝓposita. ergo ista vere est ꝓ
ducta ꝛ alia interrupta siue corrupta. ¶ Confirmat̃ prio
q: excepto poterno supposito in diuinis nihil aliq̃d põt eẽ
realiter ꝓductuꝫ. ¶ Scd̃o. q: oẽ corruptibile est gene-
rabile. sed forma est corruptibilis/ vt apparet ad sensum
tã de accidẽtali q̃ de substantiali. calor eñ corrumpit̃ a
frigore ꝛ forma aque ab igne. ¶ Tertio. q: quãdo agens
naturale corrumpit aliquã formã ꝯtrariã/ ꝯmunit̃ gñat
ei incompossibilẽ ꝛ oppositam. q̃re ꝛc. ¶ Nec valet si di-
cat̃ q̃ forma non generatur ꝑ se: sed rõne compositi. Pri
mo. q: ꝯpositum ipm̃ est a forma ꝛ a materia realiter di-
stinctum. ¶ Scd̃o. q: si est aliq̃d distinctũ est posteri⁹ eis.
sꝫ nullũ prius ꝑsupponit̃ generari ratione posterioris ꝑ-
supponẽtis ipm̃: sed potius econuerso. ¶ Tertio. quia nõ
minus forma substantialis gñat̃ scd̃m se ꝛ corrumpit̃ nõ
ratiõe alicuius alterius: q̃ forma accidẽtalis q̃ nõ põt di
ci gñari nec corrũpi ratione alicuius compositi ex ipsa
ꝛ subiecto ꝑsupposito: cũ nullũ tale sit ꝯpositũ. ¶ Quar
to. q: q̃d generat̃ gñatione alicuius corrumpit̃ corruptio
ne ipsius: ꝛ ꝑ ꝯtrariuꝫ illud q̃d põt corrupto aliq̃ manere
etiam põt illo nõ gñato fieri seu ꝓduci. sꝫ si ꝯposita sibi
a partib⁹ est distincta/ ipsa corrupta seu quocũq; destructa
potest forma sicut ꝛ pri⁹ in materia remanere: vbi manẽs
est corruptibilis sicut ante. ergo sicut ꝑ se non rõne ꝯpositi ẽ
corruptibilis: ita ꝯsimiliter est generabilis. ¶ Quinto. quia
magis est naturaliter generabile ꝛ corruptibile illud cu-
ius totum esse põt fieri ꝛ destrui ꝑ naturã/ q̃ illud cuius
aliq̃d esse nec põt corrumpi nec fieri ꝑ naturam. sed si cõ
positũ a ꝑtibus est distinctum/ includit aliquid puta ma-
teriam ingenerabileꝫ ꝛ ĩcorruptibilẽ. q̃cũq; aũt esse forme
potest fieri ꝛ destrui ꝑ naturam. ergo magis forma est gñabi
lis ꝛ corruptibilis scd̃m se naturalit̃ q̃ ipsa substantia cõ
posita ex materia ꝛ ex forma. ¶ Ad primũ q̃d ꝑhus arguit
in contrariũ: qñ dicit primo: q̃ oĩe q̃d generat̃ ex aliquo
generat̃/ concedo vel ex aliquo sibi intrinseco q̃ddiratiue
vel ex aliquo sibi extrinseco subiectiue. primo mõ gñatur
ꝯpositũ/ supposito q̃ a ꝑtibus sit distinctum. ꝛ si hoc mõ
intelligat formã non generari/ sed ꝯpositum/ põt ꝯcedi il
lo supposito: vꝫ q̃ ꝯpositum a ꝑtib⁹ sit distinctũ: cũ hoc
tñ stat generari formã ipsaꝫ vere ꝛ ꝓprie scd̃o mõ ex aliq̃
seu in aliq̃ sibi extrinseco puta in materia ꝑsupposita ei⁹
subiecto. ¶ Ad scd̃m dicẽdum q̃ immo materia est forme
principiũ non ipsi intrinsecum sed extrĩsecũ q: subiectiuꝫ
est receptiuum. nec naturaliter generabile aliud requirit
principium q̃ tale subiectũ. q̃re ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secũdũ dicendum est bre
uiter: q̃ nulla forma gñabilis habet ĩ materia ꝑsupposi-
ta vel subiecto anteq̃ gñetur aliquẽ sui gradum. ¶ Hoc
põt ꝓbari. q: omnis forma naturaliter ꝓducibilis est sub
stantialis vel accidentalis. sed nulla istarũ ꝑsupponit̃ ali
q̃d sui in materia anteq̃ gñetur. ergo ꝛc. ¶ Minor ꝓbat̃
ꝛ primo de forma substantiali. qm̃ si omnis forma substan-

tialis generabilis hēret in materia in q̄ est naturaliter in troducibilis aliquē sui gradum sibi intrinsecū: cum q̄libꝫ materia sub q̄cūq; existens forma sit ꝯtā est ex scō oīs forme ḡnābilis receptiua ēt naturalit̄: saltē oīs materia existens sub forma corruptibili: per ꝯñs seq̄ret̄ ꝙ in qualibꝫ materia cuiuscūq; rei corporalis esset actualit̄ oīs forma ḡnābilis quantū ad aliquē sui gradum. hoc aūt est inconueniens manifestum. ¶ Primo. quia tunc quodlibet anteqū fieret/esset in q̄libꝫ. ¶ Scdo. q2 eadeꝫ forme generabilis esset in diuersis materijs/puta in oībus ī q̄bus cēt ḡnābilis scdm aliū ⁊ aliū sui graduꝫ. nō eñ vnus ⁊ idem eiꝰ gradus ī nūero posset cē ī diuersis. ⁊ ita tūc tot gradꝰ seu indiuidua forme ḡnābilis p̄cederent formam ipsā anteq̄ fieret q̄t essent subiecta forme huiꝰ susceptiua: q̄d est oīno absurdū. ¶ Tertio. quia forte nō oēs forme ḡnābiles sunt intēsibiles ⁊ remissibiles. sed forā nō intensibilis non pōt esse in aliquo nisi scdm essentiam suā totā. ḡ ⁊c.

¶ Ex eisdem seq̄tur ꝙ nec forma accidentalis ḡnābilis p̄cessit anteq̄ fiat scdm aliquem sui gradū. Primo. quia tunc seq̄ret̄ ꝙ in quolibꝫ subiecto essent actualit̄ oīa accidētia quoꝝ ip̄m est naturalit̄ receptiuuꝫ: ⁊ ita oē corpꝰ esset album ⁊ nigrum calidū ⁊ frigidū ⁊ quocūq; alio accidente sibi possibili informatū: q̄d est ꝯtra sensū. ¶ Scdo q2 non magis aliqua accidentalis nec etiā substantialis forā hēt aliq̄d cē ante sui ḡnātionē q̄ post sui corruptionem aliquid eius remanet. sed post sui corruptionem nihil eius remanet. nihil enim forme aque remanet post formam ignis ipsam corrumpētis in eius materia introductā. ḡ nec aliq̄d eius p̄fuit ante ip̄am genitā: cū agens cōtrarium non corrumpat nisi quod ab alio agente contrario fuerat ḡnātum. ¶ Preterea ad idem arguo sic. si oīs forma substātialis ⁊ accidētalis naturalit̄ ḡnābilis p̄habere anteq̄ ḡnāret̄ ⁊ necessario p̄supponeret ad hoc ꝙ naturalit̄ ḡnāri posset aliquem sui gradū: aut hm̄ōi gradus p̄suppositus esset naturaliter aut supnaturalit̄ tm̄ ꝓductus. Sed non pōt poni primū: si oē naturaliter ꝓductum p̄supponit aliq̄d sibi intrinsecū: q2 tunc q̄rerem de illo gradu p̄supposito naturalit̄ ꝓducto/an p̄supponeret aliq̄d: an non. si sic ⁊ p̄suppositum silr̄ naturalit̄ est ꝓductū: q̄rā de alio p̄supposito in īfinitū. Si autem dicat̄ ꝙ ille gradus p̄suppositus non p̄supponit aliquē aliū: ḡ falsum est illud assumptū: vꝫ ꝙ oē naturaliter ꝓductū p̄supponit aliquē gradum sibi intrinsecum. Nec pōt poni scdm/vꝫ ꝙ talis gradus p̄suppositus sit supnaturalit̄ creatus. tunc eñ seq̄retur ꝙ nullum agens creatū possꝫ in aliquē effectum nisi p̄supposito aliquo priori eiusdem rōnis cū illo a deo creato. ⁊ ita oē subiectum existens sub forma aliqua ī ipso naturaliter ītroducta / esset simul sub alia creata ⁊ supnaturalit̄ habita: vt oē albū esset duplici albedine albū/generata vꝫ ⁊ creata: ⁊ oīs ignis similit̄ generatꝰ esset cū igne creato: ⁊ sic de quolibet alioꝝ. hoc autem est inconueniēs. ḡ ⁊c. ¶ Confirmat̄. q2ñ continēs virtualit̄ aliquē effectum ꝯtinet quemcūq; aliū eiusdē rōnis cū illo nec pfectiorem ipso. sed gradus forme ḡnānde p̄suppositus est eiusdē rōnis vt supponit̄ cū forma ip̄a naturaliter generata: nec est pfectior immo impfectior q̄ sit ip̄a. ḡ ab eodem agente pōt vterq; gradus fieri/vꝫ tam genitus q̄ alius p̄suppositus. q̄re ⁊c. ¶ Preterea coꝝ q̄ sunt eiusdē rōnis neutrū p̄supponit alterū necessario magis q̄ ecōuerso. sed gradus forme p̄suppositus ⁊ introductus sunt eiusdē rōnis/vt ꝯcedit̄. ḡ nullius ꝓductio ꝓductionē alterius p̄supponit necessario magis q̄ econuerso quare ⁊c. ¶ Hec de scdo.

Quātum ad tertiū & vltimum: dicēdū est ꝙ solum illud dicitur esse creatū cuius nihil sibi intrinsecum fuit p̄suppositū nec subiectuꝫ. ex q̄ seq̄t̄: ꝙ cum oīs forma generata naturaliter sit ꝓducta ī subiecto p̄supposito: ꝙ nō dicat̄ esse creata.

Quantum ad primū: est opinio cuiusdā doctoris subtilis φ licȝ negatio vt a priuatiōe distīcta nō dicat aliqd in re extra: ꝓuatio tñ ipsa q̄ est remotio habit⁹ aliqñ inexistētis vel inexistere possibil̄ subiecto ꝓuato / vt se hȝ cecitas in aīali ⁊ tenebra in medio luminē ꝓuato / ē aliqd actualiter ī re extra / puta ī subiecto vt cecitas in oculo ⁊ tenebra ī medio tenebroso. ¶ Pro ista ꝯclusione arguit p̄io sic. nullus hit⁹ remouet̄ formaliter / sȝ effectiue a subiecto nisi ꝓpter aliqd incōpossibile suo subiecto formal̄r inexñs: siue tale sit positiuū siue tñmō negatiuū. sed lumen qđ prius fuit in medio remotū ī postea real̄r eẋ aīaȝ ab ip̄o: ğ hoc nō fit nisi ꝓpter aliquod īcōpossibile sibi et⁹ subiecto adueniēs ipsiq; actualit̄ inexñs. sȝ cōstat φ hoc nō pōt forma aliqua positiua: cū lumen nō habeat cōtrariū: sed tñ ꝓuatiue oppositū. ğ hoc hȝ eē aliqd priuatiuū / puta tenebra ipsa aeri eẋ aīaȝ real̄r inexñs. ¶ Scđo arguit sic ad idē. oīs realis mutatio extra aīaȝ habet vtrūq; terminum / vȝ a quo ⁊ ad quē / eẋ aīam exñtē. sed corruptio est q̄dā realis mutatio eẋ aīam: cui⁹ terminus ad quē est nō esse seu ꝓuatio forme corrupte. gñatio etiā hȝ ꝓ termino a quo nō eē ipsi⁹ forme genite. ğ hmōi nō eē seu ꝓuatio forme cū sit terminꝰ a quo gñatiōis ⁊ ad quē corruptiōis debe ē eẋ aīaȝ in subiecto vtriusq; istarū mutationū realiū gñatiōis et corruptiōis eẋ aīaȝ exñtis. ¶ Cōfirmat p̄mo. qȝ oīs oppō eẋ aīaȝ hȝ vtrūq; terminū eẋ aīaȝ. sȝ īter hitū ⁊ priuatiōnē sicut inter lucē ⁊ tenebrā / visū ⁊ cecitatē est eẋ aīaȝ realis oppositio. ergo ⁊c. ¶ Scđo. qȝ philosophus. v. physicoꝝ vt diuisit mutatiōes diuersas: quarū alia est vt dicit a subiecto in subiectū: alia a subiecto in nō subiectū: ⁊ alia ecōuerso a nō subiecto in subiectū: subdigit. Dico aūt subiectū affirmatiue mōstratū. ğ ꝓuatio forme quā ipse ibi accipit ꝓ nō subiecto / sicut ⁊ subiectū ꝓ forma / est scđm intētionē et⁹ formal̄r extra aīam in subiecto. Aliam aūt partē ꝯclusionis p̄dicte: vȝ φ negatio vt a ꝓuatiōe distincta / qualis ē oīs negatio forme īpossibilis subiecto negato vt nō hō in asino / ⁊ negatio alterius impossibilis cuiuscūq; dicta de illo cui illud est īpossibile qđ nō negat̄ / nō sit formal̄r in re extra: ꝓbat. qm̄ illa negatio nō est aliqd in re extra cui⁹ affirmatio nō remouet̄ real̄r a sbō. ¶ Hoc appet. qȝ cū negatio nō sit nisi affirmatiōis ꝛmotio: ꝑ ꝯñs sola illa negatio ē real̄r cuius affirmatio quā negat remouet̄ real̄r et extra aīaȝ a subiecto. sed affirmatiōes negationū a ꝓuationib⁹ distinctarū nō remouent̄ realiter ab illis de quibus negationes ipse hmōi conceduntur: qȝ qđ est impossibile alicui nō pōt ab ip̄o realiter remoueri. sȝ affirmatiōes taliū negationū sunt impossibiles oībus de q̄bus dicunt̄ negationes: sicut hō est impossibil̄ cuiq; qđ dr̄ nō homo: ergo nec remouet̄ nec pōt remoueri real̄r ab ipso: nec ꝑ ꝯñs nō homo est in eo. quare ⁊c. ¶ Preterea ad idē arguit qȝ si tales negationes essent in illis de q̄bus dicunt̄ hoc nō esset nisi qȝ nō sūt ī eis opposite affirmatiōes: ğ ꝯsil̄r debēt in eis negationes hmōi poni: sicut nō sunt ibi affirmationes. sed affirmatiōes ipse nō sūt aliqd intra nec extra essentiā alicui⁹. nō eñ hō est formaliter lapis nec deus in p̄io nec in scđo modo nec aliq̄ mō alio: ergo ꝯsil̄r nō lapis ⁊ nō deus debet poni intra hoīs essentiaȝ tā p̄mo q̄ scđo mō. hoc autē est euidēter falsuȝ. ergo ⁊c. ¶ Sed ista opinio est oīno impossibilis: qȝ ꝯtradictoria ⁊ incōpossibilia accipit ⁊ concedit: vȝ φ illud qđ est nihil formalit̄ ⁊ total̄r sit aliqd real̄r. qm̄ nihil est actualiter ī aliq̄ extra aīaȝ exñte: nisi qđ in se est aliqd. ¶ Hoc appet. qđ eñ nihil ē / ī nullo real̄r esse pōt. sȝ scđȝ opinionē istā ꝓuatio vt a negatione pura distincta est realiter extra aīaȝ in subiecto: ⁊ tñ ꝓuatio (vt dicit) nihil est positiue: ergo cōcedit opinio ista ꝯtradictoria ⁊ īcōpossibilia manifesta: vȝ φ vnum ⁊ idē sit aliqd ⁊ nō sit aliqd. ¶ Cōsequētia est euidēs. qȝ vt dictū est / oē qđ est real̄r eẋ aīam in aliquo / est aliqd formal̄r in seipso. sed ꝓuatio vt dicit ista opinio est real̄r in subiecto ꝓuato: ⁊ tñ vt dicit nō est aliqd in seipso. ergo est aliqd: ⁊ nō ē aliqd. Nec valȝ si dicat̄ φ: sȝ priuatio nō est aliqd positiuū est tñ aliqd negatiuū. qȝ dicere aliqd negatiuū / est dicere aliqd ⁊ nihil. qđ eñ est negatiuū vel ꝓuatiuū est total̄r nihil: nec ꝑ ꝯñs pōt esse aliqd in seipso: nec real̄r existere ī aliquo alio. quare ⁊c. ¶ Confirmat̄. qȝ nihil est real̄r ī aliquo ente positiuo eẋ aīam exñte / nisi qđ est ipsi realiter vnitū tanq̄ aliqd ab ipso realiter distinctū: vel qđ est ab ipso realiter indistinctū: modo quo dr̄ φ relationes originis sunt in diuina eēntia qȝ īdistincta real̄r ab ipsa. sȝ ꝓuatio neutro istoꝝ modoꝝ pōt eē ī subiecto ꝓuato. nec eñ tenebra est in medio: nec cecitas in oculo / tanq̄ aliquid alteri vnitū ⁊ ab ipso realiter distinctū: nec tāq̄ aliquid realiter īdistinctū. qđ eñ in se nihil est / nulli vnitū aliquo mō existere pōt. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idē. iō pura negatio a ꝓuatione distincta non est nec esse pōt aliqd real̄r in subiecto negato cui repugnat affirmatio opposita negata: qȝ ipsa nō est aliqd in seipsa. ¶ Hoc appet. oē eñ qđ est aliqd realiter extra aīam in seip̄o / pōt esse in aliquo alio: ⁊ ꝑ contrariū solū illud qđ nō est real̄r aliqd in seipso / nō potest eē real̄r in aliquo alio. sed ꝓuatio nō magis est ī seipsa aliqd real̄r extra aīam q̄ pura negatio. nō eñ magis tenebra vel cecitas est aliqd in seipsa real̄r q̄ nō hō vel nō lapis: ergo nec magis real̄r tenebra est in medio: nec cecitas ī oculo: q̄ nō hō vel nō lapis vel nō de⁹ in angelo. ¶ Cōfirmat̄. qȝ licȝ visus remoueat̄ ab oculo / ⁊ lumē a medio / nō tñ ꝑ aliqd nouiter superueniens oculo nec medio / magis q̄ deus remoueatur ab angelo: nec quecunq; affirmatio alia ab illo in qua nunq̄ fuit: qȝ ipsi īcōpossibil̄ existit. ergo lȝ visus remoueat̄ ab oculo: ⁊ lumē a medio: ⁊ oīs ali⁹ habit⁹ a subiecto priuato: non autem affirmatio a subiecto negato: ex hoc nō sequit̄ φ magis ꝓuatio q̄ negatio sit real̄r extra aīam in subiecto. ¶ Consequentia est euidēs. Primo. scđȝ opinātē iō ꝓuatio est real̄r extra aīaȝ / nō aūt negatio / qȝ ꝓuatio ē realis hit⁹ remotio / nō aūt negatio: cū nūq̄ infuerit subiecto negato ipsi opposita affirmatio. sȝ nō magis remotio illi⁹ forme q̄ remouet̄ a subiecto ꝑ nihil superueniēs a subiecto ⁊ a forma remota distinctū est real̄r ī subiecto: q̄ negatio illi⁹ forme cui⁹ nulla ē nec eē pōt remotio a subiecto. ¶ Secūdo. qȝ coꝝ quoꝝ nullū est realiter aliqd in seipso magis q̄ alterū vnū nō magis pōt esse q̄ alterū ī aliquo eẋ aīaȝ exñte. sȝ ꝓuatio vt dictū est nō magis est aliqd in se ipsa q̄ negatio pura. ğ ⁊c. ¶ Tertio. qȝ sicut vt ipse arguit illa negatio nō est aliqd ī re eẋ cui⁹ affirmatio ñ remouet̄ real̄r a subiecto: ita nec illa ēt ē aliqd real̄r ī sbō cui⁹ affirmatio ñ rēouet̄ ꝑ aliqd adueniēs sbō ⁊ distictū ab ip̄o. sȝ talis ē oīs ꝓuatio vt a negatiōe distincta. ğ ⁊c. ¶ Preterea arguo sicut ip̄e arguit. si ꝓuatio puta tenebra ē real̄r ī medio / hoc ñ ē nisi qȝ hit⁹ puta lumē nō ē in ip̄o. ğ ꝯsimilit̄ debet poni ī ip̄o tenebra: sicut nō est ī ip̄o lumē quo dr̄ esse priuatū. sed sicut hō non est formalit̄ lapis nec deus in p̄imo nec in secundo modo: ita nec mediū carēs lumine est aliquo mō illuminatū: ğ tenebra ē oī mō tā p̄imo q̄ scđo in ip̄o: qđ falsū est. q̄re ⁊c. ¶ Preterea nō magis remotio illi⁹ forme seu negatio q̄ remo

uetˀ a ſubiecto abſqꝫ forma aliqua poſitiua ſibi in ſubiecto realiť ſuccedēte eſt realiter in ſubiecto: ꝙ negatio illius q̄ remouetˀ mediāte forma ꝯtraria poſitiua ſibi realiter ſuccedēte. ſꝫ negatio ſeu corruptio vł remotio vniꝰ forme ꝯtrarie ꝑ aliam / nō eſt realiť in ſubiecto ex̄ aīam: ergo multo minꝰ ꝓuatio / puta tenebra / q̄ eſt remotio forme vniꝰ ſine poſitiōe alicuiꝰ alteriꝰ / erit realiť ex̄ aīam ī ſubiecto. ¶ Minor appꝫ. qm̄ licet nigredo adueniens ſubiecto poſt albedinē ſit realiť ī ipſo in quo fuit prius albedo: nō tn̄ nō albedo remota ꝑ nigredinē vt ab albedine ⁊ nigredine diſtincta eſt in ipſo realiť magis ꝙ albedo. imo eſt īpoſſibiliꝰ nō albedinē eſſe realiter in ſubiecto ſub ꝯtraria / puta ſub nigredīe exñte / ꝙ albedīeꝫ. qꝛ ē nihil pōt eſſe in ſeipō formaliť impoſſibile eſt eſſe in aliquo realiter. ſꝫ nō albedo nihil eſt in ſe formaliť: ḡ ī poſſibiliꝰ eſt ipſaꝫ ꝙ albedinē eſſe realiter ī ſubiecto ſub nigredine exñte. ¶ Cōfirmatˀ. in eodē ſubiecto, poſſunt ꝯtraria ſimul eſſe: ⁊ ꝑ ꝯñs albedo ⁊ nigredo. impoſſibile aūt eſt nō albedinē vel nō nigredinē vel aliā quācūqꝫ negationē exiſtere realiť ī ſubiecto. q̄re ⁊c. ¶ Hec de prīo.

Quantum ad ſecūdum: vbi ad queſtionē iſtā eſt aliter reſpōdēdū: eſt ſciendū ꝙ alia eſt oppoſitio q̄ dr̄ de rebꝰ extra aīam exñtibus ſignificatis: ⁊ alia q̄ dr̄ eē ī vocibꝰ vel ꝯceptibꝰ taliū rerū ſignis. Loq̄ndo eñ de oppoſitiōe q̄ eſt inter res extra aīaꝫ exñtes / talis oppoſitio ñ eſt niſi oppoſitio ꝯtrarioꝝ: q̄ tm̄ eſt īter res ꝯtrarias ſeu incōpoſſibiles dimiſſis ſignis ꝯplexis: īter q̄ ēt dr̄ eē oppoſitio ſignoꝝ. Incōplexoꝝ oppoſitoꝝ alia dicuntˀ ꝯtraria vt illa q̄ ſignificāt diuerſa poſitiua q̄ nō poſſunt ſimul ineē, eidē: nec ꝑ ꝯñs talia poſſūt verificari inſimul de eodē: vt iſti termini albedo ⁊ nigredo: vł album ⁊ nigrum. Alia aūt ſunt q̄ idem ſignificāt differēter: qꝛ qꝺ vnū ſignificat poſitiue ſeu affirmatiue alterū īportat negatiue nihil ſignificando affirmatiue. ⁊ talia dicuntˀ ꝯtradictoria vt hō ⁊ nō hō: ens ⁊ nihil. nō homo ſignificat hoīem ⁊ nō ens ſeu nihil aliq̄d negatiē. Alia aūt ſunt quoꝝ vnū ſignificat ꝑciſe aliq̄d poſitiue ⁊ alterū ſignificat illō idē negatiue: cū ſignificet aliq̄d aliud poſitiue. ⁊ hoc mōſe hñt habitꝰ ⁊ ꝓuatio vt lux ⁊ tenebra viſꝰ ⁊ cecitas. idē eī qꝺ ſignificat viſꝰ affirmatiue / ſignificat cecitas negatiē: ⁊ cū hoc īportat aliq̄d affirmatiue: vꝫ determinatū ſubiectū. cuiꝰ ꝯtrariū eſt de negatione ꝯdictorie oppoſita affirmatiōi. non hō eñ nihil poſitiuum determinatū īportat: ſꝫ poſſit ſupponere ꝓ quocūqꝫ alio ab hoīe. Quōlibꝫ eī ꝓdictoꝝ oppoſitoꝝ pōt accipi dupliť: vꝫ vel q̄dditatiē ꝓ ſeipſo: vel ſignificatiē ꝓ ſuo ſignificato. Prīo mō ipa accipiēdo neutrū eſt magis ꝙ alterū. nec eñ hō vt materialiť ſeu q̄dditatiue ſūptꝰ ꝓ ſeipſo: eſt magis ens ꝙ nō hō: ſꝫ tm̄ vt acceptꝰ ꝓ ſuo ſignificato: qꝛ hoc mō hō ē aliq̄d ⁊ nō hō nihil. ¶ Hoc p̄miſſo dico ad q̄ſtionē iſtā: ꝙ nec oppoſitio ꝯtradictiōis nec habitus ⁊ ꝓuationis eſt inter res ſignificatas: ſꝫ tm̄ inter res ſignificātes. ¶ Hoc appꝫ. ⁊ primo quātū ad primā partē. qm̄ oppoſitio rerū ſignificatarū extra aīam exñtiū nō pōt eſſe niſi inter diuerſas res aliquas incōpoſſibiles. ſed extrema ꝯtradictorie oppoſitiōis vt hō ⁊ nō hō habitꝰ ⁊ ꝓuatio / vt viſꝰ ⁊ cecitas / lux ⁊ tenebra nō ſignificāt res diuerſas. Hoc appꝫ: qꝛ vt ꝓdictū ē negatio nō ſignificat aliq̄d ab affirmatiōe diſtinctū ſeu ab eiꝰ ſignificato: ſꝫ ꝑciſe illud idē ſignificat negatiē qꝺ affirmatio poſitiue. ꝓuatio ēt vt cecitas nō ſignificat aliq̄d in re ex̄ a ſignificato hitꝰ / puta viſꝰ / diſtinctū. ſꝫ eoꝝ q̄ ſignificat viſus / alterū īportat cecꝰ poſitiue vt ſubiectū ⁊ alterū negatiue vt ipm̄ viſuꝫ. ḡ cū iſta nō ſignificēt res diuerſas: ſꝫ vnū ⁊ idē penitꝰ differēter: ſequitˀ ꝓpoſituꝫ: vꝫ ꝙ oppoſitio iſtoꝝ nō ē oppoſitio ſignificatoꝝ exñtiū in re ex̄. ¶ Scđa pars: vꝫ ꝙ oppoſitio inter iſta ſit tm̄ oppoſitio terminoꝝ: ſequitˀ ex ꝓdicta. qm̄ oīs oppō vel ē terminoꝝ vel ſignificatoꝝ vel vtroꝝūqꝫ / tā terminoꝝ vꝫ ꝙ ſignificatoꝝ. Dicūtˀ aūt oēs illi termini oppoſiti / q̄ nō poſſunt verificari īſimul de eodē. ⁊ tales ſūt oēs ꝓdicti: vꝫ affirmatio ⁊ negatio / hitꝰ ⁊ ꝓuatio. lꝫ eñ idē ſignificēt / tm̄ mō īcōpoſſibili: qꝛ qꝺ vnū ſignificat poſitiue ⁊ affirmatiē alterū ſignificat negatiē vt hō ⁊ nō hō: viſus ⁊ cecitas: lux ⁊ tenebra. q̄re ⁊c. ¶ Ex hoc īfertˀ corollarie ꝙ nec tenebra ſignificat aliq̄d qꝺ ſit ī medio lumine abſēte: nec aliq̄ alia ꝓuatio ſiliť ſignificat aliq̄d qꝺ poſſit eē ī ſubiecto hitu ꝓuato. ¶ Hoc appꝫ. qm̄ vt dictū ē: in nihilo alio differt ꝓuatio ⁊ negatio q̄ ad ſignificatū / niſi qꝛ ꝓuatio īportat ſubiectū cui eſt poſſibiľ hitꝰ q̄ dr̄ eē ꝓuatum. nihil aūt ꝓuatio īportat poſitiue aliud a ſubiecto: ſꝫ tm̄ hitꝰ negationē. ḡ ⁊c. ¶ Cōfirmatˀ. qꝛ īpoſſibile eſt ꝓuationē amoueri a ſubiecto ꝓuato / niſi ꝑ hitū: ſicut impoſſibile eſt cecū nō eē cecū niſi recipiat viſū: ⁊ mediū tenebroſū nō eē tenebroſuꝫ niſi lumine illuſtraretˀ. ſꝫ ſi cecitas eēt realiť ex̄ aīaꝫ ī oculo / ⁊ tenebra ī medio / qꝺlibet hoꝝ poſſet remoueri a ſubiecto ſine hitu oppoſito. oē eī exñs actualiť ī aliq̄ diuerſuꝫ realiť ab ipſo / pōt remoueri ab illo / nullo altero ſibi ſuccedente. Conſtat aūt ꝙ ſi tenebra eſt realiter in medio / non minus immo magis diſtinguitur ab ipō ꝙ lumen ſibi oppoſitū. ḡ ⁊c. ¶ Preterea. qꝛ ſicut argutum eſt ī articulo ꝓcedēti / ſi tenebra eſſet realiť ī medio haberet etiā neceē aliq̄d poſitiuū: ⁊ ita lumē ⁊ tenebra nō ꝓuatiue ſiue vt hitꝰ ⁊ ꝓuatio: ſꝫ ꝯtrarie opponerētˀ: qꝺ ē falſuꝫ. q̄re ⁊c. ¶ Sic ad q̄ſtionē

Ad rōnes alterius opinionis. ad primā qñ dr̄ ꝙ nihil remouetˀ formaliť a ſubiecto niſi ꝓpter aliq̄d ſibi īcōpoſſibile: dico ꝙ iſta eſt ſimpliť falſa: ītelligēdo ꝑ ly aliq̄d / poſitiuū vel negatiuū qꝺ ſit realiť ex̄ aīaꝫ in ſubiecto a quo hitꝰ remouetˀ. imo ēt qñ vni forme alia ſuccedit ei incōpoſſibilis nūꝙ prior ꝑ aliā poſteriorē ei ſuccedētē ipſiqꝫ īcōpoſſibilē remouetˀ. Quō appꝫ. qꝛ aut forma poſterior īuenit ī ſubiecto priorē: aut ñ. ſi īuenit: ḡ ſimul eſt cū ipā in eodē ſubiecto: nec ꝑ ꝯñs eſt ipſi īcōpoſſibiľ: cuiꝰ ꝯtrariū ſupponitˀ. ſi aūt nō īuenit: ḡ ipām nō remouet formaliť nec expellit: ſꝫ remotā ſupponit. Sicut ḡ qñ ſubiectū aliqꝺ ex albo fit nigrū / priꝰ eſt ſub nō albedine ꝙ ſub nigredine: cū nigredo nō poſſit cū albedīe ſil̄ eſſe: nec ꝑ ꝯñs albedo ꝑ nigredinē remouetˀ: nec ꝑ aliq̄d ſubiecto aduenīēs ſibi incōpoſſibile exñs: ita multo minꝰ forma q̄ ſic a ſubiecto remouetˀ ⁊ tollitˀ ꝙ nulla alia ī ipō īntroducitˀ / ꝑ aliq̄d ſubiecto aduenīēs ⁊ ī ipō exñs realiť remouetˀ. ſꝫ lumē eſt talis forma cui nulla alia poſitiua ſuccedit vt ipſi concedunt: concedendo lumini tenebrā eē īcōpoſſibilē nō ſicut aliq̄d exñs ſibiqꝫ ſuccedens realiť ī ſubiecto: mō q̄ forme ꝯtrarie ſūt īcōpoſſibiles: ſꝫ ſicut nō hō eſt īcōpoſſibiľ hoī / ⁊ nō lumē lumini. nec eñ tenebra dicit aliō ꝙ nō lumē: nec cecū aliud ꝙ nō vidēs ꝓter ſubiectū determinatū ꝑ ꝓuationē ⁊ nō ꝑ negationē īportatū. quare ⁊c. ¶ Ad ſcđm qñ dr̄ ꝙ oīs realis mutatio hꝫ vtrūqꝫ terminū ex̄ aīaꝫ: Rñdeo ꝙ ꝯtradictio ē ⁊ īcōpoſſibilia ꝯcedere / dicere nō ens eē ex̄ aīaꝫ in aliqua re q̄cūqꝫ. qꝺ eī in ſe nihil ē / ī nullo ⁊ maxīe realiť ex̄ aīaꝫ exiſtē pōt. ſꝫ vnū extremū corruptiōis / puta terminꝰ ad quē / eſt nihil: qꝺ ēt ē terminꝰ a q̄ gñatiōis. ḡ ⁊c. ¶ Tūc igitˀ dico ꝙ nō ē ītelligēdū gñationē nec corruptionē eē mutationē tāꝙ formā aliquā ꝑ ſe vnā a gñāte ⁊ genito corrūpēte ⁊ corrupto diſtinctā. hoc eī īpoſſibile ē: vt ſatis appꝫ ex dictis ī ꝓncipio huiꝰ libri. nō eſt ēt ītelligēdū ꝙ gñatiōis ⁊ corruptiōis ſint duo termini tāꝙ diuerſa aliq̄ exñtia ī re ex̄: cū vnus hoꝝ terminoꝝ dicatˀ eē nihil qꝺ nulliꝰ terminus realiť eſſe pōt. ſed ꝓuatio forme que ponitˀ vnꝰ terminꝰ: ⁊ forma ipa q̄ ponitˀ aliꝰ / dicuntˀ duo termini: ſicut ⁊ viſꝰ ⁊ cecitas lux ⁊ tenebra. q̄ q̄dē ſūt

duo termini/vt quidditatiue accipiunt siue materialiter pro seipsis/non aut vt significatiue pro rebus significatis:cū nō diuersas res:sed eandem vt dictū est significēt differenter. quare rc. ¶ Ad cōfirmationē ɔsilr est dicēdū. non em̄ oppositio inter habitū ꝛ priuationez nec inter affirmationem ꝛ negationē est oppositio extra aīaȝ tanq̄ inter aliquas res diuersas: cū eadē ꝑ vtriusq; horū extremoꝝ licet diuersimode importet. quare rc. ¶ Ad illud philosophi dictum dicendum q̄ ꝑ illud non habetur q̄ priuatio significet ab affirmatione distinctum aliquid in re extra. ¶ Ad rationem in principio appet solutio ex predictis. nō em̄ inter lumen ꝛ tenebram nec inter quēcunq; habitum aliuꝫ ꝛ suā priuationē est realis oppositio tanq̄ inter res diuersas extra animā existes.

CIrca distinctionem decimāquartā:in qua magister determinat de operationib⁹ scḋe tertie ꝛ q̄rte diei: Quero primo de celo stellato qḋ fuit opus secūde diei. vtrū celum sit compositū ex materia ꝛ forma. ¶ Et videt q̄ sic. q: omne corporeū ꝛ extēsum videt esse materiale/non simplex forma. sed celum vt appet ad sensuȝ est quantū seu extensum. ergo est ex forma ꝛ materia cōstitutum. ¶ Cōtra. q: omne materiale est corruptibile sed celum est incorruptibile. ergo rc. ¶ Responsio. vbi sic pcedā. Primo em̄ adducam rationes ꝓ vtraq; parte. Secundo soluȝ ipsas. Tertio inquirā quid de questione ista ꝓbabilius sit tenendum.

Quātum ad primum arguo primo ꝓ parte affirmatiā:vcȝ q̄ i celo sit materia. Primo sic:ois forma substantialis ꝑ se subsistens sic q̄ nec est nec esse potest act⁹ materie est perfectior q̄ forma q̄ est act⁹ materie nata facere cū ipso aliqd ꝑ se vnū. ¶ Hoc apparet q̄m sicut omnis forma accidētalis immaterialis vt intellectio est nobilior q̄ materialis:puta q̄ albedo:ita ꝛ de formis substantialibus immaterialibus cōsimiliter est dicēdū. sed aliqua forma substātialis immaterialis: puta aīa saltē intellectiua/ꝛ ōmis etiā aīa sensitiua/est nobilior q̄ sit forma celi:ergo ei⁹ forma est materialis. ¶ Preterea scḋo arguit sic ad idē. ois forma per se extensa est materialior q̄ forma ꝑ se nō extensa:nec etiam aliquo modo ꝑ accidēs. sed forma celi est per se extensa nō aūt aīa bruti: cū nō diuidat ad diuisionē corporis:ꝛ tamē aīa bruti est forma materialis. ergo rc. ¶ Preterea tertio. q̄ magis cōueniūt in substātia/ꝛ in accidentibus substantiā cōsequentibus. ex quo sequit q̄ ex maiori cōueniētia aliquoꝝ in accidentibus pōt argui a posteriori maior conuenientia eoꝝ in formis substantialib⁹. sed celū magis cōuenit cū substantijs compositis ꝛ materialibus q̄ cū simplicibus ꝛ imaterialibus/puta spiritualibus/in accidentib⁹. Qḋ apparet:nullū em̄ accñs ꝓpriū alicui substantie spūali est in celo:sed accñs eiusdem rōnis cū accidentibus substātiarū materialiū:vcȝ quātitas ꝛ qualitas corporalis. ergo rc. ¶ Confirmat primo. q: qḋlibet accñs consequitur subiectū sibi ꝓportionatū. sed subiectū ꝓportionatū accidentibus materialibus/qualia sunt accidentia celi/est substātia materialis nō immaterialis. ergo rc. ¶ Scḋo. q: licet idē accidens scḋm speciē possit esse i diuersis subiectis specie sicut in diuersis aīalibus sunt multa accidentia specie i distincta: tñ substātia simplex non videt esse receptiua accñtiū substātie materialis ꝛ cōposite. q: lȝ diuerse substantie cōposite q: habēt eūdē modū essendi lȝ sint alterius speciei possint accidētia eadem in specie recipere: nō tamen substātia simplex ꝛ cōposita ꝓpter cōtrariaȝ rationē:vcȝ q: tales substātie nō hñt eūdē sȝ variū essendi modū:ꝛ iō nō possunt eē receptiue eorūdē accñtiuȝ:ꝗ cū celū cōicet cū formis materialib⁹ i accñtib⁹:ꝑ ɔñs et ɔuenit cū eis i materia cuius est actus. ¶ Scḋo arguit ꝓ parte ɔtraria. Primo. q: scḋm Cōmēta. sicut trāslatio scḋȝ vbi fecit nos scire locū:ita ꝛ trāslatio scḋȝ substātiā fecit scire materiā. sed in celo nō est aliq̄ trāslatio scḋm substātiā/cū sit incorruptibile:ergo nullā hȝ materiam. ¶ Cōfirmatur p̄mo. q: oē illud est corruptibile in quo ē potētia ɔtradictionis ad esse ꝛ ad nō esse. sed talis potētia est in oī re materiali:q: ꝛ ipa materia est hmōi potētia:ergo nō pōt esse in celo. ¶ Scḋo. q: oē illud cuius ē materia est in potētia ad aliā formā illi incōpossibileȝ: ꝛ ꝑ ɔñs ad ei⁹ corruptionē. q̄re rc. ¶ Tertio. q: sola forma satiās totū appetitū materie est icorruptibil'. sȝ nulla forma substātialis materialis ꝑficit totū materie appetitū. ꝗ rc. ¶ Preterea ois forma materialis p̄supponit in sua materia quātitatē:ꝛ ꝑ ɔñs est diuisibilis ꝛ corruptibilis ad ei⁹ diuisionē. sed forma celi nullo mō est diuisibilis nec corruptibilis. ꝗ rc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum:ostendo q̄ rationes nec ꝓ vna pte nec ꝓ alia ɔcludūt soluēdo ad ipas. ¶ Ad primā qñ arguit ꝓ parte affirmatiua:puta q̄ in celo sit materia:qñ dr q̄ ois forma substantialis subsistēs est nobilior q̄ alia nō subsistēs/hic posset dupl'r respōderi. Primo negādo istā maiorē assumptā. qm̄ q̄ forma aliqua possit ꝑficere materiā/nulli⁹ impfectiōis eē videt in ipa. vñ nō videt deo ipossibile ꝓducere formaȝ aliquā intellectiuā q̄ nō possȝ eē act⁹ materie pfectiu⁹ sȝ esset forma ꝑ se subsistēs vt angelus:q̄ tñ esset impfectior aīa itellectiua corpis ꝑfectiua. ꝛ iō q̄ angelus sit ꝑfectior aīa intellectiua/nō ex hoc sequit nec arguit/q: vcȝ angelus est subsistēs ꝛ aīa ē materie ꝑfectiua. nō em̄ magis vniri materie vt ꝓprio ꝑfectibili arguit ipfectionē q̄ posse ipsi vniri vt motorē mobili:nec magis corp⁹ informare seu viuificare est impfectiōis q̄ ipm localit posse mouere. ꝛ iō lȝ celū sit forma subsistēs:nō sequit q̄ sit nobilior quacūq; alia forma substātiali materie perfectiua:cū nō posse informare materiā nō sit ꝑfectiōis sicut nec ei⁹ cōtrariū ipfectiōis. Et si oīno dicat q̄ imo nō posse eē actū materie ē ꝑfectiōis:ꝛ ɔtrariū ipfectionis:tūc pōt dici scḋo aliter:vcȝ q̄ sicut nō est icōueniēs qḋ est simplicit aliquo ꝑfectius eē scḋȝ qd eo in aliquo impfectius. forma em̄ celi est simpl'r ipfectior oī forma viuēte:ꝛ tñ ē quātū ad aliqd/puta q: icorruptibilis/ꝑfectior ipsa. Incorruptibile em̄ vt icorruptibile est ꝑfectius q̄ corruptibile. alicui⁹ enim ꝑfectiōis est esse icorruptibile ꝛ ipfectiōis eē corruptibile. Cōsil'r i ꝓposito posset dici supposito q̄ ꝑ se subsistere ꝛ materiā iformare nō posse sit ꝑfectiōis:sicut ꝛ eē icorruptibile:qḋ pōt ɔpetere ipfectiori simpl'r ꝛ repugnare ꝑfectiori:sicut appet de celo incorruptibili ꝛ de aīali corruptibili. ¶ Ad ꝓbationē illi⁹ maioris qñ addit q̄ forma accñtalis imaterialis ē nobilior q̄ materialis/appet q̄ hoc nihil ad ꝓpositū. q: aut vocat forma accñtalis materialis q̄ est ex forma ꝛ materia cōstituta: ꝛ talis nulla est. vnde hoc mō nulla forma accñtalis est alia imaterialior. aut forma extēsa:ꝛ sic ɔcedo formā imaterialē hoc ē nō extēsā substātialē vel accñtalē eē ꝑfectiorē forma materiali hoc ē forma extēsa. sȝ ex hoc nihil ꝓbat ad ꝓpositū: q: forma celi materialis est isto mō:lȝ sit imaterialis p̄mo mō:q: vcȝ nō hȝ materiā ꝑtē sui. q̄re rc. ¶ Ad scḋm qñ dr q̄ forma extēsa est materialior q̄ alia nō extensa ɔsil'r ē dicēdū. q: aut accipit imateriale ꝓ nō extenso:ꝛ sic forma extensa nō est materialior nō extēsa:q: nō extēsa ñ ē material' hoc mō, aut accipit imateriale ꝓ illo i q̄

non includitur materia:⁊ sic omnis forma est equaliter
immaterialis. aut tertio ꝓ illo qḋ nō est nec pōt eē act⁹
materie:⁊ sic ꝓpositio negaret. nulli eñ dubiū est quin
forma celi sit extensa:quia ad sensum apparet.⁊ iō si for
mā esse extensam argueret necessario ipsā esse materia
lem hoc ē actū materie pfectissimum/apud nullum eēt
aliqḋ dubiū an in celo sit materia:nec de hoc eēt mouē
da questio aliqua.qḋ est falsum.quare ⁊c. ¶ Confirmat
primo.qꝛ nulla forma materialis extēsa ē extēsa ꝓpter
materiā:sed ꝓpter seipsam. alie eñ sunt partes forme:
⁊ alie sunt partes materie. qḋlibꝫ aūt habēs partes di
uersas:quaꝝ vna pōt extra aliā esse / est extēsū formalit
ꝑ seipsum nō per aliquid sibi appositum:cuius partes
ab omnibus eius partibus distinguunt sed constat for
mam celi tales habere partes.ergo ⁊c. ¶ Secundo.qꝛ
non minus pōt esse forma aliqua extēsa q̄ tamē non sit
nec esse possit actus materie/ q̄ forma aliqua inexten=
sa possit esse actus materie pfectiua.qꝛ non video cām
aliquā ꝓpter quā magis formā extēsā eē oporteat ali=
cui⁹ materie pfectiuā q̄ aliā non extēsā.sed aliqua re=
perit forma inextensa vt anima intellectiua/ q̄ est extēsi
corporis pfectiua:⁊ alia inextēsa que nulli⁹ est materie
pfectiua:vt angelus.ergo ⁊c. ¶ Ad tertium quando dr
q̄ q̄ magis conueniūt in accñtib⁹:⁊ in substātia:posset
dici vno mō q̄ hoc est verū de illis accñtibus que sunt
ab eoꝝ subiectis effectiue. q̄ enim sunt pncipia effecti
ua ⁊ subiecta receptiua eorūdem/magis inter se viden=
tur q̄ cum alijs substantialiter conuenire. non aūt hoc ē
verum quando accidēs est tm̄ in substantia subiectiue ⁊
ab alio effectiue. sicut eñ aliquando magis diuersa vt
sol ⁊ ignis sunt principium ꝓductiuum eorundem effe=
ctuū:qui effectus nō possunt esse a minus distinctis. ma
gis eñ distinguūt sol ⁊ ignis q̄ ignis distiguat ab alijs
elementis:⁊ tñ magis ignis conuenit in effectu cū sole
q̄ cum alijs elementis.ita cōsimiliter posset dici q̄ sub
stantie licet eadem seu magis conuenientia habētes ac
cidētia / maxime illa q̄ nō sunt ab eis effectiue:sed tātū
sunt in eis passiue: cuiusmōi sunt accñtia corporū supio
rū:magis inter se q̄ ab alijs secū in accñtibus min⁹ con
uenientibus distinguūtur. Sed hoc non est cōuenienter
dictum.constat eñ q̄ celū magis distinguit ab omī for
ma immateriali substātiali / puta ab angelo ⁊ ab anima
intellectiua: q̄ a quacūq̄ forma corporali. ¶ Et iō ali=
ter posset ⁊ rationabilius responderi. concessa eñ illa
maiori:vꝫ q̄ q̄ magis conueniunt in accidēte / ⁊ in sub
stātia: concesso etiā q̄ celum magis cōueniat cum sub=
stātijs materialibus q̄ cum spiritualibus tam in acci=
dētali q̄ in spirituali forma:pōt dici q̄ ex istis oībus
nō sequit q̄ forma celi sit materialis hoc est materie p=
fectiua.quia sicut nō omnes forme magis conuenientes
sunt ꝓductiue / ita nec eiusdē materie pfectiue. non mi=
nus eñ materie est forma substātialr extrīseca ⁊ ab ea di
stincta realiter q̄ effectus.sicut ergo vna forma substan
tialis ab alia magis diuersa est ꝓductiua effectus eius=
dem rationis cum effectu possibili alteri: qui effect⁹ nō
potest produci ab alia forma min⁹ diuersa:vt apparet
de calore ꝓducibili a sole ⁊ ab igne:⁊ nō ab alijs elemen
tis:cū q̄bus tñ magis ignis conuenit substantialiter q̄
cū sole:ita cōsimiliter i ꝓposito diceret q̄ forme magis
differētes possunt esse pfectiue materie quā non pōt p
ficere forma alia lꝫ cū illis vl̄ cū altera ipsaꝝ sit realiter
magis idē. ꝓpter qḋ licet celi forma nō sit materie per
fectiua: nō sequit q̄ magis a formis materialib⁹ mate
rie pfectiuis q̄ ab alijs spiritualib⁹ substantialiter vel
accidentaliter distinguatur: modo quo etiam non tātū
in hoc:sed etiam quia incorruptibilis magis distingui=
tur a formis materialibus corruptibilib⁹ q̄ ab alijs in=

corruptibilibus. incorruptibile eñ magis est idē cum
incorruptibili q̄ cum corruptibili.⁊ ita celū quantū ad
incorruptibilitatē magis cōuenit cū formis spirituali=
bus q̄ cum materialib⁹ nō tamē simpliciter.quare ⁊c.
¶ Ad confirmationem qñ dr q̄ subiectū ꝓportionatū
accñtib⁹ materialibus est substātia materialis: Respō
deo q̄ verū est vocādo substantiā materialem substātiā
extēsam:modo quo accidentia ipsa dicunt materialia:
vꝫ tm̄ qꝛ extēsa. Vocādo aūt substātiā materialē sub=
stantiā ex materia ⁊ forma compositā / vel ipsā formā
substantialē materiā informātē:nō est verū q̄ talis sub
stātia materialis sit pcise subiectū accñtibus materia=
lib⁹ hoc est extēsis.oīs eñ extēsa substātia ptes hñs ex
tra partes est taliū accñtium ꝓportionatū subiectum
sed nec sola forma materie pfectiua:sed alia potest esse
extensa:cū nec illa q̄ est pfectiua materie ⁊ informatiua
sit ꝓpter ipsum extēsa.quare ⁊c. ¶ Ad vltimū:qñ dicit
q̄ substantia simplex nō est receptiua accñtiū substātie
materialis ⁊ cōposite: cōcedo si vocas substātiā simpli
cem nō extēsam nec partes diuersas habētem:q̄ ꝓprie
dicitur esse simplex.nō aūt si vocas substātiā simplicem
formam oēm / lꝫ extensam / a materia separatam.qꝛ nec
talis est realiter simplicior q̄ forma q̄ est actus materie
nō eñ quia forma celi non pficit materiā / est simplicior
forma elemēti cū sit sicut ⁊ illa nō habens multas ⁊ di=
uersas partes.nec etiā quia aīa intellectiua est pfecti=
ua corporis ⁊ nō angelus iō est cōpositior angelo:quia q̄
equaliter carent partibus / equaliter sunt simplicia: ⁊
econuerso q̄ equaliter habent partes / equaliter sunt cō
posita:siue vnum eoꝝ sit materie pfectiuum:⁊ aliud non
siue vtrūq̄ sit pfectiuū : siue neutrū.quare ⁊c. ¶ Ad alia
que arguuntur ꝓ parte alia. Ad primum qñ dr q̄ trans
mutatio scḋm substātiā facit scire materiā / cōcedo q̄ hu
iusmodi transmutatio arguit necessario materiā / nō tñ
cōuertibiliter.vñ licet omē trāsmutabile scḋm substan=
tiam habeat materiam / nō tamen oportet q̄ omē hñs
materiam sit trāsmutabile scḋm substantiā. Et ideo ar=
guere:nō esse materiā / qꝛ ipm̄ est trāsmutabile scḋm sub
stantiā:est arguere a destructione antecedētis ad destru
ctionem consequentis:sicut si argueret:non est homo /
ergo non est animal. Si enim arguas sic:nullum intrā
mutabile scḋm substantiā habet materiā:hoc statim ne
gabitur.cum enim materia sit ingenerabilis ⁊ incorru=
ptibilis:non videt repugnare formaliter incorruptibi=
li:qualis est forma celi.quare ⁊c. ¶ Ad confirmationē
quando primo dicitur q̄ omne illud est corruptibile ꝗ
est potentia ad esse ⁊ ad non esse:respondetur q̄ verum
est / si talis est in ipso per compatienciam ad causā secū=
dam. omne enim illud quod potest esse ⁊ non esse virtu=
te secunde cause / est generabile ⁊ corruptibile. Sed hoc
qḋ postea in minore assumitur / non est verū:vel saltem
non est notum q̄ sit verum:videlicet q̄ in quocūq̄ ē ma
teria sit potentia talis.non magis enim omnem substā
tialem formam in materia existētem oportet esse natu=
raliter corruptibilem q̄ formam accidētalem in subie=
cto accidentaliter existentem.sed non omne accidens ī
subiecto existens est naturaliter corruptibile.ergo nec
omnis forma substantialis existens in materia. ¶ Con
firmatur.quia licet nulla forma sit naturaliter genera=
bilis nec corruptibilis / nisi que est in materia:nō tamē
quia in materia ideo corruptibilis:cum ⁊ materia ipsa
sit incorruptibilis:sed ideo quia forma ipsa est in se ta=
lis nature q̄ potest in materia naturaliter introduci ⁊
introducta siue producta corrumpi. non est autem im=
possibile:deo producere in materia formam aliquam in
nulla causa secunda virtualiter contentam:nec per
consequens ab aliqua generabilem nec corruptibi=

lem sicut producit in subiecto formam accidentalem vt beatitudinē in beato:que nō potest ab aliquo alio citra ipsum fieri nec corrumpi.quare ⁊c. ¶ Ad secūdū ⁊ tertium cōsimiliter est dicēdū. Illud tn̄ qd̓ accipitur ī tertio / falsū est:vcȝ ꝙ forma aliqua dicat̄ incorruptibilis quia satiat totū materie appetitū. nō eī ista est causa incorruptibilitatꝭ alicuiꝰ forme:cū vna nō magis satiet ꝙ̄ alia totum materie appetitū. ¶ Et si queras:q̄ ergo ē causa quare vna forma materialis ē magis incorruptibilis ꝙ̄ alia:Respondeo ꝙ nulla alia est causa nisi quia vna est talis nature ⁊ alia alteriꝰ. sicut idō beatꝰ nō pōt in se producere actum intelligendi deū nec fruendi beatificum:cū tn̄ possit in aliū:quia isti sunt ab alijs possibilibus alterius rationis. ¶ Ad vltimum dicendū ꝙ celū nō est naturaliter diuisibile magis ꝙ̄ corruptibile:lȝ quātū.licet eī oē quantū sit diuisibile simpliciter/ nō tn̄ taliter:puta naturaliter.quare ⁊c. Nō omē etiā diuisibile ē corruptibile.materia eī est diuisibilis ⁊ actu diuidit̄ forma sibi coniuncta extensa diuisa:nec tn̄ propter hoc corrūpit̄. ¶ Ex q̄ posset inferri corollarie: ꝙ totum nō est preter partes aliquid in re extra.si enim tota materia extensa esset a suis oībus partibꝰ distincta:cū totū non possit manere partibus existētibus diuisis:p̄ cōsequēs sequeret̄ ꝙ diuisis alicuius materie partibꝰ corrumperetur aliqua materie entitas: puta illiꝰ totius que vt supponit̄ ab omnibꝰ partibꝰ est distincta.hoc autem est falsū:cū materia sit simpliciter īgenerabilis ⁊ īcorruptibilis.ergo ⁊c. ¶ Hec de secūdo.

Quantum ad tertium & vltimum: pono duas conclusiones. Prima est:ꝙ an celum sit ex forma ⁊ materia compositū/an sit forma tm̄/nō est nec potest esse ē naturaliter nobis notū siue certū. ¶ Hec appet: quia nec alterū istorū est per se notū:nec deducibile ex aliquo per se noto.sed solum illud qd̓ vel est p̄ se notū vl̓ ex p̄ se noto deducibile seu demonstrabile pōt esse naturaliter nobis natū ⁊ certū.ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. constat eī ꝙ non est p̄ se notum celum esse substātiā incompositam: nec oppositū:vcȝ ipsū esse ex forma ⁊ materia constitutum.si eī alterū determinate istorum cēt p̄ se notū/ non oporteret de hoc fieri q̄stionē. Qȝ etiā neutrū istoꝝ sit deducibile ex aliquo per se noto/apparet ex dictis in articulo p̄cedenti:vbi ostēsum est:ꝙ nec rationes q̄ adducunt̄ pro vna parte nec que fiunt ꝓ alia/hoc concludunt. ¶ Cōfirmatur.quia simplicitatem celi vl̓ materie carentiā ex nullo alio medio probant ipsā ponētes nisi ex celi incorruptibilitate.sed ꝙ omē hñs materiā sit corruptibile / vel ecōuerso ꝙ omē īcorruptibile sit immateriale:licet forte sit verū/non tn̄ est p̄ se notū vt ex p̄cedentibus est ostēsum. Qȝ etiā in celo necessario sit materia/nō ꝓbatur ex alio ꝙ̄ ex eius extensione vel īp̄fectiōe:vcȝ ꝙ ē forma īp̄fectior forma aliq̄ materiali.sȝ nec formā extēsam nec materiali īperfectiorem eē materialem est per se notum:nec notius ꝙ̄ ipsa cōclusio ꝓbanda:vcȝ ꝙ in celo sit materia.ergo neutrū hoꝝ determinate videt̄ alicui naturaliter esse certum. Ex quo sequit̄:ꝙ nihil sit hic determinate ab aliquo p̄tinaciter asserēdum.vbi eī neutra pars est per se nota:nec demōstrabilis:nec ex aliquo notiori:nec est ex fide certū:non video ꝙ ibi sit determinate aliquid p̄tinaciter asserendum. ¶ Secunda conclusio eit: ꝙ nulla est necessitas nec etiā vt videtur congruitas ponendi in celo materiā ¶ Hec quātū ad p̄mā partē:vcȝ ꝙ nō sit necessitas:apparet ex p̄cedētibꝰ. Secūda pars:vcȝ ꝙ nec sit ꝯgruū credere seu opinari celum esse ex forma ⁊ materia cōstitutum/sequitur ex prima.qm̄ nulla est cōgruitas sed superfluitas ponere pluralitatem nisi propter necessitatem:ergo si nulla apparet nobis necessitas ponendi talē diuersitatem seu pluralitatē reruȝ/ vcȝ materie ⁊ forme in celo:nec est cōgruitas ponere ista ibi. ¶ Cōfirmatur. quia non videtur necessariū nec congruum ponere aliquid ibi vbi non reperit̄ illud propter qd̓ ipsū alibi cōstat esse.sed vbicūq̄ constat nobis esse materiam/cōstat nobis propter transmutationē scd̓m substantiā ibi possibilem.ergo vbi scimus hm̄ōi trāsmutationem esse impossibilem/nec aliūde nobis constat ibi esse materiā/oīno videtur esse superfluum ⁊ sine ratione credere ⁊ tenere maxime indubitanter ibi esse materiam.constat autē in celo ⁊ in omnibus superioribus corporibus esse īpossibilem transmutationem scd̓m substātiam: nec aliūde scimus in eis esse materiam.ergo ⁊c. ¶ Ex hoc videtur concludi posse:ꝙ licet non sit certū/ probabilius tn̄ est opinari celum esse substantiam simplicem/ꝙ̄ ex forma ⁊ materia constitutū. ¶ Sic ad q̄stionem. ¶ Ad rōnē in principio vtrāq̄ apparet solutio ex predictis.

Secundo quæro vtrum primū mobile qd̓ est celū/moueatur localiter a se ipso an ab aliquo alio motore extrīseco sibi coniuncto. ¶ Et videt̄ ꝙ a seipso.qr oīs motus naturalis est a principio extrinseco siue forma ipsius mobilis.sed motus celi est naturalis nō violētꝰ ergo ⁊c. ¶ Contra.quia mobile ex se indeterminatū ad motus contrarios non potens se determinare ad alterum non potest moueri vno motu magis ꝙ̄ alio a seipso.sed celum est ex se eque indeterminatum ad motum ab occidente in orientem sicut ad illi contrarium/ quo actualiter nunc mouetur .ergo oportet ipsum esse determinatum ad istum motum ab aliquo motore extrinseco ipsum mouente : cum celum motum non posset se magis vno motu ꝙ̄ alio mouere : nec magis ad vnum ꝙ̄ ad alterum se determinare. ¶ Responsio. vbi primo ostendetur ꝙ celum non est animatū. Secundo quomodo localiter mouetur. Tertio a quo causaliter moueatur.

Quantum ad primum arguitur sic.oē animatum est animatum vel anima vegetatiua tm̄:vel sensitiua simul ⁊ vegetatiua:vel intellectiua ⁊ sensitiua ac vegetatiua simul.sed celum non potest poni animatū aliqua istarum animarum.ergo ⁊c. ¶ Minor apparet. constat enim ꝙ in celo non potest poni anima vegetatiua nec sensitiua:nec per consequens intellectiua. quia in quocūq̄ est anima intellectiua / est vegetatiua simul ⁊ sensitiua. ꝙ autem in celo non sit aliqua istarum arguitur ex actibus . vbicunq̄ enim est anima : apparet actus vite.sed nullus actus vitalis apparet nec videtur esse in celo.tantum enim in ipso est motus localis non autem aliquis sentiendi nec intelligendi nec vegetandi actus.quare ⁊c. ¶ Confirmatur.quia omnis anima maxime perfectissima qualis esset anima celi si ī ipso esset aliqua /videretur corpus determinare dispositū ⁊ diuersimode organizatum: vt apparet de omnibꝰ corporibus quorumlibet animaliū: quorum quodlibet est ex diuersis organis et partibus constitutum . sed corpus celeste est totū vniforme: nec apparet ī ipso aliqua talis diuersitas partium seu organorum : ergo nec ex actibus nec ex dispositione potest argui animatum. ¶ Sed contra hoc arguit̄.quia non viuum nō potest esse causa alicuius viui.sed celum est causa multorum viuentium.ergo ⁊c. ¶ Secūdo.quia incorruptibile est nobilius oī corruptibili.sed celū est īcorruptibile:ergo est aīatū:cū mlta aīata sint corruptibilia . ¶ Ad p̄mū pōt duplr̄ rñderi. Uno mō negādo maiorē.⁊ si ꝓbet:qr nl̓lū

imperfectius potest esse causa alicuius perfectioris:cȭ
similis ista negaret. ꝙ eni aliqd possit eē cā alicuiꝰ/nō
habetur nec scitur quia pfectius vel imperfectiꝰ:sȝ tm̄
a posteriori quia videlicet ad ipsuȝ aliud sequit̄ effectiue
omne eni illud ad cuiꝰ esse aliud sequit̄ ⁊ eo amoto nō se
quit̄/arguit̄ esse eius causa siue sit eo pfectiꝰ siue impfe-
ctius siue equale. ⁊ iō si celū est tale ꝙ ad ipsū sequatur
in materia disposita aliqua forma viua ipsum arguitur
eius causa. Alio modo respondetur cōius negando mi
norē. dicit̄ eī ꝙ nulla forma viua est effectiue a celo nec
ab aliqua causa alia ꝙ̄ a prima. Ad secundum negatur
illa maior assumpta. materia enim est incorruptibilis
nec tm̄ ꝑpterea simpliciter nobilior ꝙ̄ sit forma. q̄re ⁊c.
¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum dicunt aliqui
ꝙ cū celū mobile sit in loco scḋȝ fidē:continet̄ eni a celo
empyreo beatorū:ꝙ celū ē locꝰ cōtētiuꝰ oīm aliorū. Jō
facile est apud theologos videre quō celuȝ potest loca
liter moueri:cū oīe exñs ī loco sit localiter mobile. ⁊ iō
ꝑ oppositum:qꝛ videlicet corpus nō existēs in loco non
pōt moueri localiter/ꝑ ꝯñs si celum mobile primum vt
philosophi posuerunt/nō esset ab aliquo loco cōtētū:sȝ
ipm eēt locus oīm cōtētiuꝰ:nec sic esset facile videre ip
suȝ localiter moueri posse. Hoc tm̄ supposito dicūt ꝙ ad
huc celū localiter moueret̄ motu terminato nō ad vbi
passiuum:sed tm̄ ad vbi actiuum. Dicūt eni ꝙ aliud est
vbi corporis locati ad locū ⁊ aliud loci ad locatū. corpꝰ
eni locatur ⁊ cōtinet̄ in loco passiuo. ⁊ iō vbi ipsius ad
locū dicit̄ esse passiuum:vbi aūt loci actiue locantis seu
continentis ad locatū dicit̄ esse actiuuȝ:vtrūqȝ aūt hoꝝ
est motus terminatiuuȝ. ⁊ iō licet quia celū illo supposi
to nō cōtineat̄ a loco vt possit moueri motu terminato
ad vbi passiuum qḋ solū est corporis locati ad locū:mo
ueretur tm̄ motu terminato ad vbi actiuum qḋ est corpo
ris locātis ad qḋcunqȝ ab ipso cōtētū. ⁊ hoc modo celū
diceret̄ localiter moueri nō quia moueret̄ in loco: cū a
nullo cōtineret̄ loco:sed quia moueret̄ circa locatum in
ipso cōtētum. ¶ Sed hic modus dicendi deficit dupli-
citer. Primo. qꝛ supponit falsum:veȝ vbi esse formā aliquā
mediam per se vnā a loco ⁊ a locato distinctā motꝰ ter
minatiuā. hoc eni non esset verū:sicut in materia de an-
gelis est probatum. sicut eni motus alterationis preci-
se terminatur ad qualitatem nō ad formā aliquam aliā
ita ⁊ motus localis ad locū si mobile mouetur ī loco. q̄
re ⁊c. ¶ Secundo. qꝛ esto ꝙ primū mobile remaneret ꝑ
se sine oībus alijs/tā veȝ ipsum continente celo empy
reo beatoꝝ ꝙ̄ etiā oībus elementis ⁊ alijs inferioribus
ab eo contētis:nō minus posset moueri ꝙ̄ modo. nec eni
modo est sic mobile/veȝ circulariter/propter aliquod i
ferioꝝ corporū in eo contentorum nec propter celū em-
pyreū continens ipsum:sed tm̄ est mobile ex seipso pas-
siue ⁊ ab alio effectiue. quare ⁊c. ¶ Et ideo dico aliter. ꝙ
cum celum non sit mobile qꝛ in aliquo superiori conten-
tū:nec quia inferioris alicuius alterius contentiuū:sed
tm̄ propter seipsum:ideo esto ꝙ nec aliquid contineret:
nec ab aliquo alio cōtineretur/nō oportet q̄rere quomō
posset moueri magis/ꝙ̄ modo: cuȝ nec nunc moueatur
quia in aliquo contentum nec quia alterius cōtentiuū.
Exemplum huius potest poni illud quod in precedenti
bus fuit positū:vbi est actū de motu angelorū:de corpe
aliquo rarefactibili ⁊ cōdēsabili. qḋ si poneretur destru
cto toto alio vniuerso nihilominꝰ posset rarefieri ⁊ cō-
densari:quia nec modo hoc sibi ꝯuenit propter aliquid
aliud a se distinctū:sed tantummodo propter seipsum:qꝛ
videlicet tales habens partes que possunt plus vel mi
nus adinuicem esse distantes. Et ita consimiliter suo
modo in proposito est dicendū. quare ⁊c. ¶ Hec de scḋo.

Quantum ad tertium:tam a theologis
ꝙ̄ a philosophis communiter cōcedit̄ ꝙ celum non mo
uet̄ a seipso sed a motore cōiūcto sibi extrīseco. ¶ Pro
quo arguit̄:quia oīe corpus qḋ localiter mouetur ad
aliquem terminum per seipsum:mouet̄ naturaliter ⁊ ꝑ
consequens inde recedit violenter. sed celum nō recedit
violenter ab aliqua parte seu vbi ad qḋ fuerit motuȝ:er-
go ad nullam partem mouet̄ naturaliter nec per conse
quens a seipo. ¶ Sȝ ista ratio non cōcludit. qm̄ licȝ cor
pus qḋ mouet̄ a seipso/naturaliter moueatur ⁊ violen
ter recedat ab vltimo termino motus:non tamen a me-
dio nec ab aliquo alio citra vltimum quo habito cessat
motus:sicut euidenter apparet in graui ⁊ leui. licet eni
graue naturaliter moueatur deorsuȝ ⁊ ad mediuȝ ꝑ qḋ
tendit in cētrū/non tamē violenter medio acquisito īde
recedit ⁊ ad cētrum tendit. sed celū nullū habet vltimū
terminū sui motus:ergo ratio ista tantum cōcludit de
motu recto cuius est aliquis terminus vltimus/nō aūt
de circulari qualis est motus celi. ¶ Et ideo arguit̄ ab
alijs/⁊ meliꝰ sic. Aut q̄libet pars celi est eque apta na-
ta moueri ad quālibet parteȝ loci/aut nō. Si ponat̄ pri
mum. ergo pars aliqua celi existens ī medio inter illas
duas partes loci ad quarum vtrāqȝ est eque apta nata
moueri/non mouebitur ad aliquam:sed quiescet. Con-
sequentia est euidens. quia positum inter duo loca distā
tia ad que est equaliter a se aptum natuȝ moueri/nō po
test moueri nisi vel posset se mouere ad vtrunqȝ:vel de-
terminare ad alterum. sed celū non potest se mouere ad
diuersa loca ⁊ distantia simul/sic ꝙ existens in medio se
moueat insimul ad extrema: nec potest se determinare
ad alterum cum non sit agens liberum. ergo ⁊c. ¶ Si
autem ponatur secundum:videlicȝ ꝙ magis apta na-
ta est pars illa celi vel totum ipsum celum esse in vno lo
co ꝙ̄ in alio seu moueri ad vnam partem ꝙ̄ ad alteram:
puta ad occidentē ꝙ̄ ad orientem. ergo existens in orien
te/violenter inde recedet vel ibi quiescet: quorum vtrū
ꝙ est falsum. ¶ Cōsequentia est euidens. qꝛ ab omni il-
lo corpus motum violenter recedit vbi magis aptū est
esse ꝙ̄ alibi ad qḋ inde recedēs accedit. quare ⁊c. ¶ Cō
firmatur primo. quia si motus orbium esset a formis ip
sorum sicut motus elementoruȝ/oēs mouerētur cōsimi
liter ⁊ ad eandem partem:qḋ est falsuȝ. Secundo. quia
quanto corpus est maius/ tanto eius motus qui est for
ma sua ē velocior. sicut ad sensum apparet de motu gra
uium ⁊ leuium. quanto enim corpus leue est maius tan
to mouet̄ sursum ⁊ graue deorsum velocius. sed contra
rium est in corporibꝰ superioribus. sphere eni maiores
sunt in motu tardiores/⁊ minores velociores. ergo ⁊c.

Ex prædictis sequitur ꝙ motus huiōi
corporum superioruȝ habet esse a motore vel motoribꝰ
extrinsecis eis cōiunctis. ¶ Sed tūc est dubiū quis sit
huiōi motor extrinsecus mouens celuȝ. Ad hoc dicitur
tam a philosophis ꝙ̄ a theologis ꝙ est intelligētia nō
prīa omniuȝ causa:sed alia creata. Hoc tamen nō video
ꝙ ratione aliqua sit notuȝ/nec in scriptura clare expres
sum. Unde licet possit naturaliter probari celum ab ex
trinseco moueri/nō autē a quo extrinseco:an veȝ a crea
to an increato:pōt tamen ex vniformi volubilitate mo-
tus euidenter probari motorem esse infatigabilem: si-
cut ⁊ philosophi probarunt. Credēdū etiam est/licet nō
sit per rationem notuȝ/quia ⁊ ad hoc est communis opi
nio tā sanctorū ꝙ̄ etiam philosophorū/celuȝ moueri ab
aliq̄ motore creato:puta ab angelo nō tm̄ a deo. Quot
sūt etiā sphere mote tot sūt āgeli ipas mouētes. Nōōpȝ.

aūt hic q̄rere p quā potētiā mouēt: an vez p volūtatē an p executiuā potētiā: q̄ vt inferius in sequētibus ostēdet hmōi potentie nō dicūt distinctū aliq̄d ab essentia p̄ter actus. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in principio dicendū: q̄ hmōi motus nō est simpliciter seu totalr̄ naturalis: q: nō est a forma mobilis: nec totaliter violētus q: nō est ꝯ naturalē īclinationē seu dispositionē mobilis mō quo graue dicit̄ moueri violēter sursum: q: inclinat̄ ad oppositū. sed pōt dici motus volūtarius vt cōparat̄ ad p̄ncipiū mouēs naturale vt ad dispositionē mobil' ī ordine ad aliquē aliū motū rectū: ad quē celū q: rotundū nō est sic dispositū vt ad istū. vt aūt cōparat̄ ad alium motū / puta ad cōtrariū circularē: nec naturalis potest dici nec violētus: sed neuter: cum ipsum mobile celum sit eque dispositum ad vtrunq̄.

Tertio quæro de elementis quæ fuerūt facta tertia die. Utrū elemēta moueātur ad loca p̄pria totaliter a seipsis. ¶ Et videt̄ q̄ sic. quia illud qd̄ mouet̄ quocūq̄ motore alio circūscripto / nō mouet̄ ab alio q̄ a seipso. s₃ elemētū mouet̄ ad locū sibi debitū omni alio circūscripto: vt apparet de igne moto sursum ⁊ de terra ⁊ de omni alia re graui mota deorsum. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia corpora celestia sunt nobiliora q̄ ista: sed motus illorū non est ab eis sed ab aliis: vt dictum est in alia questione. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi primo videbitur: an forme elemētoꝝ substātiales sint ītēsibiles ⁊ remissibiles. Secūdo. an sint in seipsis p̄ductiue suarū p̄priarū / quas sibi determināt / naturaliū qualitatum. Tertio. an a seipsis an ab alio moueantur.

Quantum ad primum: supposito vt cōmuniter cōceditur q̄ forma oīs intensibilis intēdatur per partes seu gradus forme eiusdem rationis vnitoꝝ: vt forma intensa / puta albedo non differat ab albedine remissa: nisi quia plures habet in se gradus albedinis seu partes q̄ illa: videt̄ hoc cōcesso cōsequēter eē dicendū q̄ forme elemētoꝝ substātiales sunt forme intensibiles ⁊ remissibiles. qm̄ oīs forma diuersas habens partes eiusdē rationis vnibiles sic q̄ vna nō sit extra aliam est forma intensibilis p appositionē taliū partium: ⁊ remissibilis p substractionē ipsarum. ¶ Hoc apparet ex supposito. nec enim albedo prius remissa arguitur nec p̄pter aliud intendi dicit̄ nisi q: sibi alia albedo ab ipsa indistās apponit̄. nec propter aliud etiā remittit̄: nisi q: aliqua pars sibi substrahit̄. Dico aūt albedinem intēdi per aliā ei appositā ac ab ea indistantem: qm̄ nec albedo plures hn̄s extra se partes est ītēsior l₃ extēsior: īmo albedo pauciores hn̄s partes tn̄ īdistātes est ītēsior alia albedine habente plures: sed distantes ⁊ extra se inuicem existentes: vt apparet de albedine equi ⁊ de albedine margarite. sed forma cuiuslibet elementi habet multas partes eiusdē rationis. quarum vna potest vniri alteri nō tm̄ distāter sed etiā īdistāter. nō est eīm īpossibil' plures partes forme ignis vel aque vel terre vel aeris esse in eadē parte materie q̄ plures partes albedinis in eadē parte subiecti. ergo ⁊c. ¶ Ex eodē medio sequit̄ vt videt̄ p̄mo. q̄ oīs alia forma substātialis mixti diuisibil' plures vez habēs p̄tes eiusdē rōnis vnibiles / est intensibilis ⁊ remissibilis. ¶ Secūdo q̄ nulla forma substātialis indiuisibilis vt angelus vel aīa rationalis / est intensibilis nec remissibilis. ¶ Primū apparet. q: vbicūq̄ reperit̄ cā p̄cisa ⁊ adequata alicuius effectus / debet cōcedi ⁊ poni ille effectus. sed p̄cisa causa ⁊ adequata susceptionis magis ⁊ minus in formis ē vt supponit̄ pluralitas ⁊ diuersitas graduū seu partiū vnibiliū ipsarū formarū. ergo ⁊c. ¶ Secūdū sequit̄ ex eodē. qm̄ si nulla forma intēdit̄ nisi q: sibi aliq̄d apponit̄ eiusdē rationis cū ipsa: nec remittit̄ nisi q: aliqua pars ei substrahit̄: cui nec potest aliq̄d eiusdez rationis addi nec substrahi / nec intēdi potest nec remitti. sed forme īdiuisibili nō potest aliqua pars addi nec substrahi cū nullas habeat nec possit habere partes sibi intrinsecas. ḡ ⁊c. ¶ Et si cōtra hoc arguat̄: q: forma substantialis oīa introducit̄ in instāti. est eīm ḡnatio oīs forme substātialis non successiua vt alteratio: sed instātanea. forma aūt intēsibilis nō in istāti sed successiue introducit̄ quare ⁊c. ¶ Ad hoc pōt dici: q̄ licet forma substātialis introducat̄ in instanti: q: vez introducit̄ ī materia disposita tota simul ⁊ tāta quāta pōt ab illo agente introduci nō absolute sed illa manēte: quia videlicet nō potest post illā aliā introducere in eadem parte materie: tn̄ ex hoc nō sequit̄ formam ipsam non posse secūdū se intendi nec remitti: quia etiā calor modo cōsimili in ipo igne genitus introducit̄ in instāti: q: videl₃ simul tot⁹. nec tn̄ ex hoc sequit̄ q̄ ipse remitti nō valeat nec intendi. quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. quia cū non minus forma substantialis ignis sit diuisibilis in partes q̄ forma caloris: nō minus videt̄ posse eē in eadē parte materie plures vel pauciores partes ignis q̄ in eadē parte tot⁹ ignis vel forme substantialis plures partes caloris. sed ideo calor ē intensibilis ⁊ remissibilis: quia plures ei⁹ p̄tes vel pauciores īdistātes ⁊ simil' esse possunt. ḡ ⁊c. ¶ Hec de p̄mo.

Quantū ad secūdū videtur esse dicēdū q̄ sic. Quod probat̄ ab aliq̄b⁹ p hoc. q: qd̄ ē p̄ductiuū principiū alicuius in altero / ⁊ in seipso si est receptiuū₃ illius. sed ignis est p̄ductiuus caliditatis / ⁊ aqua frigiditatis in alio. ergo quodlibet hoꝝ est p̄ductiuū hmōi q̄litatis in seipo: cū ipsius₃ sit eius receptiuū. ¶ Sed ista ratio nō cōcludit. Primo: q: nō magis potēs aliq̄d producere in alio sequit̄ q̄ possit illud p̄ducere in seipso licet eius receptiuo: q̄ ecōuerso oē p̄ductiuū principiū alicuius in seipso sit p̄ductiuū eiusdē rationis in alio licet receptiuo ipsius. sed natura intellectualis est productiua in se actus intelligēdi ⁊ volēdi: nō tamē in aliqua alia licet receptiua ipsius: vt dictū est in materia de locutiōe angeloꝝ. ergo ⁊c. ¶ Secūdo. q: negaret̄ illa minor assumpta: qn̄ dicit̄ q̄ ignis p̄ducit calorē in alio. diceret̄ eīm q̄ calor non est a forma substantiali ignis sed ab accidentali videlicet a calore: sicut frigiditas a frigiditate aque. hinc est q̄ aqua nō pōt infrigidare aliquid postq̄ frigiditatē p̄didit calefacta. Et ideo alit̄ ad p̄positū est arguendū sic. oē illud qd̄ posito sequit̄ aliud oī alio circūscripto / dicit̄ esse ⁊ arguit̄ a posteriori cā ipsi⁹. sed ad ignem productum sequit̄ in ipso caliditas ⁊ ad aquā frigiditas oī alio ab ip̄a circūscripto. ⁊ sic de aliis omnibus qualitatibus propriis quorūlibet aliorū elementoꝝ. ergo ⁊c. ¶ Maior est euidēs. q: nō est alia via ad sciendū aliq̄d esse alterius causam / nisi quia ad ipsam sequit̄ illud quocūq̄ alio circūscripto / vez ente creato. nihil eīm potest esse suiipsius causa. ergo si non sunt nisi aliqua duo ad quoꝝ vnū sequit̄ alterū / oportet vnū esse alterius causam. sed illud qd̄ sequit̄ ad alterū nō potest esse illi⁹ causa. ergo habet esse necessario ecōuerso. quare ⁊c. ¶ Minor vez q̄ ad ignē productū sequat̄ ⁊ ad qd̄libet aliud elemētū accn̄s suū propriū quocūq̄ alio circunscripto / apparet ad sensu₃. nō enim potest esse ignis nō calidus nec aqua non frigida naturaliter: sed tm̄ ab extrinseco violēter. quare ⁊c. ¶ Nec valet si dicat̄ q̄ huiusmodi accidētia sunt in eis a ḡnante vel ab aliq̄ alio extrinseco agente. quia ad sensum apparet cōtrariū de aqua calefacta calorē in se ītroductū corrūpēte / ⁊ se ad

frigiditatē reducēte nullo agēte alio extrinseco mediā te. nō minus aūt ignis est in se caliditatis ꝑncipiū ꝓductiuū q̄ aqua frigiditatis: ⁊ sic de quolibꝫ alio elemēto respectu sue ꝓprie qualitatis. quare ⁊c. ¶ Hec de scdo.

Quantū ad tertiū & vltimū dicendum est omnibus alijs modis dicēdi varijs pretermissis / ꝙ quodlibet elementū quod mouetur motu sibi debito / vt ignis: ⁊ quodcūq; aliud corpus leue sursū / ⁊ graue deorsum / mouet seipsum ꝑ propriā substantialē formam puta leue per leuitatē sursum: ⁊ graue ꝑ grauitatem deorsum. Qđ apparet ꝑ rationē factā in articulo precedēti vꝫ quia leue omni agente create alio circūscripto seu mouente mouetᷣ sursū ⁊ graue deorsū. ergo sicut ignis arguitᷣ esse principium productiuū caloris: quia ad ipꝫ sequitᷣ calor omni alio circunscripto: ita cōsimili ratiōe potest argui: ꝙ mouet seipsum sursum ⁊ graue deorsū. ¶ Sed est dubium quales sunt hmōi forme / vꝫ grauitas ⁊ leuitas: que ponuntᷣ esse principia taliū motuum. ¶ Ad hoc cōmuniter respondetᷣ ꝙ sunt forme accidentales absolute de genere qualitatis: non autē de genere substātie. Qđ ꝓbant aliq̄ ꝑ hoc: q2 īpossibile est vnū et idem per idē esse mouēs ⁊ motū. alia eñi est ratio mouētis ⁊ alia mobilis. sed totū corpus leue ⁊ graue cōpositum ex forma substantiali ⁊ materia est naturalitᷣ mobile. ergo oportet in ipso ponere aliquid ab ipso distinctum qđ sit ratio mouendi ipsum. hoc aūt nō est nisi grauitas ⁊ leuitas. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra istū modū dicēdi licet cōmunis: ⁊m arguo. qm̄ vbi totū est motuꝫ ibi non potest distingui inter mouēs ⁊ motum / sic vꝫ ꝙ sit aliquid mouens non motum. sed quicquid est in graui moto deorsū ⁊ in leui moto sursum / totū mouetᷣ cū corpore ipso moto ex forma ⁊ materia cōstituto. ergo nō pōt poni in ipso aliqua forma accidentalis / que tantū sit mouens ⁊ non mota. ⁊ per cōsequēs falsum est illud quod assumitᷣ / vꝫ ꝙ idem non possit esse mouens ⁊ motum. ¶ Confirmatur. q2 nō magis in talibus corporibus se mouētibus naturaliter motibus ꝓprijs et determinatis oportet distīguere īter mouēs ⁊ motū q̄ in anima separata vel in angelo. sed nec in angelo nec in anima se mouente est dare duo aliqua distincta / quorū vnum sit mouens ⁊ reliquū motum. totū eñi est ibi mouens ⁊ totum motū: cū potentia motiua nō differat (vt postea videbitur) a re mota. ergo ⁊c.

Et ideo dico aliter. Ad cuius euidentiā pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima est. ꝙ nec leuitas nec grauitas sunt forme accidētales distincte a formis substantialibus grauis ⁊ leuis: nec alicuius alterius rei leuis vel grauis. ¶ Hec ꝓbatur. quia qđ potest seipō esse tale nullo alio mediante / nō est ponendū ipsum esse tale aliquo mediante ab ipso realiter differēte. sed eā res leuis seipsa potest esse ⁊ ē leuis. ¶ Hoc apparet. omnino eñi videtᷣ irrationabile dicere vnā rē aliquā fieri leuem nec leuiorē ꝑ alterā sibi appositā: nec vnam rem nō grauem fieri per aliam sibi appositā grauiorem. q2 sicut nō album nō fit magis albuꝫ q̄ simplr albū ꝑ albū: ita nec nō graue fit ꝑ aliud magis graue nec nō leue magis leue. aut q̄ forma substātialis leuis / puta ignis / ē leuis seipsa ⁊ forma grauis substantialis similiter seipsa grauis / aut nō si nō: q̄ nec leuis est leuior propter leuitatē sibi adē stā: nec forma grauis grauior ꝓpᷣ grauitatē: nec ꝑ ꝯñs propter leuitatē leue esset magis natum moueri ad sursum: nec ꝓpter grauitatē forme substantialis graue ad deorsum. ¶ Si dicatᷣ ꝙ forma substātialis ex se nō est grauis nec leuis: ⁊ ideo nec leuitate efficitur magis leuis sed simplr ⁊ totaliter leuis: nec grauitate magis grauis: sed simpliciter grauis: ¶ Cōtra: q2 tūc sequeretur ꝙ forma substantialis leuis non mouerē naturaliter sursum: nec grauis deorsum: sed tantū forma accidentalis. qm̄ sicut illud qđ nō est ꝑ se albū / ꝑ se nō disgregat visum: ita nec illud ꝑ se mouetᷣ sursum qđ nō est leue per seipsum sed tantū ꝑ alterū ab ipso realiter distinctū ergo substātialis forma ignis nō mouetᷣ naturaliter ad sursum: nec forma grauis ad deorsuꝫ. hoc aūt videtᷣ incōueniens. ergo cōcedendū est alterū: qđ est propositū / vꝫ ꝙ forma substantialis leuis seipsa est leuis: ⁊ forma grauis seipsa est grauis. ¶ Cōfirmatur. quia nulla apparet ratio quare magis aliq̄ forma accidētalᷣ ignis possit ꝑ se esse leuis q̄ forma substantialis eius: nec forma accidentalis grauis q̄ forma substantialis. tūc enim forma substātialis ignis posset effici grauis cū possit informari grauitate hmōi accidentali: ⁊ forma substātialis grauis effici leuis propter cōsimilē rationē: nec ꝑ cōsequēs aliqua forma substātialis quā iā est ex se esset magis determinata ad vnū motū q̄ ad alterū. qđ nō videtᷣ eē cōcedēdū. qđ eñi ex se potest esse determinatū ad aliquid non oportet ipsum determinari ad illud ꝑ aliqđ ab ipso distinctū. sed nō minus forma substantialis q̄ accidētalis potest esse ex seipsa ad certū motum determinata. ergo ⁊c. ¶ Secūda conclusio est. ꝙ esto ꝙ grauitas poneretur forma accidentalis distincta a forma substantiali grauis: ⁊ leuis a forma substantiali leuis: nulla istarum formarum esset motiua: sed tantuꝫ forma substantialis vtriusq; subiectū. ¶ Hec probatᷣ. quia posse mouere est ꝑfectiōis: nō aūt esse mobile passiue: imo īperfectiōis. sed qđ est ꝑfectionis magis debet attribui ꝑfectiori / nisi appareat ꝙ ipsi repugnet / q̄ īperfectiori. ergo omne motiuū magis est forme ꝑfectiori mobilis / puta substātiali / q̄ accidētali imperfectiori attribuendū. ¶ Secūdo. q2 sicut se habet mobile indifferens ⁊ indeterminatum ad diuersos motus: vt substantia intellectiua ⁊ ēē sensitiua ad omnem naturaliter possibilem sibi motum: ita se habere videtᷣ substantialis quecūq; alia res determinata ad certum motum ad illum ad quem tātum est naturaliter determinata. Sed primū, vꝫ ꝙ est equalitᷣ mobile ⁊ motiuū ad motū variū: sic se habet ad omnē motum ad quem est indeterminatum: ꝙ nullo illoꝝ est sui motiuū per aliqđ sibi appositū ab ipso diuersum: sed tantūmodo ꝑ seipsum. nec eñi angelus nec anima separata mouet se nec etiā corpus sibi ꝯiūctū aliqua forma accidentali sibi apposita sed tantūmodo semetipsa ergo consimiliter est dicendū de graui corpore ⁊ de leui respectu motus eis naturaliter possibilis determinati. ¶ Confirmatᷣ. q2 omnino videtᷣ irrationabile dicere substantiam esse precise mobilē nō motiuam / ⁊ agēs tantū esse motiuū: cū vt dictū est omne motiuū sit perfectiōis ⁊ mobile īꝑfectiōis. ¶ Preterea arguo sic ad idē. si graue ⁊ leue nō mouent se effectiue per formas substantiales suas: sed tantum per accidentales eis aduenientes ac ab eis realiter differentes: sequitᷣ ꝙ nō magis naturalitᷣ saltē īmediate mouerentᷣ q̄ si ab hmōi formis accidentalibꝫ separarentᷣ / ⁊ ab alio / puta ab angelo vel a quocunq; alio motore extrinseco / mouerentᷣ sed ꝯsequēs videtur incōueniēs. ergo ⁊ antecedēs. ¶ Cōsequētia probatur. quoniam accidens non magis est substātie intrīsecū quidditatiue / licet sit ī ipsa subiectiue: q̄ vna substantia alteri. immo magis est ab ipsa distinctum q̄ vna substantia ab alia distinguatᷣ. sed qđ ꝯuenit alicui per aliquid magis a se distinctum / nō magis illi naturalitᷣ conuenit q̄ idem sibi conueniēs per alterum minus vel etiam equaliter a se distinctum. ergo si grauitas est forma accidentalis / nō magis ꝓpter ipsam forma substātialis grauis eius subiectū mouebitur naturaliter

deorsum/q̃ seperata ab ea moueretur per angelū ipaȝ
impellentē vel ꝑ quēcūqȝ motorē aliū ipsi cōiunctuȝ ab
ipa nō magis distīctū q̃ grauitas distīguit. ¶ Si dicat
ꝙ nō est simile: ꝓpter duo. Primo qꝛ grauis substantia in
formatur grauitate:nō sic aūt ipsum motor aliũs informa
ret. Secūdo. quia substantia grauis licet ex se nō sit sui
motiua deorsum:tamen ex se sibi determinat formā sui
motiuā:sine qua nō potest esse naturaliter sed supnatu-
raliter tātū. ꝛ ideo dicit̃ moueri naturaliter nō qꝛ se mo-
ueat sed quia ab alio qd̓ sibi naturalit̃ determinat mo-
uetur. nō aūt sibi determinat quodcūqȝ mouēs extrinse-
cuȝ:sed tantūmodo grauitatē/ꝛ leue leuitatē. quare ꝛc.
¶ Ista nō obstant. quoniā graue nō mouetur velocius
deorsum qꝛ grauitate informatū:q̃ si ipsi tantū esset cō
iunctum. nō eñ grauitas mouet formā grauis substan-
tialē/nec leuitas formā leuis propter aliquā informa-
tionē:sed tantū propter ipsoꝝ/veȝ grauitatis cū substā-
tia graui/ꝛ leuitatis cū leui ꝯiūctiōeȝ. vñ si grauitas sic
substantie vniret̃ ꝙ per ipsam substātia nō informaret̃
nihilominus ꝑ eā sicut modo substantia moueret̃. ꝗ nō
aliter grauitas mouet graue/nec leuitas leue:q̃ vtrunqȝ
hoꝝ a grauitate ꝛ leuitate separatum moueret̃ ab alio
motore extrinseco sibi coniuncto. Et ita apparet ꝙ pri-
mum non valet. Nec secundū:quoniā licet per illud sal-
uetur ꝙ grauitas est naturaliter in substantia graui/
ꝛ leuitas in leui:sicut calor in igne:ex hoc tamē nō seq̄t̃
nec habet̃ ꝙ substantia grauis naturaliter moueat se-
metipsam:nec ꝙ naturaliter magis moueat̃ a grauita
te/nec leue a leuitate:q̃ a quocunqȝ motiuo alio extrin
seco moueret̃ si sibi cōiungeretur. quare ꝛc. ¶ Cōfirma
tur. quia non magis forma grauis sibi determinat natu
raliter grauitatē:supposito ꝙ grauitas sit talis accidē
talis forma a substantia grauis distincta/q̃ aqua frigi-
ditatē/vel ignis caliditatē. sed licet ignis sibi determi-
net calorē/non tñ ꝓpter hoc aliquod corpus ipsi appro
ximatum dicit̃ sic naturalit̃ ab igne calefieri:sed ab ei⁹
calore:nec ab aqua infrigidari/sed ab eius frigiditate
propter qd̓ nec infrigidari potest ab ipa amota ab ea fri
giditate. ergo ꝯsimiliter in ꝓposito/nec substantia gra
uis naturalit̃ mouet̃ deorsum/nec substantia leuis sursū
magis propter talia accidentia eis apposita:q̃ moue-
retur ab eis separata a quibuscūqȝ aliis motoribus eis
cōiunctis. ¶ Consequentia est euidens. qꝛ sicut subie-
ctum aliquod est ad formā aliquā recipiendā/vt mate-
ria ad formam substantialē/in potentia tantū passiua
ꝛ nullo modo actiua:ꝛ ideo non magis eaȝ naturaliter
recipit ab vno q̃ ab alio:sed eque naturaliter est eius re
ceptiua a quocunqȝ ipsius virtualiter contentiuo:ita si
forma substantialis leuis ꝛ grauis est mobilis tantum
passiue ex se ꝛ non actiue/eque naturaliter poterit mo-
ueri passiue a quocunqȝ pꝛincipio eius motiuo actiue:
nec per consequēs propter aliquam accidentalem for-
mam sibi vnitam magis naturaliter mouebitur q̃ sine
ipsa ab alio posset moueri. hoc aūt est incōueniēs. ergo
ꝛc. ¶ Et si contra hoc arguat̃:quia posset esse forma sub
stantialis ignis que nō posset se mouere sursum:ꝛ ita ꝑ
consequēs si nunc potest/ab alio a se potest: Dico ꝙ an-
tecedens assumptum est falsum. sicut eñ est impossibi-
le esse calorem non calefactiuuȝ licet possit ne actu ca-
lefaciat ꝑ diuinā potentiā impediri:ita est īpossibile for
mam ignis fieri nō motiua n sui sursum:ꝛ formam gra-
uis substātialis deorsum:licet vtraqȝ possit impediri si-
cut ꝛ grauitas ꝛ leuitas si ponātur ab eis distincte nec
actualiter moueantur. nec magis est inconueniens po-
nere formam substantialē q̃ accidentalē esse necessario
sui motiuā. sed ponentes grauitatē ꝛ leuitatem esse for
mas accidentales a formis substātialibus distinctas

habent concedere tales formas esse necessario sui moti
uas. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̃. quia nō maius imo min⁹ in-
conueniēs est ponere ignē esse necessario sui motiuū ad
sursum:q̃ ponere eū esse caloris in seipso pꝛincipiū ꝓdu
ctiuum. quare ꝛc. ¶ Sed est hic dubium:an etiā quodli
bet accidēs substantie grauis:ꝛ etiā materia sit princi-
pium sui motiuū:an tantū moueatur a forma substātia
li grauis. ꝛ cōsimiliter est querendū de accidentib⁹ ꝛ de
materia forme leuis. ¶ Ad hoc videt̃ esse dicēdū:ꝙ nec
materia nec aliquod accidēs maxime qd̓ est eiusdeȝ ra
tionis in graui ꝛ leui/est sui motiuū actiue/sȝ mobile tā
tum passiue. qm̄ quodcunqȝ motiuum pꝛincipiū eiusdē
rationis aliud a natura intellectiua ꝛ sensitiua est prin
cipium motus determinatiui. sed materia ꝛ aliqua ac-
cidentia diuersa eiusdeȝ rationis sunt in graui ꝛ leui/ ꝛ
in graui mouet̃ deorsuȝ ꝛ in leui ad ꝯtrariū/veȝ sursum.
ꝗ huiusmodi motus non sunt ab ipsis sed a formis sub-
stātialibus eis cōiunctis. ¶ Et si ꝯtra hoc arguat̃: Pri-
mo. qꝛ accñtia ī eucharistia sepata a substātia mouent̃
deorsum/vt prius cōiuncta substātie mouebant̃. Secū-
do. quia si nullū aliud a forma substātiali est sui motiuū
ergo quodlibet aliud ab ipsa/licet ipsi coniunctū/violē
ter mouetur ab ipa: sicut ꝛ forma substātialis (vt supra
est argutum) violēter non naturaliter moueret̃ si a gra
uitate ab ipsa distincta realiter moueret̃. ¶ Ad primū
fuit responsum in quarto. Ad secundum dico ꝙ nullum
aliorum a forma substantiali violenter licet ab alio/mo
uet̃:quia ad nullum motū contrarium inclinatur. Cōce
dit̃ tamē ꝙ non magis naturaliter mouet̃ a forma sub-
stantiali sibi cōiuncta q̃ ipsa separata ab alio moueret̃.
¶ Et si dicas ꝙ cōsimiliter potest poni dicendo ꝙ gra-
uitas ꝛ leuitas sint forme accidētales distincte: Dico ꝙ
nō est verum. Tū qꝛ forme substantiales grauis ꝛ leuis
seipsis sunt alterius rationis:ꝛ ideo possunt esse seipsis
pꝛincipia motiua diuersoꝛum. Tū qꝛ forma substantia-
lis ignis cuiuscūqȝ materie ꝛ accidenti cōiungat̃ semꝑ
vniformiter mouet̃:nō sic aūt eius materia nec accidēs
cū in ipso existis sursuȝ ꝛ ī alio moueat̃ deorsuȝ. ex quo ar
guit̃ ꝙ mot⁹ sursum nō est ab aliqua accidentali forma
nec a materia:sed tantūmodo a substātiali forma. qua-
re ꝛc. ¶ Sed nūqd̓ forma leuis est sine omni pōdere/si-
cut ꝛ omne graue est pōderosum? Videt̃ dicēdū ꝙ nō. nisi
si concedatur ꝙ quilibet posset portare totū ignē eque
faciliter sicut aliquā partem eius. quoꝝ eñ vnum non
plus ponderat q̃ alterū eque potest portari ꝛ moueri fa-
ciliter sicut ipsum. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationeȝ
in pꝛincipio dicendū ꝙ licet corpora superiora sint nobi
liora q̃ elemēta:ex hoc nō sequitur ꝙ sint sui motiua/ꝛ
maxime tali motu quali mouentur.

QVarto quero de corporibus su
perioꝛib⁹ luminosis que fuerunt opus quar-
te diei. Utrū hmōi corpora luminosa superio
ra oīa sint lucida ex se an aliunde. ¶ Et vide
tur ꝙ ex se:qꝛ oīne lucis subiectū est formaliter ex se lu-
cidum non aliunde. sed quodlibet luminariū supioꝝ est
vniformiter sue lucis subiectum. ergo ꝛc. ¶ Contra. qꝛ
omnia alia a sole illustrātur ab ipo. sed qd̓ est tale ab ali
quo nō existente in ipo nō est tale ex se/sed aliunde. ꝗ ꝛc.
¶ Responsio. vbi erit videndū primo an lux cuiuslibet
corporis luminosi superioris fuerit immediate produ-
cta a deo:sicut corpus ipsum quodlibet superius lumi-
nosuȝ:an fuerit effectiue ab ipo corpore luminoso ei⁹ sub
iecto. Scdo. an qd̓libet corp⁹ illoꝝ habeat ī se lucē sub
iectiue ꝛ a se:an a deo:an vtrunqȝ eoꝝ ab alio effectiue.
Quantum ad primum est sciendum ꝙ

non minus quodlibet luminariũ superiorũ videtur esse
sue proprie lucis q̃ ignis sui splendoris virtualiter con
tentiuũ.sed secũdũ Aug.si ignis fuisset ab eterno/⁊ splē
dor ab ipso genitus fuisset cõsimiliter ab eterno.ex quo
sequitur ꝙ splendor ignis nõ est effectiue ab aliquo agē
te alio q̃ ab ipso.ergo cõsimiliter videt̃ esse dicendũ de
superioribus corporibus luminosis respectu lucis ipso
rũ.nisi dicat̃ ꝙ nullũ ipsorũ se habet ad lucē sibi debitā
actiue.nõ eñ sic est notũ ꝙ sol nec aliquod aliorũ corpo
rũ superiorũ sit sue lucis sicut ignis sui splendoris prin
cipiũ productiuũ.cuius ratio est:quia ꝙ aliquid sit ali-
cuius causa nõ arguitur nisi quia illud ad ipsuȝ sequat̃
sed ad ignē naturaliter productum nos videmus sequi
splendorem/non ab aliquo alio q̃ ab ipso:nescimus au-
tem an lux corporũ superiorum fuerit subsequuta ⁊ pro
ducta imediate a deo sicut ⁊ quodlibȝ ipõꝝ:an a substā-
tia cuiuslibet immediate deo tamen ipsi coagente sicut
agit ad effectũ aliũ quẽcunq̧ creatũ. ¶ Nec valet si di-
cat̃ ꝙ nec etiã nobiȝ ꝯstat an splēdor ignis sit imediate
a deo an ab igne producto.qm̃ non est verisimile/ꝙ deꝰ
plus agat ad splendorem ignis sequentem q̃ ad ignis
substantiã precedētem.sed ad substantiã non sic agit qȝ
ipsa etiã sit ab alio q̃ ab ipso.ergo cõsiłr ipse splēdor. nõ
põt aũt eē ab alio q̃ ab igne genito.⁊c̃. ¶ Hoc premisso
apparet quid sit dicendum ad istum articulũ.quoniam
si corpus luminosum supernum est subiectum sue lucis
receptiuum/nõ autē principium productiuũ:nõ potuit
lux eius fieri ab ipso sed a deo/sicut ⁊ eius substantia/ ef
fectiue.si autē ipsum sit lucis huiusmodi principium ef
fectiuum/potuit vtiq̧ lux eius fieri effectiue ab ipso vel
tantũ a deo:a quo solo potest esse cuiuscunq̧ cause secũ-
de effectus:ipã secũda causa nihil causante ad eũ. Quo
autē horum modorũ fuerit lux creata corporũ superioꝝ
an veȝ precise a deo/an etiam simul cum ipso a corpore
lucido/nõ habetur expressum/nisi ex hoc arguat̃ qȝ ha
betur Gen̄.pmo.vbi dicitur ꝙ fecit deus duo luminaria
magna ⁊ stellas.sed luminare includit lucem.quare ⁊c̃.
¶ Sed ex hoc non sequitur nec euidenter arguit̃ ꝙ lux
non fuerit effectiue a substantia luminaris:supposito ꝙ
sit eius virtualiter cõtentiua.quoniã licet effectus cau-
se secunde fiat ab ipsa causa secunda/nihilominus dicit̃
esse ⁊ fieri pncipalius a prima causa a qua sunt vniuer-
saliter omnia.quare ⁊c̃. ¶ Et si contra hoc arguat̃.quia
si sol in se lucem produxisset / tantam in se produxisset
quantã producere ⁊ recipere potuisset:qȝ tamen nõ est
verum:cum eius lux sit amplius intendēda secũdũ illȝ
Esaie.iij.Erit lux lune sicut lux solis:⁊ lux solis erit se-
ptempliciter:Dico ꝙ ex hoc non sequit̃ qȝ infertur:qȝ
etiam ignis posset esse calidior q̃ sit:⁊ etiã ipse posset in
se producere calorē aliũ ab illo quē habet:cũ per diuinã
potentiã isto quē habet destructo vel ipõ igne infrigida
to ignis ipse nõ minus corrũperet frigiditatē ⁊ induce-
ret in se caliditatē aliam a priori destructa:q̃ aqua cale
facta corrumpat caliditatem ⁊ producat in seipsa frigi
ditatē. Nec tñ ex hoc sequitur ꝙ ignis nõ sit causa calo
ris:quia tantũ in se producit ⁊ simul totum quantuȝ po
test producere non absolute/sed priori simul toto produ
cto manente.⁊ ita consimiliter si variatus fieret cali-
dior/hoc non a se ipso sed ab alio haberet fieri effecti-
ue.ita si sol est sue lucis quam actualiter modo habet
principium productiuum:nõ tamen lux alia qua ista in
tenditur/erit ab ipso sed a deo tãtũ effectiue. Qȝ dictũ
est de sole respectu sue lucis/potest intelligi ⁊ dici consi-
militer de quolibet elemento a deo die tertia creato re-
spectu sue proprie qualitatis:licet de istis elementis cõ
stet ꝙ sint accidentia suarum huiusmodi qualitatum:⁊
per consequens ꝙ eorum qualitates potuerunt esse ab
eis effectiue:qȝ non sic constat vt dictum est de luce ali
cuius superioris corporis luminosi. ¶ Hec de primo.
¶ Quantum ad secundum nihil in exemplari nostro
est repertum.

Circa distinctionem deci-
mamquintam in qua postq̃ magi
ster determinauit de operibus pri
me secũde tertie ⁊ quarte diei/de-
terminat de opere quinte diei:qȝ
quideȝ fuit formatio seu productio
quorũdam mixtorum/vt piscium
⁊ auium: Quero primo. Utrum in
corpore animalis ⁊ cuiuscunq̧ alterius mixti corporis
sint actualiter omnia quatuor elementa. ¶ Et videt̃ ꝙ
sic.quia in quocunq̧ mixto sunt actualiter omnia misci
bilia/sicut in composito omnia componẽtia.sed elemē-
ta dicuntur miscibilia/⁊ quodcũq̧ aliud corpus mixtũ
respectu ipsorum:sicut etiam omne compositũ dicitur
ex componentibus compositum.ergo ita sunt in omni
mixto actualiter quatuor elemēta/sicut in quocũq̧ cõ-
posito omnia cõponentia. ¶ Contra.quia omne mixtũ
est per se vnum ⁊ vnius determinate speciei.talia auteȝ
sunt diuersarum specierum.sed in nullo per se vno vidē-
tur esse actualiter forme diuersarum specierum quales
sunt forme elementorum.ergo ⁊c̃. ¶ Responsio.vbi pri
mo est videndũ ꝙ elementa sunt aliquo modo in mixto
Secundo est inquirendum quomodo sunt in ipso.

Quantum ad primum:ab omnibus cõ
muniter tam theologis q̃ philosophis conceditur oĩa
corpora corruptibilia alia ab elementis esse mixta:⁊ ip
sa elemẽta miscibilia.ex quo necessario sequitur ꝙ ele-
menta aliquo modo sunt in mixto. ¶ Confirmatur pri
mo.quia mixtum non potest aliquid esse nisi ex miscibi-
libus in ipso aliquo mõ existētibus:sicut nec ꝯpositum
nisi ex componentibus.sed omnia corruptibilia alia ab
elementis conceduntur esse mixta/⁊ ipsa elementa mi-
scibilia.ergo ⁊c̃. ¶ Secundo:quia vnumquodq̧ ex illis
componitur in que resoluitur.sed quodlibet mixtuȝ re-
soluitur in elementa/vt apparet ad sensum de ligno cõ-
busto in cineres seu in terraȝ resoluto:qui cineres nõ vi-
dentur nouiter generari .non enim possunt effici a li-
gno/cum ponatur esse corruptum:nec ab igne/cum vnũ
elementum non sit alterius productiuum:nec per con-
sequēs ignis terre.ergo ⁊c̃. ¶ Tertio.quia ignis ex col
lisione corporum generatus/aut generatur a forma mi
xti/aut a forma elementi/veȝ ignis in mixto contenti.
sed primum non videtur esse dicendum:quia nec mixtũ
continet virtualiter elementum:magis q̃ econuerso ele-
mentum contineat ipsum mixtum.ergo ⁊c̃. ¶ Quarto
quia secundum Philosophum mixtio est alteratorum
miscibilium non corruptorum vnio .sed quod non cor-
ruptum sed tantũmodo alteratum manet in aliquo:ve
raciter ⁊ realiter manet in ipso.ergo ⁊ elementa sic ma
nent in mixto. ¶ Sed quia rationes predicte probant
elementa esse in mixto non tantum absolute sed etiam
isto modo/puta actualiter et formaliter: de quo est in se
quenti articulo inquirendum:ideo sufficit eas pronunc
accipere prout probant elementa ipã in mixto existere
absolute. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum:primo est vi-
dendum an in mixto sint elementa potentialiter. Secũ
do an virtualiter. Tertio an actualiter ⁊ formaliter se-
cundum ipsarum essentias. ¶ Quãtum ad primum di
citur a quibusdam: ꝙ elementa manent in mixto in po

tentia propinqua non in potētia tantū remota. ¶ Pri
mum probaſ. quia ſi elemēta tantū manerent in mixto
ī potentia remota/nō manerēt in eo aliter ꝙ quodlibꝫ
maneat ī altero: cū quodlibet maneat ī aliquo iſto mō
ſed hoc eſt falſuꝫ. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc arguiſ. quo
niam illud ꝯpoſitū eſt in potentia ꝓpinquiori ad aliud
in cuius materia pōt facilius ⁊ citius introduci forma
illius. ſed in materia vni⁹ elementi facilius ⁊ citius po
teſt introduci naturalr̄ forma alteri⁹ ꝙ in materia mul
toꝝ mixtoꝝ. citius enim ignis aquam vel aerem corrū
pit ꝙ lapidem vel ferrū. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ nul
lum compoſitum eſt ad formā alterius in potentia pro
pinquiori/niſi cui⁹ materia magis diſpoſita vel minus
indiſpoſita eſt ad ipſum. ſed nō omne mixtum eſt magis
diſpoſitū ad quodlibet elementū ꝙ quodlibet elemētuꝫ
ad alterū. ergo ⁊c. ¶ Et ideo arguiſ primo: ꝙ quodlibꝫ
elementū manet in mixto potētialr̄. Secūdo. ꝙ in vno
propinquius ꝙ in alio. ¶ Primū probaſ. quoniā omne
generabile ex aliquo/potētialiter eſt in ipſo. ſed ex quo
libet mixto eſt generabile quodlibet elementū. ergo ⁊c.
¶ Ex hoc videtur corollarie poſſe ꝯcludi: ꝙ ipſa elemē
ta oīa ſint in mixto potētialiter potentialitate actum
excludente. quoniā nulla forma ſubſtātialis exiſtens ſe
cundū ſuam eſſentiaꝫ actualiter in aliquo/eſt generabi
lis ex ipſo. ergo ſi quodlibet elemētū eſt generabile ex q̄
libet mixto/ſequiſ ꝙ nullū actualiter ſeu formaliſ ſit ī
ipſo. niſi forſan diceref ꝙ ex mixto nō generanſ proprie
elementa: ſed tantū mixtum reſoluitur in ipſa iam in eo
actualiſ ꝓexiſtia: ſicut cōpoſitū in cōponētia. Quo ſup
poſito/tunc elemēta nō eſſent in mixto potētialiter/ni
ſi ſicut quedaꝫ partes in toto/nec mixto corrupto ele
menta nouiter generarenſ ſed tantū ab inuicem diuide
renſ ⁊ realiter ſepararenſ. ¶ Secūdū/vcꝫ ꝙ in vno mi
xto ſint elementa propinquius ꝙ in alio: probaſ. quo
niā non oīa mixta ſunt ad formam cuiuſlibet elementi
equaliter diſpoſita. ſed qḋ eſt ad formā aliquam magis
diſpoſitū eſt ad ipſam magis propinquuꝫ: ⁊ qḋ indiſpo
ſitius/remotius. ergo ⁊c. ¶ Sed contra hoc forſan ar
gueſ. quantū aliquid recedit a potētia tantū appropin
quat ad actū. ſed qḋ eſt in potētia ꝓpinqua aliquo mo
do diſtincta a potētia pura ſeu remota/aliquem habet
actum: ⁊ ita ꝑ conſequens elementa actualiter ſunt in
mixto. ¶ Cōfirmatur. qꝛ aut eſſe in potentia ꝓpinqua
eſt eſſe in pura potentia aut aliquo mō in actu. ſed non
pōt poni primū. ergo ſcḋm. quare ⁊c. ¶ Ad iſta ſuppoſi
to ꝙ elemēta nō ſint in mixto actualr̄ ſcḋm ſuas ſubſtā
tias (de quo inferius inquireſ) poteſt reſponderi. ¶ Ad
cuius euidentiā eſt ſciēdū: ꝙ nec materia eſt in potētia
propinquiori ad formā aliquā/nec vnū cōpoſitū ad alte
rū propter aliquē ſubſtantialē quē habet eius actū: ſed
aliter duplr̄ hoc contingit/vcꝫ negatiue ſeu priuatiue/
puta propter carentiam ſeu remotionem indiſpoſitiōis
vel poſitiue propter ꝓpoſitionē alicui⁹ preuie diſpoſitio
nis. que quidē diſpoſitio fit ꝑ aliquē actū forme nō ſub
ſtantialis ad quem eſt potentia/ſed accidētalis. ¶ Ex
hoc premiſſo ad primū quando arguiſ cōcedo ꝙ exńs
in potētia ꝓpinqua appropinquat ad actū ⁊ etiā habet
actū: nō tamē illū ad queꝫ appropinquat ſed alium/vcꝫ
accidētalē/ſi eſt ad actū ſubſtātialē in propinquiori po
tentia paſſiue: vel remotionem actus contrarij/ſi eſt in
propinquiori potētia priuatiue. nullo modo aūt habet
actum forme ſubſtantialis ad quem eſt in potentia quā
tumcunq; propinqua. ¶ Ad confirmationem conſimili
ter eſt dicendum. concedendum em̄ eſt ꝙ eſſe in potētia
ꝓpinqua nō eſt eſſe in pura potētia ſed in actu: nō t̄n il
lius forme ad quā eſt in potētia: ſed alteri⁹. de actu eniꝫ
forme ſubſtantialis non habet plus exiſtēs ad ipſum in
potentia propinquiſſima ꝙ remota: nec de aliquo etiā
alio habet plus illud quod dicitur propinquius tantū
modo priuatiue. ¶ Hec de primo.

¶ Quantū ad ſecundū videtur eſſe dicendū ꝙ elemen
ta ſaltem omnia non ſunt in mixto virtualiter ſicut effe
ctus in cauſa. quoniā nulla forma naturalis vna videſ
cōtinere ꝯtraria: cuiuſmōi ſunt elemēta. q̄re ⁊c. ¶ Sed
forte hic diceref ꝙ forme elemētoꝝ ſubſtātiales nō ſunt
cōtrarie licet cōtrarias habeāt qualitates. Et ideo pōt
aliter rationē formando ſic argui. omne naturale agēs
formā aliquā ſubſtantialē virtualiter cōtinens cōtinet
etiam accidētalē ad illā diſponentē: per quam agit pri
mo alterando: ⁊ paſſum exiſtens ſub forma cōtraria diſ
ponēdo. ſed nulla vnica forma mixti pōt mutare virtua
liter omnium elementorū contrarias qualitates. ergo
⁊c. ¶ Preterea. ſuppoſito ꝙ ex mixto generef elemen
tū poteſt argui ſic ad idē. nullā cauſaꝫ effectū aliquē vir
tualiter continentē oportet corrūpi ꝓducto effectu. ſed
mixtū quod reſoluitur in elemētū oportet eſſe corruptū
nec ex mixto aliquo incorrupto manēte poteſt aliquod
elementū generari/ſuppoſito ꝙ elemēta actualiter nō
ſint in mixto. ergo ⁊c. ¶ Hec de ſecundo.

¶ Quantū ad tertiū ⁊ vltimū, fuit a diuerſis diuerſimo
de opinatū ſicut ⁊ modo etiā opinanſ. Aliqui em̄ dicūt
ꝙ manent elementa in mixto ſecundū ſuas formas ſub
ſtantiales ꝓfectas licet ſuas qualitates remiſſas. ⁊ hu
iuſmodi opinio fuit Auicē. vt recitat cōmēta. iij. Celi ⁊
mun. ⁊ ꝑmo de gńatione. cap. de mixtio. ¶ Pro iſta opi
nione pōt argui. quia qḋ nō eſt intenſibile nec remiſſibi
le/vbicūq; eſt actualiter eſt equaliter. ſed forma ſubſtan
tialis non eſt intenſibilis nec remiſſibilis: ⁊ eſt in mixto
ergo ꝓfecte. ¶ Sed hic modus dicendi nō eſt cōueniēs:
qꝛ impoſſibile eſt naturaliter loquendo remitti calorem
ignis non remiſſa ſua forma ſubſtantiali. ⁊ ita vbi eſt ſe
cundū ſuam totā ⁊ perfectam formam ſubſtantialē: ibi
dem eſt ſecundū ſuam perfectam formam accidentaleꝫ.
¶ Alij dicūt ꝙ manēt ī mixto elemēta actualr̄ in eēre
miſſo/tā quātū ad ſubſtātiales ꝙ ēt quātū ad ipſoꝝ for
mas accńtales. Et hmōi opinionis fuit (vt dr̄) Cōmēta
tor. ¶ Pro q̄ opiniōe arguiſ pmo. ꝙ maneāt actualiſ
quoniā ſecūdū Philoſophū. iiij. Metaphy. Elementuꝫ
eſt ex quo cōponitur res. ſed omne illud ex quo aliquid
cōponiſ eſt in ipſo. ergo ⁊c. ¶ Secundū/vcꝫ ꝙ maneāt
ibi ſecundū eſſe imperfectū/tam quantū ad formas ſub
ſtantiales ꝙ etiā quātum ad formas accidentales: pro
batur. quoniam conſtat in mixto nō eſſe qualitates ele
mentorū ſecundū eſſe perfectū ſeu intenſum/vt apparet
ad ſenſum. nullū em̄ mixtum eſt ita calidum ſicut ignis
ſed calor ignis nō poteſt naturaliter remitti niſi forma
ignis remiſſa. qua enim ratiōe poſſet remitti/eadē poſ
ſet toto calore priuari/qḋ falſuꝫ ē. quare ⁊c. ¶ Alij ter
tio dicunt ꝙ elementa manent in mixto ſecundum ſuos
actus ſubſtantiales ſic imperfectos ꝙ in eis non ſaluā
tur ipſorum elementorum ſpecifice rationes. Dicit em̄
doctor cuius eſt hec opinio/ꝙ duplex eſt actus forme.
Unus ſimpliciter: in quo ſaluātur ſpecies/ſiue ſit inten
ſus ſiue remiſſus. ⁊ alius ſecundum quid/vt ille in quo
non ſaluantur ſpecies forme. ¶ Et ſi contra hoc argua
tur. quia ſubſtantia non recipit magis ⁊ minus. Reſpō
det ꝙ dupliciter poteſt intelligi formam aliquam poſ
ſe remitti. Uno modo vniuoce/videlicet per gradus/in
quorum quolibet ſaluetur ratio ſpeciei. Et alio modo
equiuoce/puta per gradus varios: in quorū alio ſalue
tur ⁊ in alio nō ſaluetur ratio ſpeciei. Primo modo (vt
dicit) intenditur forma accidentalis. Secundo autem
modo forma ſubſtātialis. ¶ Pro iſta opinione arguiſ.
⁊ primo ꝙ ſit dare aliquē talem actū in quo non ſalueſ

ratio speciei. Primo. quia ɔstat ꝙ vnū contrariū agēs
in alterum/vt calidū in frigidū/aliqd causat in ipso/scȝ
in subiecto frigiditatis: ⁊ conſtat ꝙ nō nisi aliquem gra
dum caloris frigidū remittentis: sed in huiusmodi tali
gradu caloris non pōt saluari ratio specifica caloris: qꝛ
calor ⁊ frigus formalit̄ repugnāt: que aūt sunt formalit̄
repugnātia scđȝ nullos gradus possunt simul existere ĩ
qbus saluēt eoꝝ formales ⁊ specifice rōnes. ꝙ ⁊c. ¶ Se
cūdo. qꝛ Phs in lib. de gñatiōe probat primo ꝙ elemē
ta nō corrūpunt̄ in mixtione seu mixti gñatione. Secū-
do. qꝛ nō manēt in mixto ĩ actu sed in potētia. sed ɔstat
ꝙ Phs nō intendit dicere ꝙ sint in mixto elementa in
potentia pura/sic ꝙ nullū habeant ibi actū: qꝛ tunc ha-
beret cōcedere ipsa esse corrupta post mixti gñationem
qđ negat. ergo cū ponat ea nō esse corrupta/intēdit ipa
manere scđm actū aliquē imperfectū predictū: quē vo-
cat possibilē. q̄re ⁊c. ¶ Tertio. qꝛ nisi ponat̄ hmōi actus
predictus/aut oportet ponere ⁊ cōcedere oīa elementa
manere in mixto scđm suas formas substātiales ⁊ speci
ficas/aut nullo mō actualit̄ esse in ipso. sed primū nō po
test poni: qꝛ tūc nullū mixtū esset p se vnū/qđ est falsuȝ.
nec scđm. quia tūc nullū esset realiter nec veraciter mi-
xtū: qđ similr̄ ɔcedere est incōueniēs ⁊ absurdū. ergo ⁊c.
¶ Ex hoc scđo arguit ad ɔclusionē. qm̄ eodēȝ mō elemē
ta manerēt in mixtis sicut forme cōtrarie accidētales ĩ
mediis. sed qualitates contrarie sunt actualr̄ in mediis
isto modo/vȝ ĩ actu ꝑmixto potētie: nec retinēt speciē
forme. ꝙ ⁊c. ¶ Preterea scđo arguit sic. oīa q̄ ĩ mixto re
soluunt̄ aliquo modo in ipso actualr̄ ꝑfuerūt. sed mixtū
resoluit̄ in omnia elementa: que non possunt existere se
cūdū actus ipsoꝝ species recipiētes: cū impossibile sit
eandē partē materie simul ꝑfici formis ɔtrariis ⁊ diuer
sis/cuiusmōi sunt forme elemētoꝝ. ꝙ ⁊c. ¶ Sed ista opi
nio est omnino impossibilis et cōtradictoria accipiens
euidenter/vȝ ꝙ vnū ⁊ idē sit ignis ⁊ non ignis: ⁊ sic de
elementis oībus aliis qbuscūqȝ. nō est eñ possibilius eē
in aliqua gradū aliquē ignis in quo nō sit ignis: q̄ albe-
dinis in quo nō sit albedo: quia nec ĩdiuiduū albedinis
vl̄ ignis est aliud q̄ albedo ⁊ ignis. q̄re ⁊c. ¶ Preterea
hec opinio dupl̄r deficit. Primo. qꝛ falsuȝ accipit ⁊ sup-
ponit. Secūdo. qꝛ illo cōcesso nō saluat ꝓpositū qđ intē
dit. ¶ Primū apparet. qm̄ supponit indiuiduū speciei
ab ipsa specie vt ab aliqua re extra aīam existente realr̄
esse distinctū: qđ est oīno impossibile ⁊ absurdū: cū spēs
sicut nec aliquod aliud vl̄e nō sit nisi tantū in aīa: nec di
cat ĩ re extra nisi ipa singularia se totꝭ distincta/nihil cōe
habētia in re extra/vt in ꝓcedentibꝰ circa ꝓncipiū hu-
ius libri ⁊ alibi est ostensum. ¶ Qȝ autēȝ hoc supponat
ista opinio/apparet: qꝛ dicit ꝙ in mixto est ignis indiui
duū sine specifica ratiōe ignis: ⁊ sic de quolibet alio ele-
mento. Quero de illis specificis rationibꝰ de sīlibꝰ ele-
mentis an sint aliqua possibilia ĩ re extra an nō? Si sic/
ergo cuiuslibet ratio specifica ⁊ ipsum indiuiduū cuius
est sunt duo in re extra aīam distincta realiter: qđ ē fal-
sum. qꝛ qua ratione indiuiduū potest fieri ⁊ fit de facto
(vt ponit illa opinio) sine specifica ratiōe/eadē possȝ fie
ri ecōuerso hmōi species seu specifica ratio. imo magis
hoc esset possibile q̄ illud: cū secunduȝ ponentes speciē
esse aliquid commune indiuiduis ĩ re extra/ipa species
includatur in quolibet indiuiduo/⁊ nullū indiuiduūȝ in
specie includatur. ergo ⁊c. ¶ Si autem dicatur ꝙ talis
specifica ratio nō est aliquid in re extra distinctū ab in-
diuiduo/nō est curandū de ipso: qꝛ etiā scđm hoc quod
libet elementū habebit in mixto esse perfectū: cuȝ ratio
specifica qua carere dicitur/nō sit ipsi possibilis in re ex
tra. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄. quia indistinctoꝝ realiter
impossibile est vnū ab alio separari. sed si species dicat
aliquid distinctū ab indiuiduis: qđ tñ est falsuȝ: illud nō
differt realiter ab aliquo indiuiduoꝝ/vt etiā cōcedunt
oēs ponētes talē differentiā inter vlia ⁊ particularia
inferiora ⁊ superiora. ergo si in mixto sunt indiuidua ele
mentoꝝ/in ipo sunt ⁊ species ipsoꝝ: supposito vt suppo
nit opinio: qđ tñ falsum reputo: ꝙ species sit vel dicat
aliqd in re extra in indiuiduis distinctū quomodocūqȝ
ab eis. ¶ Secūdo/vȝ ꝙ ista opinio nō saluet nec habe
at propositū qđ intendit/cōcesso isto falso ꝑdicto ⁊ impos
sibili qđ assumit: apparet. qm̄ opinio ista intendit salua
re ⁊ ponere mixta omnia esse ex elementis ⁊ elemēta eē
in ipsis. sed hoc non saluat̄ ex illo qđ assumit̄: imo nega
tur. quoniā per hoc ꝙ aliquid est mixtum ex aliquibus
non potest poni mixtum ex illis que nō sunt illa ex qbꝰ
ipsum componit̄: imo ab eis realiter distinguunt̄/nec in
cōposito esse ponunt̄. sed secundū opinionē istam in acti
bus elementorum in composito mixto existentium non
saluantur rationes elementoꝝ: ⁊ ita per cōsequēs oēs
huiusmodi actus in mixto existentes sunt ab elementis
que nec sunt cū eis in mixto realiter differētes. ergo ⁊c.
¶ Confirmat̄. qꝛ aut in mixto est ignis/⁊ sic de aliis ele
mētis: aut nō. Si sic: ergo est in ipso ratio specifica: hoc
est quidditas seu essentia ignis: cū vnūquodqȝ sit a sua
essentia realiter ⁊ totaliter indistinctū. Si non: ergo nul
lum mixtū est compositū ex aliquo elemento: esto ꝙ sit
cōpositum ex talibus actibus mediis ab elemētis ipsis
seu eoꝝ quidditatibus realiter distinctis. Nec valēt ra
tiones quas adducit. quādo eñ ꝓmo arguit: ꝙ sit dare
aliquē actum mediū forme in quo nō saluet̄ ratio forme
qꝛ calido frigidū remittente aliqs caloris gradus intro
ducit̄ in passo in q̄ nō saluat̄ ratio formalis caloris: Di
co ꝙ falsuȝ est. qm̄ nō minus in gradu caloris introducto
saluat̄ caloris ratio/q̄ in gradu frigiditatis corrupto
frigiditatis ratio saluaretur. sed in illo vere vtiqȝ frigi
ditatis ratio saluabatur. Qđ probo. quoniaȝ sicut nul-
la forma intensibilis intenditur nisi qꝛ aliquis gradus
ipsi apponitur in quo vere essentia illius forme saluatur: ita
nec intēsa remittitur: nisi quia aliquis talis gradus ip
si substrahit̄. ¶ Hoc apparet. quia etiam secūdum do-
ctorem illum intensio fit in formis per graduum eius
dem rationis appositionem: ⁊ remissio per talium gra-
duum substractionem. sed frigidum vt supponitur est ca
lido agente in ipsum remissum propter gradum aliquē
frigiditatis sibi substractum ⁊ corruptum: ergo ille gra
dus vere fuit frigidus: ⁊ rationem formalem seu quiddi
tatem frigiditatis habens: siue (vt loquar proprius) qdd
ditas ipa frigiditatis. nec enim idem proprie habere di
citur semetipsum. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia cū secū
dum ipsum omnes gradus forme intensibilis sint eius-
dem rationis ⁊ perfectionis: si vnum non est formaliter
tale nec alteruȝ. ergo si primus gradus corruptus quo
frigidum remittitur non est formaliter frigus: nec pri-
mus etiā gradꝰ caloris introductus calor: nec aliquis
aliorum. hoc autem est impossibile: quia tūc sequeret̄ ꝙ
omnis forma intensa constitueretur ex illis/in quorum
nullo saluaret̄ ratio illius forme/vt albedo ex illis quo
rum nullum esset albedo: qđ est impossibile. sicut enim
forma extensa non componitur ex non quantis extensi-
ue/puta ex indiuisibilibus: ita nec aliqua forma inten-
sa constat nisi ex illis in quibus oībus saluatur ratio
seu quidditas sua tota. quare ⁊c. ¶ Ad secūdum quādo
dicitur ꝙ elementa non corrumpuntur in mixtione seu
mixti generatione: Respondeo ꝙ si in mixtione elemen
ta non corrumpuntur/sequitur ꝙ manent in mixto for-
maliter: qđ tu negas. qđ eñ erat aū verus ignis/⁊ nūc
nisi sit corruptus. si autē corruptus/nullatenus ibi ma
net. quare ⁊c. ¶ Ad tertium dicēdum ꝙ impossibile est

dare indiuiduum ignis quod non ſit ignis: ſicut eſt impoſſibile ꝙ idẽ ſit ignis ⁊ nõ ignis. ⁊ ideo cõcedo ꝙ aut oportet ponere elemẽta eſſe in mixto q̃ ad ſuas formas ſubſtantiales / aut cõcedere elemẽta nullo modo actualiter eſſe in ipſo. ¶ Et quando arguiẽ cõtra primum: ꝙ tũc nullũ mixtũ eſſet per ſe vnũ ſi in quolibet eſſent oĩa elementa: Dico ꝙ illud idem inconueniens ſequitur cõtra ⁊c. quoniã non minus diſtinguuntur realiter tales actus quos ponis medios / q̃ ipa elementa: ⁊ ita nõ magis poſſunt cõſtituere aliquid ꝑ ſe vnũ. ¶ Cũ arguitur contra ſecundum: quia tunc nullũ eẽt vere mixtum: Dico conſimiliter ꝙ idem inconueniens ſequiẽ contra ipſum: ſaltem ꝙ nihil eſſet mixtũ ex elemẽtis ſed ex alijs ab eis / puta ex illis medijs actibus.

Ad alia quę arguit ad propoſitum: Ad primũ dico ꝙ falſum accipiẽ in minori: quãdo diciẽ ꝙ q̃litates ſunt in medijs illo medio. formę enim accidẽtales medię nõ ſunt cõpoſitiores realiter q̃ extreme. quare ⁊c. ¶ Ad ſecundũ: quando diciẽ ꝙ mixtum reſoluiẽ ĩ elementa: Reſpondeo ꝙ omnia elemẽta in que reſoluitur mixtũ / ſunt cõplete ⁊ formaliter elementa: ⁊ ita aut ſic prefuerunt in ipſo / aut nullo modo / ſaltẽ illo quẽ ponit hec opinio. ſi prefuerũt actualiter ⁊ formaliter ĩ mixto: ergo hmõi mixti reſolutio non eſt aliqua generatio ſed generatorũ preexiſtentiũ vnitorꝫ diuiſio / ⁊ vnius ab alio ſeparatio. ſi autẽ nullo modo ꝓfuerint / talis reſolutio eſt forme noue productio. ¶ Cõfirmaẽ. q: aut mixto reſoluto manent actus elementorꝫ qui prefuerunt in eo aut nõ. ſi manent in elemẽtis in que eſt facta mixti reſolutio: ergo forma ignis in quã reſoluiẽ corpus mixtum conſtat ex actu qui nõ eſt ignis: ⁊ ex alio qui eſt ignis: et cõſimiliter omnis alia forma cuiuſlibet elementi in qđ reſoluiẽ ipſum mixtum. hoc autẽ eſt euidenter falſum. quare ⁊c. ¶ Et ideo eſt aliorum opinio: cui aſſentio: ꝙ elementa nullo modo manẽt in mixto formaliter ſecundum aliquos actus ipſorum eſſentiales / ſed tantũ potẽtialiter ⁊ ꝑfectionaliter ꝓpter aliquã conuenientiã equiuocam ipſorꝫ elementorũ in mixto: modo quo extremi colores diciũẽ eſſe in medijs. ¶ Pro iſta opinione / vꝫ ꝙ elementa nõ ſint actualiter in mixto arguitur primo quia quelibet forma elementaris eſt cõſtitutiua ſuppoſiti proprie ſpeciei. ſed impoſſibile eſt vnum ſuppoſitũ quale eſt mixtũ / eſſe pluriũ ſpecierũ. ergo ⁊c. ¶ Secundo. q: nihil vnius ſpeciei in genere ſubſtantie eſt in potentia ad alterũ alterius ſpeciei vt faciat cum ipſo aliquid per ſe vnum. ſed quodlibet elementũ eſt indiuiduũ proprie ſpeciei ſpecialiſſime. ergo nõ poteſt cum aliquo facere aliquid per ſe vnũ. ¶ Tertio. quia cum omnẽ formam ſubſtãtialẽ corporalẽ cõſequaẽ propria quãtitas ꝑ cõſequens ſi in mixto eſſent actualiter elementa / in ipſo eſſent diuerſe ⁊ varie quãtitates. hoc autẽ eſt impoſſibile. ergo ⁊c. ¶ Quarto. quia impoſſibile eſt eandẽ partem materie ſimul perfici diuerſis formis ſpecificis: qđ neceſſario oportet cõcedere ſi elemẽta in mixto actualiter ponerenẽ. ergo ⁊c. ¶ Sed iſte rõnes nõ cõcludũt / nec ꝓpoſitũ oſtendũt / vt pꝫ ꝑ ſingulas diſcurrendo. qñ enim diciẽ in ꝓma ꝙ quelibet forma elemẽtaris eſt cõſtitutiua ꝓprij ſuppoſiti / ſi ꝑ ſuppoſitũ intelligaẽ res aliqua diſtincta a forma ⁊ a materia ⁊ a cõpoſito ex vtriſqꝫ / vꝫ forma ⁊ materia / falſum accipiẽ ⁊ ſupponiẽ: q: tale ſuppoſitũ nihil eſt / vt in tertio eſt oſtẽſum. Si autẽ ꝑ ſuppoſitũ intelligaẽ ipm cõpoſitũ / accipiẽ dubiũ / vꝫ ꝙ cõpoſitũ a ſuis oĩbus partibus ſit diſtinctũ. ſuppoſito tñ ꝙ ſic / cõcedo quãlibet formã cũ materia cõſtituere ſuppoſitũ. ſed poſtmodum qñ addiẽ in minori / ꝙ vnũ ſuppoſitũ nõ eſſet pluriũ ſpecierũ / cõcedo ꝙ nõ põt eſſe vnũ ſuppoſitũ ſuppoſita pluriũ ſpecierũ: bene tñ poteſt cõſtitui ex ſuppoſitis diuerſis pluriũ ſpecierũ. conſtat enim formas ſubſtãtiales partiũ toti⁹ heterogenei vt corporis humani eſſe alterius ſpeciei: nec minus inter ſe diſtingui ſubſtãtialiẽ q̃ formas elemẽtorꝫ: ⁊ tamẽ corpus humanũ ex partibus cõſtãtib⁹ ex proprijs formis ⁊ materijs cõpoſitum / diciẽ eſſe vnũ / ⁊ homo ipſum ⁊ animã includens ſimiliter eſt vnus ꝑ ſe. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur quia cum ſuppoſitum non ſit aliud q̃ ſubſtantia per ſe ſtans actualiter ⁊ aptitudinaliter / vt in tertio eſt declaratum: per conſequens quot ſunt in quacunqꝫ ſubſtantia extenſa partes realiter diſtincte / tot ſunt in ea ſuppoſita: ⁊ ſi non actualiter / quia partes huiuſmodi non ſunt per ſe / ſed in toto: tamen aptitudinaliter. cuꝫ quelibet ſit nata exiſtere per ſeipſam: ſicut ⁊ ſubſtãtia ipa tota. ⁊ ita nullum maius inconueniens eſt dicere corpus aliquod ſuppoſitũ eſſe ex diuerſis ſuppoſitis ⁊ alterius rationis ſpecifice conſtitutũ / q̃ ex partibus diuerſis cõſtantibus ex materijs ⁊ formis alterius rationis: cum q̃libet talis forma / vt etiam accipit ratio iſta / ſit conſtitutiua ſuppoſiti proprie ſpeciei. quare ⁊c. ¶ Ad ſecũdam apparet euidẽter ꝙ falſum accipitur in maiori. magis enĩ forma ſubſtantialis ⁊ materia ſunt alterius ſpeciei q̃ quecunqꝫ forme ſubſtantiales inter ſe: cum amplius diſtinguantur: ⁊ tñ ex materia ⁊ forma ſit compoſitum per ſe vnum. forme etiam partium diuerſarum corporis cuiuſlibet animalis ſunt alterius rationis: ⁊ tamen conſtituunt vnum corpus. quare ⁊c. ¶ Ad tertiam apparet ꝙ non concludit. Primo. quia dubiuꝫ ſupponit / vꝫ ꝙ quantitas ſit forma aliqua diſtincta realiter a re quanta. hoc ſiquidem ſecundũ aliquos nõ eſt verũ / vt ĩ quarto prolixius eſt oſtenſuꝫ. ¶ Secundo. q: ſi hoc eſt verũ / aliã oportet ponere quantitatẽ in materia / ⁊ aliã in forma ab ipa realr̃ diſtinctã: cum vnũ accidẽs numero nõ poſſit exiſtere actualiẽ in diuerſis. ⁊ ita ꝑ cõſequẽs adhuc oportebit concedere in vno compoſito poſſe eſſe immo ⁊ actu exiſtere diuerſas quantitates. quod ⁊ verum eſt. quot enĩ ſunt diuerſa realiter quãta licet vnita tot ſunt quãtitates: cũ nec quantitas ſit aliud q̃ res ipſa / vt partes habẽs actualiter extra partes. quare ⁊c. ¶ Ad quartã apparet ꝙ falſum accipit in maiore. quelibet enĩ pars materie hũani corporis informaẽ forma ſubſtantiali corporis ꝓpria illi parti / vt materia q̃ eſt ĩ manu forma ſubſtãtiali manus: que a forma ſubſtãtiali cuiuſlibet alterius partis ſpecifice eſt diſtincta: ⁊ cuꝫ hoc informaẽ aĩa ſenſitiua ⁊ ĩtellectiua. quare ⁊c. ¶ Et ideo aliter eſt arguendũ ad cõcluſionẽ iſtam probandã. quia nõ eſt ponenda pluralitas vbi nulla eſt neceſſitas nec etiã apparet euidenter poſſibilitas. ſed nulla ẽ neceſſitas nec euidẽs poſſibilitas ponẽdi in quolibet mixto multitudinẽ taliũ rerũ / vꝫ oĩm quatuor elemẽtorꝫ ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur. ⁊ primo ꝙ nõ ſit neceſſitas: q: forma nõ arguiẽ eſſe in aliquo / niſi ex operatione: ſicut anima ſenſitiua ex actu ſentiendi / ⁊ intellectiua ex actu intelligẽdi: ⁊ ſic de alijs. ſed in mixto nulla appet operatio ex qua poſſit argui in ipſo aliquod elementũ quantũ ad ſubſtantialẽ actũ. ergo ⁊c. ¶ Et ſi dicaẽ ꝙ immo eſt aliqua operatio mixti ꝓpria elemẽti / vꝫ gñatio elemẽti. ꝓpria enĩ operatio ignis eſt gñatio ignis. ſꝫ mixtũ generat ignẽ / vt appet de igne ex colliſione corporũ gñato. ¶ Rñdeo ꝙ gñatio talis ignis ſi eſt a mixto aut eſt a forma diſtincta realiẽ a forma cuiuſlibet elemẽti: aut a forma ignis tãtũ in mixto exiſtẽtis. Sed nõ poteſt poni ſcđm. ¶ Primo. q: qua rõne ignis eſt gñatiuus ignis / ⁊ aqua ſilr̃ forme aque: ⁊ ſic de alijs elemẽtis. ſed ex illo mixto ex quo gñaẽ ignis / nõ põt gñari aqua nec aer nec terra. ergo ignis genit⁹ nõ eſt ab aliqua forma

ignis in mixto actualiter existēte. ¶ Secūdo. qꝛ nō ex quocunq̧ mixto potest generari ignis hoc mō: sed tantum ex corpore duro: ex quo etiā perse sumpto nō generatur: sed tantū cū alio. sed cū in quolibet mixto sit vniformiter quodlibet elemētū: si ignis vnius corporis mixti esset generatiuus ignis cuiuslibet mixti alterius: cū etiā vnus ignis nō requirat aliū ad generandū ignem / nec vnū corpus mixtū requireret aliud corpus mixtū ad ignē generandū. sed vtrunq̧ istorum apparet esse falsum ad sensum. ergo nō sequit̄ ꝙ oportet cōcedere ignē hmōi taliter generatū / vel non esse a mixto: vel si sic / nō a forma aliqua ignis / sed a forma mixti ab igne realiter differente. quocunq̧ autē istorū cōcesso / sequit̄ ꝙ generatio ignis non sit propria operatio forme ignis nec cū ipsa conuertibilis. quare ꝛc. ¶ Secūda pars minoris vꝫ ꝙ non appareat euidenter possibilitas essendi elementa in mixto: probat̄. quia ad sensum apparet ꝙ forme elementorū tam substantiales ꝙ accidētales sunt incompossibiles in eodem: cū vna sit alterius corruptiua. nec est euidēs ipsas huiusmodi formas elemētares ad talē aliquā medietatē posse ꝛ maxime naturalit̄ reduci: ꝙ sint simul cōpossibiles in eodē: cum vna sit alteri⁹ corruptiua. ¶ Cōfirmatur. qꝛ aut corpus mixtū est ab oībus elemētis distinctū / aut est precise illa elemēta. sꝫ secundū nō pōt poni: qꝛ tūc corpus mixtū in elemēta resolutū nō esset corruptū. sicut eñ nihil est gn̄atū nisi habēs esse aliqd̓ nouū: ita nec corruptū / nisi cui⁹ esse aliqd̓ est destructū. sed si mixtū est precise quatuor elemēta inter se vnita: resolutiōe facta mixti in elemēta / nulla res eēt destructa / sed p̄cise est vna ab alia separata. ergo relinquit̄ scd̓m / vꝫ ꝙ mixtū realr̄ sit distinctū ab oībus elemētis. sed nō videt̄ possibile tales formas elemētoꝝ sic distinctas in idē posse cōcurrere magis mediāte forma aliq̄ mixti / ꝙ p se sine hmōi forma mixti. nō videt̄ etiam esse possibile ꝙ oīe ꝓductiuū mixti sit ꝓductiuū cuiuslibet elemēti magis ꝙ e cōuerso. qm̄ tāta est incōpossibilitas inter mixtū corruptū ꝛ elementa in que est resolutū / quanta est ecōuerso inter quodlibet elementum et mixtū. sed elementa in que mixtū resoluit̄ quādo corrūpit̄ / sunt incōpossibilia forme mixti. ergo nec illa elemēta nec alia fuerūt prius in ipō nec ipsi ꝯpossibilia. ꝗ ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. qꝛ si ī mixto existerēt elemēta / ipso resoluto in elemēta / in quolibet illoꝝ quatuor elemētoꝝ in qd̓ eēt mixtū resolutū / eēt aliq̄ forma q̄ ī mixto p̄fuit. qd̓ est falsum. ¶ Cōsequētia est euidēs. qꝛ forma ꝓducta nūq̄ corrūpit aliā quā inuenit eiusdē rationis / sed potius cā intendit. ergo quatuor elemēta que prefuerūt in mixto nō corrumpunt̄ sed potius p̄ficiunt̄ p alia quatuor in q̄ resoluit̄ postea ipsum mixtū. ꝛ ita sequitur ꝓpositū / vꝫ ꝙ in quolibet illoꝝ quatuor elementorū que succedunt in materia forme mixti / esset elementū qd̓ prefuit in mixto. sed predicta ꝛ alia multa que sequuntur vident̄ esse incōuenientia. ergo ꝛc. ¶ Preterea nec forme elemētorum substantiales nec ipsorū oēs qualitates sunt remissibiles per naturam: modo quo haberēt poni in mixto si essent in ipso. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationem in principio dicendum ꝙ elementa non sunt sic miscibilia nec immiscibilia in mixto / sicut cōponibilia sunt in composito vel partes in toto.

te ex materia ⁊ ex forma.sẓ non potest poni pmum.qm̃
anima ipsa infunditur corpori ex diuersis ossibus ⁊ car
nis partibus constituto:materia autẽ pma vt sine oĩi
forma accepta/nec est os nec caro:cũ qđlibet istoꝝ sit
ꝯpositũ ex materia ⁊ ex forma.materia etiã p̄ se per se
sine oĩ forma accepta nõ est iformabilis seu ꝑfectibilis
aliqua anima.ergo relinquitur secunduẓ qđ est ꝓpositũ
vẓ ꝙ aĩa infunditur corpori ex aliqua forma substan-
tiali ⁊ ex materia cõstituto.quare ⁊c. ¶ Sed ad hoc ab
aliquibus respõdeꝉ:ꝙ licet anima non infundatur pri
me materie/sed corpori ex ipsa materia ⁊ ex forma sub
stãtiali corporis cõstituto:quia tñ anima ipsa hmõi for
mã corporis p̄cedentem continet eminẽter/ideo in ei⁹
aduentu illa esse desinit:⁊ materia esse corporeuẓ ab ani
ma accipit.cum eñ aĩa possit dare esse corporeũ per se
ipsam:nõ oportet ponere i homine nec in aliquo alio cõ
posito animato formam aliquã substãtialẽ corporis p̄
ter ipsam:cuẓ nec talis ponatur nisi ꝓpter esse corporeũ
qđ potest esse ab anima.pluralitas aũt non est sine ne-
cessitate ponenda.quare ⁊c. ¶ Hec responsio multipli
citer deficit. Primo.qꝛ falsum accipit quando dicit ꝙ
anima potest dare esse corporeum.qm̃ nulla forma po-
test dare suo perfectibili qđ informat nisi ꝓprium suuẓ
esse:sicut albedo non dat nisi album ⁊ nigredo nigrum:
⁊ sic de qualibet aliarum.sed esse corporeum seu extẽsuẓ
subiecti perfecti seu informati animis/non est esse anime

tum sit ab ipsa distinctũ realiter ⁊ diuersuz.ꝗ ⁊c.¶ Mi
nor appet.qm̃ aut aĩa est inextensa/ vt intellectiua: aut
extensa vt vegetatiua.sed constat ꝙ esse corporeũ ⁊ ex-
tensum non potest esse anime inextense magis ꝙ esse in
extensuz anime vel cuiuscunq̧ alterius rei extense. ani
ma etiam extensa vt vegetatiua plante/licet habeat es
se corporeum ⁊ extensum/qꝛ partes extra partes:nõ th̄
habz seu est esse corporeum ⁊ extẽsum corporis qð infor
mat:nec ꝑ consequens magis corpus ipsa ĩformatũ hz
ab ea esse ꝓpriũ sibiq̧ intrĩsecũ corporeũ:ꝙ ecõuerso for
ma habeat suũ esse corporeũ a materia quã informat.ꝗ
re ⁊c.¶ Cõfirmatur.qꝛ nulla forma dat perfectibili qð
informat nisi seipsam.sed nulla anima lz extẽsa ⁊ corpo-
rea/est esse corporis qð informat.ꝗ licet anima extensa
det corpori qð informat esse suum corporeũ ꝓpriũ ⁊ ex
tensum:nõ tamen esse corporeũ corporis qð ab esse cor-
poreo ipsius anime est distinctũ.nõ enĩ magis forma ali
qua substantialis extensa dat materie esse corporeum
ab ipsa distinctũ ꝙ forma accidentalis in subiecto extẽ
sa/vt albedo det subiecto aliquod esse extẽsuz aliud a ꝓ
prio suo esse.qm̃ sicut albedo extẽsa ꝓsupponit subiectũ
in quo existit extensum:ita ⁊ omnis forma substãtialis
extensa ꝓsupponit extensum ⁊ corporeũ perfectibile qð
informat:cũ cuilibet parti talis forme correspõdeat ꝓ-
pria pars materie informate.quare ⁊c. ¶ Secundo de
ficit solutio supradicta qñ addit ꝙ forma corporis ĩ ad
uentu anime esse desinit.hoc siquidẽ non est veruz. Pri
mo.quia subiectũ cui forma aduenit in eius aduentu es
se non desinit.sed anima ĩfunditur ⁊ aduenit corpori ex
forma ⁊ ex materia constituto.ergo ⁊c. ¶ Secundo.qꝛ
aut forma corporis est simul in eodem cuz anima cõpos
sibilis:aut non.si ꝑmum:ꝗ non desinit in eius aduentu.
si secundũ:ergo infusio anime non exigit formaz corpo
ris ꝑcedentem.nulla enim forma perfectiua materie ĩ-
mediate exigit in ipsa aliquam formam sibi incompos-
sibilem.anima autem omnis scðm istã responsionẽ est ĩ
mediate ꝑme materie perfectiua.ꝗ ⁊c.¶ Tertio.qꝛ illð
idẽ omnino corpus qð ante aĩe infusionẽ in vtero forma
tur disponitur ⁊ organizatur/ipsa infusa sibi anima ĩfor
matur.ꝗ nihil eius ꝓpter aduentum anime esse desinit
¶ Preterea quarto.qꝛ illud idem corpus hoĩs manet
post anime separationẽ qð ꝓfuit ante ipsaz. ¶ Hoc ap-
paret.nec enim ꝓpter mortem hominis seu anime sepa
rationem a corpore/corrumpitur aliqua forma substan-
tialis corporis ꝓter sensitiuam:supposito ꝙ ab intelle-
ctiua sit distincta:nec aliqua forma nouiter generaẽ:et
ita ꝑ consequens illud idem ⁊ nihil aliud manet in cor
pore post anime separationẽ ab ipso qð mãsit in eo ante
animã separatã/ꝓter ipsam intellectiuam animã sepa-
tã et sensitiuam corruptã.sed post animã separatã ma-
net in corpore forma substãtialis corporea/ex qua et ex
materia est compositum ipsum corpus.ergo ex eadẽ for
ma substãtiali fuit corpus compositũ ante animam se-
paratam.constat aũt ꝙ hmõi corporis forma que ꝓfuit
in homine ante mortem/non est alia ab illa que ꝑcessit
tã intellectiuã animã ꝙ sensitiuam.ergo ipsa in aduen-
tu anime esse nõ desiit:sed actualiter cũ ea mãsit.omne
enim corpus anima informatũ ꝑ ipsam animã viuifica
tũ ⁊ aliqualiter cõseruatũ magis videreẽ ꝙ deberet de
sinere esse sicut ⁊ paulatim desinit propter anime sepa-
tionẽ/ꝙ ꝓpter ipsiꝰ cũ corpore vnionez.quare ⁊c.¶ Cõ
firmatur.qꝛ si aliquis celebrasset ĩ triduo mortis Chri-
sti/in idẽ corpus numero tũc ab anima ⁊ sanguine sepa
ratũ fuisset conuersa panis substantia in qð nũc cõuer-
titur:⁊ in idẽ conuertitur nũc in qð fuisset ꝯuersum tũc.
¶ Hoc apparet.quia idem est nunc ⁊ tunc.sed tunc pa-
nis substãtia fuisset conuersa in corpus compositum ex

materia ⁊ ex forma substãtiali alia ab aĩa intellectuali
quia ⁊ ex talibus erat tũc cõpositum Christi corpus.er
go cũ ꝓpter reunionẽ corporis Christi cum anima in re
surrectiõe nĩl ꝑa fuerit ĩ corpe corruptũ:sicut nec ĩ passi
one/excepta anima sensitiua si ab intellectiua ponatur
esse distincta:iuxta qð iã fuerat ꝓphetatũ ꝑ Dauid di-
centem in psalmo: Nõ dabis sanctum tuũ/hoc est Chri
sti corpus sanctificatũ videre corruptionẽ. ꝑ cõsequẽs
sequiẽ ꝙ ⁊ ante mortem Christi ⁊ post mortem ⁊ post re
surrectionẽ fuit eius corpꝰ ꝯpositũ ex materia ⁊ ex for-
ma substãtiali alia ab anima tã intellectiua ꝙ etiã sen
sitiua: in qð corpus Christi sic compositũ conuertiẽ pa
nis ĩ eucharistie sacramẽto.ꝯstat aũt Christi corpꝰ eiu
dẽ rationis esse ⁊ cõsiliter compositũ sicut corpus cuiusli
bet alioꝝ hominuz.quare ⁊c.¶ Preterea aut Christo
vel quocũq̧ alio homine nouiter mortuo generata fuit
aliqua corporis forma noua aut non. Sed nõ potest po-
ni primũ:vcz ꝙ homine vel quocũq̧ animali alio mor-
tuo generetur aliqua substãtialis corporis forma noua
Primo.qꝛ vt dictũ est/eadẽ accñtia nũero manẽt in cor
pore post aĩe separationem ab ipso ꝗ ꝓfuerũt in eo ante
ipsaz animã separatã. Secũdo.qꝛ si aliqua forma noua
substãtialis fuisset in Christi corpore ab anima separa-
to in triduo mortis sue:cũ totum corpus mortuũ remã
serit verbo diuino vnitũ/sequereẽ ꝙ nouiter in morte fuis
set ipsi noua corporis forma vnita.hoc aũt ẽ falsuz. idẽ
enim omnino corpus numero qð fuit viuũ remansit mor
tuum verbo vnitũ.ergo Christo mortuo non fuit aliqua
substantialis forma in materia sui corporis introducta
⁊ ita ꝑ eadem formã mansit corpus post mortem: ꝑ quã
corpus fuerat ante mortem.sed post mortẽ non fuit nec
esse potuit corpus ꝑ aĩam cũ esset ab ipso realiter sepa
rata.ergo ⁊c.¶ Preterea ad idez arguiẽ ab aliũ. Pri
mo.qꝛ corpus humanum est mixtum:cũ sit resolubile in
elementa.sed cuiuscunq̧ corporis mixti forma est cor-
porea ⁊ extensa:qualis non est anima intellectiua hoĩs
nec sensitiua.ergo ⁊c.¶ Secundo.quia corpus huma-
num vere nutritur.ergo eius forma corporea ab anima
intellectiua distinguiẽ.¶ Consequentia ꝓbatur.qm̃ cũ
in nutritione sit corruptio alicuius forme/puta alimen
ti ⁊ generatio alteriꝰ/vcz aliti/ꝑ quã fit restauratio deꝑ
diti:ꝑ consequens nutritio nõ potest esse anime nec ma
terie ꝑme.nec enim aliquid materie nec anime corrũpi
tur nec aliquid generatur.ergo oportet huiusmodi nu-
tritionez esse alicuius alterius/puta forme corporis ho
minis:⁊ cuiuslibet alterius animalis.quare ⁊c. ¶ Ter
tio.quia forma ꝗ est ꝑncipiũ determinati motꝰ tm̃ non
põt esse idẽ cũ illa que est indeterminate ꝑncipium oĩs
motus.sed anima intellectiua hominis est ĩdetermina
te ꝑncipium omnis motus:forma aũt corporis est tm̃
principium motus deorsum.ergo ⁊c.¶ Quarto.quia ĩ
possibile est vnam formã esse realiter plures formas.sz
in corpore hominis ⁊ cuiuslibet aĩalis sunt realiter plu
res forme.alia enĩ ẽ forma substãtialis sanguinis: alia
ossis ⁊ alia carnis.diuerse etiã sunt forme omniũ diuer-
sarũ partiũ aliarũ.ergo anima ipsa que est vnica intel
lectiua vel sensitiua/non potest cũ omnibꝰ istis realiter
esse idem.ergo ⁊c.¶ Quinto.quia forma corruptibilis
non potest esse idem cum incorruptibili.sed anima intel
lectiua hominis est incorruptibilis.forma aũt corporis
ipsa anima informati est corruptibilis.omne enim alte
rabile scðm qualitates actiuas ⁊ passiuas est corrupti-
bile.sed corpus humanum anime intellectiue subiectũ
est sic alterabile.ergo ⁊ corruptibile. ¶ Confirmatur.
quia vt dicitur sap.ix.corpus quod corrumpitur aggra
uat animã.sed constat ꝙ hmõi corruptio corporis ani-
mam aggrauantis non potest esse materie ꝑmeꝛ sit

incorruptibilis: nec anime intellectiue ꝓpter eandem rationem. ergo oportet ꝙ alicuius alterius forme. quare ⁊c. ¶ Sexto. qꝛ vt dr̃ Gen. ij. De⁹ formauit hoīem de limo terre ⁊ inspirauit in faciē eius spiraculum vite. Ex hoc arguitur. qm̄ constat ꝙ deus tūc non formauit materiā ꝑmam: cū iam esset in terrā formata: nec animā intellectiuā / qꝛ de ipa itelligit illō qō sequit: inspirauit ī faciē eius spiraculū vite. spiraculū em̄ vite est ipa anima intellectiua ⁊ etiā sensitiua: ergo aliquid aliud ab anima ⁊ a materia ꝑma formauit deus ex terra. hoc autem non potest poni fuisse aliud ꝙ̄ corpus humanū ex diuersis formis substātialib⁹ / puta carnis sanguinis et ossis / ⁊ ex ꝑma materia que sub forma ꝑfuit / cōstitutū. tali em̄ formato corpori deus inspirauit seu infudit animā per vite spiraculum designatā. quare ⁊c. ¶ Septimo: qꝛ scḋm philosophum. ij. de anima / aīa est actus corporis organici physici potentia vitam habentis. ¶ Ex hoc arguitur. qm̄ aut corp⁹ cuius anima dicit esse act⁹ est materia ꝑma tm̄ aut aliquid ex ipsa ⁊ anima: aut ex aliqua alia forma ab ipsa aīa constitutum. sed non pōt poni ꝑmū. nec em̄ aliqua aīa est actus ꝑme materie tm̄. nec secūdū: qm̄ corpus cui⁹ anima dicit esse act⁹ / est ipsius anime subiectū. idem aūt non potest esse suiipsius subiectū. ergo relinquit tertiū: vz ꝙ corpus anime subiectū est ex materia ⁊ ex forma aliqua alia ab aīa cōstitutum. quare ⁊c. ¶ Ex ꝑdictis sequitur ꝙ non tm̄ in homine: sed etiam in quacūq3 alia re viuente est forma substantialis alia ab anima / puta forma corporis subiecti anime viuentis: cuius ipsa anima dicitur esse actus.

Sed cōtra istam opinionem ab aliis arguitur. Primo. quia in essentialiter ordinatis forma q̄ dat esse ꝑmū ⁊ vltimum dat etiam esse intermediū. sed anima intellectiua dat esse gn̄is generalissimi / puta substantie qō est esse supmū / ⁊ esse speciei specialissime qō est esse vltimum. ergo dat esse intermedium / puta gn̄is subalterni: quale eē est esse corporis. quare ⁊c. ¶ Scḋo quia forma substantialis ꝑfectior est ꝙ̄ accidētalis. sed eadem simplex forma accidentalis dat esse omnium superioꝝ ⁊ inferiorum in linea ꝑdicamentali. eadē em̄ albedo dat esse album coloratū ⁊ quale. ergo multo magis hoc potest facere eadem forma substantialis vt aīa ipsa rationalis: nec ꝑ consequens ꝓprium esse corporeū hominis est in ipso aliqua forma alia ab anima intellectiua / magis ꝙ̄ in subiecto albo ꝓpter esse coloratū sit aliqua forma coloris q̄ ab ipsa albedine distīguat. quare ⁊c. ¶ Tertio. quia forma corporis hominis vel cuiuscunq3 alterius animalis non est imperfectior ꝙ̄ forme corporales substātiales inanimatorum non viuentium: nec ꝑ consequens minus a forma corporis hominis potest esse ei⁹ esse specificum ꝙ̄ a forma corporea cuiuslibet alioꝝ non viuētium. sed esse specificū cuiuslibet substantie inanimate / est a forma corporea. ergo ⁊ eē specificū hoīs. sed constat ꝙ forma dans esse hoīs specificū non est alia ab anima intellectiua. ergo nec in homine ē forma aliqua ꝑter ipsam. ¶ Quarto. qꝛ forme non est forma: qō tamen esset si existerent in aliq̄ plures forme. quare ⁊c. ¶ Quinto. quia omnis forma substantialis dat esse simpliciter. sꝫ si ī aliquo composito eēnt plures forme substantiales / vltima non daret esse simpliciter: cum ꝑsupponeret priorem dantē esse simpliciter. ergo ⁊c. ¶ Sexto. quia omnis forma substantialis dat esse subsistens: ⁊ ꝑ consequens plures dant esse plura subsistentia: ex quibus non potest fieri suppositū aliquod per se vnum. ergo non possunt esse plures forme substantiales ī aliquo supposito per se vno. quare ⁊c. ¶ Septimo. quia. v. physico. ꝓbat philosophus ꝙ generationō est motus / per hoc. quia qō mouet est in actu. sed qō generatur non est ens in actu. ꝙ ⁊c. ¶ Sꝫ si in aliquo composito eēnt plures forme substantiales: minor quā philosophus accipit esset falsa. qm̄ compositū ex materia ⁊ ex forma substantiali ꝑori esset respectu forme posterioris generabile subiectiue. tale aūt est ens in actu: cū sit ex forma ⁊ ex materia constitutum. ergo ⁊c.

Ad ista ꝑ ordinem. Ad primum respōdent aliqui dicentes ꝙ duplex est corpus: vz vnum qō est pars hominis: ⁊ talis corporis eē non pōt esse ab anima: qꝛ nec tale est intermediū inter gen⁹ generalissimū ⁊ esse hominis specificū vltimum. Aliud est gen⁹ subalternū: ⁊ tale est intermediū qō est ab ipsa anima. ¶ Sꝫ ista solutio est omnino improbabilis. qm̄ nec in homine nec in aliqua alia re viuente est nisi vnicū corpus tm̄: qō quidē est anime viuentis subiectum. sed tale corpus est prius anima. ergo non potest esse ab ipsa. ¶ Confirmatur. quia si ꝑter corpus anime subiectum qō dicit eē pars hoīs / est ī hoīe aliud corpus qō dicit esse gen⁹: aut hmōi corpus est diuisibile ⁊ extensum: aut indiuisibile ⁊ inextensum. sed neutrum hoꝝ potest poni. nec enim corp⁹ aliquod potest existere inextensum nec extensum distinctū a corpore anima informato. aliās in qualibet substantia corporali viuente eēnt duo corpa: quoꝝ vnū eēt anima informatū ⁊ aliud non. qō est manifeste falsū: ⁊ etiā ꝯtra sensum: cum omne corp⁹ hominis ⁊ cuiuscūq3 alterius viuentis sit viuū: qō non esset nisi foret viuente anima informatū. quare ⁊c. ¶ Preterea aut hmōi corpus qō ponitur esse genus / est eiusdem rationis cum corpore anima informato qō dicitur esse pars: aut alterius. si eiusdem rationis: ergo non magis genus nec pars totius vnum ꝙ̄ alterum potest poni. si autem est alteri⁹ rationis: ergo vnum corpus nō potest ꝑdicari de alio nec de toto ex ipso ⁊ ex anima constituto: nec per consequēs corpus poterit dici genus. quare ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ nullum corpus est in homine nisi ex carnibus ⁊ ex ossibus constitutū. sed talis est pars hominis / que non potest predicari nec verificari de ipso sicut nec aliqua alia pars de toto. ergo ⁊c. ¶ Alij respōdēt aliter: dicētes ꝙ corpus non est genus nisi ad corpora quorum quodlibet constituitur in esse specifico vltimo per formam corporeitatis aliquam siue gradum. corpus autem humanum non est tale: cum ponatur in esse specifico vltimo per formam alterius ordinis a forma corporis / puta ꝑ animam. ⁊ ideo licet forma ignis vel lapidis det eē generis generalissimi ⁊ intermediū subalterni / puta corporis: non tamen anima intellectiua nec aliqua alia forma viuens dat esse corporis quod informat: cum corp⁹ non sit genus ad corp⁹ aliquod aliqua anima īformatū sed tm̄ ad corpora ex materia ⁊ ex forma corporea alia ab anima cōstituta. ¶ Sꝫ nec ista solutio pōt stare. quoniam anima totaliter est extrinseca cuicunq3 corpori quod informat: nec per consequens per ipsam corp⁹ reponitur in aliquo esse specifico vltimo. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia idem numero corpus hominis ⁊ cuiuslibet alterius viuentis qō fuit viuum quando anime coniunctum / manet mortuum quando est ab ipsa anima separatum. sed qō est idem in numero / ⁊ in specie. ergo eiusdē speciei est corpus hominis ⁊ cuiuslibet alterius animalis viuentis viuum ⁊ mortuum: ⁊ per consequens ꝑ idem ponitur in esse specifico vltimato. constat autem ꝙ corpus mortuum non habet esse specificum per animam: cum sit ab ipsa realiter separatum. ergo ⁊c.

Alii tertio respondent aliter: dicentes

ꝙ anima non dat esse generis generalissimi/puta sub-
stantie.huiusmodi enim esse non est ab ipsa anima/sed
ab alia priori forma/puta a forma corporeitatis a qua
est etiam esse corporis qꝺ est genus intermedium subal
ternum.quare ⁊c.¶ Sȝ nec ista solutio potest stare.q̃m
forma corporis non est perfectior forma substantiali
nec magis substantia q̃ ipsa anima:nec per ꝯsequẽs
magis esse substantie potest esse ab ipsa corporis forma
q̃ ab anima. ¶ Confirmat.quia esse substantie eẽ a for
ma corporeitatis/aut intelligitur de esse substantie qꝺ
est ipsum corpus:aut de esse substãtie qꝺ est anima:aut
de esse substantie qꝺ est ꝯpositum ex vtroq̃.sed non ꝓt
poni secundũ. non enim esse anime est a forma corporis.
nec tertium.non enim magis immo minus esse compo-
siti est.a parte min⁹ principali q̃ a ꝑncipaliori.aĩa autẽ
est principalior pars hominis ⁊ cuiuslibet alteri⁹ viuẽ
tis.ergo ⁊c.¶ Preterea gen⁹ generalissimũ ⁊ interme
dium idem dicunt totaliter in re extra vt alias prolixi⁹
est ostensum.ergo ab eodem est vtrunq̃.⁊ ita cum esse
substantie ⁊ corporis ac cuiuslibet generis alterius sub
alterni sit idem respectu eiusdem totaliter in re extra:ꝑ
consequens ab eodem erit quodlibet istoruȝ. quare ⁊c.
¶ Confirmatur.quia si ab alio esset esse generis gene-
ralissimi/puta esse substantie/⁊ ab alio esse generis sub
alterni/puta corporis/ posset esse corp⁹ quod non esset
substantia: sicut substãtia sine corpore:quod est falsuȝ.
quare ⁊c.¶ Et ideo aliter est dicendum. Ad cuius eui-
dentiam est sciendum:ꝙ forma non dat subiecto in quo
est/aliquod esse aliud q̃ suum proprium qꝺ est ipsa.nec
enim albedo dat subiecto aliquod esse ꝑmum nec vlti-
mum nec intermedium/ qꝺ ab ipsa sit distinctuȝ aliqua
liter in re extra. ¶ Tũc ad rationem quando dicitur ꝙ
anima dat esse substantie primum ⁊ specificum vltimuȝ
si per huiusmodi duo esse itelligatur aliquid in re extra
distinctum ab anima/non ẽ verũ:maxime si totum com
positum cuius dicitur esse hmõi esse specificum:non sit
aliquid ꝑter partes. Si autem ab ipsis omnibus parti
bus distinguatur:nõ tm̃ esse totius compositi viui ẽ ab
anima/sȝ etiam a corpore.si autẽ per huiusmodi esse ꝑ
mum et specificum vltimum non intelligatur aliqͩd ab
ipsa anima distinctum: concedi potest sane intelligẽdo
ꝙ ab anima est esse substãtie ꝑmum ⁊ specificũ vltimũ.
qꝺ quidẽ non est esse compositi viuentis/sed ipsius ani
me q̃ est talis.per idẽ enim formaliter anima est substã-
tia ⁊ talis substantia/puta intellectiua vel sensitiua/nõ
aũt corpus:saltem loquendo de anima inextẽsa qualis
est intellectiua:q2 nec corpus est genus intermediũ re-
spectu anime saltẽ talis. Et ideo falsuȝ accipitur in mi
nore quando dicitur ꝙ esse corporis est esse generis sub
alterni ⁊ intermediȷ̃ inter esse substantie primum ⁊ eẽ spe
cificum vltimũ.non enim corpus est genus intermediũ
īter substantiam ⁊ quãcũq̃ substãtie speciem:sed tm̃ in-
ter substantiam ⁊ eius speciem corporeã ⁊ extensam:in
qua specie nõ est anima saltem inextensa:nec etiam sub
stantia composita ex corpore ⁊ ex anima:sed tm̃ corpus
ipsum ex materia ⁊ ex forma corporea constitutum:vel
vniuersaliter om̃is diuisibilis ⁊ extensa/siue sit simplex
forma siue etiam esset materia sine forma.de omni enim
tali substantia corpus est ꝑdicabile in quid:non autem
de substantia indiuisibili ⁊ inextensa qualis est anima
nec etiam de composita ex materia ⁊ ex ipsa.nõ enĩ ma
gis ꝓprie corpus ipsum videtur posse predicari de toto
homine q̃ paries vel quecunq̃ alia pars de domo.qua
re ⁊c.¶ Ad secundum consimiliter est dicendum.sicut
enim eadem albedo omnino indistincta dicitur albedo
color ⁊ qualitas formalr̃ per seipsam:ita eadẽ dicitur
substantia ⁊ substantia talis speciei ⁊ hec numero sub-
stantia formalr̃ semetipsa/nõ tamen corpus:quia nec
ipsa vt dictum est sub genere corporis cõtinetur. Unde
non est veruȝ qꝺ hic dicunt aliqui/videlicet ꝙ albedo
alio formaliter est albedo ⁊ alio color ⁊ sic de aliis ver-
sus superius ascendẽdo vt alias prolixius est ostẽsum.
¶ Ad tertium respondent aliqui:dicentes ꝙ licet cor-
pus humanum ⁊ quodcunq̃ aliud animatum sit simplĩ
citer perfectius corpore inanimato:quia forma perfe-
ctiori/puta anima informatum:tamen secundum ꝓpor
tionem aliquo modo forma corporis non animati nec
animalis est perfectior:ꝓ quanto huiusmodi forma cor
poris/puta ignis vel lapidis ⁊ sic de aliis/reponit id cu
ius est in specie specialissima:qꝺ non facit forma corpo
ris hominis:nec alicuius alterius rei viuentis:cum oẽ
viuum habeat nõ a corpore sed ab anima esse specificũ
vltimum.¶ Sed ista solutio non potest stare. quoniam
licet corpus animatum sit anima informatum:tamẽ nõ
magis anima ipsa est sibi q̃ alteri corpori nõ animabi
li intrinseca. non enim magis anima rationalis est in-
trinseca humano corpori qꝺ informat q̃ igni vel lapidi
vel cuicunq̃ alteri corpori non animabili.ergo non ma
gis anima reponit corpus quod informat q̃ aliud ī ali
quo esse specifico.¶ Confirmatur.quia eiusdeȝ speciei
est corpus animatum ⁊ ab ipsa anima separatum.sȝ cõ-
stat ꝙ anima non cõstituit seu reponit in specie corpus
ab ipsa separatum:ergo nec sibi coniunctum.si eñi cor-
pus anime vnitum esset in specie per animam/ non ma
neret in ipsa ab anima separatum.hoc autem est falsũ.
ergo ⁊c.¶ Preterea non minus distinguitur corp⁹ ani
matum ab anima q̃ econuerso anima a corpore distin-
guatur.sed eorum que equaliter distinguũtur non ma-
gis vnum est in specie per alterum q̃ econuerso.ꝑ non
magis anima cõstituit seu reponit in specie corpus ali-
quod quod informat : q̃ econuerso corpus ipsum consti
tuat animam a qua actualiter informatur. ¶ Confir-
matur.quia anima non tm̃ potest vniri corpori qꝺ infor
mat/sed etiam alteri.nec oportet corp⁹ anime informa
tum recipere ab ipsa anima aliquod esse distinctum ab
esse anime:magis q̃ corpus anime vnitum et ipsa nõ in
formatum.ergo non magis corpus informatum anima
reponitur per ipsam in specie aliqua q̃ corpus quodcũ
q̃ aliud anime coniunctum:non tamen per ipsam acci
dentaliter informatum.constat autem tale corpus nõ
reponi in specie ab anima sibi coniuncta ipsum actua-
liter non informante.ergo ⁊c. ¶ Preterea aut totum
est aliquid ꝑter partes:aut non.si non: cum neutra par
tium realiter distinctarum constituat seu reponat aliaȝ
in specie magis q̃ econuerso:per consequens non ma-
gis anima constituit corpus in specie q̃ corpus animã.
sed nec potest constituere aliud/puta totum:cum ipsuȝ
vt supponit non sit aliquid preter partes.si autem to-
tum sit aliquid a partibus distinctuȝ/nec tm̃ per aĩam
nec tm̃ per corpus constituitur seu in specie reponitur
ipsum totum qꝺ ex corpore ⁊ anima componitur:sed in
simul per vtrunq̃.quare ⁊c.¶ Et ideo aliter est dicen-
dum.concedo enim corpus hominis vel alterius cuius-
cunq̃ viuentis non esse imperfectius sed ꝑfectius aliis
corporibus non viuentium saltem aliquibus.Et quãdo
ex hoc infertur ꝙ nec minus a forma corporis hominis
potest esse eius esse specificum q̃ a formis corporeis
aliorum non viuentium sit eorum esse specificuȝ : conce
do si uc totum sit aliquid preter partes:siue sit ab ipsis
partibus indistinctum. Et quãdo additur ꝙ esse specifi
cum hominis est ab anima:Dico ꝙ verum est partiali
ter non totaliter supposito vt videtur supponere argu
mẽtũ ꝙ totus homo ab omnibus suis partibus sit di-
stinctus.nõ enim aliquod totum constituitur ex aliqua

sui parte tm̄: sed ex omnibus simul sumptis. et ideo sicut esse specificum cuiuslibet corporis non viuentis est a forma corporea et a materia: ita et esse specificū totius hominis et cuiuslibet alterius viuentis est a corpore et ab anima simul sumptis: nō tm̄ ab anima vt accipit ratio ista. si autem totum non est aliquid preter partes/ratio non concludit. ¶ Ad quartum/ quando dicitur q forme non est forma: respondetur q hoc est verum, de forma vltima: nō aūt de aliqua alia. licet enī forme vltime non sit forma/est tamen penultime et alteri⁹ cuiuscunqȝ. ¶ Ad quintum quando dicitur q forma substantialis dat esse simpliciter: Respondetur q formam substātialem dare esse simpliciter potestītelligi dupliciter. quia vel q det esse simpliciter hoc est vniuersaliter omne eē: et sic est falsum: cum etiam forma accidentalis det aliquod vnum esse. vel q det esse simpliciter hoc est principaliter. et sic potest concedi q omnis forma substantialis respectu forme accidentalis dat esse simpliciter. licet enim forma vltima p̄supponat priorem dantem eē simpliciter/nihilominus etiam ipa dat esse simpliciter isto modo: cum etiam forma vltima perfectior sit q̄ prima. quare ℞c. ¶ Ad sextum quando dicitur q omīs forma substantialis dat esse subsistens: Respondetur q formā substantialem dare esse subsistēs: potest dupliciter intelligi. quia aut q det esse subsistens hoc ē nō inherēs: modo quo inheret seu dependet accidēs: vel q det eē subsistens/hoc est in alio non existens. Primo modo potest cōcedi omnem formam substantialem dare esse subsistens vt videlicet subsistens diuiditur contra inherens seu dependens inherentia seu dependentia accidētis: non autē secūdo modo: vt vez subsistens diuidiꝛ ꝯtra in alio non existens. immo magis materia q̄ substantialis forma maxime materialis dat esse subsistēs isto modo. forma enim est in materia subiectiue. Et quādo infertur q plures forme substantiales dant plura esse subsistentie: concedo accipiendo esse subsistentie dicto modo. Falsuȝ est autem qđ additur/vez q ex talib⁹ formis diuersis subsistentibus non possit fieri suppositum aliqđ per se vnū: cum etiam ex diuersis compositis suppositis aliquib⁹ possit fieri suppositum per se vnum si adinuicem vniantur. quare ℞c. ¶ Ad septimum respondetur dupliciter. Dicitur enī primo q illa minor philosophi q̄ dicit q illud qđ fit seu generatur nō est ens ī actu/est vera de subiecto generationis prime forme substantialis: qđ subiectum est materia tm̄: non autem de subiecto generationis alicuius alterius forme posterioris: cum subiectum generationis talis forme non sit sola materia/sed vel forma substantialis/vel p̄cedens ī materia/vel substantia cōposita ex vtroqȝ/videlicet ex materia et ex forma. ¶ Secundo aliter respondetur. diciꝛ enim q tam subiectum motus q̄ generationis sit enś in actu/tā differenter. quia subiectuȝ motus qđ actu mouetur/ dupliciter est ens actu: videlicet secundum se et etiam in ordine ad terminum motus cuius aliquid habet actu. subiectum autem generationis/licet sit ens in actu scđm se absolute/non tamē in ordine ad terminum generationis/cui⁹ nihil habet actu. est enim generatio vt communiter dicitur inter terminos indiuisibiles: cuius contrariuȝ est de motu cuius terminus successiue acquiriꝛ seu inducitur/videlicet pars post partem. et hoc solum intelligit philosophus quando dicit q illud qđ moueꝛ est: nō autem illud qđ generatur. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secūdum: est duplex modus dicendi. Aliqui dicunt q plures forme substantiales in quocunqȝ ponantur/habent inter se ordinem per modū dispositionis: non autem per modum subiecti perfectibilis. licet enim posterior presupponat priorē sicut propriam dispositionem: non tamen presupponit eam sicut subiectum nec tanq̄ partem subiecti perfectibilis per ipsam. omnes enim forme quotcūqȝ ponantur in aliquo/immediate informant materiā/ licet ordine quodam. prius enim informat vna q̄ alia: vt illa que disponit ad aliam prius informat q̄ ipsa ad quam disponit: nec tamē prius informās per aliaȝ informatur. ¶ Pro ista opinione arguitur primo. quia forme non est forma. sed forma est cuiuscunqȝ per ipsam actualiter informati: ergo nulla substantialis forma per aliquam aliaȝ informatur. ¶ Secundo. q2 omne informabile per formaȝ substantialeȝ est in potētia simpliciter. sed nulla forma substantialis est in potentia simpliciter cum sit in actu simpliciter. ergo ℞c. ¶ Secundus modus dicēdi ē aliorum dicentium q subiectum vltime forme substantialis non est materia prima tm̄/sed compositum ex ipsa et ex forma p̄cedente: sicut subiectum intellectuali anima informatum non est materia prima tm̄/sed corpus ipm totum ex forma corporis et ex materia cōstitutum. et ita forma precedens respicit sequentem non tm̄ vt dispositio: sicut ponit prima opinio: sed etiaȝ vt ratio siue pars subiecti eius. ¶ Pro ista opinione arguitur Primo. quia secundum philosophum anima est actus corporis. sed non est actus nisi subiecti quod informat. ergo subiectum immediate per animam informatum nō est materia tm̄: cuȝ materia non sit corpus. quare ℞c. ¶ Secundo. quia secundum eundem philosophum. ij. de anima/sicut visus se habet ad oculum: ita anima ad corp⁹ totum. vnde dicit q si oculus esset animal/visus eēt ei⁹ anima. sed visus non p̄ficit immediate primaȝ materiā sed organum ex materia et ex forma eius propria constitutum: ḡ nec anima p̄ficit immediate primaȝ materiā tm̄/sed corpus totum ex forma et ex materia constitutū. ¶ Tertio. quia forma est de ratione hominis. sed nō esset si p̄cise esset dispositio ad formam eius vltimam: vez ad animam intellectiuam. ergo ℞c. ¶ Minor probatur. quoniam omnis substantialis forma immediate informans istam materiam vt suum perfectibile propriū/cōstituit aliquid per se vnum omni alio ab ipsa et a materia circūscripto. Sed si forma corporis non p̄cedit animam in ratione subiecti perfectibilis/sed tm̄ per modū dispositiōis: ipsa intellectiua non īformat nisi materiā p̄mā tm̄: ergo ex materia p̄ma et ex ipsa aīa ꝯstituiꝛ aliquid per se vnum/qđ quidem non potest existere nisi homo. ex quo sequitur: q homo in sua ratione propria non includat aliquam formam corporis: qđ est falsum. quare ℞c.

Sed quia neuter istorum modorum dicendi apparet mihi rationabilis/ideo arguo ꝯtra vtrūqȝ. et p̄mo contra primum. quoniam omne viuificatum per animam siue viuuȝ est anime subiectum per ipsam actualiter informatum. ¶ Hoc apparet. quoniaȝ sicut nihil est album nisi albedinis subiectum/qđ quidem est ipsa albedine informatum: ita nec viuificatū seu animatum nisi anime subiectum per ipsam actualiter īformatum. sed omnis pars corporis animati est animata et viuificata. ¶ Hoc apparet. totum enim corpus est animatum et viuificatum et quelibet pars eius. non enim magis nec immediatius viuificatur nec animatur materia q̄ ei⁹ forma: ergo nec materia corporis est subiectū anime immediatius q̄ eius forma. nec ergo forma corporis precedens respicit animam ipsam tm̄ per moduȝ dispositionis: sed etiam ratione subiecti perfectibilis. ¶ Confirmatur. quia subiectum quodcūqȝ immediate forma aliqua informatū/est ad eam immediate disposi-

tum per seipsuz. ¶ Hoc apparet. omnino enim videtur esse irrationabile dicere seu ponere subiectuz alicuius forme immediatum et immediate ipsa informatum esse ad ipsam recipiendū indispositum per seipsum. vñ nec aliquid esse alicu⁹ forme imediate susceptiuū est aliud q̄ esse ad ipsam immediate dispositum per se solū quocūq; alio circumscripto. sed secundum istū predictū dicēdi modum prima materia est immediate receptiua oīs forme substantialis sibi possibilis. ipsa enim (vt dicit) imediate recepit omnem formam substantialez q̄ actualiter informatur: tam posteriorem videlicet q̄ priorem ergo materia immediate est ad quācūq; formam sibi possibilem disposita per seipsam: nec per consequens vna forma respicit aliam vt disponēs materiam ad ipsam: supposito vt supponitur q̄ materia immediate forma qualibet informetur. ¶ Preterea arguo sic ad idez aut forma posterior necessario exigit priorem ad hoc vt informet materiaz: aut non. si necessario exigit: ergo ipsa forma posterior nō immediate materiam pficit cui⁹ cōtrariū illa opinio ponit. ¶ Cōsequētia ē euidēs. qm̄ nulla forma immediate aliquod subiectum perficiens seu informans exigit formam aliquam disponentē inter ipsam et informatam materiam mediantem. si enim materia corporis immediate īformatur anima / nō magis ad hoc q̄ informetur ipsa requirit̄ corporis forma media: q̄ ad hoc q̄ intellect⁹ vel anima informet̄ notitia / requiratur aliqua p̄cedens forma disponēs ipsam animam vel intellectum ipsius notitie immediatuz subiectum. quare ꝛc. ¶ Si autem dicatur q̄ forma posterior non exigat necessario aliquam p̄cedentez tanq̄ ad ipsam materiam disponentem: ergo falsum est illud qđ accipiunt / quando dicunt q̄ precedens forma est necessaria tanq̄ disponēs materiam ad sequētem. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia illud quod per se sine alio sibi addito non est alicuius forme susceptiuū / nō potest eē immediatū illius forme subiectum. sed si prima forma est ī materia disposita necessaria ad sequētem / ipsa materia non est talis forme sequentis immediate susceptiua. ergo nec potest ea immediate esse actualiter informata cuius contrarium accipit opinio supradicta. quare ꝛc. ¶ Contra secundum modum dicendi potest argui similiter sicut argutum est contra primum. ¶ Preterea / q2 iste secundus dicendi modus accipit et supponit dubiū videlicet q̄ totum compositum ex forma et ex materia constitutum ab omnibus suis partib⁹ sit distinctū / et ponit q̄ subiectū vltime forme substantialis sit nō forma precedēs nec materia: sed ꝯpositum ipsum totuz ex forma et materia constitutū. hoc aūt suppositum forsitan non est verum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia aut hmōi totum compositum est aliquid distinctum a partib⁹ / puta a materia et a forma: aut non. sed non potest poni primum. tum quia hoc est falsum forte vt alias est ostēsuz. tum quia esto q̄ sit verum adhuc non tñ ipsum compositum est forme vltime immediatum subiectuz: sed etiā quelibet eius pars / tam materia vez q̄ p̄cedens forma qm̄ omne illud quod est forma aliqua immediate informatum est eius immediatū subiectuz. sed tam materia q̄ precedens forma immediate informatur forma vltima. quelibet enim pars corporis animati est immediate animata: et per consequens anima īformata. ergo ꝛc. ¶ Si autem concedatur secundum / vez totum ipsuz eē a partibus indistinctum: ergo non potest poni esse īmediatum alicuius forme subiectū tanq̄ aliquid qđ a partibus sit distinctum. quare ꝛc. ¶ Preterea arguo sic ad idem. aut prima forma respicit secundaz in ratione subiecti seu partis eius perfectibilis et dispositionis in ordine ad materiam: aut in ordine ad seipsam. hoc est dictum q̄ ex quo prima forma est dispositio ad secundā aut est dispositio suiipsi⁹ ad eam: aut materie quā informat. Sz non potest dici q̄ sit dispositio materie quā informat. quia per se dispositum non indiget aliquo alio disponēte. sed materia est ad formaz vltimam recipiendam immediate disposita per seipsaz: supposito vt supponitur / q̄ quando ipsam recipit ea immediate actualiter informetur. ergo relinquitur secundum / videlicet q̄ hmōi forma prior / si dicatur dispositio ad formam aliam vltimam / non potest dici dispositio materie / sed sui: pro quanto est ad eam immediate recipiendā disposita per seipsam. hoc autem modo etiaz materia potest dici dispositio ad eam: cum etiaz ipsa materia sit ad eā immediate recipiendā disposita non aliquo alio q̄ seipsa: vt patet ex dictis supra. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia neutrum illorum / que immediate aliquam formam recipiunt subiectiue disponit alterum magis q̄ econuerso aliud illius forme receptionem. sed materia et prima forma eque immediate forma altera informātur ac ipsam recipiunt subiectiue: ergo non magis materia per primam formam q̄ econuerso forma ipsa prima ꝑ materiam disponitur ad hoc vt forma alia informetur. q̄re ꝛc.

Et ideo quantum ad istum articulum aliter est dicendum. Ad cuius euidentiam est sciendum q̄ materiam disponi per formam precedentem aliquā ad sequētem / potest dupliciter intelligi. Uno modo sic q̄ hmōi forma sequēs posterior non recipiatur nec possit immediate recipi in materia: sed tñ in forma precedente: et ea mediante in materia: que est tñ ipsius / videlicet huiusmodi forme prioris / immediatum subiectuz. et hoc modo forma prior respiceret posteriorem tam in ratione subiecti immediate perfectibilis q̄ etiam aliquo modo in ratione dispositionis: modo quo quantitas si ponatur distincta a substantia potest dici dispositio ipsius ad receptionem albedinis et cuiuscunq; alterius accidentis materialis. Alio modo potest intelligi materiam disponi ad formam sequentem per formam sequentem: non tanq̄ per immediatius subiectum ipsius forme sequentis q̄ sit materia ipsa: sed tanq̄ ꝑ illud sine quo in materia exñte non potest materia aliqua informari. ¶ Secundo etiam sciendum: q̄ formam informare materiam vel aliquam aliaz rem quācūq; / nō est ipsam esse in materia informata. nec angelus informare dicitur corpus aliquod qđ assumit: cum tamen realiter sit in ipso. non est etiam formā causare aliquid ī materia quā informat. nec enī ad hoc q̄ materia forma aliqua informetur requiritur q̄ aliquid causetur a forma distinctum in ipsa materia informata. Ex quo sequitur: q̄ formaz informare materiam non sit aliud q̄ ipsaz esse in materia: non absolute quomodocunq;: sed taliter sicut animam informare corpus est animam sic esse in corpore q̄ possit eo mediante exercere aliquod opus vite. et hic est q̄ licet anima a corpore ī morte hominis separata possit esse et sit in loco vel re aliq̄ alia corporali: non tamen dicitur informare ipsam: quia nec mediante ipsa potest videre nec aliquem actum vite aliū exercere: sicut facit mediāte corpore quod īformat. Q2 etiā albedo vel quecunq; alia forma accidentalis materialis seu corporalis dicatur esse vt dicunt aliqui in subiecto per ipsam actualiter non informato: hoc est forte q2 talem formam informare subiectum est ipsam esse ī eo circumscriptiue / videlicet totam in toto non in aliq̄ parte eius. potest aūt per diuinam potentiam aliter existere in subiecto: quia diffinitiue / videlicet tota in toto et in qualibet eius parte. alia autem forma accidentalis

spiritualis vt intellectio vel volitio non videtur posse esse in suo proprio subiecto per ipsam actualiter non informato. Dico autem in subiecto proprio: quia forte per diuinam omnipotentiam potest esse in subiecto alio/puta in substantia aliqua corporali: sicut econuerso accidens corporale in substantia spirituali ⁊ indiuisibili: cum tale accidens possit a diuino supposito assumi. Et ideo si accidens informare subiectum est ipsum in proprio subiecto existere ipsumque ab eo actualiter dependere: potest vtique accidens etiam immateriale seu spirituale esse in aliquo subiecto per ipsum actualiter non informato.

His præmissis pono tres conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ inter formam substantialem precedentem ⁊ sequentem/sicut inter formam corporis ⁊ animam/est ordo nature: nõ tamen tẽporis licet possit esse. ¶ Hec apparet: primo quantum ad primam partem. quoniam inter illa omnia est ordo nature vt hic ordo nature accipitur: quorum vnum alterum presupponit. semper enim presuppositum dicitur nature ordine prius: ⁊ presupponens ipsum posterius. Sed vbicunque sunt plures substantiales forme totales (quod dico propter formas partium) semper vna alteram presupponit: sicut anima formã corporis: ⁊ intellectiua anima/sensitiuã. ergo ⁊c. ¶ Secũda pars: scilicet ꝙ non sit inter ipsas ordo temporis apparet. quoniam forma precedens est ad quam necessario secũdũ cursum communem nature loquendo/immediate sequit forma sequẽs omni alio circũscripto: sicut aĩa ad formam corpoream vltimo introductam. quare ⁊c. ¶ Tertia ⁊ vltima pars/videlicet ꝙ licet non sit de facto/possit tamen esse de possibili ordo temporis inter ipsas formas/apparet. quoniam ad nullum prius sequitur necessario absolute ⁊ simpliciter aliquod posterius distinctum realiter a priori in ipso formaliter non inclusum. Sed huiusmodi forme sunt realiter differentes: ergo siue posterior sit a creante vt anima intellectiua: siue a generante/potest non sequi per diuinam potentiam ad formam quancunque aliam precedentem ab ipsa realiter differentem. quare ⁊c.

Secunda conclusio est: ꝙ inter formas huiusmodi substantiales/precedentem videlicet naturaliter ⁊ sequentem est ordo sicut inter subiectum ⁊ formam: et etiam aliquo modo et alio modo non/sicut inter dispositionem materie ⁊ formam eius informatiuã. ¶ Hec apparet quantum ad primam partem. quoniam forma sequens posterior/sicut anima/sic est in toto corpore ꝙ est in qualibet eius parte: cũ quelibet pars animati corporis sit animata: ergo cum forma corporis substantialis sit principalior pars ipsi sequitur/ꝙ sit in qualibet parte forme totius corporis animati. sed animatum est anime subiectum: ergo non tñ materia animati corporis/sed etiam forma est subiectum anime susceptiuũ quare ⁊c. ¶ Sed sunt hic duo dubia. Primũ est: an conclusio ista sit intelligenda de omnibus vniuersaliter: an specialiter de aliquibus formis tñ. Secundum: an anima possit existere subiectiue in materia corporis sine forma: ⁊ econuerso in ipsa corporis forma a materia separata. ¶ Ad primum dicendum: ꝙ ista conclusio quantum ad secundam suam partem videtur eẽ vniuersaliter vera de omnibus formis substantialibus. quarumcunque enim formarum plurium in aliquo existentium ordinate semper p̄cedens disponit aliqualiter ad sequẽtem. Quantũ ad primã autem partem est vera de anima ⁊ de corporis forma. que due forme sunt in quolibet animali. Si autem in homine anima intellectiua sit alia ab anima sensitiua/non videtur ꝙ sensitiua poni debeat vt subiectum ipsius intellectiue. licet enim anima sensitiua sit nata elicere actum vitalem sibi proprium corpore mediante ⁊ non aliter: non sic est de intellectiua respectu anime sensitiue. Et ideo vocãdo animatum seu anime subiectum non omne illud in quo est anima absolute: sed in quo est sic/puta vt in illo quod per ipsam viuificat/⁊ quo mediante actus vite causatur/licet anima sensitiua sit in corpore vt in subiecto: ⁊ etiam anima intellectiua: que etiam tota est in qualibet parte corporis animati/licet corpus ipsum per eam non viuificetur: non tamen videtur ꝙ intellectiua sit vt in subiecto in anima sensitiua. vtriusque enim subiectum est corpus ipsum: non autẽ vna alterius. ¶ Et si contra hoc arguatur: quia tunc non magis corpus humanum est anime intellectiue subiectum q̃ angeli assumentis ipsum. hoc autem videtur inconueniens. ergo ⁊ cet. Consequentia probatur. quoniam solum (vt dictum est) corpus humanum dicitur anime intellectiue subiectum quia anima est in ipso ⁊ in qualibet eius parte. Sed consimiliter est angelus in corpore humano ⁊ in quocunque alio quod assumpsit. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc respondetur communiter: ꝙ aliter angelus vnitur assumpto corpori: quia vt motor mobili ⁊ aliter anima intellectiua: quia vt forma seu perfectio informato per ipsam animam ⁊ perfecto. ⁊ ita non similiter vniuntur/licet vtrique videlicet tam anima q̃ angelus/vniantur toti corpori et cuilibet eius parti. ¶ Sed hoc non sufficit: nec rationẽ soluit. quoniam animam intellectiuam informare seu perficere corpus/nõ dicit aliud q̃ ipsam esse in corpore ⁊ in qualibet eius parte. Quod apparet: quia constat ꝙ corpus humanũ intellectiua anima informatum nullam perfectionem ab aĩa distinctam consequitur. nihil enim ab anima in eo causatur: nec anima ipso mediante aliquem actum elicit quem non posset elicere sine ipso: cuius contrarium est de anima sensitiua. ergo animam intellectiuã informare corpus non dicit vltra extrema aliud q̃ ipsam sic esse in eo/puta in toto ⁊ in q̃libet eius parte. Ex quo sequitur: ꝙ supposito ꝙ intellectiua a sensitiua anima sit distincta: non video ꝙ in alio difformiter ipsa sit in corpore ⁊ angelus/nisi quia anima existens in corpore dependet quantum ad actum sibi proprium ab actu sensitiue anime corpus ipsum necessario exigente: non sic autem est de angelo corpus aliquod assumente. sed ex hoc non video ꝙ arguatur diuersus modus essendi anime ⁊ angeli. ¶ Ad secundum dubium est dicẽdum: ꝙ posset vtique anima sensitiua existere in materia ⁊ in forma corporis separata a materia existente: non tamẽ sic ꝙ huiusmodi eius tali mediãte subiecto posset exercere seu elicere aliquẽ actum vite quem nunc elicit mediante corpore quod informat. ¶ Ex hoc apparet secũda pars cõclusionis predicte/videlicet ꝙ inter tales plures formas est aliq̃ modo ⁊ alio modo non ordo: sicut inter dispositionem materie ⁊ formam eius informatiuã. quoniam omnis illa forma precedens in materia potest dici eius dispositio ad sequentem/sine qua in materia existente/non posset ipsa forma sequẽs esse in materia isto modo/puta tanq̃ in illo quo mediante potest elicere talem actum. sed corporis p̄cedens sic se habet in materia ad aĩam sensitiuã vt dictum est: ergo dispositio dici potest. materia autem corporis licet etiam forte sic se habeat respectu forme corporis ad animam sensitiuam: non tamen eius dispositio dicitur: quia prior est ipsa. prius autem non est dispositio posterioris: licet ad posterius sit disponens. Sic ergo apparet quomodo forma precedens est disposi-

materie ad sequentem:non autem est dispositio materie precise/videlicet sic q non sit eius subiectum:modo quo habitus disponit potentiam ad eliciendum actum:que3 tamen nullo modo forte elicit effectiue.forma enim corporis eque mediate subiectum est anime sicut materia eius/vt probatu3 est superius.quare rc.

Tertia conclusio & vltima est: q si totum animal esset distinctum a suis partibus puta corpore et anima in re extra/ipsius anime subiectum non esset huiusmodi totum:sed eius partes consimiliter sicut modo. ¶ Hec apparet.quoniam nullum posterius potest primi subiectum alicuius prioris.sed totu3 est posterius partibus. quare rc. ¶ Cõfirmatur.quia si totu3 est distinctũ a partibus/ipse partes sunt subiectum eius:ergo cum totum sit in partibus suis vt in subiecto aliquo modo/ non potest aliqua partium in ipso toto existere econuerso.nõ enim in tali modo essendi vnius in alio potest esse circul9 in eisdem. quare rc. ¶ Ex hoc sequitur corollarie/q supposito q totum a partibus esset distinctum/aliter totum ex corpore r anima constitutum diceretur anim atum:et aliter corpus eius.corpus enim dicitur animatum tantum denominatiue r extrinsece:totum vero diceretur intrinsece animatum.quoniam anima a qua vtrunq dicitur animatum/est extrinseca corpori:intrinseca autem toti.quare rc. ¶ Ad primũ qđ arguitur p illa pma opinione quando dicitur q forme non est forma/iam responsu3 est superius:quia dictũ est hoc esse intelligendum de vltima forma tantum:non autẽ de alia aliqua precedente.secundum enim Commentatorem primo physicorum commento primo:omnes forme inter prima3 materiam r formam vltimam sunt forme r materie. sunt quidẽ materie siue subiectũ respectu forme sequẽtis: r forme respectu materie:siue etiam forme precedentis.quare rc. ¶ Ad secũdum responderetur:q cum omnis forma substãtialis dicatur ens simpliciter hoc est principaliter:per consequens omne informabile forma substantiali siue sit materia siue forma est in potẽtia simpliciter:aliter tamẽ materia r aliter ipsa forma.quonia3 materia est in potentia simplicit vniuersaliter:quia videlicet ad omnem formam.nulla autem forma substantialis est in potẽtia isto modo:cum nõ sit in potentia nisi ad aliquam formam tm̃.et ideo potest dici in potentia simpliciter non vniuersaliter vt materia sed partialiter. ¶ Ad alia que adducuntur pro secunda opinione.Ad primũ quando dicitur q anima est act9 corporis/concedo:quia est actus tam materie q̃ forme substantialis extense:non autẽ alicuius alterius substantie vt accipit argumentũ.nec enim per corpus est aliud intelligẽdum q̃ substantia quecunq extensa siue sit materia siue forma. Et ideo falsum est qđ additur quando dicitur q materia vt est corpus est materia extensa cuius anima est actus.nec enim anima est actus corporis tanq̃ alicuius resultantis ex forma corporis r ex materia:cu3 tale corpus nõ sit aliquid in re extra. r esto q esset anima non tantum esset actus eius:sed etiam cuiuslibet ei9 partis:cu3 omnis pars animati corporis sit animata. ¶ Et si contra hoc arguatur: quia sicut corpus dicitur animatum anima:ita materia corporis dicitur corporea propter formã corporis:r ita per consequens non põt corpus existere per seipsum: ¶ Respondeo q omnis substantia co dicitur formaliter quãta r corporea siue corpus q̃ actualiter est extensa.sed materia forma corporis informata se ipsa nõ per formã hm̃oi corporis est extensa.nulla enim res quanta est quanta seu extensa aliquo alio q̃ suis partibus sic se habentibus r extra se inuicem existentibus/ vt ix quarto physicorum est probatum.partes autẽ materie corporis alie sunt a partibus forme:ergo non magis est extensa materia propter forma3 q̃ econuerso forma propter materiam.quare falsum est qđ accipitur quando dicitur q sicut corp9 dicitur animatu3 aĩa/ita materia corporea propter formam corporis. ¶ Ad secundum:non est intelligendum per illud philosophi dictum/visum acceptũ p principio elicitiuo r receptiuo visionis esse aliquid distinctum ab anima existens tantum in oculo. Hoc siquidem falsum est:cum anima ipsa sit immediatum principium r subiectum receptiuum omnis naturaliter possibilis sibi act9. Sed vult dicere philosophus/q sicut anima vt est vniuersaliter omnis actus sentiendi/se habet ad totum corpus:ita vt est specialiter contentiua virtualiter talis actus puta vidẽdi/ se habet ad oculum:quantum ad hoc q sicut anima vt primo modo sumpta vtitur toto corpore r diuersis eius partibus/quibus mediantib9 diuersos elicit actus sentiendi:ita vt secundo modo sumpta/videlicet vt continens specialiter talem actum puta videndi in ordine ad quem dicitur visus/vtitur oculo tãtum:quo solo mediante non aliqua alia forma corporis parte elicit talem actum. ¶ Et quãdo additur in minori q visus non perficit immediate primam materiam: sed organum ex ipsa et ex forma compositum:Dico q falsum est. quoniam anima ipsa que visus dicitur vt visionis virtualiter contentiua et materialiter receptiua/non est nisi solius materie corporis r forme corporis perfectiua: nec organum est aliquid preter ista. r esto q esset:non tantum ipsum perficeretur anima:sed etiam quelibet pars eius/et per consequens materia atq forma: sicut nũc ista ea perficiuntur seu informantur quia actualiter animantur. quare rc. ¶ Ad tertium r vltimum: apparet q non est contra dicta. Si tamen diceretur q forma corporis non est anime subiectum:sed tantũ disponit materiam ad ipsam:adhuc contra hoc ratio non concluderet quoniam minor quam accipit negaretur. ¶ Et qñ pbatur q omnis forma substantialis informans aliquid constituit cu3 eo aliquid per se vnum omni alio circumscripto: hoc negaretur si per huiusmodi vnu3 constitutum intelligatur aliquid in re extra distinctum a materia r a forma:cum totum non sit aliquid preter partes. Si aute3 per ly per se vnum non intelligatur aliquid a partibus distinctum sed tantummodo ipse partes sic vnite/ concedo ex materia et ex forma ipsam informante fieri aliquid per se vnũ puta ipsa forma r materia sic vnita q vnum ex anima et prima materia non esset homo:cũ homo includat formam corporis vltra materiam r animam ipsam informãtem. ¶ Et si queras/quid ergo esset tale vnum ex anima intellectiua et prima materia constitutum ? Respondeo q sicut nũc homo nõ est aliud q̃ corpus et anima sic vnita:ita tale vnum esset precise ipsa intellectiua anima r prima materia ipsi vnita/supposito q anima prĩe materie maneret vnita forma corporis circũscripta. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem decimãoctauã/in q̃ magister determinat specialiť de formatiõe seu pductiõe mulier;: Quero primo de pductione corporis:de q̃ magister primo determinat: Utrum illa corporis Eue pductio fuerit creatio ¶ Et videtur q sic. quia omne a deo tm̃ productum est creatum et omnis dei actio ad extra est creatio. sed corpus illud mulieris fuit a deo productũ.ğ rc. ¶ Cõtra.q2 oẽ creatũ ẽ de

nihilo factū.sꝫ corp⁹ hmōi mulieris nō fuit de nihilo:sꝫ de aliq̄ pui s de costa Ade dormiētis.vt cū dicit Gene.se cūdo / immisit deus soporem in Adam: cūq; obdormisset tulit vnam de costis eius ⁊ edificauit eam in mulierem ergo ⁊c. ¶ Responsio.vbi sic est procedendū. Primo enim est videndum quomodo de costa corpus mulieris fuerit productum. Secūdo ex hoc videbitur ad questitum:an videlicet illud corpus fuerit creatum.

Quantum ad primum:non est intelligēdum corpus Eue fuisse formatum de costa viri remanente eadem numero quantum ad materiā ⁊ ad formam in corpore mulieris formato que fuerat in corpore viri primo.non enim totum mulieris corpus est intelligendum fuisse formatum de huiusmodi costa tanq̄ de aliqua parte sui integrali:modo quo aliqua nauis facta de ligno alterius diceret facta de quolibet ligno illius: ⁊ omne totum dicitur factum ex qualibet sui parte in ipso actualiter remanente.non enim in Eua remansit forma coste:sꝫ tantū materia que precesserat in Adam:sicut nec ī viro forma terre:de qua quidem terra seu eius limo ipsius corpus legitur esse factum. Ex quo sequitur q̄ eo modo est intelligendum corpus mulieris factum esse de costa: et corpus viri de limo terre:quo de albo dicitur fieri nigrū vel ignis de aqua vel de omni alio elemento. Sicut enim nigrum dicitur fieri de albo quia nigredo introducitur in subiecto ī quo primo precessit albedo: ⁊ ignis ex aqua quia forma ignis introducta est in materia sub forma aque antea existente:ita consimiliter in proposito est intelligendum corpus viri fuisse formatum de limo terre et corpus mulieris de costa : quia forma corporis viri fuit introducta in materia sub forma terre/et corpus mulieris in materia sub forma coste antea existente. ¶ Sed circa hoc qd̄ videtur esse certum/est duplex dubiū. Primū est/an ipsa costa seu eius forma substantialis potuerit dici ratio seminalis respectu corporis mulieris quod ex ipsa dicitur esse factum. Scd̄m/quomodo tā modica portio materie que precessit seu prefuit sub forma coste/potuit fieri sub forma tanta quanta erat forma totius corporis mulieris. ¶ Ad primum dicendum q̄ non:quoniam ratio seminalis vel est ipsa forma substantialis seminis:vel aliqua alia ipsius alteratiua ⁊ ad formam aliam principalē intrinsecā vltimo dispositiua.sed nec costa tota nec ei⁹ forma fuit semen. ex semine enim hominis in loco debito reposito formatur naturalit̄ corpus prolis. sed constat ex costa non posse fieri naturaliter:sed tantū supernaturaliter factum esse corpus mulieris. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur.quia quod vltimo generatur ex semine/non est semen. ¶ Hoc apparet.quoniam semen est corpus aliqd̄ mixtum compositum ex materia et ex forma substantiali imperfecta intēta propter aliquam vlteriorem et perfectiorem vltimo in eius materia introducendam.sed cū totum corpus hominis naturaliter generati sit generatum et formatum semine mediante/quelibet pars forme corporis ⁊ per consequēs forma coste est in materia que prefuit sub forma seminis introducta:ergo nec costa nec aliqua alia pars corporis humani poterit dici semen. ¶ Ex hoc sequitur:q̄ nec huiusmodi costa nec etiam ei⁹ forma potuit dici ratio seminalis.quoniam huiusmodi ratio seminal'is vt predictum est vel est forma substantialis ipsius seminis vel aliqua alia existens immediate in semine subiectiue.sed costa huiusmodi non fuit semen.ergo nec in ipsa fuit ratio seminalis. ¶ Nec valet si dicatur q̄ ex costa fuit formatum corpus hmōi mulieris. quoniam ex hoc non sequitur q̄ fuerit semen / nec ratio seminalis.non enim oē ex quo aliquid fit dicitur esse semen. nisi dicas q̄ omne elementum est semen respectu cuiuslibet ex ipso generabilis / ⁊ album respectu nigri:⁊ sic de omnibus aliis:quod est falsum.quare ⁊c. ¶ Ad secundū dubium dupliciter respondetur.aliqui enim dicunt q̄ licet materia coste Ade fuerit ante modice quantitatis /tā ratiōe rarefactionis creuit et augmētata fuit.⁊ ideo sub maiori forma q̄ esset prius puta sub forma totius corporis fieri potuit. ¶ Sed hic modus dicendi est omnino irrationabilis.quoniam corpus Eue non fuit sic quasi incomparabiliter ⁊ improportionabiliter rarius corpore Ade / sicut necessario oportuisset esse ipsum si hoc qd̄ isti accipiunt esset verum.oportet enim formā corporis materie rarioris esse rariorem ⁊ densioris densiorem. sed si materia forme coste fuit nullo sibi addito rarefacta intātū quāto corpus mulieris formatū fuit maius q̄ fuerit ipsa costa/materia corporis mulieris fuisset incomparabiliter et quasi improportionabiliter rarior q̄ materia corporis viri:ergo ⁊ forma corporis:ergo ⁊ per consequens totum corpus.quare ⁊c. ¶ Confirmatur.quia forma corporis Ade est eiusdem rationis cum forma corporis Eue et materia vnius cū materia alterius. nec est verisile q̄ materia vnius fuerit facta rarior q̄ materia alterius /saltem tanto quanto oportuisset esse rariorem materiam corporis mulieris q̄ materiam corporis viri si propter solam rarefactionē materie coste viri fuisset tante quantitatis quante fuit corpus mulieris. sicut enim in tantū aqua vel ignis posset rarefieri q̄ haberet corrumpi forma ignis et aque:nec posset manere taliter rarefacta:ita et de forma carnis est dicendum et de quacunq; alia corporali.quare ⁊c. ¶ Alij respondent aliter:dicentes q̄ illa materia coste viri absq; aliqua alia parte materie sibi apposita ratione quātitatis sibi addite potuit fieri sub forma totius corporis mulieris. tanta enim fuit quantitas materie coste addita quantum excessit corpus mulieris formatū ipsam costam:⁊ ideo fuit equalis toti forme corporis mulieris: ⁊ ita per consequens potuit informari ipsa. ¶ Sed hic modus dicendi etiam est omnino irrationabilis sicut prior. deficit enim multipliciter. Primo quia cum illo coincidit. Secūdo.qz falsum simul ponit. Tertio.quia etiam quod accipit non est verum. Primū videlicet q̄ cum predicto modo dicendi coincidit/apparet.quoniam nulla substantia potest nunc maioris quantitatis esse q̄ prius nisi vel propter substātie appositionē vel propter rarefactionem:sicut nec etiam econuerso aliqua substantia potest fieri minor nūc q̄ prius nisi vel propter alicuius partis eius substractionem:vel propter ipsius condensationem.sed materie coste Ade nulla pars substantie fuit apposita vt concedūt.ergo q̄ post q̄ Ade substracta ⁊ sub forma corporis mulieris posita fuerit maior q̄ ante /hoc esse non potuit nisi quia rarefacta fuit.ex quo apparet q̄ cum primo modo dicendi incidit iste secundus modus. ¶ Secundum videlicet q̄ falsum supponat etiam iste modus / apparet.quoniam supponit vt videtur q̄ quantitas sit forma aliqua per se vna qua materia ⁊ quelibet alia substantia et res quanta dicitur esse quanta distincta realiter a re quanta. hoc autem forte falsum est.vt enim in quarto est ostensum/nulla res est quanta aliquo alio a seipsa et ab eius partibus dispositis tali modo.ergo ⁊c. ¶ Tertium videlicet q̄ nō sit verum hoc quod accipit iste modus dicendi/apparet quoniam quando dicit q̄ materie coste fuit addita quātitas noua :non autem aliqua materia:non est verum ¶ Primo.quia vt dictū est quantitas non est forma aliqua distincta realiter a re quāta:nec per cōsequēs alicui pōt addi. ¶ Scd̄o.qz si q̄titas sit aliqua talis forma a re cuius est distincta: constat q̄ est forma accidentalis substantiam exigens vt suū subiectum ppriū/ sicut qd̄cunq; aliud accidens.sed subiectum forme accidentalis ma

toris necessario habet esse maius:ergo cũ quãtitas materie corporis Eue sit maior ꝙ fuerit quãtitas materie coste/per ꝯsequẽs oportet materiã q̃ ẽ subiectũ quãtitatis corporis/esse maiorẽ illa q̃ fuit subiectum quãtitatis materie existentis sub forma coste.sed hmõi materia nõ põt esse maior propter rarefactionem:vt probatum est arguẽdo cõtra predictum modũ dicendi.ergo oportet ipam eẽ maiorem ꝓpter alterius materie appositionẽ. ¶ Cõfirmatur.qꝛ si quantitas corporis est forma accidẽtalis:vt supponitur:nulla pars quãtitatis corporis mulieris extitit sine subiecto. Quero igitur de illa noua quantitate preexistenti quantitati materie coste appõsita / cui subiecto fuit addita:qꝛ aut eius subiectum fuit illa eadẽ materia ꝑexistens sub quãtitate priori:aut alia pars illi apposita.sed non potest dari primũ:qꝛ vt dictũ est nulla substantia potest esse sub maiori quãtitate ꝙ prius absqꝫ aliqua parte substantie sibi addita nisi propter maiorem rarefactionem/que in ꝓposito poni nõ põt/vt dictum est.ergo ꝛc.

Et ideo aliter quãtum ad istud dubium

est dicẽdum. Ad cuius euidentiam est sciẽdum:ꝙ omnis forma tam substantialis ꝙ etiam accidẽtalis extensa est tanta quantũ est eius subiectũ per ipsaꝫ actualiter informatũ:nec eius subiectũ põt esse maius ꝙ ipsa in aliquo nec minus.quanta enim est superficies / tantam albedinem esse dicẽs.qm̃ si supficies excederet albedinẽ nõ tota superficies sed aliqua eius pars tm̃ eẽt albedinis subiectũ.si etiã econuerso supficies esset minor albedine/aliq̃ pars albedinis existeret sine subiecto.q̃re ꝛc. ¶ Ex hoc seqtur corollarie. Primo:ꝙ cum forma totius corporis Eue fuerit maior ꝙ forma coste:ꝙ etiam ꝑ ꝯñs maior fuit materia ipsi subiecta ꝙ fuerat materia subiecta antea forme coste. ¶ Secũdo/ꝙ fuit maior propẽ nouã sibi appositam materie portionem.qm̃ vt probatũ ẽ nõ potuit sic eẽ maior/tanta veꝫ quãta fuit/ propter rarefactionẽ. ĝ ꝓpẽ alicuiꝰ mãie appositionẽ. ¶ Tũc ergo appꝫet ex his q̃d ad hmõi dubiũ sit dicẽdũ.qm̃ non est intelligendũ ꝙ materia illa coste ita modica fuerit vt sic subiectũ forme substãtialis totius corporis mulieris:cũ illa nõ fuerit nec sit maior ꝙ forma coste:q̃ fuit longe minor ꝙ forma totiꝰ corporis mulieris:sed illi materie fuit alia addita:q̃ simꝰ cũ illa fuit equalis quantitatis cum forma corporis mulieris totam ipsaꝫ materiã veꝫ tãm sub forma coste ꝑsuppositam ꝙ aliã ipsi additã informãte. Unde nõ est intelligẽdũ corpus mulieris sic formatũ fuisse ex costa sicut ignis gñatur ex aqua / vel sicut corpꝰ Ade formatũ fuit vel formari potuit ex materia.qm̃ ignis generatur ex aqua vel econuerso tanꝙ ex illo cuius materia est totale subiectũ termini generationis veꝫ forme in ipsa materia introducte.cõsilr corpus viri fieri potuit de limo terre:ꝛ sic factum fuit/supposito ꝙ hmõi limus terre vel eiꝰ materia fuerit equalis quantitatis cum forma corporis in ipsa introducta. Uel esto ꝙ aliquantulo minoris quantitatis fuisset/supposito ꝙ forma terre requirit materiam densiorem ꝙ forma corporis.hoc enim dato potuit illa materia/licet minor ipsa forma corporis viri / rarefieri/et sic sub maiori forma effici nulla addita ipsi parte.non sic autem ex costa formatum extitit corpus Eue/cum nec eiꝰ materia fuerit totale subiectum totius forme corporis mulieris:sed tantũmodo partis eius:ꝛ ideo corpus ipsuꝫ fuit formatũ ex materia coste tãꝙ ex pte totiꝰ subiecti forme corporis formati. ¶ Et si queratur/an huiusmodi materia addita materie coste fuerit nouiter tunc creata: an fuerit alicuius resoluti in ipsam: Ad hoc dicendum est ꝙ vtroqꝫ modo fieri potuit. potuit enim deus ipsam nouiter creare ꝛ creatam addere/vel aliud compositum ex ipsa ꝛ forma in eam resoluere et ipsam illi addere. Quo autẽ istoꝝ modoꝝ factũ fuerit deꝰ nouit:quia hoc scriptura non exprimit. rationabilius tamen videtur ꝙ fuerit primo modo:videlicet per ipsius materie nouam creationẽ ꝙ per alicuius resolutionem. quoniam si fuisset factum per alicuius resolutionem in ipsam/corpus mulieris fuisset factum non tm̃ de costa: sed etiam ex illa substantia in materiam resoluta: et consimiliter vt costa. sed si sic corpus formatum fuisset/hoc scriptura explicasset. sicut enim explicauit costam ꝛ materiam ex qua formatũ extitit corpus viri: ita vt videtur explicasset quamcunqꝫ aliam substantiam si corpus fuisset formatum ex ipsa in materiã resoluta. sed constat ꝙ non facit de aliqua alia substantia ꝙ de costa ꝛ de limo terre respectu corporis viri aliquam mentionẽ. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum:licet appareat

ex precedentibus quid dicendum:premitto tamẽ ad maiorem euidentiã ista duo. Primũ est:ꝙ creatio non ẽ aliquid distinctum a creante et a re ipsa creata. Hoc suppono hic ex dictis circa principium huius libri. ¶ Secundum est ꝙ aliquid potest dici et dicitur communiter creari tripliciter. Uno modo ꝓprie ꝛ stricte. Alio modo large. Tertio modo largissime. Primo modo solum illũ dicitur esse creatũ qd̃ de nihilo presupposito simpliciter tã quidditatiue videlicet seu intrinsece ꝙ subiectiue seu extrinsece/est productum:hoc est illud cuius subiectum non fuit presuppositum nec est aliquid sibi intrinsecum. Secundo modo / videlicet large/ creatum esse dicitur omne quod est a solo deo productum siue de aliquo subiecto presupposito sibi extrinseco siue de aliquo intrinseco. Tertio modo/videlicet largissime./ dicitur creatum vniuersaliter omne aliud a deo licet a secunda causa productum/ non vt ab ipsa causa secunda/sed vt a prima productũ.ꝛ hoc modo ens diuiditur in creatũ ꝛ increatum: ꝛ eo omnis res alia a deo dicitur creata: non autẽ primo nec secundo modo.

His præmissis & suppositis ex declaratis in precedentibus prolixius/pono duas cõclusiones. ¶ Prima est:ꝙ ꝓductio corporis mulieris fuit creatio secundo modo:non autem primo modo. ¶ Hec apparet quantum ad vtranqꝫ partem.quoniam constat huiusmodi corpus a deo tantũ supernaturaliter de aliquo tamen materialiter presupposito/ videlicꝫ de materia coste/esse formatum.sed omne sic productum:puta a solo deo supernaturaliter ꝛ in aliquo siue de aliquo presupposito materialiter/est creatum illo secundo modo:non autem primo ergo ꝛc. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur: quoniam materia coste non fuit subiectum totius forme corporis adequatum:sed alicuius partis tantum. ĝ licet pars forme corporis in materia coste presupposita introducta nõ fuerit creata illo primo modo/videlicet proprie: fuit tamẽ hoc modo creata alia pars forme corporis/que non fuit in illa materia coste ꝑsupposita introducta. ¶ Respõdeo ꝙ non sequitur qd̃ infertur.quoniam licet nõ tota forma corporis fuerit in materia coste presupposita introducta aliqua tamen pars fuit in illa ꝛ alia in alia nouiter creata introducta:ꝛ ita nulla eius pars fuit hoc modo creata.quia nec ad hoc ꝙ aliquid dicatur non creatum requiritur ꝙ eius subiectum presuppositum precedat terminum ꝓductũ. ꝛ id̃ lꝫ subiectũ alicuiꝰ ptis forme illiꝰ corporis ꝑcesserit duratiõe ipaꝫ ptem puta illam cuiꝰ subiectũ est materia coste:ꝛ subiectum alterius ptis eiꝰ fuerit creatũ simul cũ ipsa:non magis tamen ex hoc vna pars ꝙ alia

dicitur esse creata. quare ꝛc. ¶ Secūda ꝯclusio est: ꝙ vocando illud esse creatum qd est ꝓductū non de aliquo ꝑsupposito i ꝑm durationis ordine ꝑcedente / aliqua pars forme illius corporis fuit creata: ꝛ alia non. ¶ Hec apparet. qꝛ materia coste prius fuit tēpore hmōi corpore muliebris. materia autē alia noviter creata huic addita simꝉ cum corpore est creata. ḡ pars forme corporis in materia coste ꝑsupposita introducta non fuit hoc modo creata: sed illa alia que fuit in alia materia creata noviter introducta. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē ī principio apparet solutio ex ꝑdictis in articulo ultimo.

Secundo quæro de secundo: videlicet de ꝓductiōe anime. Utrū aīa hominis sit cū angelo eiusdē an alteri⁹ specifice rōnis. ¶ Et videt ꝙ eiusdē. qm̄ sicut diversitas specifica forarū arguit ex diversitate specifica operationū ita ꝛ idētitas ex idētitate ipsarū. sed omnis operatio anime rationali ꝛ angelo possibilis est eiusdē specifice rationis. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. quia forme eiusdē rationis sunt informative seu perfective perfectibilium eiusdem rationis: sed anima intellectiva est corporis perfectiva ꝛ non angelus. ergo ꝛc. ¶ Responsio. ubi est primo vidēdū an angelus ꝛ anima intellectiva differant specie. Secundo supposito ꝙ sic q̄ sint dfe quibus specifice distinguuntur.

Quantū ad primum: est opinio aliquorū dicētiū ꝙ angel⁹ ꝛ aīa differūt specie nō sicut diverse species / vel sicut illa q̄ sunt in diversis speciebus directe sed sicut species una ꝛ pars alterius speciei: sive sicut illa quorum unum est directe in specie ꝛ reliquum indirecte. angelus eñ ꝛ homo sunt diversarum specierum sicut illa quorum quodlibet est directe in specie. anima autem intellectiva non est species nec in specie directe: sꝫ tm̄mō indirecte / quia videlicet pars totius hominis directe in specie existentis. nulla eñ forma materialis nata facere cum ipsa materia aliqd per se unum / est in specie isto modo puta directe: sed tantum per reductionē ꝛ indirecte. ¶ Sed hic modus dicendi nō videtur rationabilis. quoniam omne illud de quo species est predicabilis per se ꝛ primo modo / est in specie proprie et directe. sed anima rationalis que est ita proprie species sicut homo / est predicabilis de omni anima rationali singulari. ergo ꝛc. ¶ Minor quantum ad primam partem / videlicet ꝙ ipsa rationalis anima sit species: apparet. quia omne predicabile tantum de pluribus solum numero differentibus est spēs specialissima. sꝫ anima intellectiva est huiusmodi. ḡ ꝛc. ¶ Confirmaꝉ. qꝛ nulla res extra aīam singularis dicitur esse in specie nisi sicut signatum in signo communi et predicabili de proprio signo sui. Sed non minus omnes intellective anime singulares possunt convenire in tali signo communi eis q̄ omnes lapides vel homines vel forme simplices immateriales. que enim realiter equaliter conveniunt in re extra signata / equaliter convenire possunt conceptibiliter in signo aliquo / puta ī conceptu mentis. anime autem intellective omnes non minus conveniunt q̄ alia individua composita vel materie vel forme immateriales eiusdem specifice rationis. ergo ꝛc. ¶ Preterea arguo sic. si ideo anima non est directe in genere nec in specie / quia est corporis ꝑfectiva: ergo nulla forma erit directe in genere nec in specie que sit corporis vel cuiuscunq alterius perfectibilis perfectiva. sed hoc est falsum. quia omnis forma accidētalis est perfectiva alicuius perfectibilis. ergo ꝛc. ¶ Si forte ad hoc dicatur ꝙ non est simile de forma substantiali et accidentali quia ex forma substātiali ꝛ suo perfectibili resultat aliqd per se unum: non autem ex accidente ꝛ suo proprio subiecto: ¶ Hoc non valet primo: quia si totum sit a suis omnibus simul sumptis partibus indistinctum: non magis ex aliqua substātiali forma ꝛ suo subiecto resultat aliqd a forma et materia distinctum / q̄ ex accidente aliquo et subiecto: nec homo dicitur ens aliquod per se unū a corpore et ab anima distinctum / magis q̄ album vel nigrū. Sed homo vel quodcūq aliud cōpositū ex forma substātiali ꝛ ex materia dicitur ens per se unum: album autem vel nigrum unum per accidens: quia utrunq componentium tam forma videlicet q̄ materia est substantia per se non in alio ut accidens in subiecto: ꝛ propter contrariam rationem homo albus dicitur ens unum per accidens. q̄re ꝛc. ¶ Secundo. quia esto ꝙ assumptum esset verum videlicet ꝙ ex materia et ex forma resultaret aliqd a partibus distinctum: non autem ex accidente aliquo ꝛ subiecto: ex hoc non habereꝉ nisi ꝙ forma substantialis ꝛ materia non essent directe in specie illius totius substantie composite resultantis. ¶ Ex hoc autem non sequitur qn tam forma q̄ materia possint eē ī sua specie propria / sicut accidentalis forma et substantia eius subiectum sunt in diversis specieb⁹. sicut eñ res est in illa specie indirecte que ꝑdicatur de ipsa sive de eius signo proprio indirecte ꝛ non in recto: ita ꝛ in illa debet poni directe que est de ipsa in recto predicabilis et directe. sed licet homo vel quecūq alia substantia composita non predicetur de aliqua sui parte in recto sed tantū in obliquo: de qualibet tamē parte / videlicet tam de materia q̄ de forma aliquid est ꝑdicabile isto modo: quod quidem predicabile est species de pluribus numero differentibus tm̄: ut anime intellectiva vel forma ignis ꝛ alia quecunq sub se continens distincta solo numero. ergo ꝛc. ¶ Et ideo supposito ex iā dictis / et etiam ex dictis alibi in precedentibus / ꝙ anima rationalis sicut et quelibet alia forma / est in specie ꝛ in genere proprie et directe sive ex materia et forma resultat aliquid ab eis distinctum sive non: aliter quantum ad istū articulum est dicendum.

Ad cuius euidentiam pono tres conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ omnes anime humane sunt eiusdem specifice rationis. ¶ Hec probatur a posteriori: videlicet ex identitate accidentiū tam ipsarum omnium animarum q̄ etiam totius hominis resultantis ꝛ accidētis ipsius: supposito ꝙ totum a partibus sit distinctum. quoniam tam totum ipsum resultans q̄ eius ꝛ anime omnis operatio ꝛ accidens est eiusdē rationis in quocunq homine singulari. Sed identitas omnium talium / idētitatē arguit animarum. licet enim forme diversarum rationum sint alicuius effectus eiusdem rationis virtualiter contentive: non tamen omnis. non enim reperiuntur alique diversarū specierum communicantium in oī operatione ꝛ accidente quocunq eiusdem rationis ut in actu intelligendi ꝛ volendi ꝛ in aliis quibuscūq. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur primo. quia si totum a partibus est distinctum / ex formis alterius rationis non resultat totum eiusdem specifice rationis. sed omnes homines sunt eiusdem speciei. ergo et anime que sunt ipsorum forme. ¶ Secundo. quia forme ille videntur esse eiusdem rationis que sunt perfective ꝛ informative perfectibilium eiusdem rationis. sed omnia humana corpora quorū sunt anime perfective sunt eiusdem rationis. ergo ꝛc. Sed tamē ista ratio nō cōcludit ut statim inferius apparebit.

Secunda conclusio est: ꝙ anima rationalis ē ab āgelo alteri⁹ rōnis: qd tñ nec ē ꝑ se notū nec demōstrabile seu deducibile ex aliq̄ ꝑ se noto: supposito ꝙ

anima itellectiua in hoie sit alia ab aia sensitiua. ¶Hec quãtum ad primam partem est cuicũq catholico p se nota nõ naturaliter: sed per fidem. ¶Scda pars/vez q nõ sit per se notũ naturaliter ita esse: apparet. quoniã qd est naturaliter per se notum ab alio esse diuersũ/est notũ naturaliter ipm esse. sed angelum esse non est nobis naturaliter per se notum: nec etiã demõstrabile ex aliquo per se noto. quoniam motus orbium/ex quo solo philosophus concludit hmõi substantias separatas/non arguit ipsas esse: cum motus iste possit esse sicut τ omis alius effectus tantũ a prima causa omni alia circumscripta. ꝫ τc. ¶Tertia pars huius conclusionis/videlicet q non possit probari huiusmodi differẽtia specifica angeli τ anime ex aliquo per se noto: probatur. quoniam si huiusmodi differẽtia specifica probaretur/aut mediũ sumeretur a priori puta arguẽdo ex diffinitiõe: vel a posteriori videlicet ex operatione: vel ab aliquo accidente alio arguendo. Sed ꝯstat q non potest probari primo mõ: tum quia nec anima nec angelus nec aliqua alia similiter forma est secundũ aliq̃s proprie diffinibilis: tum quia esto q sit sicut τ est/de nullo istorum est nobis naturaliter possibilis saltem in statu ꝓsenti aliquis conceptus diffinitiuus ipsis ꝓprius sed cõmunis. nec eñi de angelo nec de anima cognoscimus nec cognoscere possumus nisi q est substantia spiritualis incorruptibilis τ similia: q̃ omnia tam angelo q̃ aie intellectiue sunt cõia. per illud aũt qd aliq̃bus est commune/non arguit illoꝝ diuersitas: sed poti⁹ probatur idẽtitas licet ipa. ergo τc. ¶Secũda ps minoris/vez q nõ possit ꝓbari a posteriori: ꝓbaℓ ex hoc. qm si sic/aut arguiℓ ex diuersitate operationum eis possibilium/aut quia anima est forma corporis perfectiua: non autem angelus: aut quia ex corpore et ex aia resultat aliquid per se vnum puta homo: non autem ex corpore aliquo τ ex angelo existente in ipso. Sed ex nullo hoꝝ potest hoc argui: vt apparet per singula discurrendo. non ex primo potest argui: quia nulla operatio nobis nota conuenit angelo que sit alterius rationis ab operatione possibili anime rationali. Communicant enim anima rationalis et angelus in actibus intelligendi τ volendi et aliis omnibus accidẽtibus: q̃ scimus esse eis possibilia eiusdem specifice rationis. nec potest argui ex secundo/videlicet quia anima et non angelus est forma corporis perfectiua seu informatiua. quoniam animam corpus informare seu perficere non est ipsam aliquid in eo causare: sed in eo isto modo existere/videlicet in ipso toto et in qualibet eius parte. ¶Hoc apparet. quoniam nullum alicuius forme subiectũ per hoc q forma aliqua informatur seu perficitur/aliquid distinctum ab ipsa forma consequitur. nec enim subiectum albedinis quia album habet aliquid ab ipsa albedine sic distinctum. ergo nec corpus humanum quia animatum seu anima informatum habet aliquid ab ipsa anima distinctum. Ex quo sequitur propositum: videlicet q animam intellectiuam informare corpus humanũ non est ipsã aliquid a se distinctum in eo causare: cũ omni ab ea et a corpore alio circũscripto corpus possit ipsa actualiter informari sed aiam informare corpus non potest esse nisi vel animã aliquid in corpore causare vel ipsã in corpore existere vel vtrunq3. ergo cũ non possit poni primũ nec tertiũ/relinquitur scdm: qd est propositum. ¶Cõfirmaℓ. qr sicut albedinẽ informare subiectũ nõ dicit aliud q̃ subiectũ esse albũ qd nõ est aliud q̃ ipsum albedinis esse subiectum: ita nec corpus informari anima dicit aliud q̃ corpus ipsum esse animatũ. vel esse anime subiectum non est aliud q̃ animã esse in eo. sicut impossibile est albedinem esse in substantia que non sit eius subiectum: et per cõsequens alba: ita nec anima potest esse in corpore quod non sit eius subiectum: et per consequens animatum. ergo animam intellectiuam perficere seu informare corpus/non dicit aliud q̃ ipsam animam esse in corpore vt in proprio suo subiecto. ¶Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam anima intellectiua potest esse in alio corpore ab humano sicut in celo τ in quolibet alio. potest enim esse in loco quolibet corporali. sed anima intellectiua non potest informare corpus aliquod aliud q̃ humanum. non enim celum in quo est anima/dicitur animatum. ergo animã corpus perficere non dicit precise animam esse in corpore absolute. ¶Consequentia est euidens. quoniam si idem omnino esset corpus eẽ animatũ seu anime subiectum/qd animam in corpore existere absolute: non magis anima posset esse in corpore non informato nec animato per ipsam q̃ econuerso corpus aliquod possit esse animatuz seu informatum anima non existente in ipso. ¶Preterea aliquid potest esse et de facto est actualiter in aliquo cuius non est formaliter perfectiuum. ergo in aliquo existere et ipsum informare seu formaliter perficere/non est idem. ¶Consequentia est euidens. Sed probatur antecedens tum quia vt dictum est anima non est informatiua omniũ in quibus actualiter potest esse. est enim in verbo: qd tamen non perficit actualiter nec informat. Deus etiam ẽ in omni ente create: cuius tamen non est informatiuus: nec formaliter perfectiuus. quare τc. ¶Ad primum responsio. Ad cuius euidentiam est sciendum: q per istam corpus est animatum/non debet intelligi aliquid distinctum ab anima de corpore predicari siue pro eo verificari. solum enim pro illo hoc predicatum quod est animatũ de corpore verificatur qd in ipso actualiter sustentatur. hoc autem est anima ipsa tantũ: que si est sensitiua/soluz dicitur animare seu actualiter perficere illud corpus in quo est tanq̃ in subiecto sic disposito: q potest mediante ipso elicere effectiue actum aliquem sentiendi. propter quod nec lapis nec quodcunq3 corpus aliud in quo esset per diuinam potentiam/tale diceretur proprie animatuz nec anima informatũ: cũ nec quocunq3 mediante corpore anima possit sentire actum sentiendi eliciendo: secus esse videℓ de anima itellectiua/supposito vt hic supponitur/q a sensitiua sit distincta. quoniam anima intellectiua non dependet in intelligendo ab aliquo corpore absolute: nec per consequens corpus aliquod dicitur aiatũ tali anima tanq̃ eius subiectum ad actum intelligendi necessariũ absolute: sed precise diciℓ tali anima aiatũ qr eius subiectum: qd non est aliud q̃ esse illud in quo toto est ipsa intellectiua anima et in qualibet eius parte. ¶Tunc igitur ad rationem in forma quando dicitur q anima intellectiua potest existere in alio corpore ab humano/concedo. Sed quando additur q non potest informare aliquod corpus ab humano: Dico q cum corpus humanum esse intellectiua anima animatuz seu informatum non sit aliud q̃ corpus ipsum esse subiectum eius in q̊ toto τ in qualibet eius parte sit anima ipsa tota: per consequens oẽ illud potest dici animatum anima intellectiua eiusq3 subiectum/in quo est ipsa anima isto modo: sicut omne illud in quo est immediate albedo dicitur esse album. τ ita omne corpus in quo toto est anima intellectiua potest dici et concedi existere animatum. secus autem forte est de anima sensitiua propter rationem dictã quare τc. ¶Confirmatur. quia quero a te: quare concedis istam/corpus humanum est actualiter aiatũ: aut est ista est vera qr corpus ipm humanũ est sic dispositũ: aut qr est anime subiectuz: aut ꝓpter vtrũq3 istoꝝ. Sz nõ põt poni primũ: qr corpus ipm põt remanere sic dispositũ: et tñ nõ existere animatũ anima ipsa ab eo actualiter separata. Nec propter tertiuz: quia sicut ad hoc q aliq̃d dicatur albũ nõ req̃ritur nisi tñ q sit albedinis subiectũ: ita nec ad hoc q corpus aliquod sit animatum plus est ne-

cessarium ꝗ ꝙ sit anime subiectum. Sed non solum corpus humanum potest esse anime intellectiue subiectum cum nec aliquid esse anime intellectiue subiectū sit aliud ꝗ ipsam animam esse in eo toto: ⁊ in qualibet eius parte. Potest autē anima intellectiua esse hoc modo in multis aliis corporibus ab humanis. ergo ⁊c. ¶ Preterea homine mortuo aut eius corpus dicitur inanimatū quia sic indispositum/aut precise quia anima ipsa non existit in eo actualiter sicut prius. sed non potest poni primum: quia sicut subiectum nūc album non potest effici non album propter aliquam indispositionem/ sed propter solā albedinis separationem: ita nec corpus aliquod antea animatum potest effici inanimatum: nisi precise quia ab ipsa separatū. sed sicut corpꝰ humanū dicitur inanimatū solū qꝛ ab ipsa aīa separatū: ita econuerso ex hoc solo videtur debere dici et concedi esse actualiter animatum quia anima est in ipso. ergo omne corpus aliud potest dici formaliter animatum in quo aīa est actualiter isto modo sed in multis aliis ab humanis corporibus potest esse vt dictum est. ergo ⁊c. ¶ Ad secundum consimiliter est dicendum. non enim est verum antecedens quod assumitur: cū animam corpus informare non sit aliud ꝗ ipsam in corpore existere/vt est dictum. quoniam aut anima intellectiua informat seu perficit corpus humanum quia in eo existit isto modo/ita ꝙ animam informare corpus non sit aliud ꝗ ipsam esse in corpore: aut propter aliquid distinctum a corpore ⁊ ab anima in re extra: quod quidem importatur per hoc ꝙ dicitur ꝙ corpus anima informatur. sed nō pōt poni secundum. quoniam circumscripto quocū ꝗ alio ab anima ⁊ a corpore anime subiecto/corpꝰ est anima informatum. ergo relinquitᷣ primū: qd̄ est propositum ¶ Confirmatur. quia si subiectum aliqd̄ esse forma aliq̄ informatū includeret seu requireret aliqd̄ pter subiectū ⁊ formā in ipso subiecto actualr̄ existētē: aut illud existeret in subiecto ipsius forme vel in aliq̄ alio vel in nullo. sed nullū horū pōt poni: nec ad hoc ꝙ subiectum sit albedine informatū oportet ipm̄ esse aliquo alio ab ipsa albedine informatū nec requiritur etiā aliquid aliud ab albedine ⁊ subiecto existens in aliq̄ subiecto alio vel in nullo: sꝫ tm̄mō p seipsum esto etiā ꝙ forma aliq̄ psupponat aliquā aliā in subiecto p ipsam actualiter informato: vt intellectiua aīam sensitiuā: nō tn̄ ex hoc corpus dicitᷣ intellectiua aīa informatum quia aīe sensitiue/ sꝫ precise qꝛ intellectiue ē subiectū. ergo ⁊c. ¶ Et qn̄ dicitᷣ ꝙ verbū nō dicitᷣ anima informatū: qꝛ nec esse aīa informatū est aliud ꝗ esse aīatum sicut ⁊ humanatū. ergo ⁊c. ¶ Quādo igitur dicitur ꝙ verbum p aīam non actuatᷣ nec pficitur seu informatur: aut per aīam actuare seu informare verbū intelligitᷣ aīaꝫ aliqd̄ causare in verbo aut pcise aīam actualiter esse in ipso. Si primū/concedo ꝙ aīa non actuat verbum: qꝛ nec etiā aīa informando corpus humanum actuat ipsum nec perficit isto modo. Si autē detur secundum: vꝫ ꝙ per aīam actuare verbum intelligatur tm̄ aīam esse in verbo: tūc falsum est ⁊ hereticū dicere animam non actuare seu pficere formaliter ipsum verbum. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ aut per istam/homo vel aliud quodcūꝗ subiectum albedine actuatur vel pficitᷣ seu informatᷣ/intelligitur aliqd̄ distictū ab albedine et subiecto: vel pcise ꝙ albedo sit in subiecto omni alio circumscripto. sed nō pōt poni primū: vt patet ex precedentibꝰ: ergo relinquitur scd̄m. sed non magis omne illud in q̄ est albedo pōt dici albedine informatū ꝗ illud in q̄ est anima dicatur esse animatum seu anima informatum. sed diuinū verbum est anime assumpte subiectum. non enim minus potest dici anime ⁊ totius humanitatis assumpte suppositum ꝗ subiectum. est enim illud in q̄ aīa ipsa ⁊ tota assumpta humanitas sustentatur. ⁊ hoc pcise ⁊ non aliud intelligo per aliquid esse alicuius subiectuꝫ. ergo ⁊c. Quia tn̄ per istā ppositionē/anima informat seu pficit vel actuat corpus/videtur aliqua imperfectio ⁊ potentialitas ex parte corporis importari que non importatur per istam/anima est in corpore: ideo forte communiter non conceditur nec admittitur in verbo diuino prima propositio: sed secūda. sic eñ concedunt doctores catholici aīam ⁊ totaꝫ naturā assumptā esse in verbo: ꝙ non ꝯcedūt verbū p hmōi naturam assūptā actualiter informari nec actuari seu pfici. ¶ Ad vltimum quando dicitur ꝙ deus non est alicuius formaliter perfectiuus: Dico ꝙ albedinem vel quācunꝗ formam aliam esse formaliter perfectiuam alicuiꝰ non est aliud ꝗ ipsam esse formalem perfectionem nataꝫ in illo existere cuius dicitur esse formaliter perfectiua: sicut nec albedinem subiectum formaliter actu perficere est aliud vt dictum est/ꝗ ipsam in subiecto actu existere. sed deus ipse est forma simplicissima per se subsistens et in quolibet actu existens. est enim vt in primo explicatur in omnibus creaturis. ergo ⁊c. ¶ Si tamen per istam/albedo vel quecunꝗ forma alia est alicuius formaliter perfectiua/intelligatur ipsam natam formaliter alicui inesse seu inherere non per se existere/concedo in hoc sensu (qd̄ tamē ipsa propositio non pretendit) ꝙ deus ipse non est alicuius a se alterius formaliter perfectiuus. sed hoc nō est in aliquo contra propositum supradictum. quare ⁊c. ¶ Sic igitᷣ ex pdictis apparet alia maior que superius est assumpta/vꝫ ꝙ aīam intellectiuam corpus informare nō ē aliud ꝗ ipsam in toto corpore existere ⁊ in qualibet eius parte. sed isto modo ⁊ non alio angelus potest esse in assumpto corpore: videlicet in toto ⁊ in qualibet eius parte. ergo sequitur ppositum principale pbandum qd̄ superius est assumptū: vꝫ ꝙ aīam rationalē esse ab angelo alteriꝰ speciei nō pōt pbari ex illo secūdo: puta qꝛ anima ⁊ non angelus est corporis formaliter pfectiua. ¶ Cōfirmatᷣ. quia ex illo in q̄ aliqua conueniunt: nō pbatᷣ eorū differentia: sed potiꝰ cōuenientia ⁊ indistinctio. Sꝫ modꝰ essendi in corpore eiusdē rōnis/ q̄ mō pcise dicit aīam informare corpꝰ vt probatū est superius/est communis anime intellectiue ⁊ angelo: ergo ex hoc magis identitas specifica inter ipsaꝫ puta animam et angelum/ꝗ diuersitas comprobatur. ¶ Tertio probatur ꝙ non possit argui hmōi angeli ⁊ anime rationalis diuersitas ex tertio puta ex aliquo resultante homine a corpore ⁊ ab anima differente. ¶ Primo quia nullum tale resultat ex corpore ⁊ anima in corpore existente magis ꝗ ex angelo ⁊ ex corpore ab ipso assumpto. ¶ Secundo. qꝛ esto ꝙ ex corpore ⁊ ex anima resultaret tale totum ab ipsis partibus realiter distinctum: ex hoc non sequeretur propositū: puta ꝙ anima intellectiua esset ab angelo alterius rationis. Qd̄ apparet. quoniam cum anima intellectiua/supposito ꝙ a sensitiua sit distincta/non sit alicuius substantie productiua: per consequens totum hmōi quod dicitur esse homo non potest ab anima ipa resultare seu fieri effectiue. nec potest poni ꝙ fiat ab aliquo alio ꝗ a deo. Sed per hoc ꝙ deus anima in corpore sic disposito existente producit substantiaꝫ ab ipsa anima et a corpore realiter differentē/quā non pducit angelo in assumpto corpore existente: non sequitur nec potest argui ꝙ ipsa anima sit ab angelo alterius speciei magis ꝗ corpus anima informatum a corpore assumpto per angelum. potest enim angelus assumere corpus humanum eiusdem rationis ⁊ dispositionis cum corpore alio intellectiua anima informato. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ si ex anima ⁊ corpore homo resultans sit aliqd̄ ab ipsis omnibus ptibus realiter differens/posset huiusmodi totum non sequi ex partibus sic vnitis: vel postꝗ fuit in esse positum potuit destrui ipsis eius partibus eisdem et vniformiter vnitis remanentibus sicut prius. ergo ex tali toto homine resultante non sequitur nec pro

batur q anima rationalis sit ab angelo alterius rationis. ¶ Antecedens probatur et communiter conceditur. quoniam omne prius potest fieri sine posteriori ab ipso realiter differente. Sed partes cuiuslibet totius prius sunt ordie nature: et etiam earum unio ipso toto quod ab eis realiter ponitur esse distinctum: nec in ipsis formaliter est inclusum: licet econuerso. ergo tc. ¶ Consequentia est euidēs. quoniam per illa quorum unum potest competere alicui ⁊ reliquū alteri cum illo priori eiusdē speciei non potest probari diuersitas specifica aliquorum. sed hominem resultare ex partibus et non resultare ex eis / sunt huiusmodi. duabus enim animabus eiusdem rationis existentibus unitis duobus corporibus etiā eiusdem rationis / potest ex una ⁊ corpore illi coniuncto non resultare aliquid ab eis distinctum: qd tamen ex alia anima ⁊ corpore eiusdem rationis supponitur resultare. ergo esto q homo resultet ex corpore et anima: non autem ex corpore et ex angelo ipsū assumēte ⁊ in eo actualiter existente / non sequitur q anima rationalis sit ab angelo alterius rationis: magis q corpus animatum oporteat esse alterius ratiōis a corpore ab angelo assumpto. ¶ Sic igitur apparet conclusio quantum ad oēs tres eius partes. ¶ Sed contra tertiam ⁊ ultimam eius partem arguitur. nituntur enim aliqui demonstrare animam intellectiuā esse ab angelo alterius speciei. ¶ Primo. quia que sunt diuersorum generum necessario habēt esse diuersarum specierum. ut enim dicitur in libro predicamentorum / diuersorum generum ⁊ non subalternatim positorum diuerse sunt species ⁊ differentie: sed angelus ⁊ homo sunt in diuersis generibus non subalternis: quia genus hominis est corpus: non autem angeli: sed spiritus: et per consequens eius forma specifica / que est anima intellectiua / est ab angelo alterius speciei. ¶ Secundo. quia forma naturaliter inclinata ad aliquod perfectibile actuandū / alterius speciei est ab omni forma alia nō sic naturaliter inclinata. sed anima intellectiua ē ad actuādū corpus sic dispositum naturaliter inclinata: nō autem angelus. ergo tc. ¶ Tertio. quia qd est demōstrabile de uno / ⁊ de omni alio eiusdem rationis cum illo. sed esse actum corporis est demōstrabile de anima intellectiua: non autē de angelo. ergo tc. ¶ Quarto. quia si angelus ⁊ aīa essent eiusdem rationis / sicut ex corpore ⁊ aīa constituitur aliquid per se unū qd est homo: ita idē constitueretur ex corpore assumpto ⁊ ex assumēte angelo: sed hoc est falsum. ergo tc. ¶ Quinto. quia si anima rationalis esset eiusdem rationis cum angelo / sequeretur q homo eēt nobilior q angelus: cum ultra animam eque perfectam cum angelo homo includat corpus: sed hoc est falsum. ergo tc. ¶ Sexto. quia tūc sequeretur q homo esset angelus vel includeret ipsum ⁊ constitueretur ex eo: cuiꝫ constituatur intrinsece ex anima ⁊ corpore. sequeretur etiam q angelus sicut ⁊ aīa esset propter hominem: cum eorundem specie idem sit finis. sed ista omnia sunt absurda. ergo tc. ¶ Ad primum dicendū q siue homo sit aliquid distinctum a partibus siue non / corpus non est propriuꝫ genus eius. Si enim homo est aliquid distinctum a corpore ⁊ ab anima / corpus non magis poterit poni genus eius nec de ipso pdicari q anima: cum nulla partiuꝫ sit genus totius / nec de ipso predicetur. Si autē homo nō dicit aliquid preter partes: nec etiam vt sic videtur sub corpore magis q sub anima / vt sub proprio genere / contineri. ¶ Tunc igitur ad rationem quando dicitur q homo et angelus sunt sub diuersis generibus: si per hominem intelligatur aliquid per se unum realiter a partibus distinctum: hoc est verum. sed ex hoc non sequitur q anima intellectiua sit in alio genere ab illo in quo est angelus. nō enim oportet ponere ipsam in genere nec in specie hominis: cum ab ipso sit distincta realiter ⁊ alterius rationis. Si autē per hominem intelligatur precise anima ⁊ corpus per animam informatū / non aliquid aliud ab eis distinctum: tunc ista / homo ⁊ angelus sunt diuersorum generum / equipollet huic / corpus ⁊ anima rationalis ⁊ angelus sunt generum diuersorum. hec autem non est per se nota. non enim est notuꝫ magis q angelus et anima sint diuersorum generum q q sint diuersarū specierum. quare tc. ¶ Ad secundum dicenduꝫ q cum animam corpus perficere non sit aliud q animam in corpore existere (vt in precedentibus est probatuꝫ) ⁊ angelus possit in corpore existere uniformiter sicut anima intellectiua: per consequens non aliter anima inclinatur ad corpus q angelus. quare tc. ¶ Et si contra hoc arguatur. quia tunc huiusmodi inclinatio in angelo esset frustra / cuꝫ nunq reducatur in actum: ¶ Respōdeam q non sequitur quod infertur. quoniam non aliter nec magis anima intellectiua vel angelus inclinatur ad corpus q ad omnem gradum felicitatis sibi possibilem. ¶ Hoc apparet. quoniam nec animam inclinari ad corpus est aliud q animam posse esse in ipso corpore ad quod dicitur inclinari: et ita nō magis anima vel angelus inclinatur ad corpus qd potest perficere siue in quo potest existere: q ad felicitatis sibi possibilē gradum quo potest perfici / ⁊ qui potest in eo recipi. sed omnis natura creata beatificabilis inclinatur ad aliquem graduꝫ beatitudinis quē non habet nec unq habebit. ad omnem enī illum dicitur inclinari qui potest in ipsa recipi: ⁊ quo potest actualiter perfici. nullus autem angelus est tantum beat⁹ quantum beatificabilis est nec tamen ex hoc dicitur frustra ad beatitudinem inclinari. ergo nec ad corpus cui potest uniri. quare tc. ¶ Cōfirmatur. quia huiusmodi inclinatio non est aliud q quedam possibilitas. sed multa sunt alicui possibilia que nū q actualiter inexistūt. ergo tc. ¶ Ad tertiū dicēdū q cū animam esse actum corporis non sit aliud q ipsaꝫ esse in corpore / vt dictum est sepe: ⁊ angelus possit esse uniformiter sicut anima ipsa: per consequens non video q posse esse actum corporis sit magis demonstrabile de una spirituali ⁊ inextensa substantia q de alia: nec per cōns de aīa magis q de angelo. q̄re tc. ¶ Ad quartum pōt dici. Primo q assūptū est falsū: videlicꝫ q ex aīa ⁊ corpore constituatur homo tanq aliquid in re extra qd a partib⁹ sit distinctum: nec homo est aliqd p̄ter partes. ¶ Secundo potest dici q esto q assumptū esset verū ex hoc non sequitur qd infertur vt superius est probatū. ¶ Ad quintum dicēduꝫ q angelū esse nobiliorē homine nō est notū nisi supernaturaliter sola fide. quare tc. ¶ Ad sextū ⁊ ultimū dicēdū: q nullū illorū inconuenientiū seqret: vel si aliqd illorum sequeretur illud esse inconueniēs nō est notū nisi fidei virtute. qn enī dicitur primo q sequeret q hō esset angelus vel includeret ipsum / diceret q nō sequeretur. qm homo significat corpus ⁊ animam. angelus autem solaꝫ animā non quācūq: sed tm̄ aliquam vel aliquas. q̄re tc. ¶ Et si contra predicta arguatur: quia tūc sequit q non magis anima cum corpore qd perficit unū aliqd p se constituit q angelus cum corpore qd assumit: Respondeo ⁊ concedo q aīa cū corpore nō facit seu constituit aliqd p se nec aliq modo unū a se ⁊ a corpore distinctum.

dicendū. Primo: q in statu innocentie nō fuissent translati oēs simul sed vnus prius alio. Sc̄do: q q̄libz fuisset trāslat⁹ ad p̄miū stati vt meruisset ip̄m. Tertio: q an fuissent oēs equali an inequali tēpore viatores non videt certitudinaliter esse notum. ¶ Primū aliqui pbant sic aut hoīes q̄diu viatores mansissent cōtinue meruissent aut nō. Si ponat primū: & cum hoc dicat q oēs fuissent translati simul. ergo oēs priores fuissent beatiores: quia maioris meriti q̄ posteriores. hoc aūt est falsuz: maioris eñ meriti / & p ↄñs p̄mij fuisset tūc sicut & nūc beata virgo & alij multi posteriores q̄ priores. Si autē dicatur q nō semp meruissent sed tm̄ vsq3 ad aliquē terminū sue vite: ergo si tūc nō fuissent translati ad gloriam deus non fecisset eis iustitiā seu misericordiā: sed magis iniustitiā differendo dare gloriā quā meruissent. hoc aūt nō potest poni. ergo siue ponatur q semper meruissent / siue nō / sequitur q nō simul omnes translati fuissent ad gloriam quā meruissent. ¶ Sed ista rō nō cōcludit. qm̄ cōcedēdo q semp meruissent: ex hoc nō oportet cōcedere qd̄ infert: quia non sequitur vez q oēs priores fuissent beatiores. ¶ Et quādo pbatur p hoc. quia fuissent maioris meriti: Dico q nō oē meritū maius extēsiue q2 maioris durationis est maius intēsiue: imo pōt esse vnus actus durās p̄ cise ad horā vel momentū magis meritorius q̄ ali⁹ durans p aliqd tēpus magnū: siue quia est melior formaliter puta q2 p̄fectior intēsiue: siue q2 melior ē virtualiter puta q2 ex maiori charitate elicitus qua ip̄m eliciēs est accensus. & ita licet illo supposita vez q in statu innocētie omnes meruissent q̄diu vixissent / sequeretur q priores fuissent maioris meriti extensiue siue plurium meritorū: nō tamē sequitur q fuissent intensiue maioris / nec per cōsequēs maiorꝫ p̄miorꝫ. quare &c. ¶ Vel etiā posset dici q nec etiā omnes priores oportuisset esse plurium meritorum vel maioris extensiue meriti q̄ posteriores. quoniā nō est intelligēduz q sic semp omnes in statu innocentie meruissent q nūq̄ ab actu meritorio cessassent q̄diu viatores fuissent. ab actu enim merendi interdum cessare & actum indifferentē sicut modo exercere aliquādo potuissent. & ideo aliqui posteriores potuissent esse plurium meritorum q̄ aliqui priores: quia licet priores mereri citius incepissent / posteriores tamē illis magis continuare meritum / & ab actu indifferenti cessare potuissent. quare &c. ¶ Et ideo aliter potest persuaderi illud primū assumptū. quoniā nō videtur q prim⁹ homo vsq3 ad vltimū viuere naturaliter potuisset: data enīz tūc sicut et nūc fuissent electi per ppagationē successiue pducti nec videtur q tanto tēpore quātū fuisset a primo vsq3 ad vltimū hominē / primus homo viuere potuisset: sed mori senio (loquēdo naturaliter) necessario habuisset. Sed cōstat q in statu illo nō fuisset mors: sed quilibet antequā p̄uenisset ad tēpus in quo senio mori habuisset translatus fuisset. ergo &c. ¶ Quia tamē tūc citius fuisset q̄ nūc cōpletus numerus electorum adeo si diceretur q in tā paruo tempore cōpletus fuisset q primus homo viuere naturaliter toto illo tēpore potuisset: maxime quia tūc diutius poterat / q̄ nūc possit / homo viuere propter multa: predicta ratio nō cōcludit: nec etiam si dicatur q licet nō naturaliter tamē supnaturaliter primus homo toto illo tempore vixisset quia & sic viuere potuisset. ¶ Secūdum: vez q quilibet fuisset translatus ad p̄miū statim vt meruisset ip̄z / videtur rationabile: quoniā frustra viator fuisset postq̄ totuz p̄miū meruisset: cum nec mereri amplius potuisset. nulla etiā apparet ratio quare deus ipsi ↄferre p̄miū qd̄ totū meruisset vt supponitur / distulisset. ergo &c. ¶ Cōfirmatur. quia omnis viator q̄diu est viator est in statu merendi. ergo quilibet in statu innocentie postq̄ p̄miū meruisset totū / translatus fuisset ad ipsum. ¶ Cōsequētia est patēs. quia nullus potest mereri postq̄ totū p̄miū meruerit ad qd̄ fuit eternaliter ordinat⁹. q̄re &c. ¶ Tertium & vltimū: vez q non sit certum nec nobis notum an omnes fuissent equaliter an inequaliter viatores / apparet. quoniā nec hoc est in scriptura expressum: nec aliquid est nobis notū ex quo possimus inferre determinate alterū p̄dictorū. Si eñ arguatur q fuissent equaliter viatores / sicut arguitur in principio q̄stionis: vez quia fuissent sicut & nunc erūt oēs equalis etatis in gloria: ex hoc nō sequitur qd̄ infertur: nisi dicatur q tūc fuissent nō supernaturaliter sed naturaliter equalis etatis in gloria. quoniā sicut nūc oēs inequalis etatis viatores existentes resurgent in etate cōsimili & equali: ita et tūc supnaturaliter potuisset quilibet quātecūq3 etatis in actu translationis reduci ad cōditionem consimilis & equalis etatis: non sic intelligēdo q oēs equaliter vixissent: q2 hoc est impossibile: cū vt supponit viatores inequali tp̄e extitissent: sed q oēs in sui translatione fierēt quo ad corpus talis dispositionis q etatis equalis et cōsimilis viderētur. ergo ex equali etate electorꝫ nō videtur posse pbari equalitas vie ipsorꝫ: nisi supponēdo q quilibet remāsisset in statu innocentie in gloria in dispositione etatis consili quo ad corpus / in qua fuit in via quādo translatus fuisset ab ipsa. hoc aūt nō est certū / licet pbabile videat. sicut eñ nūc beati cū eodē corpore trāsferētur ad celum qd̄ habebūt quādo resurgent: ita videtur q in statu innocentie in translatione beati nulla fuisset mutatio nec alteratio quo ad corp⁹ / exceptis dotibus

tibus quas nouiter recepisset. quare ꝛc. ¶ Q: etiā non possit ꝓbari contrariū: vcȝ oēs fuisse inequaliter viatores/apparet. non enim nobis ꝯstat aliquid ex scriptura nec aliūde vnde hmōi ineq̄litas magis ꝙ equalitas arguerer. ꝓbabil' tamē videt credere ꝙ fuissent equales in via ꝙ inequales. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad vtrāq; rationem in principio apparet solutio ex ꝑdictis in corpore questionis.

Circa distinctionem vigesimam/in qua Magister determinat de homine quātū ad statū innocētie an sic fuisset aliorꝫ ꝑ̄ncipium productiuū: Queritur vtrū in statu innocentie fuissent hoīes sicut modo per carnalem copulā propagati. ¶ Et videtur ꝙ sic. q: nec naturaliter potest fieri homo aliter ꝙ hoc modo: vcȝ per carnalem copulā mediantē. sed in illo statu sicut et in isto fuisset naturaliter nō supnaturaliter fact' homo. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. q: oē naturaliter generabile est corruptibile: sed homo fuisset in statu innocentie immortalis. ergo ꝛc. ¶ Respōsio. vbi est videndū. Primo questum: vcȝ an in paradiso terrestri fuisset prolis generatio ꝑ carnalem copulam sicut modo. Secundo: an in illo actu copule cōiugalis fuisset delectatio ꝛ virginitatis amissio.

Quantum ad primū: duo communiter concedūtur. Primū est: ꝙ homo fuisset propagatus siue per corporalem copulā generatus. Secūdo: ꝙ ꝑ quālibet carnalem copulam fuisset proles aliqua generata. ¶ Primū declaratur. qm̄ cōstat ꝙ hō nō potest alit ꝙ ꝑ propagationē ꝛ seminariū viri ꝛ mulieris ab homine generari. sed in statu innocentie sicut ꝛ in isto fuisset homo ex viro ꝛ muliere naturaliter generatus. licet em̄ homines potuissent sicut ꝛ nūc possent multiplicari a deo imediate per creationē/sicut fuerūt angeli multiplicati non tamē sic fuisset factum tūc/ sicut nec fit nūc. ita em̄ tunc sicut est nūc fuisset in hominib' carnalis affinitas filiatio ꝛ paternitas: que esse non possunt nisi vnus homo ab alio sit naturaliter propagatus. sicut enīȝ nullus angelorꝫ potest dici pater alterius quia nō est ꝓductiu' ipsius: cum oēs sint a deo immediate creati: ita ꝛ de hominibus cōsimiliter esset dicendū nisi vnus ab alio ꝓduceretur. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia cōstat ꝙ homo corpus habuisset animale ꝛ nutribile alimento indigens in statu innocētie sicut modo. ꝗ nō minus tunc ꝙ nunc potuisset sibi simile generare. ¶ Consequētia est euidens. quia cum generatio fiat mediāte semine qđ habet ex superfluo alimenti/ omne animal perfectū alimento indigens quale est animal habēs nutribile/est sibi similis ꝓductiuū: ꝛ non aliter ꝙ per propagationē seminе mediāte. ergo ꝛc. ¶ Hoc est etiam expresse sentētia Augustini 14. de tri. c. 21. ibi enim expresse dicit ꝙ in paradiso terrestri si homo nō peccasset/ per carnalem cōcubitum generasset alium sicut modo. ¶ Secundū vcȝ ꝙ per carnalē copulam fuisset alicu' ꝓlis generatio: declaratur. quoniam sic vis seu potentia generatiua fuisset subiecta rationi ꝙ nūꝙ in actū exiuisset nec etiā exire appetisset nisi ipsa ratione dictante. Sed scđm dictamen rationis debite nūꝙ est vel saltem in statu innocentie nō fuisset exercendus actus concubitus carnalis nisi tm̄modo ꝓpter prolem. licet enim hmōi actus hoc tēpore sit indultus propter fornicationem vitandā: nō tamē fuisset tunc. cū ergo recta ratio in statu innocentie dictasset generatiuā non debere exire nec etiam appetere exire in actū hmōi coniugalem nisi vtroq; coniuge existente in tali statu in quo per carnalem copulā cōcipere potuisset: per ꝯñs sequitur ꝓpositū: vcȝ ꝙ tūc fuisset prolis generatio ꝑ quēlibet actum copule cōiugalis. ¶ Cōfirmatur. quia tunc nullū fuisset in tali actu peccatū. sed si huic actui aliqs vacasset eo tempore quo proles ex ipso sequi non potuisset/ vtiq; peccasset: quia actu ipso abusus fuisset. vtens enim re aliqua vtens ad finem alium ab illo ad quem est ordinata / ipsa abutitur/ꝛ per cōsequēs peccat. sed finis huiusmodi actus carnalis est proles: quā nō intēdit/sed solam libidinis expulsionē/qui ipm̄ exequitur eo tēpore quo proles nō potest ex ipso sequi. ergo ꝛc. ¶ Si forte dicatur ꝙ licet in isto statu nullus huic actui vacasset nisi illo tempore quo proles ex ipso sequi potuisset: nō tñ ex hoc sequitur ꝙ semꝑ de facto secuta fuisset: quia impediri sicut ꝛ modo ex causis variis potuisset: ¶ Ad hoc pōt responderi negādo assumptū. tunc em̄ omne īpedimētū prolis impeditiuū deus remouisset. nec cuī sterilitas nec aliquod aliud indiuiduale hmōi carnalem cōcubitū ꝑueniens nec sequēs ne post ipm̄ actum proles seq̄ret/tūc fuisset: quia nec deus aliquod taliū tūc ꝯtingere ꝑmisisset. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: tria cōmuniter cōcedūtur. Primū est: ꝙ fuisset tunc vtiq; sicut nunc in tali actu delectatio. Scđo ꝙ fuisset etiaȝ delectatio maior ꝙ mō. Tertio: ꝙ nulla fuisset ī eo deordinatio. ex quo sequitur ꝙ in tali actu nō fuisset fracta virginitas mentis sed tm̄ carnis. ¶ Primū apparet. qm̄ propter peccatū nullus actus habet aliquā delectationē annexā. ꝗ oīs actus delectabilis post peccatū/fuisset delectabilis etiā ante ipm̄. sed cōstat nūc esse delectabilem istū actū. ergo ꝛ tūc/si nullū fuisset peccatū. ¶ Cōfirmatur. q: sub iectū eiusdē rationis cōsequitur passio seu ꝓprietas eiusdē rōnis: sed hmōi concubitus carnalis fuisset eiusdē rationis tūc sicut nūc: ergo ita fuisset delectabil' tūc sicut nūc. ¶ Scđm: vcȝ ꝙ magis fuisset tūc delectabile ꝙ sit modo: probat. qm̄ quanto antecedēs ad qđ sequit ꝯñs est perfectius: tāto ꝛ ipm̄ cōsequēs etiā est intensius. sed antecedēs qđ cōsequit hmōi delectatio fuisset tūc ꝑfectius ꝙ sit modo. ergo ꝛc. ¶ Minor ꝓbat. qm̄ actus virtutis generatiue fuisset tūc ꝑfectior ꝙ sit modo: sicut et ipa vis generatiua. semen etiā decisum fuisset ꝑfectius et locis ꝑ que transit cōuenientius. fuisset etiā viuacior sensus tactus. sed ista sunt ad q̄ sequitur hmōi delectatio. ꝗ ꝛc. ¶ Cōfirmat. q: sicut se habent tristitia ꝛ letitia que sunt passiones appetitus itellectiui ad actus quos consequūt: ita dolor ac delectatio q̄ sunt passiones appetitus sensitiui ad actus appetitus sensitiui quos similit cōsequūtur. sꝫ tristitia ꝛ letitia sic se habēt ad act' quos consequunt: ꝙ semꝑ ad actū vehemētiorem ꝑfectior seu maior sequitur tristitia vel letitia. ergo ꝛ in ꝓposito cōsimiliter est dicēdū. quare ꝛc. ¶ Tertium ꝛ vltimū: vcȝ ꝙ tūc nulla in tali actu nec ī eius delectatione fuisset inordinatio/appet. qm̄ actus bonus ꝛ ad finē debitū ordinatus/nō pōt esse inordinatus. sed hmōi actus fuisset tūc semꝑ bonus/ ꝛ ad finē debitū putā ad prolem habēdam ab exercēte ipm̄ ordinatus. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. q: in nullo actu ad quē obligat homo ex ꝑcepto diuino/pōt esse aliqua deordinatio: dum tñ ad finē debitū ordinetur sed hmōi actus cōiugalis fuit homini in statu innocētie iniūctus: ꝛ ad prolē habēdā ordinatus/in ordine ad quē finē ꝑcise quilibet eo fuisset vsus. ergo nō fuisset in aliquo deordinatus/sed potius ordinat'. ¶ Ex hoc sequit vltimo: ꝙ in tali actu nō fuisset fractio virginitatis mētis q̄ sola est virtus. qm̄ hmōi virginitas q̄ est q̄dā mentis integritas: nō frangitur nisi ꝑ aliquā mētis inordinationē. sed in statu innocētie nulla fuisset in mēte elicien-

tis huiusmodi actum inordinatio. tūc enim licet in trāsfusiōe seminis fuisset summa et maior delectatio ꝙ sit modo: nullus tñ fuisset inordinatus motus ex pte appetit⁹ nec absorptio ex pte rationis ꝓpter subiectionē inferiorū viriū rationi. et ista sunt pcipue que mentis virginitatem que sola est virtus / frāgūt: nō aūt apertio claustrorum nec transfusio seminū / vt apparet per Augustinū dicentē / ꝙ virgo oppressa virginitatē nō perdit. qđ est intelligendū si actui non consentit. ergo in statu innocētie nō fuisset virginitatis mentis fractio: quia nulla in mente fuisset inordinatio. et ꝑ cōtrariū nūc virginitas mētis nō tñ carnis frangitur: qꝛ aliqua inordinatio istū actum in mente sequitur. ratio eñ totaliter absorbet in ipso: et appetitus sensitiuus aliquo modo inordinate mouet cōtra dictamen debitū rōnis. qre et cetera. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguet. qꝛ in quocūq actu est aliqua inordinatio et peccatū. sed hmōi coniugalis actus pōt sine peccato etiā isto tpe exerceri. ergo et sine oī deordinatione. ¶ Respōdeo: ꝙ nō oīs īordinatio est demeritoria seu peccatū licet ecōuerso oē peccatū sit qđdā deordinatio. in oī enim actu est aliq̄ inordinatio in quo ratio absorbet et sensualitas dominat: nō tñ oportet talē actū esse demeritoriū qñ ad finē debitū ordinat. sed talis actus est hoc tēpore carnalis cōcubitus: non aūt fuisset talis in statu innocentie cum tūc ꝓpter ipm vt supponit et ꝯmuniter conceditur ratio nō fuisset absorpta sicut nunc totaliter absorbetur quātūcūq tunc maior in ipso fuisset delectatio ꝙ sit modo. ¶ Sed tunc est dubium: cum nūc in isto actu absorbeatur ratio ꝓpter delectationē ei annexā / qre tunc absorpta nō fuisset si maior delectatio ī eo extitisset. ¶ Ad hoc videtur dicendum: ꝙ vel illud nec vez ratio absorpta in tali actu fuisset / contigisset supernaturaliter mediāte dono originalis iustitie: vel si naturaliter / hoc fuisset qꝛ non ita effrenate vt nunc appetitus sensitiuus seu vis generatiua in talem actum ꝓrupisset. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum est ꝙ immo homo fuisset mortalis et corruptibilis in statu innocētie sicut modo / licet scđm quid aliquo modo fuisset immortalis: vt in distinctione alia fuit dictum.

Secundo quæro: vtrum in statu innocētie oēs perfecti in sciētia et in originali iustitia nati fuissent. ¶ Et videt ꝙ sic. qꝛ pena nō infligitur nisi ex culpa. sed ignorātia et originalis iustitie carentia sunt pene inflicte humano generi ꝓpter culpā. ergo si homo nō peccasset / nec ignorantiā nec originalis iustitie carentiā habuisset / et ita ꝑ ꝯñs cū sciētia et originali iustitia natus esset. ¶ Cōtra. quia nō magis fuit necessariū hominē tūc nasci cum originali iustitia et scientia / ꝙ nūc cū gratia. Sed homo nūc nō nascitur cū gratia: nec etiā primi parentes forte fuerūt creati in ipa. ergo et cetera. ¶ Responsio. vbi est vidēdū. Primo: an soli illi qui nūc sunt electi / et nulli alij fuissent tunc nati. Secūdo: an fuisset tūc equalis multiplicatio virorum et mulierum. Tertio: an nati in statu inocētie habuissent statim perfectum vsum mēbroꝝ. Quarto q̄stiū: vez an fuissent nati cum originali iustitia et scientia.

Quantū ad primū: dicitur ꝙ sic. Qđ ꝓbat. qꝛ cōstat ꝙ oīs natus tūc fuisset saluatus. null⁹ enī tūc nat⁹ fuisset damnādus. sed soli electi et ab eterno ꝑdestinati saluātur. si enim aliquis alius saluaretur / diuina predestinatio mutaretur et falleret. ergo et cetera. ¶ Sed quicquid sit de cōclusione / ratio que ad eius ꝓbationem adducit nō cōcludit. falsum eñ est qđ assumitur quando dicit ꝙ si nō electus nūc saluaretur tunc diuina ꝑdestinatio mutaretur. qꝛ deus ipse non mutatur ex mutatione alicuius mutabilis creature. nec eñ immutabile ad mutationē alicui⁹ mutabilis trāsmutat. Sed diuina ꝑdestinatio vt ab obiecto distincta ē a deo indistincta. ergo obiecto ꝑdestinato quōcūq mutato ipsa ꝑdestinatio manet penitus immutata. ¶ Cōfirmat. quia nullus necessario est beatus nec damnatus: sed tñmō cōtigēter. ergo oīs nūc damnatus posset esse beatus: et ecōuerso damnatus posset eē absolute loquēdo beatus. Sed oīs nūc beatus fuit ab eterno ꝑdestinatus et electus / et damnatus ꝑscitus: ergo multo magis q̄ nūc sunt electi potuissent esse in statu innocētie non electi nec nati: sed alij nunc ꝑsciti. nec tñ ex hoc ex parte actus ꝑdestinationis diuine aliqua mutatio se quereretur. quare et cetera. ¶ Et ideo aliter quātū ad istū articulum videtur esse dicēdū. Primo eñ pōt dici ꝙ ī statu innocētie nullus fuisset damnatus. Secūdo ꝙ illi ijdē q̄ nūc sunt electi / vel etiā alij nūc damnādi potuissent tūc eē nati. Ex quo sequitur ꝙ qui istoꝝ fuissent tūc nati nō potest nobis esse certū nisi ex scriptura sacra vel doctrina sanctoꝝ habeatur expressum. ꝓbabilius tamē videt credere ꝙ nūc electi fuissent etiam tūc et nati. ¶ Primū apparet. quia in statu innocentie nō fuisset aliqua culpa mortalis. ergo nec pena eternalis. nec enim iuste nisi ex culpa infligitur talis pena. quare et cetera. ¶ Ex hoc apparet ꝙ oīs tūc natus fuisset electus. qꝛ oīs saluandus est electus. quare et cetera. ¶ Scđz / vez ꝙ illi q̄ nunc sunt electi vel alij potuissent tūc fuisse electi: appet. qꝛ oīs nūc cōtīgēter electus potuit esse prescitus / et ꝯtingēter etiā nūc ꝑscitus potuit eē ꝑdestinatus siue electus. sed omnis saluādus ꝯtingēter fuit et est electus: et ꝑscitus similiter nō necessario est prescitus. ergo licet nūc electus nō fuisset tūc prescitus: quia nec tūc fuisset aliqua culpa: tamē nūc prescitus potuit tūc fuisse electus. ¶ Cōfirmatur. quia ꝙ aliquis nūc prescitur et preordinetur ad penam hoc est ꝓpter aliquam culpam ꝑuisam. sed tūc nulla fuisset culpa. ergo quilibet indifferēter potuisset tūc fuisse electus / et ad eternam gloriam ordinatus. ¶ Ex hoc apparet corollarium supradictū: vez ꝙ non posset sciri nisi ex scriptura vel sanctoꝝ doctrina qui hominum ꝑdictoꝝ tunc fuissent nati et electi. Probabilius tñ esse videtur ꝙ electi soli nūc fuissent nati tūc. quoniam aut isti soli: aut tñ damnati / aut oēs isti et illi. Sed nō potest poni secūdum nec tertiū: quia numerus electoꝝ nō fuisset maior tūc ꝙ sit nunc. sed cum omnes tunc nati fuissent saluati: si oēs nunc boni et mali vel tñ mali fuissent tunc nati / maior fuisset tunc electorum saluandorum numerus ꝙ sit modo: cum soli damnādi sint plures ꝙ saluādi. quia multi sunt vocati pauci vero electi. Matth. 20. ergo et cetera. ¶ Sz contra hoc forsitan arguetur. quia idem homo in numero non potest ex diuersis parentibus generari. sed multi electi sunt nunc ex parētibus reprobis generati. ergo si ijdē in statu innocentie fuissent / habuissent ex eisdē parentibus generari / et per cōsequēs nunc reprobi et ꝑsciti tunc fuissent electi. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ si assumptū est verum: puta ꝙ idem homo non posset ex diuersis generari ꝙ nunc electi fuissent tunc alij nō quo ad animā sed tñmodo quo ad corpus: scđm qđ precise proles dicit generari. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: dicitur communiter ꝙ ibi fuisset equalis multiplicatio virorum et mulierū. ¶ Qđ ꝓbatur. quoniā tunc nec vir habuisset nisi vnam vxorem / nec mulier nisi tñmodo vnū virum. iuxta illud qđ Ade Ge. 2. fuerat dictum. Erunt duo in carne vna. tunc etiam omnes multiplicationi speciei operā dedissent: quia oībus dictum fuerat illud Gen. 1. Crescite et multiplicamini et replete terram. sed ista duo stare non potuissent si fuisset viroꝝ et mulierū multiplicatio

inequalis. Si eñ plures fuissent viri ꝙ mulieres: aut aliquem virorum oportuisset cessare ab actu matrimoniali: aut vnius vxoris oportuisset esse plures viros. ¶ Consimiliter si plures fuissent mulieres ꝙ viri / aut non oẽs potuissent concipere: aut oportuisset plures eundẽ virum habere. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc videtur corollarie ꝯcludendum: ꝙ si ꝙdiu vir ⁊ vxor fuissent in paradiso terrestri habuissent intendere generationi ꝙ vir ⁊ vxor eodẽ tempore fuissent ad paradisum celestẽ translati. ¶ Hoc apparet. quoniam tunc vt supponitur non fuissent nisi duo in carne vna. ergo altero coniugum translato non fuisset cũ reliquo remanẽte licitũ copulari. Ex quo sequitur vel ꝙ fuisset simul cum ipso translatus: vel ꝙ post eius translationem non fuisset alius remanẽs ad actũ generationis seu multiplicationis obligat⁹. ¶ Ex hoc vlterius sequitur ꝙ neuter coniugũ fuisset sine alio trãslatus ad paradisum ante matrimonium consummatũ. ¶ Hoc apparet suppositis duobus / vz ꝙ quilibet fuisset obligatus ad multiplicationem speciei: ⁊ ꝙ non potuissent esse simul nec successiue nisi duo tñmodo in carne vna. ¶ Si queratur quõ esse potuisset equalis multiplicatio virorum ⁊ mulierum magis in statu illo innocentie ꝙ in isto: Ad hoc respondetur ꝙ hoc tunc accidisset vel supernaturaliter ex diuina prouidentia statuente nunc per talem actum masculum ⁊ postea ꝑ aliũ feminaʒ generari: vel scd̃m aliquos naturaliter hoc fieri potuisset. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum scd̃m ipsos ꝙ in matrice mulieris sunt diuerse cellule: in quarum altera quando cadit semẽ generatur masculus: in alia auteʒ femina. ⁊ tunc dicũt ꝙ in illo statu vir fuisset ꝑfectus in scientia ⁊ sciuisset ac se disponere taliter potuisset ꝙ semen caderet nunc ad vnam cellulaʒ nunc ad aliam / scd̃m ꝙ vidisset expedire nunc generationi viri: nũc generatiõi mulieris. Et ita hoc modo isti hmõi virorum ⁊ mulierum multiplicationeʒ equaleʒ reducũt in causam naturalem. Alij aũt in sup̃naturalẽ / puta in diuinam ꝓuidentiam. ¶ Hec de Secundo.

Quantum ad tertium dicitur communiter ꝙ nati tũc non statim fuissent in quãtitate ꝑfecti. nec eñ hoc potuit tũc magis ꝙ nũc naturalr̃ fieri. Nec oportet dicere ꝙ hoc supernaturaliter ꝑ miraculũ fuisset factum. Deus enim permisisset tũc naturam agere scd̃m ordinem suum ⁊ cõmunem cursum: scd̃m quẽ de imperfecto procedit ad perfectum. Ex quo sequitur ꝙ nõ statim vt natus habuisset perfectum vsum membroruʒ qm̃ hmõi vsus requirit membra esse debite quantitatis qualis non fuisset sicut nec modo est / aliquis statim vt natus. quare ⁊c. ¶ Sed nũqd in partu fuisset tunc aliquis dolor? Respondet̃ ꝙ non. hmõi eñ dolor videt̃ esse pena peccati. vñ ⁊ mlĩeri dictũ extitit post pctm̃: In dolore paries filios. ¶ Et si queratur quõ tũc sine dolore aliquo mulier parere potuisset: Ad hoc respondetur ꝙ vel accidisset sup̃naturaliter: vel etiaʒ aliquo modo naturaliter accidere potuisset. ¶ Ad cuius euidẽtiã sciẽdum: ꝙ in partu ideo nũc est dolor quia fetus egreditur cum violentia ꝓpter cõstrictionem partiũ ꝑ quas exit quarum dilatatio non est nũc in mulieris potestate. tũc aũt vt dicitur propter conditionem illius status fuisset in eius potestate dilatare partes illas tempore partus adeo ꝙ nulla in emissione fetus fuisset violentia: nec ꝑ consequens dolor. ¶ Hec de tertio.

Quantum ad quartum & vltimum qd̃ est quesituʒ / dicitur Primo ꝙ ꝗlibet statim in ꝑncipio sue natiuitatis habuisset originalẽ iustitiã nõ aũt ꝑfectionẽ sibi possibilẽ sciẽ ꝗ ad hitũ nec ẽt ꝗ ad aliquẽ ei⁹ actũ. Scd̃o ꝙ hmõi donũ originar̃ iustitie nõ habuissz aliqd̃ effectiue a parẽtib⁹ sʒ a deo. ¶ Primũ declarat̃. qm̃ sicut nũc corꝑi vltimate disposito aĩa ĩfundit̃ a deo hoc facere statuẽte: ita ⁊ tunc statuerat originalem iustitiã infundere ⁊ cõcreare homini ex anima ⁊ corpore constituto non autem scientiam. Imo tunc homo acquisiuisset ꝑfectioneʒ scientie processu temporis sicut modo. ita eñ tunc sicut nũc anima exercuisset suas operationes corpore mediante. ⁊ ideo sicut nũc homo nõ potest exire in actũ intelligẽdi statim ꝓpter phantasiã qua homo vtitur in intelligẽdo impeditam ratione superfluitatis humoris ⁊ humiditatis in cerebro existentis: itanec tunc qm̃ hmõi ĩpedimẽtũ ad intelligẽdũ ita fuisset in paruulis tunc sicut nũc. quare ⁊c. ¶ Secũdum / vz ꝙ ꝑdictũ originar̃ iustitie donũ nõ fuisset a parentibus effectiue apparet ex eius effectu. per ipsum enim fuisset subiecta sensualitas rõni. nihil aũt est hoĩ naturalr̃ possibile ꝑ qd̃ talis subiectio possit esse. ꝗ hmõi originalis iustitie donum nõ potuit esse a parẽtibus causaliter sed a deo. ¶ Sed tunc est dubiũ an cuilibet deus simul cũ originali iustitia infudisset gratiam gratũ facientem. ¶ Ad hoc respondent aliqui ꝙ sic. dicunt eñ ꝙ sicut primus homo demeruit omnibus vt peccatum originale cõtraherent: ita meruisset omnibus si stetisset vt gratiaʒ gratum facientẽ haberẽt. ⁊ ita sicut nũc statim oẽs vt cõcepti sunt filij ire: ita ⁊ tunc fuissent filij gratie. Alij aũt dicunt: ꝙ cũ gloriosius sit habere aliquid ex meritis ꝙ sine eis: ꝙ ꝑ consequens tunc nullus in gratia cõceptus fuisset nec eam habuisset quousqʒ ad ipsam se disposuisset per aliquem bonum actum. nec eñ vt dicunt gratia sʒ tm̃ originalis iustitia fuit data Ade ꝓ tota sua posteritate. Et ideo licet in nullo p̃cessisset aliquod meritum ad originalem iustitiam / p̃cessisset gratiaʒ tñ. Qd̃ autẽ horum sit verius non habetur. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rõnem in principio quando dicitur ꝙ ignorãtia est pena culpe: Respondetur ꝙ verum est loquendo de ignorantia proprie sumpta: que vz est illius qd̃ ignorari nõ debuisset: sed sciri. nõ aũt de ignorãtia sumpta large / videlicet pro nescia cuiuscunqʒ cui⁹ scientia non est necessaria. sed talis fuisset tunc ⁊ est nũc ignorantia puerorũ. ergo ⁊c. ¶ Vel forsitan posset dici aliter / videlicet ꝙ sola illa ignorantia est pena culpe que est eius sequela, de qua ignorantia est veruʒ quod dicit philosophus in Ethic. ꝙ oĩs malus est ignorans. sed paruulorum ignorantia non est talis: sed omnino alia ab illa. q̃re ⁊c.

Circa distinctionem vigesimamprimam in qua magister determinat de casu hominis in peccatum: Quero vtrum primus homo vel ali⁹ quilibet post ipsuʒ potuisset in statu innocentie venialiter peccare. ¶ Et videtur ꝙ sic. qz cui est possibile peccatum mortale cõmittere / ⁊ veniale. Sed primus homo potuit in statu innocentie peccare mortaliter ⁊ sic de facto peccauit quia nec in gratia cõfirmatus fuit: ꝗ ⁊ venialiter peccare potuit. ¶ Contra. quia in statu innocentie nulla potuisset esse deordinatio nec culpa. nec enim aliqua culpa potest stare cũ innocẽtia ꝑfecta. sed oĩs culpa / lʒ venialis / est deordinatio mentis. ꝗ ⁊c. ¶ Respõsio. vbi ẽ videndum Primo q̃situm. Scd̃o an peccatum ꝓmorũ parẽtũ fuerit grauissimuʒ. Tertio an fuerit remissibile.

Quantum ad primum: est sciẽdum ꝙ status innocentie potest sumi dupliciter. Vno mõ põt

accipi innocentia pro immunitate ab omni culpa. Alio modo pro originali iustitia que potest dici quedam innocentia pro quanto ipsa mediante homo in innocentia conseruatus fuisset ꝛ conseruari faciliter potuisset: ꝛ ipsa diuina gratia potest dici innocentia: quia facit hominem innocentem ꝛ a culpa immunem. ¶ Hoc premisso videtur mihi hic esse dicendum. Primo q accipiendo statum innocentie primo modo nullus potuit peccare venialiter sic q post primum peccatum remanserit in eodem statu innocentie. potuit tamen absolute. Secundo q accipiendo innocentiam secundo modo / videlicet pro originali iustitia vel pro gratia / potuit vtique primus homo et quilibet alius peccare venialiter in statu innocentie sic accepto: sic q post peccatum remaneret in eodem statu innocentie in quo primo. ¶ Primum apparet. quia innocentia primo modo sumpta est immunitas ab omni culpa. sed nullus post commissam aliquam culpam / licet venialem / est immunis ab omni culpa: ergo nec est in statu innocentie sic accepte. ¶ Secundum probatur. quoniam nihil quod est precise contra consilium est mortale peccatum / nisi obligato ex voto ad consilium obseruandum. Sed in statu innocentie sic accepte / videlicet pro originali iustitia ꝛ pro gratia potuit deus homini sicut modo apponere vltra precepta aliqua consilia contra que ipse potuit agere. quod si fecisset / nec originalem iustitiam nec gratiam perdidisset. non est autem verisimile q propter peccatum aliquod veniale deus magis originalem iustitiam quam gratiam subtraxisset / licet facere potuisset. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia quod est ex se peccatum veniale / nunquam est alicui peccatum mortale / nisi super ipsum cadat preceptum. sed primus homo vel quilibet aliorum in statu innocentie potuit actum aliquem exercere qui ex genere actus est peccatum tantummodo veniale / vt verbum otiosum dicere. ad quem actum vitandum non fuisset magis tunc preceptum appositum quam sit modo. ergo ꝛc. ¶ Preterea non minus existens in statu innocentie potuit peccare venialiter quam confirmatus in gratia post peccatum. sed apostoli postquam fuerunt in gratia confirmati venialiter peccauerunt. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia deus non obligasset viatorem ad plura in statu innocentie quam nunc in statu nature lapse. Sed nunc non est aliquis obligatus ad vitandum aliquod veniale peccatum: quia nec de hoc est preceptum aliquod sibi datum ergo nec tunc. potuit autem aliquod tale committere vt verbum otiosum dicere. ergo ꝛc. ¶ Sed contra hoc aliqui arguunt dicentes q omne peccatum in statu innocentie perpetratum siue contra preceptum siue contra consilium fuisset mortale peccatum: ꝛ ad mortem eternam homini imputandum. Hoc autem probant sic. omne peccatum licet contra consilium tantum factum quod non prouenit ex infirmitate nec ex ignorantia nec ex surreptione / sed ex sola voluntatis libertate / est mortale: ꝛ ad mortem eternam homini imputandum. ¶ Hoc probatur. quia omne tale peccatum prouenit ex contemptu: omne autem peccatum ex contemptu dei proueniens est mortale: sed in statu innocentie non fuisset in homine ignorantia nec surreptio nec infirmitas: quia nulla in eo fuisset pronitas ad malum / sed magis ad bonum. ergo ꝛc. ¶ Sed ista ratio dupliciter deficit. Primo. quia in maiore falsum accipit. Secundo. quia non probat conclusionem quam intendit. quia licet talis non sit pronus ad peccandum: nec per consequens peccat ex infirmitate nec ex ignorantia quia bene intelligit q contra consilium dei facit: nec ex surreptione quia cum deliberatione procedit: nec tamen propter hoc mortaliter delinquit: quia nec contra preceptum agit: nec consilium contra quod facit contemnit. immo ipsum esse salutiferum intelligit / licet ipsum seruare nolit / quia nec deus ad hoc eum compellit. ¶ Ex hoc tunc potest argui sic in forma. nullus faciens tantum contra consilium absque aliquo contemptu dei consulentis peccat mortaliter / sed tantum venialiter. sed in statu innocentie potuit homo contra consilium dei absque eius contemptu agere vt verbum otiosum dicere. ¶ Hoc apparet. quoniam nullus spernit illud consilium quod reputat rationabile ꝛ salutiferum. sed homo in statu innocentie reputasset omne diuinum consilium rationabile ꝛ salutiferum. ergo non contempsisset ipsum: nec per consequens transgrediendo ipsum peccasset mortaliter ex contemptu. ¶ Nec valet si dicatur q licet non contempsisset ipsum in mente interius / contempsisset tamen agere exterius. quoniam hoc modo / videlicet opere consilium spernere / non est aliud quam contra ipsum agere. sed ex hoc non sequitur peccatum mortale / nisi dicas q etiam modo omnis faciens contra aliquod diuinum consilium spernit ipsum: ꝛ per consequens peccat mortaliter: quod est falsum. quare ꝛc. ¶ Secundum / videlicet q ratio supradicta conclusionem non inferat quam intendit / apparet. quoniam intendit probare q omne peccatum factum contra consilium in statu innocentie fuisset mortale. hoc autem non probat. quoniam esto q illud quod accipit esset verum / puta q omne peccatum factum contra consilium tantum procederet ex contemptu consilii vel ipsius consulentis dei / ex hoc non sequitur: nec habetur q ipsum factum in se contra consilium sit mortale peccatum: sed contemptus ipsius consilii tantum. Aliud enim est verbum otiosum dicere ꝛ aliud diuinum consilium ne dicatur spernere. contemptus enim ipse est peccatum mortale: quia nec est tantum contra consilium: sed etiam contra preceptum primum prime tabule ꝛ secundum. non sic est autem ipsum verbum otiose prolatum. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: est sciendum q primum peccatum Ade fuit vt dicitur immoderatus amor vxoris sue non libidinis seu concupiscentie: sed cuiusdam amicitie. Ex hoc amore fuit in eo voluntas complendi illud quod fuit illicitum: quia ipsi vxori immoderate dilecte vidit esse acceptum. vt enim dicitur in litera / noluit eam contristare quam credidit sine solatio suo tabescere ꝛ a se alienatam omnino interire. Primum autem peccatum Eue fuit appetitus diuine equalitatis. voluit enim vt dicitur in litera vsurpare diuinitatis equalitatem. quia tamen huiusmodi appetitus diuine equalitatis fuit in ipsa amor concupiscentie quem precedit amor amicitie: ideo ipse diuine equalitatis appetitus / licet fuerit primum peccatum in ordine ad esum ligni vetiti / non tamen simpliciter: sed prior eo fuit immoderatus amor amicitie sui. ex hoc enim / videlicet quia se inordinate ꝛ immoderate dilexit / idea sibi huiusmodi diuinam equalitatem appetiuit / sicut de diabolo in precedentibus dictum est. ¶ Ex predictis sequitur Primo: q licet aliquod peccatum / puta esus de ligno vetito / fuerit commune viro ꝛ mulieri: non tamen omne. nec enim Adam diuinam equalitatem appetiuit: quod tamen mulier fecit. Secundo q licet Adam in edendo de ligno vetito grauius aliquo modo peccauerit quam Eua ratione aliquarum circunstantiarum in ipso concurrentium / quibus peccatum quolibet aggrauatur / puta quia ipse Adam erat circunspectior quam Eua ꝛ ad resistendum fortior. Eua tamen simpliciter loquendo grauius peccauit: quia vt dictum est diuinam equalitatem appetiuit. hoc autem fuit multo grauius quam Ade esus vetitus ꝛ sue vxoris amor immoderatus. ¶ His premissis quando queritur: an peccatum primorum parentum fuerit grauissimum: aut est sermo de peccato quod fuit vtrique commune: aut de peccato cuilibet speciali. Si primo modo: dicendum est q peccatum ipsorum non fuit grauissimum immo fuit grauius peccatum diaboli. Si autem secundo modo: sic peccatum Eue fuit eius-

dẽ rõnis cũ pctõ demonis:nõ tñ cq̃ gue.¶ Primũ pbat̃
qm̃ comedere de ligno illo nõ fuit pctm̃ aliquod nisi qr
phibitũ.si enim phibitum non fuisset/ita de illo ligno
sicut ꝛ de alio edere licuisset.peccatum aũt diaboli ꝛ qd̾
cũqꝫ aliud factũ contra diuia p̃cepta saltẽ aliqua ꝛ si nõ
contra omnia/est ex se malum: non tñ quia phibitum
sed etiam quia contra dictamen legis nature pebitum.
sed maius ꝛ grauius est illud qd̾ nullo modo ex se lici-
tum q̃ illud qd̾ ex se esset bonum ꝛ licitum nisi foret in-
hibitũ.ergo ꝛc.¶ Quia peccatũ tanto est grauius quã-
to opponitur maiori bono.sed peccatum istud primoꝝ
parentum non fuit directe contra maximum bonuꝫ qd̾
est amor dei.ꝰ non fuit grauissimum.¶ Confirmatur se
cũdo.qr peccatũ quo hõ auertit̃ a deo formalit̃/grauiꝰ
est illo quo non auertitur ab ipso nisi tñ virtualiter.sꝫ
odium dei est peccatũ a deo formaliter auersiuum.ergo
cuꝫ nullum primorum parentum fuerit sic veꝫ formalit̃
sed virtualiter auersiuum/sequitur q nullum peccatuꝫ
ipsorum fuit grauissimum.¶ Ex p̃dictis sequit̃ q pec-
catum Jude fuit etiam magis graue.Quanto enim qs
in rem magis illicitã consentit tãto magis delinquit.
sed hoc in qd̾ Judas cõsensit/quod ꝛ fecit /magis illici
tum fuit q̃ illud qd̾ vterqꝫ primorum parentuꝫ cõmisit.
ergo ꝛc.¶ Secundum:veꝫ q peccatũ Eue fuerit eiusdẽ
rationis cuꝫ peccato demonis / apparet.qm̃ peccatum
demonis fuit appetitus excellẽtie sibi indebite:qui pro
uenit ex amore sui inordinato amicitie.sed propriũ pec
catum Eue fuit huic simile: supposito q diuinam equa
litatem seu similitudinem vt dicit magister in litera ap
petierit.hmõi enim appetitus cũ fuerit amor cõcupiscẽ
tie excellentie sibi indebite/presupposuit ꝛ p̃supponere
habuit inordinatum ꝛ immoderatũ sui amorẽ amicitie
ergo ꝛc.¶ Qꝫ autem peccatuꝫ demonis lꝫ eiusdeꝫ ratio
nis cũ peccato Eue/fuerit grauius illo: pbat̃.qm̃ sicut
actus bonus quanto intensior tãto melior:ita ꝛ malus
similiter ille ẽ deterior qui est intẽsior siue vehementior
Sed appetitus malus diaboli fuit vehementior ꝛ imo
deratior q̃ appetitus Eue.ꝰ ꝛc. ¶ Minor pbat̃ p hoc
quia sic diabolus vehementer ꝛ intense appetijt qd̾ vo
luit/q ab hmõi appetitu se postea retrahere nõ potuit
cuius contrariũ est de Eua.quare ꝛc. ¶ Sed ista ratio
falsum accipit/veꝫ q ratio obstinatiõis sit intensio ele-
ctionis. Hoc siquidẽ non ẽ verũ:vt in p̃cedẽtibus ẽ ostẽ
sum.Et ideo potest probari aliter illa minor supposito
q diabolus cum maiori vel etiã cũ equali conatu sicut
Eua appetierit qd̾ elegit.qm̃ quanto voluntas perfe-
ctior tanto perfectiorem seu intensiorẽ elicit actũ.sed
voluntas demonis perfectior ẽst q̃ volũtas hois.ꝰ ꝛc.
¶ Hec de Secundo.

Quantum ad tertium & vltimum:di-
cendũ q cũ peccatũ remitti non sit aliud q̃ ipsuꝫ ad pe
nam nõ imputari:vt est in.iiij.plixius declaratũ:p ɔñs
omne illud peccatũ deus potest absolute loquendo re-
mittere qd̾ põt ad penã ad quã est imputabile nõ impu
tare.Sed qd̾cũqꝫ peccatũ est tale.ꝰ oẽ pctm̃ est remis
sibile absolute.De potentia aũt ordinata pctm̃ p̃morũ
parentũ fuit remissibile ꝛ remissum:quia ad penaꝫ eter-
nam non imputatũ.nõ aũt pctm̃ demonũ. cuius causaꝫ
nullam aliam esse video nisi diuinam tñmodo volũta-
tẽ.¶ Sic ad q̃stionem.¶ Ad rationem in principio ap
paret solutio ex p̃dictis.Qñ eñ dicitur q nulla culpa
stat cũ pfecta innocẽtia: verũ est accipiendo innocen-
tiã p immunitate ab oĩ culpa:nõ aũt accipiẽdo ipsam
p iustitia originali/nec p grã supnaturali.maior ei ꝛ p
fectior grã est in adulto in q̃ sunt multa pctã venialia
q̃ in paruulo qui venialiter non peccauit.quare ꝛc.

SEcundo quero . vtrum inuidia
fuerit motiuã diaboli ad tentandũ. ¶ Et vi
detur q sic p illud Sap.ij. Inuidia diaboli
mors intrauit in orbẽ terrarũ.sed cõstat q hmõi mors
orbis terrarũ non fuit aliud q̃ lapsus p̃moꝝ parentum:
ergo ad istius mortis cõsũmationẽ p̃fatam suggestio-
nem diabolus non alio q̃ inuidia fuit motus.¶ Cõtra.
quia oĩs inuidus se reputat inferiorẽ illo cui inuidet.nec
enim maior inuidet minori:sed econuerso.sed diabolus
non reputabat hoiem superiorem existere semetipso:sꝫ
inferiorem.ergo ꝛc.¶ Responsio.vbi est videndũ Pri-
mo quesitũ/veꝫ an inuidia fuerit motiua diaboli ad ten
tandum.Secundo:an diabolus tentauerit priꝰ mulie-
rem q̃ virum.

Quantum ad primum:est sciendum q
inuidia est vt eam describit vnus doctor/passio concu-
piscibilis sub ira vel tristitia cõtenta/prouueniens ex bo
no alterius apprehenso vt diminuente proprium excel-
lentiã.Qd̾ pro tanto additur.quoniam licet semper in
uidia respiciat bonum aliquod/non tamen vt absolute
consideratum:sed tñ vt conceptum vt proprie excellen
tie/veꝫ inuidentis diminutiuũ.Ex quo sequitur q inui-
dia respicit bonum apprehẽsum vt ipsius inuidẽtis ali-
quo modo malum.ꝛ ideo ipsa inuidia dicitur contineri
sub tristitia.¶ Ad cuius euidẽtiã est sciendum q.vi.di
cuntur esse ipsius virtutis concupiscibil̃ passiones/vi-
delicet amor ꝛ odium fuga ꝛ desiderium tristitia ꝛ dele
ctatio seu finalis quietatio.Amor respicit bonuꝫ ꝛ odi
um malum vt absolute consideratum.Fuga autem re-
spicit malum:ꝛ desiderium bonuꝫ/ vt sub ratione futuri
non autem sub ratione habiti apphẽsum.Tristitia au-
tem respicit malum : et delectatio seu finalis quietatio
bonum vt prius vel actu habitum apprehensum . ꝛ hoc
modo inuidia est respectu mali.licet enim respiciat bo
num/non tamen vt bonum:sed vt sue excellentie accñ-
talit̃ depressiuum:ꝛ per consequens vt accñtaliter exi-
stens aliquo modo malum.ꝛ ideo dicitur sub tristitia/
quia talem malum respicit/ contineri.¶ Hoc premisso di
cit̃ ꝛ rationabiliter ab eodem modo predicto inuidiaꝫ
describente / q ipsa inuidia fuit mouens diabolum ad
tentandum primum hominem quem decepit:ꝛ omnem
etiam alium quem postea tentauit. ¶ Hoc probat.qm̃
diabolus fuit motus ad tentandum hominem propter
bonum eius apprehensum vt superexcellens bonum
suum/eiusqꝫ aliqualiter depressiuum . ¶ Hoc apparet.
quoniam diabolus secundum doctrinam sanctoruꝫ ap
prehendit hominem vt virtutibus preditum ꝛ ad felici
tatẽ quã ipse amiserat aptum ꝛ eternaliter p̃paratũ.ꝛ ĩ
hoc apprehendit ꝛ agnouit ipsum se esse maiorem ꝛ suã
propriam excellentiam excedentem:de quo fuit contri
status ꝛ ex hoc motus ad ipsum hominem deijciẽduꝫ.
Sed vt patet ex dictis/Inuidia non est aliud q̃ tristi-
tia de bono proximi apprehenso:vt est proprie excellen
tie repressiuum.ergo ꝛc.¶ Sed contra hoc forsitan ar-
guetur.quoniam inuidia est vnum.vij.mortalium ꝛ ca-
pitalium peccatorum . Sed diabolus post q̃ cecidit ꝛ
damnatus fuit/peccare non potuit.nullus enim beato
rum nec damnatorum potest mereri nec in aliquo de
mereri.ergo ꝛc.¶ Ad hoc potest dici q peccatum po-
test sumi dupliciter/videlicet formalit̃ ꝛ virtualit̃. Pec
catum sumptum formaliter simul ꝛ materialiter ẽ actꝰ
sp̃e malus qr aliqua circũstantia sibi debita p̃uatus: vl̃
quia circũstantia ei indebita informatus. Et vl̃r oẽ di-
ctum vel factum contra rectum rationis iudiciũ ẽ pctm̃
hoc mõ sumptũ.sicut ꝛ bonũ cõsimilit̃ sumptũ põt dici

omne quod fit secundum rectum iudiciũ rationis. pctm̃ aũt virtualit̃ sumptũ ỽr esse illud qđ est peccãti ad penã aliquã imputatũ. sicut ⁊ actus dicitur bonus seu meritorius isto modo ille tm̃ ꝓ quo deus statuit hoĩem premiandũ. Tũc dicendum ꝙ licet diabolus sicut nec aliquis damnatus alius non possit peccare sumendo peccatum virtualiter: ꝓ quanto nullũ actũ sibi possibilem deus imputat ad penam aliquã et pro eo reddendam/ põt tamen peccare ⁊ peccat sicut ⁊ quilibet dãnatorꝫ sumendo peccatũ formalr̃ ⁊ materialiter tm̃ pro aliquo actu malo. Et ideo qñ ỽr ꝙ inuidia ẽ mortale pctm̃: dicẽdum ꝙ inuidia cuiuslibet viatoris est mortale peccatũ virtualiter: qꝛ vez morte eterna dignũ. Inuidia aũt diaboli est idem peccatum formaliter ⁊ materialiter: nõ autem virtualiter est mortale nec veniale peccatum. quia ad nullam penã ipsi diuinitus imputat̃. Cõsimilit̃ quãtum ad aliquid põt dici de bonis actib⁹ beatorũ/ vez ꝙ actus hmõi eis possibiles sunt boni formaliter: nõ autẽ virtualiter saltẽ eis: licet aliĳs. nihil eñ sibi meret̃ ꝑ illum actũ aliquis beatoꝝ: meret̃ tñ aliĳs/ puta viatoribus ꝓ quib⁹ apud deũ intercedit. Ex quo sequit̃ ꝙ aliq̃ modo est dissimile de malo actu damnatorꝫ et de actu saltẽ aliquo bono beatoꝝ: quia malus actus damnatorũ nec modo est malus virtualiter: qꝛ nec exercenti ipꝫ nec alteri ad penã aliquam imputat̃: bonus aũt act⁹ saltẽ aliquis beatoꝝ est bonus etiaꝫ virtualiter/ qꝛ aliquo p̃mio dignus reddẽdo non beato ipꝫ exercenti sed alteri. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum cõstat ex scriptura sacra Ge. iiĳ. ꝙ diabolus prius tẽtauit mulierem q̃ virũ. cui⁹ ratio ponit̃ duplex. Prima est: qꝛ sciebat mulierem non esse tãte sapientie nec cõstãtie quante virũ. ⁊ iđ facili⁹ eã superare credebat. ꝓpter maiorẽ autẽ sapiẽtiam ⁊ constãtiam viri ab eo vinci timebat: si ipsum primo fuisset aggressus. ¶ Secunda est. qꝛ facilius mediãte ipsa muliere existimauit se posse virum vincere: cum mulierem cognosceret a viro multũ eẽ dilectam. ⁊ ideo ꝓbabiliter cogitare potuit ꝙ vir ipsi consentiret si ipsa eũ ad hoc induceret ⁊ incorruptũ existeret sicut fuit. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rõnẽ in principio qñ dicit̃ ꝙ diabolus non reputauit hoĩem se esse maiorẽ: dicendũ ꝙ imo reputauit sicut ⁊ homo maior ipso erat non in eẽ nature: sed in perfectione felicitatis ⁊ glorie/ ad quã eum esse idoneum agnouit: ⁊ ꝓpter hoc nõ ꝓpter perfectionez nature homini diabolus inuidit: qꝛ ⁊ in hoc se minorem ipso esse agnouit.

Circa distinctionem vigesimãsecũdã: i q̃ magr̃ determinat de peccato primi hoĩs quantũ ad eius originẽ ⁊ radicẽ ex qua cõsensus tentati hoĩs prouenit: Quero primo. vtrũ peccatum parentũ primorũ fuerit superbia. ¶ Et videt̃ ꝙ sic. qꝛ appetit⁹ honoris ⁊ excellentie est peccatum supbie. Sꝫ hmõi appetit⁹ fuit peccatũ ipsoꝝ. hoc eñ quilibꝫ appetiit qđ diabolus ipsi ꝓmisit. sed diabolus eis dignitatem ⁊ eminentiam repromisit dicens: eritis sicut dĳ scientes bonuꝫ ⁊ malũ. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia peccatum gule non est peccatũ supbie. Sed peccatum primorum parentum fuit peccatuꝫ gule ⁊ inobedientie. peccauerunt enim qꝛ de ligno vetito comederunt. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi est videnduꝫ Primo quesitum. Secũdo: an si vir non peccasset gen⁹ humanum originali iustitia spoliatum fuisset.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ scđm aliquos etiã scđm cõmuniter loquentes act⁹ supbie est appetitus eminentie ⁊ honoris/ ⁊ in hmõi gloriari. Aliĳ autem dicunt ꝙ actus superbie non est gloriari in honoribus nec coꝝ appetitus. talis eñ act⁹ est in cõcupiscibili: actus autem superbie est in irascibili. Et iđ dicunt ꝙ actus superbie est se nimium ⁊ alium modicũ reputare. vnde est vt dicunt reputatio seu assurrectio vl̃ cordis tumor ⁊ erectio qua quis nimium reputat seipsum ⁊ alios parum. Ex quo infert̃ ꝙ superbia est quedaꝫ audacia. nec enim audacia videtur aliud esse q̃ quedaꝫ assurrectio siue tumor de proprio suo bono qđ nimis reputauit. non eñ audacia est tm̃ assurrectio ad maluꝫ repellendum: sed etiam ad bonum proprium reputanduꝫ hoc autem est superbia. quare ⁊c. ¶ Hoc premisso dicitur ꝙ mulier que primo tentata fuit ⁊ primo peccauit/ peccauit peccato ambitiõis superbie ⁊ gule. Ambitio enim est desiderium alicuius sibi indebiti. ⁊ hoc est de q̃ mulier fuit primo tentata a diabolo sibi dicente. eritis sicut dĳ scientes bonum ⁊ malum. quia illa audiens appetiit qđ sibi diabolus promisit seu predixit/ videlicet scientiam ⁊ diuinam equalitatem vel similitudinem. et hmõi appetitus seu desiderium secundum primam opinionem dicentium ꝙ actus superbie est appetitus honoris ⁊ excellẽtie/ fuit peccatũ supbie: non autem secũdum alios probabilius forte dicentes ꝙ superbia est q̃dam audacia: sed fuit peccatũ ambitionis. Peccauit etiam mulier vel antecedenter vel consequenter post p̃dictum peccatuꝫ peccato superbie. non tm̃ enim concupiuit ⁊ ambiuit qđ sibi diabolus ꝓmisit: sed etiã se erexit/ ⁊ dignã hoc/ qđ sibi p̃dixerat diabolus/ reputauit. Tertio ⁊ vltimo peccauit peccato gule ad quod ipsaꝫ peccata predicta impulere. Adam autez non peccauit per ambitionem vt Eua. non enim dixit ei diabolus qđ dixerat mulieri/ videlicez eritis sicut dĳ ⁊c. nec enim est verisile ꝙ ei credidisset/ esto ꝙ ipsi dixisset/ cum sciẽtia p̃ditus esset: nec per consequens peccauit vt mulier ꝑ ambitionem appetendo scientiam ⁊ diuinam similitudinem. Sed Adam peccauit peccato contẽptus ⁊ supbie ac gule. videns enim ꝙ mulier de ligno comederat: nec tamen mortua fuerat vt deus predixerat: quacunqꝫ hora comederitis morte moriemini: diuinum spreuit p̃ceptum ⁊ putauit impune sicut ⁊ mulier fecerat se posse agere contra ipsum: ⁊ in hoc fuit peccatuꝫ contẽptus. peccatum autez superbie fuit (vt dicitur) in hoc ꝙ ipse videns suam dignitatem ⁊ eminentiam: putauit ꝙ pro tam modico deus eum non interficeret: sed sibi propter suaꝫ excellentiam indulgeret. ⁊ in hoc peccauit peccato elationis quia nimis se reputauit: ⁊ tandem vltimo ad peccatum gule processit. ¶ Sed p̃dicta licet sint ꝓbabilia/ non tamen sunt certa: quia nec in scriptura expressa. qđ autem de scripturis non habet auctoritatem eadem facilitate contemnitur qua probatur. sed cõstat ꝙ ex scriptura non habetur ꝙ primi parentes peccauerunt alio modo q̃ peccato inobedientie ⁊ gule. liceꝫ eñ diabolus quando mulierem tentauit ipsi scientiam ꝓmiserit: tamen ꝙ ipsa mulier eã concupiuerit: ⁊ per cõsequens ꝙ peccato ambitionis peccauerit non habet̃: sed tm̃ peccatum gule exprimitur: cuꝫ subiungit̃ Gen. iiĳ. Uidit igitur mulier ꝙ bonuꝫ esset lignum ad vescendum ⁊ pulchrũ oculis aspectuqꝫ delectabile: et tulit de fructu illius ⁊ comedit. In his verbis euidenter apparet ꝙ nullum aliud peccatum exprimit̃ mulieris nisi tm̃ peccatum gule ⁊ inobedientie. non enim dicitur ꝙ fuerit elata: nec ꝙ ex ãbitione sciẽtie: sꝫ ex pulchritudie ⁊ delectatiõe ipsi⁹ ligni vetiti ad ei⁹ esuꝫ fuerit iclinata Circa ad virũ aũt nihil ibi exp̃mit̃ nisi ꝙ mulier postq̃

viro dedit:qui etiā comedit. Ex quo sequitur ꝙ peccatum primorum parētū qđ in sacra scriptura exprimitur non fuit pctm̄ superbie:sed gule ⁊ inobediētie. Utrū aūt vltra illud peccatum aliud cōmiserit/puta superbie vł aliquod aliud: dico ꝙ ꝓbabile est ꝙ sic.non tñ est sic sicut de peccato gule certū:q2 nec est in scriptura exꝓssuz. ¶Hec de primo.

Quantum ad secū dum: vbi est respondēdū ad quesitū: est sciendū / ꝙ pōt dupliciter dici aliqđ esse in alio. Uno modo proprie. ⁊ vt sic / esse ī aliquo semper dicit diuersitatē in re extra eius qđ est in aliquo ab ipso in quo est. nihil eī ꝓprie esse dr̄ in seipso vt apparet discurrenti per oēs modos essendi in aliquo: quos enumerat Phs. v. Metaph. Alio modo large aliquando esse in aliquo dicitꝰ de eodē / sic ꝙ ipsum in quo aliqđ esse dicitꝰ est illud qđ dicitꝰ esse in illo: modo quo dicitꝰ ꝙ humanitas est in homīe vel deitas ⁊ paternitas in patre. ¶ Hoc premisso apparet quid sit dicendū ad questitum. siue eñ liberum arbitrium accipiatꝰ pro actu producto siue pro eius principio productiuo: in deo nō est liberuꝫ arbitriū accipiendo esse in aliquo ꝓprie p̄rio modo. est tñ in ipso liberū arbitrium acceptuꝫ pro principio actꝰ arbitrij libere productiuo: nō autē pro ipso actu producto: ⁊ hoc accipiendo esse in alio secundo modo: vcꝫ large ⁊ improprie. ¶ Primū apparet. qm̄ illud qđ est ī aliquo isto modo / oportet esse distinctū ab ipso. sed liberuꝫ arbitriū in diuinis quomodocūqꝫ acceptū est a deo in re extra totaliter indistinctuꝫ. Si eñ accipiatꝰ pro actu arbitrādi / talis oīno ē idē qđ deus. nō eñ deus aliqđ arbitratꝰ vel intelligit nec vult seu eligit aliquo alio ꝙ̄ seipso. Si etiā accipiatꝰ arbitriū liberum pro productiuo principio talis actus: aut pro ꝓductiuo principio actꝰ arbitrij dei: vel arbitrij creature. Sed primo modo non potest accipi: q2 impossibile est liberū arbitriū sic acceptum. nō eñ deus est productiuus alicuius actus quo ipse aliud arbitretꝰ seu intelligat neqꝫ velit / cum omnia velit ⁊ intelligat nō alio aliquo mō ꝙ̄ seipso. Si autem secundo modo accipiatꝰ pro principio productiuo arbitrij creature: tale principium est ipse deus qui seipso est omniū possibilium productiuus. ergo liberū arbitrium sic acceptū nō est isto mō in deo: sed est potius ipse deꝰ. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia nec etiam liberum arbitriuꝫ sumptū pro principio actus arbitrij productiuo ē hoc mō in aliqua creatura: cū ipa intellectualis creatura sit ipsum arbitrium liberū sic acceptū. licet eñ alia intellectiua a suo arbitrio sit distincta: est tamē omnino indistincta ab eius principio productiuo: cum ipsa ꝑ se sit eius ⁊ cuiuslibet alterius actus sibi possibilis ꝓductiua. deus aūt eque est īdistinctus ab actu sui arbitrij ⁊ a principio productiuo arbitrij creature. ergo licet in creatura intellectuali sit arbitrium liberū sumptuꝫ pro actu / nō tamē in deo / nisi sumēdo arbitriū creature / qđ potest dici in essentia: modo quo dicitꝰ ⁊ ꝯcedítꝰ esse ī ipo quodlibꝫ ens creatū. ¶ Secūdū / vcꝫ ꝙ liberū arbitriū sumptum pro principio ipsius arbitrij productiuo / non autē pro ipso actu producto / sit in deo isto secūdo modo apparet. qm̄ actus hmōi arbitrij a deo producibilis vel productus est ab ipso deo distinctus sicut quelibet alia creatura: nō autē eius principiū productiuū: cū deꝰ ipe sit eius sicut ⁊ cuiuslibet alterius rei possibilis productiuū principium per seipsum. ergo ⁊c. ¶ Ex predictis sequitur: ꝙ nullo mō liberū arbitriū quocūqꝫ p̄dictoruꝫ modoꝝ acceptū est in bruto nec in aliqua alia creatura a creatura intellectuali. ꝯstat eñ ꝙ in nulla alia potest esse arbitrium intellectiuū: quia nec aliqua alia creatura est talis actus productiuū principiū nec receptiuuꝫ subiectū. quare ⁊c. ¶ Sed est hic dubiū / an liberum arbitriū sit in omni creatura intellectuali. nō eñ videtꝰ eē in pueris nec ī fatuis nec ī beatis nec ī dānatis. ¶ Ad hoc videtur esse dicendum: ꝙ accipiendo arbitriū liberum pro principio ipsius liberi arbitrij productiuo / in omni creatura intellectuali est liberuꝫ arbitriū: seu oīs est ipsum liberū arbitriū. Nec valet qđ arguitꝰ in cōtrarium. Primo de pueris ⁊ fatuis. qm̄ ꝙ tales non habeant vsū liberi arbitrij sicut nec etiā oēs dormientes / hoc est quia anima corpori cōiuncta in statu presenti dependet in actu intelligendi ab actu sentiendi: ⁊ ideo impeditꝰ to actu sentiendi sicut impeditꝰ in omnibus supradictis ratione indispositionis corporis / impeditꝰ etiā actus intelligendi: ⁊ ꝑ cōsequēs vsus liberi arbitrij. Quātū aūt ad beatos: dicendum est ꝙ in eis est vsus liberi arbitrij nō respectu actus beatifici: qui nō est in potestate ipsoꝝ sed respectu oīm aliorum in eorum potestate existētiuꝫ vt vcꝫ possint ab eis ī esse poni vel nō poni. Cōsimilitꝰ est dicendū de damnatis. nō eñ respectu actus ad queꝫ sequitꝰ tristitia punitiua / videntꝰ habere aliquā libertatē quia nec potestatem seu actiuitatē: sed respectu omniū in eorum potestate existentium aliorum. Accipiendo autem liberū arbitriū pro actu / clarū est ꝙ nō semper ē in omni creatura intellectuali talis actus nec liberi arbitrij vsus. ¶ Sed cōtra p̄dicta forsitan arguetꝰ. q2 deꝰ est obiectum actus liberi arbitrij. sed nō est obiectū alicuius actus nisi beatifici. ergo actus beatificꝰ est actꝰ liberi arbitrij: ⁊ ꝑ cōsequens est in hominis potestate. ¶ Ad hoc dicendū est: ꝙ falsum accipitꝰ in minore: quādo dicitur ꝙ deus nō est obiectū nisi actus beatifici. est enim obiectum actus intelligendi abstractiui ⁊ volēdi ipsum sequentis: quorū duoruꝫ actuū neuter est beatificus: ⁊ vterqꝫ est in potestate creature rōnalis: vt ī quarto ꝓlixius ostendetur. quare ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in p̄ncipio quando dicitꝰ: ꝙ liberum arbitrium est in quocunqꝫ cōtingenter ⁊ libere operante: dicendū ꝙ verum est: si operetur mediāte actu arbitrij a se formaliter differente: nō sic autem deus aliquid operatur: nec per ꝯñs est in eo liberū arbitriū: sꝫ est ipm̄ liberum arbitrium sumptum pro principio arbitrij ⁊ cuiuscūqꝫ alteriꝰ rei possibilis ꝯtingēter ⁊ libere ꝓductiuo.

SEcundo quæro. Vtrum liberū arbitrium omnium sit equale. ¶ Et videtꝰ ꝙ sic. quoniam in quoruꝫ potestate equalitꝰ est liberi arbitrij actus / equalis esse videtꝰ eorum liberi arbitrij vsus. sed actus liberi arbitrij equaliter est in potestate oīm quorū est liberū arbitriū. equaliter eñ potest qlibet arbitrari ⁊ arbitratū eligere vel respuere nō necessario sed libere ⁊ cōtingenter. ergo ⁊c. ¶ Contra. q2 liberū arbitriū vel dicit actū vel eiꝰ principiū ꝓductiuū. sꝫ neutrū istoꝝ est equale in oībꝰ vsuꝫ liberi arbitrij habētibꝰ. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi est vidēdum: Primo: an ab aliquo possit cogi ipsum liberuꝫ arbitrium. Secundo / quesitum.

Quantum ad primum præmitto duo. ¶ Primum est. ꝙ cum queritꝰ / an liberū arbitriū possit cogi: nō accipitꝰ arbitriū liberū ꝓ actu: sꝫ ꝓ p̄ncipio eiꝰ ꝓductiuo. de quo q̄ritꝰ / an possit cogi vel necessitari ad actū ipm̄: ⁊ in eo virtualr̄ cōtentū. ¶ Scđm p̄mittendū est. ꝙ liberū arbitriū sic acceptū cogi vel necessitari ad actū: dupliciter pōt intelligi. q2 vel ꝙ necessitatꝰ ad actuꝫ ipm̄ effectiue eligēdū: vel ad eū subiectiue recipienduꝫ. ¶ His premissis pono duas ꝯclusiones. ¶ Prima est.

ꝙ liberū arbitriū nec ad actū eligendū nec ad eum reci
piēdū potest cogi aliqua causa scd̄a. ¶ Hec apparet.
quoniā potēs necessitare aliquā causam ad effectū sibi
possibilē recipiendū/virtualiter cōtinet ipsum. sed nul-
la cā scd̄a alia a libero arbitrio ꝯtinet virtualiꝛ ipsius
liberi arbitrij actū/saltē vt totalis causa ipsi⁹. ergo ꝛc.
¶ Maior est euidēs. qm̄ nihil potest necessitare aliqḋ
subiectū ad formā aliquā recipiendam nisi formam illā
in eo ꝓducēdo: sicut ignis aquā/in quā agit necessitat
ad calorem. sed omne potēs aliquid producere est eius
virtualiter contentiuū. ergo nulla causa pōt necessitare
subiectū aliquod ad recipiendū actū aliquez in ipsa vir
tualiter nō contentum. quare ꝛc. ¶ Minor vez ꝙ nullū
ens creatū aliō a libero arbitrio sit act⁹ liberi arbitrij
virtualiter saltē totaliter cōtētiuū/apparet. licet eīn se
cundū aliquos obiectū sit causa actus intelligendi ꝛ vo
lendi partialis/nō tamē totalis nec etiam principalis.
quare ꝛc. ¶ Nec valet si dicaꝛ: ꝙ saltē liberū arbitriuz
vnius poterit necessitare liberū arbitriuz alterius: cum
sit actus virtualiter cōtentiuū. qꝛ nō est talis actus pro
ductiuū principiū in aliquo subiecto alio a seipso: nec ꝑ
ꝯn̄s pōt necessitare aliquid aliud a seipso ad talē actuz
recipiendū. ¶ Qꝛ autē liberū arbitriū nō possit necessi-
tari ad actum eligendū ab aliqua causa scd̄a/apparet.
qꝛ nec etiā isto modo potest a p̄ma causa necessitari/vt
probabiꝛ in cōclusiōe sequēti. ¶ Ex ꝯclusione predicta
apparet: nō esse verū quorūdā dictū/ponentiū locutio-
nem angelorū fieri ꝑ actū intellectionis ꝓductum a lo
quente in angelo audiēte. quoniam non magis vnus an
gelus est actus intelligendi ꝙ volēdi vel nolendi in mē
te alterius productiuus. ergo si vnus angelus est produ
ctiuus in mente alterius intellectionis ꝛ volitiōis: per
ꝯn̄s vnus poterit necessitare aliū ad intelligendū ꝛ vo
lendū producendo in eo intellectionis ꝛ volitionis actū
hoc aūt est falsum. ergo ꝛ illud ex quo sequiꝛ: qḋ etiam
in materia de locutione angelorū prolixius est ostēsum.
¶ Secunda cōclusio est. ꝙ liberū arbitriū pōt a prima
causa cogi siue necessitari ad actū recipiēdū subiectiue
nō autem ad eum producēdum effectiue. ¶ Hec proba
tur. Primo quantū ad eius primā partez/vez ꝙ possit
necessitari ad actū recipiendū. qm̄ omnis causa totalis
alicuius effectus virtualiter cōtentiua pōt necessitare
subiectū effectus hm̄ōi receptiuū. sed prima causa cōti
net virtualiter totaliꝛ actū liberi arbitrij: cui⁹ ip̄m libe-
rum arbitrium est receptiuum. ergo liberum arbitrium
potest necessitari a prima causa ad eum recipiendum.
¶ Confirmatur. quia ideo precise liberum arbitriuz nō
potest necessitari ad actū recipienduz ab aliqua causa
scd̄a: qꝛ vt dictū ē in ꝯclusiōe priori/nulla cā scd̄a cōtinet
ꝟtualiꝛ totaliꝛ eius actū. si eīn aliq̄ cā scd̄a cōtineret to-
taliꝛ ip̄m/esset qꝫ ei⁹ ī libero arbitrio p̄ncipiū ꝓductiuū:
posset vtiqꝫ necessitare ip̄m arbitriū liberū ad talē actū
recipiēdū: maxime si ipsuz liberū arbitriū nō posset resi
stere tali cause agēti in ip̄m: sicut qꝛ aqua nō potest igni
resistere/ideo ab ip̄o necessitaꝛ ad calorē recipiēdū. sed
prīa cā est cui nulla alia pōt resistere. ergo ip̄a pōt neces
sitare quodcūqꝫ ad recipiēdū oīe illud cuius ip̄m est re
ceptiuū: cū oīs talis ꝛ cuiuslibet rei possibilis ip̄a sit. vir
tualiꝛ totaliꝛ cōtētiua: ꝛ ꝑ ꝯn̄s ꝑ se ip̄m sine omni alio ꝓ
ductiua. quare ꝛc. ¶ Scd̄a pars ꝯclusionis istius/vez
ꝙ arbitriū liberū nō possit etiā ab ipsa prima cā necessi-
tari ad actū suū eliciendū: probaꝛ. qm̄ sicut se habet q̄li
bet alia causa naturalis ad suū modū agendi ꝓpriū: ita
ꝛ ip̄m liberū arbitriū ad suū. sed causa quelibet natura
lis sic se habet ad suū naturalē modū agendi ꝙ impos-
sibile est eā aliter agere. nec eīn ignis pōt calefactibile
sibi p̄sens quātū est ex se calefacere ꝯtingēter sꝫ tm̄ na-
turaliter ꝛ necessario. ꝙ eīn possit nō calefacere hoc nō
est ex se sed ex alio/vez deo suā causalitatē substrahente
vel ipsum agere nō sinēte. ergo nec liberum arbitriū po
test ad actū sibi debitum aliter agere ꝙ cōtingēter ꝛ li-
bere: nec potest cogi seu necessitari ꝑ ꝯn̄s ad agendum.
¶ Cōfirmaꝛ. qꝛ nō minus liberū arbitriū est determina
tum ad talē actum/puta intelligendum ꝛ volendum vꝉ
nolēdum: ꝛ ad talē agēdi modum: ꝙ graue ad motū de-
orsum ꝛ leue ad motum sursum: ꝛ vtrūqꝫ hoꝝ ad taliter
puta naturaliter ad vbi sibi debitū acquirenduz. sed sic
graue est ad deorsum/ꝛ leue ad sursum naturaliꝛ deter-
minatum: ꝙ licet vtrunqꝫ sit mobile ad aliū locū/vez
leue deorsuz ꝛ graue versus sursuz ab alio passiue/nō tm̄
a se ipso. nec eīn de⁹ posset facere graue qḋ esset sui mo-
tiuum sursuz: nec leue qḋ moueret seipsuz deorsum. ergo
cōsimiliter in proposito est dicendum/vez ꝙ licet deus
posset liberum arbitrium ad recipiēdum actum ꝯpelle
re ꝛ necessitare/sicut graue sursum ꝛ leue deorsuz moue
re: nō tm̄ pōt necessitare ipsum ad actum hm̄ōi eliciēdū
sicut nec graue ad se sursum mouēdum: cum sit ipsi im-
possibile sic se mouere. ¶ Preterea ideo cōtingenter et
libere arbitrium liberum diciꝛ ꝓducere suum actum: qꝛ
existētibus oībus ad ei⁹ ꝓductionē necessarijs ipse pōt
nō fieri vel suspēdi. pōt eīn nulla sequi electio dictamīe
p̄uio existēte. ꝛ ꝑ ꝯtrariuz ideo ignis diciꝛ naturaliꝛ ꝛ ne
cessario agere: qꝛ positis oībus necessarijs ad eius effe-
ctuz nō pōt nō sequi effectus. ergo nō magis pōt facere
deus vt actus liberi arbitrij sequaꝛ necessario ab ip̄o li
bero arbitrio effectiue: sic ꝙ nō posset suspēdi ab ip̄o: ꝙ
ab igne ꝓducaꝛ calor in passo disposito contingenter/
sic ꝙ posset nō ꝓduci ab ipso igne sua virtute. sed secun
dum deus non potest facere. licet enim possit impedire
ne ignis calefaciat cōbustibile sibi presens: non tamen
pōt facere ꝙ hm̄ōi suspēsio caloris fiat ꝟtute ignis. nō
magis eīn est possibile ignē suum calorē suspēdere pas-
so habito ꝙ ip̄m calorem huiusmodi aliq̄d aliud ꝓdu-
cere sine passo. ergo ꝛc. ¶ Sed cōtra. qꝛ deus pōt velle
liberū arbitriū elicere suuz actum. quo supposito/pōt ar
gui. qm̄ aut ip̄o volēte necessario hoc sequiꝛ/aut nō. Nō
pōt poni scd̄m. qꝛ velle diuinuz nō pōt ab aliquo impediꝛ
ri. ergo relinquiꝛ primum/vez ꝙ liberum arbitriuz deo
sic volente ab eo elictū actū necessitabitur ad eliciendu
ip̄m. quare ꝛc. ¶ Ad hoc pōt dici. ꝙ deus nō pōt aliq̄d
velle fieri qḋ est impossibile fieri. sꝫ ita est impossibile li-
beruz arbitriuz necessario suuz actuz elicere: sicut ignē
passum sibi presens contingenter calefacere. ergo licet
deus possit velle liberum arbitrium suum actum elice-
re: non tm̄ sibi modo indebito ꝛ impossibili: sed possibili
videlicet libere ꝛ contingenter. ¶ Et quando queritur/
an deo volente sequatur necessario talis actus/an non:
Dico ꝙ nō sequitur seu producitur necessario: quia nec
sic deus vult eū sequi a libero arbitrio seu produci. Nec
tamen ex hoc sequitur quod inferꝛ/videlicet ꝙ diuinuz
velle sit impedibile. est enim hic necessitas non absolu-
ta in antecedente nec in consequente: sed tm̄ necessitas
consequentie/sicut dictum est in primo prolixius in ma
teria de predestinatione. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secundum: vbi est respō-
dendum ad questitum/est sciendum ad euidentiam di-
cendorum: ꝙ liberum arbitriū quomodocunqꝫ sumptū
videlicet tam pro actu ꝙ pro eius p̄ncipio productiuo
potest dupliciter considerari. Uno modo secūdum se ab
solute acceptum. Alio modo vt liberum. actus enim li
beri arbitrij/vt secundum se absolute sumptus/quantū
ad suam essentiam non est liber: nec eius principiuz pro
ductiuum quod dicitur liberum arbitrium est etiam

liberum/vt secundum se absolute sumptum sed tñ vt ad actum ab eo producibilem comparatum. Precise enim dicitur liberum quia potest producere seu suspendere actum/sicut etiam ipse actus dicitur liber nõ vt secundum se absolute sumptus:sed vt ad suum principium a quo potest suspendi vel elici comparatus. ¶ Hoc premisso dicendum est ad quesitum/ꝙ liberũ arbitrium quomodocunqꝫ sumptum vt liberum/est equale omnium siue equaliter in omnibus in quibus est:nõ autẽ liberũ vt absolute sumptũ:siue pro actu producto siue pro eius principio productiuo. ¶ Primũ apparet quoniam equaliter actus liberi arbitrij est in potestate cuiuslibet creature rationalis q̃tũ ad eius ꝓductionẽ vel suspensionem. non enim magis vna creatura rationalis q̃ alia potest elicere vel suspendere omnẽ liberi arbitrij actum:sed equalit̃ quelibet est potẽs ⁊ vniformiter ad actum in ipsa virtualiter ⁊ contingenter contentum eliciendum vel suspendendum. sed nec actus liberi arbitrij dicitur liber/nisi quia ab eius principio productus vel producibilis contingenter:nec eius etiaꝫ principiũ dicitur liberum vt secundum se sumptum/sed precise vt ipsius actus taliter/vcꝫ contingenter non necessario ꝓductiuum. ergo cum hoc/vcꝫ contingenter producere ⁊ produci/in oĩbus sit equaliter ⁊ vniformiter:per consequens ⁊ omniũ liberum arbitriũ siue pro actu siue pro eius principio sumptum vt liberum/est equale. ¶ Secundum/vcꝫ ꝙ liberum arbitriũ vt absolute sumptum non sit equale omniũ:sed inequale/apparet. quoniam constat ꝙ creature intellectuales non sunt equalis sed inequalis perfectionis:et per cõsequẽs etiam actus liberi arbitrij in eis virtualiter contenti. quãto enim perfectior est natura intellectualis/in tanto perfectiorem potest actum intelligendi ⁊ volendi. sed liberũ arbitriũ vt absolute sumptum non est aliud q̃ substantia intellectualis vel actus intelligendi vel volendi:et quicunqꝫ alius virtualit̃ cõtingenter contẽtus. q̄re ⁊c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem vtranqꝫ in principio apparet solutio ex predictis.

CIrca distinctionem vigesimãsextam/in qua magister determinat de gratia liberum arbitrium adiuuante: Quero primo. Utrũ gratia ⁊ charitas sint ideꝫ. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia esse gratũ ⁊ charũ sunt idem. impossibile enim est aliquẽ eẽ deo gratũ/nisi ipsi charuꝫ:nec econuerso põt aliqͦs esse ei charus/nisi ipsi gratus. sed gratus est ꝑ gratiam ⁊ charus ꝑ charitatẽ ergo ⁊c. ¶ Cõtra hoc arguit̃ per illud qͦd dicit Apostolus .ij. Corinth. xiij. Gratia dñi nostri Jesu Christi ⁊ charitas dei ⁊ cõmunicatio sancti spiritus sit cũ omnibus vobis amen. Hic Aplus cõnumerat gratiam ⁊ charitatem:qͦd non faceret nisi esset aliqua distinctio inter ipa. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi primo excludam vnam opinionem. Secundo dicam aliter ad questionem.

Quãtum ad primum:est opinio cuiusdam doctoris dicentis. ꝙ licet charitas ⁊ gratia dicãt eandẽ formam numero absolutam:differũt tñ ꝑ diuersos respectus in illa forma absoluta actualr̃ existentes Dicit enim ꝙ charitas respicit diuinã essentiaꝫ:gratia autẽ eius voluntatem. Nullus enim est ĩ gratia diuine essentie/sꝫ volũtatis sue. Et ita eadẽ forma absoluta existens in aĩa vt relata ad diuinã essentiã dicit̃ charitas: vt autẽ refert̃ ad voluntatẽ dicit̃ gratia. Ex quo infert: ꝙ gratia ⁊ charitas distinguunt̃ ꝑ rõnes formales respectiuas:q: ꝑ tales habitudines diuersas:q: diuersos terminos respicientes/vcꝫ essentiã diuinã ⁊ ei⁹ voluntatẽ. ¶ Sed ista opinio multiplicit̃ deficit. Primo enim deficit in premissis in quibus presupponit duplex falsuꝫ. Secũdo in ꝯclusiõe. q: esto ꝙ illud duplex falsuꝫ assumptum esset verũ non haberet intentũ/vcꝫ ꝙ charitas ⁊ gratia sic distinguerent̃ vt ponit. ¶ Primũ appꝫ. qm̃ diuina voluntas ⁊ essentia sunt in deo/vt nũc suppono/ indistincte totaliter in re extra:cuius cõtrariũ accipit ista opinio:cum ex diuersitate essentie ⁊ voluntatis diuine supposita/arguat diuersitatẽ habituũ ĩ illa forma absoluta/que gratia ⁊ charitas dicitur/fundatoꝝ:sicut quarũcunqꝫ aliaruꝫ relationũ diuersitatẽ arguit idẽ doctor ex diuersitate terminoꝝ. ¶ Preterea nullius creature ad deũ est relatio distincta aliqua ab extremis aliqualiter in re extra/vt probatũ est prolixius supius in hoc libro. sed ista opinio supponit ⁊ accipit cõtrariũ:cũ dicat formã illã absolutã/que charitas ⁊ gratia nuncupatur/referri vna relatione ad essentiã ⁊ alia ad voluntatẽ:que quidẽ relationes distinguunt̃ tam inter se q̃ a fundamẽto ipsaꝝ/vt dicit. Ergo apparet primũ/vcꝫ ꝙ ista opinio accipit duo falsa:quorũ primum est ꝙ volũtas diuina ab essentia sit distincta. Secũdũ/ꝙ relatio creature ad deum sit forma aliqua ꝑ se vna ab extremis in re extra distincta. quare ⁊c. ¶ Secundũ/vcꝫ ꝙ in cõclusione deficiat opinio supradicta:q: ex predictis non sequit̃ hoc qͦd infertur/puta ꝙ gratia ⁊ charitas distinguant̃/apparet. qm̃ nec ꝑ charitatem nec per gratiam ĩtelligit̃ ĩ scriptura nisi forma aliqua absoluta:qua mediante creatura intellectualis ad gloriã diuinitus ordinat̃. respectus aũt quicunqꝫ esto ꝙ sit in tali forma/accidit illi nec includit̃ in ea vt gratia vel charitas nuncupatur. nõ enim dicit̃ gratia nec charitas propter aliqueꝫ respectũ in ea existentẽ:sed tñ q: deus habet gratum ⁊ charum eã habentẽ. nõ aũt habet gratũ nec charum eã habentem ꝓpter aliquem respectũ ab ipsa differentẽ: sed tñ propter actũ meritoriũ tam ipsaꝫ gr̃eꝫ q̃ ipsi correspondentẽ gloriã promerentẽ:ita ꝙ hõ est deo grat⁹ ⁊ charus ꝓpter gr̃am/vt ꝓpter causam formalẽ:⁊ ꝓpter actũ meritoriũ alienũ vel ꝓpriũ/vl̃ ꝓpter vtrũqꝫ/quasi sicut propt̃ causam aliqualit̃ virtualẽ. nullo aũt mõ gratus est nec charus ꝓpter habitudinẽ aliquam ab ipsa forma absoluta/q̃ charitas ⁊ gr̃a dr̃ differentẽ. ergo per hmõi diuersas habitudines/esto ꝙ ponant̃ charitas ⁊ gr̃a ñ distiguũt̃. ¶ Cõfirmat̃. q: aut p̃cise illa forma mediãte absoluta deus acceptat vt premio dignũ eius subiectũ:aut tñ ꝓpter ei⁹ respectũ in tali forma fundatũ/ aut ꝓpt̃ vtrũqꝫ/vcꝫ absolutũ ⁊ respectiuũ. Sꝫ nõ videt̃ ponẽdũ scdm. q: tũc solus ille respect⁹ eẽt charitas vel gr̃a:nõ aũt illa forma absoluta q̃ ei⁹ dicit̃ fundamẽtũ. p̃cise enim dr̃ illud eẽ charitas ⁊ gr̃a/ꝑ qͦd oĩs illa ĩformatus est vt p̃mio dign⁹ diuinit⁹ acceptet⁹. Nec videtur ponẽdũ tertiũ. q: tũc in quolibet electoꝝ eẽnt due charitates vl̃ gr̃e realit̃ distincte/vna absoluta/⁊ alia relatiua. oĩs enim illa forma ꝑmanẽs ẽ charitas ⁊ gr̃a ꝑ quã ei⁹ subiectũ est deo acceptũ vt p̃mio dignũ. hoc aũt ẽ falsũ:q: vna gr̃a vl̃ charitas nõ ẽ ĩformatiua alteri⁹ q̃ subiecti grati ⁊ deo chari ac p̃mio eterno digni. sꝫ hmõi habitudo ponit̃ imediate existere subiectiue nõ ĩ subiecto grato:sꝫ in gr̃a absoluta:q̃ ei⁹ dr̃ fundamẽtũ. g̃ ipsa nõ ẽ charitas nec gr̃a. Et ita relinquit̃ p̃mũ qͦd ẽ ꝓpositũ/vcꝫ ꝙ sola mediãte forma absoluta electũ infor̃mãte ac ĩeo imediate existẽte/ipse ẽ deo accept⁹ seu grat⁹ ⁊ p̃mio eterno dign⁹. quare ⁊c. ¶ Preterea secũdo arguo sic ad idẽ cũ absolutũ possit existẽ oĩ respectu circũscripto ab ipso distĩcto:aut forma illa absoluta q̃ gr̃a dr̃/sine oĩ r̃spectu in aĩa existẽte/aĩa erit deo grata ⁊ chara:aut nõ. sꝫ nõ põt

poni primũ.qꝛ tunc sequeret̃ ꝙ solus ille respectus nõ
eius fundamentũ absolutuꝫ esset charitas ꝛ grã:qḋ est
falsum.¶Consequẽtia est euidẽs.qꝛ solũ illud est chari
tas ꝛ grã:quo posito aĩa est deo grata ꝛ chara:ꝛ q̃ amo
to nõ remanet deo grata nec chara.ergo relinquit̃ pri
mũ qḋ ẽ ꝓpositũ.qm̃ illud solũ est charitas ꝛ grã quo so
lo posito sine omni alio eius subiectũ ẽ deo gratũ ꝛ cha
rum.ergo vltra formã hmõi absolutã non oportet pone
re in ea aliquã respectiuã.¶Confirmat̃.qꝛ esto ꝙ in ta
li forma absoluta fundarent̃ diuerse habitudines:qua
rum vna esset ad essentiã ꝛ alia ad volũtatẽ diuinã:nul
la ratio posset assignari quare magis illa forma absolu
ta cũ habitudine ad essentiaꝫ terminata esset charitas
ꝛ cum alia habitudine ad voluntatẽ accepta grã:q̃ ecõ
uerso.cõstat enĩ ꝙ esse deo charũ idem est qḋ esse ab eo
dilectũ ipsiqꝫ acceptũ vel gratũ.esse aũt dilectũ respicit
voluntatẽ diligentẽ:ergo charitas non magis dicit ha
bitudinẽ ad essentiã q̃ ad voluntatẽ.quare ꝛc.¶Pre
terea.qꝛ si charitas ꝛ grã distinguerent̃ p tales habi
tudines:cũ vna ipsarum possit esse sine alia:sequeret̃ ꝙ
etiã posset esse grã sine charitate:ꝛ ecõuerso charitas si
ne grã:qḋ est falsum.quare ꝛc.¶Confirmat̃.qꝛ nõ ma
gis illa forma absoluta q̃ dicit̃ charitas ꝛ grã /refert̃ ad
diuinã essentiã ꝛ ad voluntatẽ/q̃ illa que dicit̃ fides vel
spes.ergo sicut illa dicit̃ charitas vt cum vna relatione
ꝛ grã vt cũ alia relatione accepta:ita cõsimiliter pote
rit dici de fide ꝛ de spe:ꝛ etiã de omni alia virtute:cum
oẽs ad deũ cõsimilibus rationibus referant̃.hoc aũt nõ
conceditur.ergo ꝛc.¶Hec de Primo.

Quantum ad secũdum:vbi aliter est di
cendum/est sciendũ:ꝙ de charitate seu gratia nos cõce
ptũ aliũ nõ habemus/nisi ꝙ est forma accidẽtalis indi
uisibilis sup̃naturalis:ꝛ signũ ꝓpriũ electoꝝ.¶Prima
duo/vcꝫ ꝙ sit accidẽs ꝛ idiuisibile/apparet.qꝛ existit(vt
fide tenemus)in anima indiuisibili subiectiue.tale autẽ
habet esse accidẽs.qꝛ quandoqꝫ ei adest/quandoqꝫ ab
est preter subiecti corruptionẽ.habet etiaꝫ esse accidẽs
indiuisibile ꝛ inextensum:qꝛ accidẽs diuisibile ꝛ exten
sum nõ est in subiecto indiuisibili ꝛ inextenso.¶Tertio
vcꝫ ꝙ sit forma supernaturalis/apparet.qꝛ est soli deo
possibilis.nec enĩ grã seu charitas acquisita ẽ eiusdẽ ra
tionis cuꝫ infusa:de qua est hic sermo:vt dicet̃ in tertio
oĩs autẽ forma soli deo effectiue possibilis dicit̃ sup
naturalis.quare ꝛc.¶Quartũ ꝛ vltimum/vcꝫ ꝙ sit si
gnum electorũ/apparet.secũdum enĩ Aug. Sola chari
tas est que inter filios regni diuidit ꝛ gehẽne.tam fides
enĩ q̃ spes q̃ oĩs alia virtus sola charitate excepta põt
eẽ ꝛ sic ẽ de facto cõis reprobis ꝛ electis:cũ multi repro
borũ in talib⁹ virtutibus sint pollẽtes etiã amplius q̃
multi electorũ.Nõ tamẽ est intelligendũ/ꝙ hoc vcꝫ eẽ
signũ propriũ electorũ/cõueniat charitati vł gratie ex
natura sua:sed tñ ex ordinatiõe diuina:qua ipse statuit
qꝛ sibi placuit solis electis imprimere tale signũ vt in
eis finaliter ꝑmansuruꝫ.si enĩ aliter fieri voluisset aliter
fieri potuisset/vt vcꝫ fides vel spes vel alia virtus esset
signum proprium electorum:charitas autẽ vel gratia
esset communis electis ꝛ reprobis.nõ enim aliquem ele
ctorum/qꝛ gratia informatum/necessario deus saluat
nec aliquem aliorum condemnat:sed tñ contingenter.
¶His premissis dico ad propositũ accedendo:ꝙ gra
tia ꝛ charitas sunt nomina synonyma significantia eã
dem formã oĩno indistinctã/videlicet supradictam mo
do predicto descriptam.¶Hoc probatur.quoniam con
stat tñ esse tres theologicas virtutes:quas Apostolus
prime ad Corinth.xiij.enumerat/sic dicẽs.Nunc autẽ
manent fides/spes/charitas/tria hec.maior autẽ his
est charitas.ergo charitas ꝛ grã sunt penitus vna vir
tus.¶Cõsequẽtia est euidẽs.qꝛ si grã ꝛ charitas essent
diuerse virtutes:qḋ essent si distinguerent̃:tũc non tñ
essent tres theologice virtutes/sed quatuor:cuꝫ tã cha
ritas q̃ grã virt⁹ theologica sit ponẽda:ꝛ etiã fides et
spes in summa.ergo ꝛc.¶Cõfirmat̃.qꝛ licet de⁹ statue
re potuerit multiplex forme signum supernaturale ꝛ ꝓ
prium electorũ:de facto tamẽ non statuit esse nisi vnicũ
tñ secũdum doctrinã sanctoꝝ.ergo grã ꝛ charitas sunt
omnibus modis idẽ.¶Consequentia est euidens.quia
tam grã q̃ charitas significat tale signũ:vcꝫ qḋ est pro
prium electorũ.ergo si p ista noĩa non importaretur vnĩ
cum signũ sed diuersa propria electorum:plura non tñ
vnũ essent signa propria ipoꝝ.hoc aũt est falsuꝫ.ergo ꝛc.
¶Quia tamen esse gratũ dicitur a grã ꝛ charuꝫ a cha
ritate:charũ autẽ importat magnũ pretium quo res est
empta:que dicitur esse chara:nec enĩ dicit̃ esse chara ni
si quia magno pretio empta:ideo cum quilibet electoꝝ
sit magno pretio emptus:qꝛ Christi sanguine redẽptus
per cõsequẽs quilibet deo dicit̃ esse charus.ꝛ ideo dicit
oĩbus Apłs.i.ad Corinth.vij.Empti enĩ estis pretio ma
gno:glorificate ꝛ portate deũ ĩ corde vr̃o.Et hinc est ꝙ
licet charitas eandẽ omnino virtutẽ ĩportet quã gratia
vltra illam tamẽ virtutẽ per gratiã importatã aliquo
modo cõsignificat seu importat aliquid aliud nõ exñs
formaliter in eius substãtia/puta pretium redemptiõis
electorum:ratione cuius quilibet deo dicit̃ esse charus.
Ex quo sequit̃ ꝙ licet charitas ꝛ grã sint nomina syno
nyma vt ad formã supernaturalẽ:que est signũ electorũ
propriuꝫ:comparata:nõ tñ vt vniuersaliter sumpta:cũ
vltra omne signum predictũ aliquid per charitateꝫ qḋ
nõ per gratiã designet̃.cũ hoc tñ stat ꝙ charitas ꝛ grã
vnicã dicunt virtutem totaliter indistinctaꝫ.¶Sic ad
questionẽ.¶Ad rationẽ in ꝑncipio patet solutio ex sta
tim dictis.ideo enim forte Apłs enumerat charitatẽ ꝛ
gratiam ꝓpter predictam diuersitatem importatam.

SEcundo quæro. Vtrum gratia
sit subiectiue ĩmediate in essentia an in po
tẽtia.¶Et videt̃ ꝙ sit in essentia:qꝛ idẽ est
immediatũ subiectũ gratie ꝛ glorie.sed sub
iectũ immediatũ glorie est essentia anime vel cuiuscũqꝫ
alterius btĩficabilis creature.¶Qḋ ꝓbat̃.qꝛ subiectũ
supreme ꝑfectionis est supremũ perfectibile.Sed essen
tia cuiuslibet rei est perfectior quacũqꝫ sua potẽtia:glo
ria aũt est suprema perfectio possibilis cuicũqꝫ nature
beatificabili:ergo subiectum immediate per ipsam per
fectibile est essentia non aliqua eius potentia.¶Cõtra
quia in eodem subiecto est habitus ꝛ actus.sed actus
charitatis vel gratia qui est amor est immediate ĩ põtẽ
tia nõ in essentia.est enĩ in volũtate:in qua etiã est act⁹
beate fruitiõis:sicut ꝛ ĩ ĩtellectu actus diuine visiõis.q̃
ꝛc.¶Responsio.vbi est videndum:Primo quesitum.
Secũdo.an grã ipa sit motiua liberi arbitrij ad agẽdũ.

Quantum ad primum:dicitur commu
niter ꝙ tã gratia q̃ gloria est immediate in potentia nõ
in essentia.Pro quo arguitur multipliciter a diuersis.
sed quia tam questio ista in se q̃ etiam omnis ratio que
ad eius probationem adducitur/supponit essentiam
esse distinctam a potentia in re extra:hoc autem est
falsum/vt in p̃cedentibus prolixius est ostensum:ideo
ad questionẽ istam aliter est dicendum.Ad cuius euidẽ
tiam est sciendũ:ꝙ questio ista videt̃ supponere falsuꝫ
predictum/vcꝫ ꝙ potentia sit in essentia aliquid distin
ctum ab ipsa.nisi enim supponeret̃ ꝙ potentia ab essen
tia sit distincta/frustra quereret̃ an gratia sit in essentia

an in potentia subiectiue. ¶ Hoc premisso: dico ad quesitum: Primo ꝙ si subiectū immediate susceptiuū gratie ⁊ glorie esset potentia ⁊ nō essentia ipsa: potentia esset ab essentia realiter ⁊ essentialiter distincta. ¶ Secundo ꝙ subiectum immediatū grē ⁊ glorie susceptiuuꝫ est ipsa beatificabilis ⁊ gratificabilis ēentia nō aliqua potētia. intelligendo ꝑ hmōi potentiā aliquid existens in essentia distinctuꝫ ab ipsa quantūcunqꝫ modicū in re extra. ¶ Primum probatur: sicut probatuꝫ est in questione mota superius in hoc libro de diuersitate potentiarum aīe. qm̄ vt ibi arguitur omne quod est alicuius forme realis realiter susceptiuū oportet realiter esse distinctū ab omni alio qd̄ nō est eiusdem forme realiter receptiuum. Hoc statim ꝓbatur. qm̄ non minus imo magis illa distinguuntur quoꝝ vnū non est alicuius forme receptiuū cuius alterū est susceptiuū: q̄ illa que licet sint eiusdem forme susceptiua vnū tamē ⁊ non alterum est illa forma actualiter informatū. Sed quecūqꝫ talia arguuntur realiter eē distincta / vt subiectū albū actu ⁊ nō album licet albedinis receptiuū. ergo multo magis albū ⁊ non dealbabile ⁊ quecūqꝫ alia quoꝝ tm̄ vnū ⁊ nō alterū est alicuius forme realis realiter receptiuū / oportet realiter esse distincta. sed talia sunt vt supponitur essentia ⁊ potētia. constat eñ tā gratiā q̄ gloriā esse aliquā formam realē supnaturalē: cuius vt supponitur subiectum immediate receptiuū nō est aīe nec alicuius intellectualis creature essentia: sed eiꝰ potētia puta volūtas ipsa. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ nō minus qd̄ est subiectū alicuius forme receptiuū arguitur ⁊ potest argui realiter esse distinctū ab omi alio illius forme nō receptiuo / q̄ principiū alicuius forme ꝓductiuū ab alio illius nō ꝓductiuo arguatur esse distinctū ab ipso. sed ex hoc ꝙ vnū ⁊ nō alterū est alicuius effectus principiū ꝓductiuū / arguitur ⁊ conceditur realis distinctio inter illa. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie ꝙ impossibilis est suppositio supradicta / vꝫ ꝙ subiectū immediatū grē ⁊ glorie nō sit ēentia creature btificabilis sed eius potētia. illud eñ est impossibile ad quod sequitur impossibile. sꝫ ad istā suppositionē sequitur realis distinctio potētiarū ab essentia: q̄ est impossibilis: qꝛ tūc quelibꝫ potentiarū aīe esset ab aīa separabilis ⁊ separata btificabilis vt corpꝰ aīe ꝯiūctū. ⁊ alia multa sequūtur absurda: vt in q̄stione ꝑdicta de diuersitate vel idētitate potētiarū aīe ꝓlixius ē deductū. q̄re ⁊c. ¶ Ex ꝑdictis sequitur vlterius ꝙ nō est verū qd̄ supponitur in ꝓposita questiōe. ipsa eñ vt premissum est videtur supponere potentiā esse in essentia aliq̄d distinctū. hoc aūt nō est verum: qꝛ si distinguerentur / nō possent distingui minus q̄ realr̄ ⁊ essentialr̄ cū nulla sit in creatis minor distinctio in re extra / vt alibi est ostēsum. nō pōt aūt (vt dictū est) poni talis / vꝫ realis distinctio inter ista. quare ⁊c. ¶ Scd̄m / vꝫ ꝙ subiectū immediatū grē ⁊ glorie susceptiuū sit ipsa gratificabilis ⁊ glorificabilis essentia: nō aliqua potētia ab ipsa distincta: sequitur ex ꝑdicto. qm̄ vt dictū est nulla est in essentia btificabili potētia ab ipsa quocūqꝫ in re extra distincta: nec aliq̄d ab ipsa distinctū est alicuꝰ forme subiectū receptiuū nec ꝑncipiū ꝓductiuum: qꝛ nec aliq̄d est in ea distinctuꝫ ab ipsa: nisi habitꝰ atqꝫ actꝰ. q̄re ⁊c. ¶ Ad oēs ratiōes q̄ in cōtrariū adducuntur est vna respōsio. qꝛ oēs vnū ⁊ eūdē defectū habēt: oēs eñ supponūt vnū ⁊ idem falsuꝫ / vꝫ ꝙ iste potētie / puta intellectꝰ ⁊ volūtas / sint aliq̄ duo distīcta ꝑncipia ꝓductiua in ol essentia btificabili existētia ac ab ea diuersa aliqualr̄ in re extra. hoc autem est falsum. quare ⁊c. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secundum: est sciendum: ꝙ formā aliquā mouere subiectū ad agēdum est ipm̄ el coagere ad aliquē actū. qd̄ eñ nō est ꝑncipiū ꝓductiuū alicuiꝰ in aliq̄ nec pōt coagere ad aliquē actū eū eo nō video quō possit dici eiꝰ motiuū ꝑncipiū ad agēdū: nisi forte ꝑ modū finis: mō quo gr̄a nō pōt eē motiua ipsius liberi arbitrij ad agēdū / saltē gr̄a habita esto ꝙ habenda. licet eñ gr̄a habēda seu eiꝰ augmētū possit ꝑ modū finis intenti mouere hominem ad meritorie operandū: nō tñ gr̄a q̄ actualiter ꝑhabetur. ¶ Hoc premisso: ꝑt suppositio etiā ꝙ gr̄a siue habitualis / de qua hic q̄ritur / siue actualis: que est actus amoris elicitꝰ / dupliciter pōt sumi / vꝫ q̄ditatiue ⁊ obiectiue: dico ꝙ nec gr̄a habitualis nec actualis vt q̄ditatiue sumpta / vt vꝫ talis forma absoluta est motiua liberi arbitrij in quo est / ad aliq̄d operandū: bene tñ gratia actualis / vꝫ amor elicitꝰ vt obiectiue sumptus hoc est ipsum obiectū amatū est aliquo mō motiuū principiū ad agendū. ¶ Primū / vꝫ ꝙ gr̄a vt q̄ditatiue sumpta / nō sit motiua liberi arbitrij ad agēdū / apparet. qꝛ si sic / vel moueret ipm̄ ꝑ modū finis alliciētis vel per modū efficientis aliq̄d producētis. Sed nō primo mō. nō eñ gr̄a saltē habita ē finis liberi arbitrij. Qꝛ etiā nō posset mouere scd̄o modo / vꝫ ꝑ modū efficientis: probatur. qm̄ sic mouēs aliqd̄ subiectū ad aliquā formā ꝓducit in eo ipsaꝫ vel saltē coagit cū eo ad eā. sꝫ nec gr̄a seu charitas nec fides nec spes nec aliq̄ alia virtꝰ supnaturalis ifusa ē alicuiꝰ actꝰ ꝓductiua: nec ad ipm̄ est potētia actiua / vt hic suppono ex dicēdis in tertio. ꝰ nec gr̄a mouet ad actū amādi / nec fides ad actum credēdi / nec spes ad actū sperādi: nec ꝑ ꝯñs ad aliquem illoꝝ. ¶ Et si forte inueniatur dictū esse ab aliquo doctorum ꝙ charitas sit motiua liberi arbitrij ad agendū / exponetur hoc de charitate increata: q̄ est deus assistēs mō speciali cuilibet in charitate existenti ad taliter vꝫ meritorie operandū: cum nullus aliter possit meritorie operari. ¶ Scd̄m / vꝫ ꝙ obiectū amatū sit aliquo mō motiuū amantis ad agēdū / q̄libet experitur. cōstat eñ ꝙ obiectū amatū allicit ⁊ inducit amantē ad operādū qd̄ sibi / vꝫ obiecto amato est acceptum. Et hoc mō intelligo illud verbū Aug. dicētis in quodā sermone: ꝙ nūq̄ dei amor est otiosus. operatur eñ magna si est: si vero operari desinit / amor nō est. licet enim amor vt est quedā forma absoluta a deo amato distincta dicatur meritorie operari magna: qꝛ meretur premia sempiterna: nō tñ ꝑ modū efficientis nec finis est operatiuus alicuiꝰ alteriꝰ meritorij actꝰ. sꝫ ad talē actū meritoriū ab amore distīctū eliciēdū mouet nō ipe amor fm̄ se sūptꝰ / sꝫ eiꝰ obiectū qd̄ est deꝰ amatꝰ. deū eñ diligēs ⁊ ex charitate aliquē aliū actū exequēs actū illū exequitur ꝓpter deū dilectum: nō ꝓpter dilectiōis actū / vt a deo distīctū: cū talis actꝰ vt sic sūptꝰ sit aliqd̄ ens creatū / qd̄ ñ debꝫ nec pōt eē motiuū ad meritorie opandū. Hoc ēt vꝫ obiectū amatū mouere amātē exꝑmit Phūs: qñ dicit ꝙ prima intelligētia q̄ deus est mouet celū in rōne amati ⁊ desiderati. qꝛ eñ creata intelligētia diligit increatā quā itelligit velle celū moueri ꝑ ipsaꝫ creatā: ideo ipa creata itelligētia allecta a prima quā diligit / celū mouet. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnē in ꝑncipio appet solutio ex ꝑdictis. falsum eñ est qd̄ accipit in minore ⁊ ex falsa suppositione procedens.

CIrca distinctionem vigesimāseptimā in qua magister determinat de virtute ⁊ eiꝰ merito: Quero primo. Utrū aliqua virtꝰ possit eē ꝑfecta sine gr̄a gratū faciēte. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ neutrū realiter distinctoꝝ exigit alterū ad suū eē ꝑfectū. sꝫ fides ⁊ spes ⁊ alie virtutes morales sunt a gr̄a gratū faciēte realr̄ differentes. ꝰ q̄libet alia rū ꝟtutū a gr̄a pōt ꝑfecta existere sine

ipsa. ¶ Contra. quia virtus pfecta potest in actum perfectū. habentē enim perficit ⁊ opus eius bonum reddit. Sed nulla virtus potest sine gratia in actum pfectum nullus enī actus pōt esse meritorius/nec ꝑ ꝯñs pfect⁹ sine gratia īexistēte. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi est vidēdū Primo an virtus sit habitus. Secūdo: an sit semper in actu. Tertio quesitum: vez an sine gratia possit esse aliqua virtus perfecta.

Quantum ad primū: est sciendum ꝙ omnis potētia creata indeterminata ad aliquē actū pōt facilitari ad illum nō aliter ꝙ ꝑ ipm actū ab ipsa potentia frequētatū. ꝙ autē potentia post actū frequētatum sit pronior ⁊ facilior ad actū ipz ꝙ ante/hoc nō est ꝓpter actum ipsi inexistētem: cum ipso nō manente ipsa potētia remaneat inclinata ad actum hmōi exeq̄ndum. Ex quo sequitur: ꝙ hmōi potentie aptitudo seu promptitudo ad actū est ex aliquo in ipsa potētia ex actibus ꝑteritis derelicto. nisi enī post actum aliquid in potētia remaneret: nō esset potētia post actum magis prona seu inclinata ad ipm ꝙ ante actū. hmōi autem ex actibus in potentia derelictū remanēs in ipsa post actus/eiusdē generis est cū ipsis actibus. nō enī potest esse nisi qualitas: ꝙ quādo est faciliter mobilis/dicitur dispositio. quādo aūt difficiliter/habit⁹ appellaꝶ. ¶ His ꝑmissis apparet quid ad ꝓpositū sit dicēdū. cōstat enī ꝙ tā virtus ꝙ vitiū ipsi oppositū acceptum pro illa qualitate ex actibus ꝑcedētibus derelicta est habitus. qm̄ oīs qualitas difficiliter mobilis ex actibus acquisita vel etiam sine eis infusa ad aliquos actus inclināns potētiā/est vere habitus vel virtuosus/si actus respicit rationi consentaneos: vel vitiosus si alios. sed virtus ⁊ vitium ipsi ꝯtrariū significāt talem qualitatem. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: est sciendum ꝙ actus virtutis sicut ⁊ cuiuslibet alterius habitus est duplex. Est enim vnus eius actus primus ab ipsa virtute totaliter indistinctus: ⁊ alius secūdus ipsa mediāte i potētia habituata elicitus. ad quē prompte eliciēdū potētia ipa habituata ꝑ primū actū habitus eā informātis actualiter inclinaꝶ. ¶ Hoc ꝑsupposito tāꝙ cuilibet ꝑ se noto/apparet quid ad istū articulū sit dicēdum. cōstat enī virtutē sicut ⁊ omnē formā aliā semꝑ in actu suo primo ꝑdicto nō autez secūdo existere in subiecto ꝙdiu subiectū seu potentia virtute ipsa actualiter informatur. ¶ Cōsequētia apparet. qm̄ non magis primus actus virtutis que est esse virtuosum/distinguitur a virtute i ꝙ primus actus albedinis qui dicitur esse album/ab ipa albedine distinguatur. sed esse album nō dicit aliquid ꝑter albedinem ⁊ subiectum ipm albedine informatum. ⁊ hinc est ꝙ impossibile est manere albedinē in subiecto ipo nō existēte albo. ergo cōsimiliter in ꝓposito cū esse virtuosum sit idē qd̄ virtus ⁊ subiectū virtute informatū: nō potest virtus existere in subiecto nō existente actualiter virtuoso cum esse virtuosum nō sit aliud ꝙ esse ipsius virtutis qd̄ dētatiuū ꝑter subiectū eius cōnotatū. Qꝫ aūt virtus nō semper sit in actu suo secūdo/apparet. quia actus secūdus virtutis est actus elicitus virtuosus mediāte virtute ad ipm cōtinue inclinante. sed talis actus cū sit a virtute distinctus realiter/nō est cōtinue nec oportet ipz eē manēte virtute. nō enī habēs virtutē operatur continue virtuose/licet ad hoc continue ꝑ virtutē habitā inclineꝶ sicut nec aliq̄ causa alia secūda habet cōtinue suū effectū licet sit apta habere ipm. nō enī calor ꝯtinue calefacit. ergo ⁊c. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: vbi est dicēdum ad quesitū: est sciendū ꝙ virtus dicitur esse perfecta quando habens eam potest in actū perfectum sine ipsa potentia mediante. Actus autem perfectus est duplex. Quidā enī actus est perfect⁹ moraliter ⁊ naturaliter tm̄. alius aūt non tm̄ moraliter ⁊ naturaliter: sed etiā supnaturaliter. Actus naturaliter pfectus diciꝶ actus intēsus. Moraliter vero actus bonus seu pfectus est oīs actus debite circūstātionatus: qualis est ille qui est recte rationis dictamini consentaneus ⁊ conformis vt debita electio/ ⁊ etiā ipm rectū dictamē ꝑuiū cui debita electio est cōformis. Actus aūt bon⁹ ⁊ pfectus supnaturaliter est actus meritorius qualis est oīs act⁹ moraliter bonus mediante charitate elicitus vel imperat⁹ et talis diciꝶ bonus seu pfectus supernaturaliter: tū qꝛ supnaturale bonū meretur: vez ꝑmiū sempiternū. tū scdo qꝛ ꝑsupponit ⁊ exigit supernaturalis gratie dei donum. ¶ Hoc ꝑmisso dico ad q̄stionē: ꝙ sine gratia gratū faciēte pōt esse q̄libet alia virtus pfecta in esse naturali ⁊ morali: nō aūt in esse supnaturali: cuius ratio nulla est alia nisi solum diuinū statutū. ¶ Primū istoꝝ vez ꝙ sine grā possit esse aliq̄ virtus pfecta tā naturaliter ꝙ moraliter: ꝓbatur. qm̄ oīa illa virtus pōt eē pfecta isto mō dupliciter sine alia: qua nō existēte ipa pōt esse eque intēsa: ⁊ ad actū eque intēsum ⁊ bonū moraliter potētiā inclinare sicut illa virtute alia existēte. sed tēperātia ⁊ q̄cūꝗ alia virtus a charitate pōt esse eque intēsa/⁊ ad actū eque bonū moraliter inclinare potētiā charitate carētē sicut ipam habentem. siue enim sit in potētia tēperata charitas siue nō/semꝑ actus tēperātie quē virtus tēperantie respicit per seipsam/nō ꝓpter charitatē secū existentē/ est moraliter bonus quia recte rationi consentaneus. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ ad pfectionē illi⁹ qd̄ potest esse pfecti⁹ sine gratia ꝙ cū ipsa/gratia nihil facit. Sed tēperantia et oīs alia virtus tā moralis ꝙ theologica alia a gratia est hmōi. pōt enī iniustus esse magis pfecte temperatus ꝙ iustus: imo iustus pōt esse ⁊ quādoꝗ est de facto intēperatissimus: vt apparet in nouiter penitēte eūdē habitū ꝑcedētis intēperantie retinēte. reprobus aūt carēs gratia potest esse pfecte temperatus ⁊ alijs virtutib⁹ a gratia informatus/vt apparet de multis infidelibus in virtutibus moralibus pollentibus. fideles etiam multi peruersi excedunt in fide ⁊ spe plures in gratia existentes. ergo ⁊c. ¶ Secundum: vez ꝙ nulla virtus alia a gratia possit esse perfecta supnaturaliter sine ipa secum in eodem subiecto actualiter existente/apparet. quoniā sola virtus illa est perfecta supernaturaliter vt dictum est/ꝙ inclinat ad actum supnaturaliter perfectum. Sed nulla virtus alia a gratia infusa inclinat ad talem actum sine ipa gratia īexistente. quoniā solus actus meritorius est supnaturaliter pfectus. nullus aūt virtutis alterius a gratia est meritorius sine ipa īfusa gratia īexistēte. ergo ⁊c. ¶ Ex hoc sequiꝶ ꝙ sola charitas ⁊ nulla alia virtus est hoc modo vez supnaturaliter pfecta nō ab aliqua virtute alia a seipa. sola enī charitas ē cuius actus est meritorius ol virtute alia circūscripta. nulli⁹ aūt alteri⁹ virtutis act⁹ ē meritori⁹ sine ipa charitate actualiter īexistente. quare ⁊c. ¶ Tertiū ⁊ vltimū: vez ꝙ ꝑcisa eā diuersitatis ꝑdicte īter charitatē ⁊ alias virtutes sit diuinū statutū apparet. qm̄ ꝙ actus aliq̄s sit deo magis acceptus/⁊ per ꝯñs homini meritori⁹ ꝓpter vnā aliquā rē creatā ꝙ ꝓpter aliā: hoc nō pōt esse ratione ipius creature in se: sed tm̄ ratione volūtatis diuine volētis ⁊ statuētis actū hominis acceptare mediāte tali aliqua re creata ⁊ nō alia mediāte. Sed charitas infusa est q̄dā res creata sicut fides ⁊ spes ⁊ alia omnis virtus. ergo ꝙ act⁹ hominis sit meritorius ⁊ deo gratus magis quia ipsum exercens est charitate ꝙ virtute qua cūꝗ alia informat⁹/hoc nō pōt esse ex pfectione intrinseca charitatis: sed ex ordinatiōe

sola diuine volũtatis: que etiã si voluisset ordinare aliter potuisset: vt vez actum non mediante charitate/ sed mediante e alia virtute elicitum acceptasset. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad ratione̅ in principio apparet solutio ex predictis. licet enĩ nulla virtus sine gratia possit in actũ perfectũ supnaturaliter ꝓpter causam iam dictã: põt tñ in actũ perfectũ moraliter vt superius est ostensum.

SEcundo quæro: vtrum habens gratiam possit mereri sibi vitã eternã. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ habens illud ꝓpter qꝺ vita eterna datur/ potest sibi vitam eternã mereri dũ tame̅ sit in statu merendi. Sed viator est in statu merendi: ⁊ gratia est ꝓpter quã datur vita eterna cuilibet electorũ. gratia enĩ dei vita eterna. ergo ⁊c. ¶ Cõtra. qꝛ illud qꝺ quis meretur ipsi debetur. Sed p̃miũ sempiternũ nulli põt esse debitũ. ergo nec aliquis põt sibi mereri ipm. ¶ Responsio. vbi est videndũ. Primo: vtrum nõ habens gratiam possit mereri eam. Secũdo: vtrum habẽs ipsam possit sibi mereri eius augme̅tũ. Tertio q̃sitũ: videlicet an habens gratiam possit sibi mereri gloriã sempiternam.

Quantum ad primum: est sciendum primo ꝙ gratia potest dupliciter accipi. Uno modo scd'z se absolute vt talis for̃a. Alio modo vt est dispositio ad gloriam cõsequẽdã. ¶ Secũdo est aduertẽdũ: ꝙ duplex est meritũ. est enĩ quoddã meritũ de cõgruo: ⁊ quoddam de cõdigno. Meritũ de cõdigno est qꝺ scd'z se est remunerabile ⁊ dignũ qꝛ equipollens p̃mio qꝺ mere̅. Meritũ de cõgruo est qꝺ scd'm se nõ est remunerabile nec dignum qꝛ nec equipollet tãto p̃mio quãtũ reddi̅ ex liberalitate dñi largie̅tis. ¶ Hoc p̃misso dicendũ est ad istũ p̃mũ articulũ. Primo: ꝙ nõ habẽs gratiã nõ põt sibi mereri illam vt ad gloriã disponẽte̅: licet possit sibi eã mereri vt scd'm se sumptã merito de condigno. ¶ Scd'o: ꝙ põt sibi eã mereri ⁊ meretur de facto tam vt absolute sumptã q̃ etiã vt ad gloriã disponente̅ merito de cõgruo. ¶ Primũ apparet. qm̃ licet quilibet viuẽs scd'm dictame̅ debite rõnis ipsi cõformiter eligẽdo possit facere opus aliqꝺ dignũ gratia ipsi equipollens vt absolute scd'z se sumpta nõ tñ vt est ad gloriã dispositiua. nõ enĩ scd'm Apost. ad Ro. 8. sunt cõdigne passiones huius tp̃is ad futurã gloriã q̃ reuelabitur in nobis. sed qꝺ nõ est dignũ glorie/ nec gratia vt ad gloriã disponẽte. ergo nullus ⁊ maxime carens gr̃a põt sibi eã mereri vt ad gloriã disponẽte̅ merito de cõdigno. ¶ Cõfirma̅. qꝛ meritũ de cõdigno est solũ illud meritũ qꝺ est p̃mio equipollẽs: sed nullum meritũ põt esse gratie vt disponẽti ad p̃miũ equipollens: vt. apparet p Aplm vbi supra. ergo ⁊c. ¶ Sed cõtra hoc forsitan argue̅: qꝛ aliter habẽs gratiã mere̅ p bonũ actum eius augme̅tũ: ⁊ aliter nõ hñs eã mere̅ ipsam p penitẽtie gemitũ. Sed si nullus posset mereri gratiã merito de cõdigno sed tñ de cõgruo/ tũc oẽs tã habẽtes vez q̃ nõ habentes gratiã vt penitẽtes/ ipsã vniformiter merere̅tur. ergo ⁊c. ¶ Respõdeo: ꝙ nec habẽtes nec nõ habentes gratiã possunt sibi mereri eã vt ad gloriã disponente̅ merito de cõdigno sed tñ de cõgruo: vez ex liberalitate dei gratiã infundẽtis. maioris tñ liberalitatis est in deo infundere p̃mã gratiã q̃ scd'az p̃mã intẽdẽti: ⁊ magis aliquo mõ est ꝯdignũ ꝓpter bonũ actũ existẽtis i gratia ipsi infundere eius augme̅tũ ⁊ ꝯsequẽter ip̃z acceptare seu ordinare ad maiore̅ glorie gradũ/ q̃ infundere p̃mã gratiã nõ habẽti aliquẽ eius gradum ꝓpter aliquẽ eius actũ. hoc aũt nõ est nisi ex ordinatione ⁊ volũtate dei magis acceptãtis actũ i charitate existẽtis q̃ cuiuslibet alterius ipsam nõ habẽtis. ¶ Scd'm: vez ꝙ nõ habẽs gratiã possit sibi mereri/ ⁊ de facto mereatur eã merito de cõgruo/ appet. cõstat enĩ penitẽte̅ sibi mereri gratiã ⁊ etiã gloriã p penitẽtiã. aut g̃ mere̅ ipsam merito de cõdigno aut merito de ꝯgruo. sed nõ p̃mo mõ vt dictũ est. ergo ⁊c. ¶ Cõfirma̅. qꝛ cõgruũ est ⁊ diuine liberalitati consonũ deũ quẽlibet l'z ab eo auersũ p culpã/ admittere siue ad se reducere p gratiã/ dũ tñ ipse faciat qꝺ in se est culpam detestãdo ⁊ veniã postulãdo. sed hoc facit ois vere penitens. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundũ simul & tertium: est sciẽdũ: ꝙ homine̅ in gratia existẽte̅ gratie augme̅tum vel p̃miũ mereri: põt dupliciter intelligi. Uno mõ ꝙ mere̅ ista/ vez gratie augmẽtũ ⁊ p̃miũ sempiternũ/ p modũ cause totalis om̃i alio cuiuscũq3 merito circũscripto. Alio mõ tñ p modũ cause ꝑtialis. ¶ Hoc p̃misso dicẽdũ est quãtũ ad scd'm ⁊ tertiũ articulũ simul. Primo: ꝙ nullus alius homo a Christo habẽs gratiã põt mereri nec vnq̃ meruit eius augmẽtũ nec p̃miũ sempiternũ p modũ cause totalis. ¶ Scd'o. ꝙ q̃libet vsum rõnis habẽs in statu merẽdi existẽs põt/ si hab'z gratiã/ mereri eius augmẽtũ ⁊ p̃miũ sempiternũ seu eius ampliore̅ gradũ p modũ cause ꝑtialis ⁊ minus etiã p̃ncipalis. ¶ Hec duo simul ꝓbãtur qm̃ sicut nulla cã scd'a põt p se i effectũ aliquẽ sine p̃ma ita statuit deus nullius hois alterius a Christo actũ acceptare vt dignũ aliq̃ gratia nec etiã gloria sine ipsius Christi passionis merito p̃ncipaliꝰ cõcurrẽte. Sicut enĩ p̃ma cã ad oẽm effectũ cuiuscũq3 scd'e cause agit p̃ncipaliꝰ q̃ scd'a: ita ⁊ oẽ p̃miũ siue gratie siue glorie p̃ncipalius cõfert deus ꝓpter Christi meritũ generale q̃ ꝓpter actũ meritoriũ cuiuscũq3 alterius ꝓpriũ cui ꝯfert. Sed actus cuiuscũq3 meritorius tãtũ mere̅ ⁊ eode̅ mõ quãtũ ⁊ q̃ mõ diuinitus accepta̅. g̃ nullus a Christo alius hõ habẽs gratiã nec etiã nõ habẽs põt sibi mereri eã nec gloriã sempiternã p modũ cause totalis: sed tñ mõ ꝑtialis. secus aũt est de Christo. qm̃ ipse q̃cq̃d sibi meruit/ meruit p modũ cause totalis nõ ꝑtialis: cũ nihil collatũ ipsi fuerit ꝓpter actũ alicuius alterius hoc merentis. quãtũ aũt ad alios q̃busdã meruit totaliter ⁊ alijs ꝑtialiter/ tñ p̃ncipaliter: vt in tertio explicabi̅ euidẽter. ¶ Sic ad q̃stione̅. ¶ Ad rõne̅ in principio apparet solutio ex predictis.

CIrca distinctionem vigesimãoctauã/ in qua Magister determinat de insufficiẽtia liberi arbitrij sine gratia: Quero p̃mo vtrũ liberum arbitriũ possit sine gratia resurgere a culpa. ¶ Et videt̅ ꝙ sic. qꝛ actus penitentialis est possibilis cuilibet rõne vtenti viatori in puris naturalibus existenti. quilibet etiã põt detestari ⁊ respuere p se qꝺ sibi dictat recta ratio respuẽdũ ⁊ detestandũ. Sed actus penitẽtialis q̃ est detestatiuus culpe cõmisse/ est quo mediãte peccator resurgit ab ipsa culpa quã cõmisit. ergo ⁊c. ¶ Contra hoc arguitur per illud qꝺ dicit Anselm. de li. ar. c. x. vbi sic ait. Maius miraculũ existimo cũ deus volũtati distorte reddit rectitudinem: q̃ cum mortuo reddit vitam amissam. Sed cõstat ꝙ nullus potest a peccato resurgere nisi per rectitudinem voluntatis. ergo hmõi resurrectio a peccato est possibilis soli deo. ¶ Respõsio. vbi est videndũ. Primo questium. Secundo an existens in peccato possit per se sine gratia aliud peccatuz nouũ vitare. Tertio an possit tentationem vincere.

Quantum ad primum: est sciendum primo ꝙ gratia est duplex. Quedã est gratia gratũ fa-

ciēs.alis gratis data. Prima: videlicet gratum faciēs:
que est etiam gratis data/est charitas infusa/que est si-
gnū ꝓpriū electoꝝ/ipsoꝝ ab omnibus alijs distinctiuū.
Alia autem gratia:vez non gratū faciens:sed tm̄modo
gratis data/est omne donū superne collatum alicui alte-
rū a ꝑdicto.nullū enī donū aliud a charitate facit ipsum
habentē deo gratū nec ꝑmio eterno dignū. Q̄libz tn̄ pōt
dici gratis gratis data.oē enī donū ei collatū cui non est
debitū/ dicitur gratis datū.sed nullū dei donū alicui col
latum est ipsi debitum.nulli enī deus est debitor alicu⁹.
ergo ₇c. ¶ Secūdo est hic supponēdū ex significato vo
cabuloꝝ ₇ cōmuni vsu doctoꝝ ipsis vocabulis vtentiū
q̄ a peccato resurgere est eius veniaz obtinere. de culpa
aūt saltem mortali cōtracte nū q̄ aliquis consequitur ve
niam nisi ꝑ penitentiā:ꝗ quā nullus potest ꝑ se sine pri-
ma causa secū coagente:cū nulla causa secūda possit in
aliquē effectū sine prima concurrēte secū ₇ principaliter
coagente ad ipm̄: vt in sequētibus circa finē huius libri
prolixius ostēdet. ¶ His ꝑmissis dicēdū est ad quesitū.
Primo: q̄ nullus in peccato existēs pōt ab ipso resurge
re sine gratia gratis data. ¶ Scd̄o: q̄ ꝗlibet viator rōne
vtēs pōt ab ipso peccato resurgere sine gratia gratū fa
ciēte. ¶ Primū ꝓbat.qm̄ vt dictū ē/ a peccato resurge
re est de ipso veniā obtinere.qd̄ nō est aliud q̄ deū peccā
tū ipm̄ cōmissum ad penā ipsi debitā homini nō iputare.
Sed cōstat ex scriptura sacra q̄ nulli de culpa mortali
cōmissa cōceditur venia nec remittitur pena ipsi debita
nisi mediāte penitētia.q̄ ꝗdē penitētia peccatori inspira
ta est gratia gratis data.ergo ₇c ¶ Ex hoc sequitur co-
rollarie.q̄ nullus potest ꝑ se sine alio cōcurrēte resurge-
re a peccato. ¶ Hoc apparet.qm̄ vt dictū est:nullus pōt
resurgere a peccato nisi mediāte penitētie lamēto.sed in
hm̄ōi penitētie internū gemitū nullus pōt ꝑ seipm̄:cum
nulla causa scd̄a (vt ꝑdictū est) possit in aliquē effectum
sine prima secū pricipaliter cōcausante.ergo ₇c. ¶ Nec
tn̄ sequit ex hoc q̄ nō sit peccatori imputādū si a culpa
preterita nō resurgit de ipsa dolendo.qm̄ licet i hm̄ōi do
lorē debitū nō possit ꝑ seipm̄:potest tn̄ deo sibi coassistē-
te ₇ coagente:modo quo omnis alia causa secūda potest
in debitum sibi effectū.sed sicut prima causa statuit cale-
do presente ei passo coagere ad calorem:ita ₇ peccatori
volenti a peccato resurgere ad dolorē. ¶ Ex quo sequit
Primo:q̄ non resurgere a peccato est ipsi imputādū.
Secūdo:q̄ ipsa penitentia qua mediāte peccator resur
git a culpa/ nō est ꝓprie gratia gratis data.qm̄ illud est
proprie dei gratia gratis data:qd̄ est supernaturale do
nū a sola prima causa infusum homini ₇ collatum.sed pe
nitētia est effectus nō tm̄ prime cause: vez dei miserētis
sed etiam secūde vez ipsi⁹ hominis penitētis. ergo licet
penitentia vt culpe remissiua sit a solo deo cuius tm̄ est
peccatum remittere/₇ ꝑ cōsequēs vt sic sit ꝓprie gratia
gratis data:nō tamē vt scd̄m se absolute accepta:vt vez
est talis actus a penitente elicitus effectiue. quia isti
etiam vt sic sumpta est principaliter/licet non totaliter
dei effectus:ideo etiam potest dici ₇ est gratis gratia da
ta. ¶ Secūdū vez q̄ sine gratia gratum faciente possit
viator ratione vtens resurgere a peccato/probatur. qm̄
sine quo quilibz viator potest penitere de peccato / pōt
et resurgere ab ipso. ¶ Hoc apparet.quoniā omnis vere
penitens est ₇ a peccato resurgens:cū deus scd̄m sacrā
scripturā statuerit remittere culpam ₇ penā eternā ipsi
debitā cuilibet veraciter penitenti. Sed peccator ratiōe
vtens licet omni gratia gratū faciēte carens pōt per se
supposita dei influentia generali / de omni peccato com
misso actualiter sibi noto conteri ₇ veraciter penitere .
ergo ₇c. ¶ Minor ꝓbat.qm̄ quilibet rōne vtēs potest ex
suis naturalib⁹ ₇ deo sibi vt secūdis causis alijs assistēte
et coagēte cōformiter recto rōnis dictamini eligere/₇ ꝑ
ꝯñs detestari ₇ respuere qd̄ recta rō iudicat detestādū et
respuendū:₇ eo modo de illo dolere quo de ipso iudicat
esse dolendū scd̄m dictamē rationis rectū.sed scd̄z rectū
cuiuslibet rationis iudiciū oē peccatū cōmissum q̄r dei
offensiuū ₇ ab eo auersiuū est respuēdū ₇ lamēto penitē-
tie puniendū.sic aūt peccatū punire:vez gemitu penitē-
tie interne/est de ipso veraciter penitere. ꝗ ₇c. ¶ Confir-
mat.q̄r viator rōne vtēs ante receptū aliqd̄ gratie dei do
nū apphēdit ipm̄ peccatū qd̄ cōmisit:vt illud qd̄ iudicat
respuēdū/₇ lamēto penitētie puniēdum.aut igit pōt in
talē actū peccati punitiuū/aut in ei⁹ contrariū/puta in
actū cōplacētie de peccato/aut nō in aliquē istoꝝ. Sed
nō pōt poni scd̄m.nullus enī viator magis pōt difformi-
ter q̄ cōformiter eligere recto dictamini ratiōis.sed scd̄z
dictamē rōnis debitū non est de peccato cōplacendū seu
gaudendū:sed potius est dolendū.ergo ₇c. Nec pōt poni
tertiū.qm̄ tūc post peccatū cōmissum nullus posset ꝯfor
miter nec difformiter eligere recto dictamini rōnis. hoc
aūt est falsuz.ergo relinquit primū qd̄ est ꝓpositū:vez q̄
peccator pōt in actū peccati punitiuū scd̄m dictamē ra-
tionis debitū prorūpere.quare ₇c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū:est sciendum q̄
hominē peccatū vitare pōt dupliciter cōtingere:vez ꝓ-
prie ₇ large. Proprie tūc quis vitat peccatū qm̄ de eo
tentatus ipsi resistit ꝑ actū respuendi elicitū. non enī vi-
tat peccatū qui ipsi nō consentit nec dissentit sed omnē
actum suspendit. nec enim sufficit peccato mortali non
consentire:sed oportet ipsi actualiter dissentire omnem
considerantē ipm̄ ac de eo tentatū.₇ ideo tētatus de ali-
quo quocunq̄ peccato mortali : esto q̄ ipsi nō assentiat
peccat peccato omissionis nisi ei dissentiat. omittit eniz
actum dissentiendi:ad quem eliciendum in tali casu/vez
cum de mortali peccato tentatur / quilibet obligatur.
Alio autem modo peccatū licet īproprie potest dici vi-
tari tm̄modo negatiue:modo quo oīs non peccās nec de
peccato tētatus ab aliquo dicitur vitare peccatū:maxi-
me si est in statu in quo posset cōmittere ipm̄. ¶ Hoc pre
misso dicendū est quātū ad istū articulū. Primo q̄ null⁹
pōt vitare peccatū primo mō vez positiue sine ꝑma cau-
sa sibi coagēte. Secūdo q̄ pōt vitare ipm̄ nouū peccatū
modo ꝑdicto primo sine aliq̄ dei gratia in eo formaliter
existēte. Tertio q̄ pōt vitare nouū peccatū scd̄o mō/vez
negatiue/absq̄ prima causa sibi coagēte ₇ absq̄ aliqua
ei⁹ gratia actualiter īexistēte. ¶ Primū ꝓbat.qm̄ pec
catū nō vitatur illo modo primo nisi ꝑ actum ipsi resistē
di elicitū/ vt statim est ꝑdictū.sed nulla secūda causa po
test in actū seu effectū aliquē sine prima secū coagēte ad
ipm̄.ergo ₇c. ¶ Scd̄m/vez q̄ sine gratia peccator possit
vitare nouū peccatū/ ꝓbatur ex dictis in articulo ꝑcedē
ti.qm̄ (vt ibi dictū est) peccatū cōmissum non facit pec-
catorē impotentē ad eligēdū cōformiter vel difformiter
recto dictamini ratiōis.ergo potest vtiq̄ peccator rōne
vtēs eligere qd̄ iudicat eligendum/ ₇ respuere qd̄ ei⁹ re
cta ratio iudicat respuēdū.sed post ꝑmū peccatū ꝯmis-
sum eius rō/ nisi pctōr sit errore deceptus ₇ ignorantia
excecatus/iudicat quodcūq̄ aliud peccatū eē respuēdū
et fugiēdū.ergo pōt ipz respuere/₇ ꝑ ꝯñs vitare modo ꝑ
dicto vez positiue. Et si forte alicubi reperiatur dictum
esse ab aliquo doctoꝝ sanctoꝝ contrariū:vez q̄ nullus si
ne gratia potest vitare peccatū : exponat ₇ dicat q̄ est
verū meritorie.vitare enī peccatū non est meritoriū nisi
tm̄ in gratia existenti . et ideo sine gratia nullus potest
peccatū respuere seu vitare meritorie.potest tn̄ simplr ₇
absolute:licet cū difficultate.q̄r scd̄z August.pctm̄ qd̄ ꝑ
penitētiam non deletur mox suo pōdere ad aliud trahit.

¶ Confirmatur. quia si null⁹ posset vitare peccatũ sine gratiã / nulli peccatori esset imputãdũ aliqđ pctm sequẽs post primũ mortale cõmissum saltẽ ꝯsequẽter: esto ꝙ ipsi imputaretur aliquo modo añcedẽter ratione prime culpe quã potuit vitare ratione prime gratie: sed hoc est falsum. ergo ꝛc. ¶ Tertiũ ꝛ vltimũ: vꝫ ꝙ scđo mõ puta negatiue possit vitari peccatũ / tã sine p̃ma cã agẽte ꝙ̃ etiã sine eius gratia existẽte / appʒ. qm̃ ad nihil agẽdũ nec ẽ necessarius deus agẽs nec eius gratia alicui inexistens sed isto modo peccatũ vitare est nihil agere. nec eñ hoc modo vitans peccatũ aliquid eligit nec respuit: sed penitus nihil facit. ergo ꝛc. ¶ Hec de secundo.

Quantũ ad tertiũ & vltimũ: apparet ex p̃cedẽtibus quid dicẽdũ. Ad maiorẽ tñ euidentiã est sciẽdũ: ꝙ ad tentationẽ vincẽdũ non sufficit tentationẽ nõ admittere: sed oportet etiã eam repellere. nec eñ tentationẽ vincit: sed in ea succubit qui nec petõ de quo tẽtatur cõsentit nec dissentit. talis eñ vt dictũ est superius peccato omissionis deliquit. ¶ Hoc p̃misso dico ad ꝓpositum. Primo ꝙ hõ põt tentationi nõ cõsentire tã sine prima causa non coagente ꝙ̃ sine eius gratia assistente. Secũdo: ꝙ põt tentationẽ vincere ipsi resistẽdo sine gratia assistente: nõ tñ sine prima causa coagente. Tertio ꝙ nõ potest hoc facere: vꝫ tentationi resistere nec etiam ei nõ assentire sine difficultate / quãdo est tentatio de peccato p̃terito pluries iterato. ¶ Prima duo declarantur et ꝓbãtur sicut ꝓbata sunt alia duo his similia in articulo p̃cedẽti. ¶ Tertiũ apparet. qꝛ quilibet habituatus prõpte ꝛ faciliter elicit actũ habitus: ꝛ difficiliter potest suspẽdere ipm̃ / maxime eliciendo actũ oppositũ. sed peccator post peccatũ aliqđ frequẽtatũ est habituat⁹ ꝛ inclinatus ad ipm̃. ergo de eo tentatuꝫ difficile est nõ cõsentire: ac ei resistere: esto ꝙ etiã ipse tentatus sit gratia ꝑ penitentiã nouiter habita informatus. ¶ Sic ad q̃stionẽ.

¶ Ad illud Ansel. dictũ est sciendũ: ꝙ ad cõuersionẽ peccatoris in qua eius voluntati primo distorte et oblique redditur rectitudo / ipse peccator cõuersus aliquid operatur: nõ aũt homo mortuus suscitatus operat̃ aliqđ ad suã resurrectionẽ. Et ideo dicit Augustin⁹. Qui fecit te sine te non iustificabit te sine te. licet enim deus per se sine alio coagente creet ꝛ resuscitet hominem vel saltem animã: non tamẽ sic iustificat delinquentẽ: cum oporteat ipm̃ ad iustificationẽ aliquid operari. Sed nihil soli deo possibile est difficile. cõstat eñ ꝙ nõ est difficile deo: nec alicui alteri: quia cuilibet alteri supponitur esse impossibile. qđ autem est impossibile alicui nec ipsi est difficile nec facile. ꝫ resurrectio mortuorũ est facilis cũ sit soli deo possibilis. peccatorum aũt conuersio cum sit effectus / nõ solius dei miserentis: sed etiã hominis penitẽtis: ideo ẽ difficilis non vt ad ipsam operatur deus: sed vt ad ipaꝫ habet agere homo iniustus. difficile eñ est homini respuere qđ sibi extitit primo gratũ. peccatori autẽ fuit primo acceptum peccatũ. ergo difficile est ei respuere ipm̃ non potest autem aliter ad conuersionem suam agere ꝙ̃ peccatũ preteritũ respuendo ꝛ de ipso dolendo. Et ideo quia huiusmõi peccatorum cõuersio est difficilior ꝙ̃ mortuorum resurrectio ꝓpter causaꝫ p̃dictã: idcirco forte dicitur ab Anselmo ꝙ est mirabilior.

Secundo quero: vtrum sine gratia gratum faciẽte liberũ arbitriũ sit sufficiẽs ad merendũ. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia peccator potest sine gratia (vt dictũ est in q̃stione alia) in actũ penitentialẽ. sed ꝑ hmõi actũ meretur gratiã / ꝛ ꝑ ꝯñs gloriam. ergo ꝛc. ¶ Sed cõtra. qꝛ nullus sine gratia gratũ faciẽte potest agere aliquid deo gratũ. Sed omnis ꝛ solus actus meritorius est deo gratus. ergo liberũ arbitrium est sine gratia insufficiẽs ad merendũ. ¶ Respõsio. vbi sic ꝓcedã. Primo enim p̃mittã vnã distinctionẽ. Secundo dicam ad questionem.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ actus meritorius est duplex. est eñ vnus meritorius scđm quid: vt ille quo homo meretur a deo sibi dari aliquod tẽporale. Ali⁹ actus est meritorius simpliciter ꝛ perfecte: vt ille quo homo meretur p̃miũ sempiternum. oĩs eñ actus quẽ acceptat deus vt dignũ aliquo bono eterno vel temporali alicui propter ipsum conferendo est actus meritorius. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ liberum arbitrium sufficere posse sine gratia ad merendũ / potest habere duplicem intellectum. vnũ vꝫ an sufficiat ad merẽdũ secũdum quid puta aliquod temporale bonuꝫ. Aliũ potest habere intellectum an sufficiat per se ad merendum simpliciter ꝛ perfecte: vꝫ premium sempiternum. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundũ: vbi est respondendum ad quesitũ: est sciendũ ꝙ nullus actus meritorius quocũq3 duoꝝ p̃dictoꝝ modoꝝ per quem homo meretur aliquod bonũ sibi diuinitus cõferẽdũ / habet ex natura sua ꝙ mereatur / nec ꝙ pro ipso a deo tribuatur tãtũ vel tãtũ bonũ. sed hoc p̃cise est ex acceptatiõe diuina. nõ eñ talis actus tãtũ bonũ meretur quia a deo pro tanto bono reddẽdo ꝛ alius ꝓ maiori vel minori liberalit̃ ꝛ libere nõ necessario acceptatur. Cum hoc tamẽ stat ꝙ act⁹ deo acceptabilior est in se melior saltem aliquis non oĩs duobus eñ in charitate inequali existentibus deũ equaliter diligentibus vnius actus amoris non est in se melior seu perfectior ꝙ̃ actus alterius. cum enim actus amborum supponãtur eque intensi / vnus non est perfectior alio in esse naturali nec in esse morali: quia sunt consimilibus ꝛ eque perfectis circũstantijs informati. ꝛ tamen actus maiorem charitatis gradũ habentis est deo acceptabilior ꝙ̃ actus alterius minorem charitatis graduꝫ habẽtis. ¶ His p̃missis / dico ad questionem. Primo ꝙ liberũ arbitrium est sufficiens sine gratia ad merendũ aliquod temporale bonũ. Secũdo ꝙ est insufficiens sine ipsa ad merẽdũ p̃miũ sempiternũ. Tertio ꝙ p̃cipua causa istius insufficientie est sola ordinatio seu statutũ volũtatis diuine. Primũ ꝓbatur. qm̃ omnis actus hoĩs meretur illud bonũ qđ deus homini reddẽdũ statuit ꝓpter ipsum. ¶ Hoc apparet. quoniã (vt p̃missuꝫ est) actus solũ illud meretur ꝓ quo ꝓpter ipm̃ reddẽdo diuinitus acceptatur. sed deus acceptat actum seu accipit vt dignũ tãto bono quantũ statuit conferendũ homini ꝓpter ipꝫ. ergo ꝛc. Sed cõstat scđm doctrinã sanctoꝝ nullum esse irremunerabile bonũ. omnẽ eñ actũ moraliter bonũ hominis viatoris licet extra charitatẽ existentis deus statuit esse remunerandũ: ꝛ ipm̃ accipit tanꝙ̃ dignũ aliquo bono non eterno. ergo aliquo alio temporali. quare ꝛc. ¶ Confirmatur. quia nisi viator sine gratia mereret̃ etiã de facto bonũ aliquod temporale non concederet ꝛ tribueret ipse deus temporalẽ prosperitatẽ multis reproborũ eternaliter damnandorũ / ꝛ aduersitatem plurimis electorum finaliter saluandorum. hoc enim secundum doctrinam sanctorum non facit nisi ad premiandũ aliqua pauca merita reproborum ꝛ ad puniendũ demerita electorũ. Vñ Gregorius. Ab electis eñ suis iniquitatũ maculas studet tẽporali afflictione tergere ꝙ̃s imperpetuũ in eis nõ vult videre. Et Chrysostom⁹ de hoc loquẽs sup epistolã ad Heb. homil. 5. sic dicit. Non potest malus in oĩbus esse malus: sed habet aliqua bona. nec bonus in oĩbus esse bonus: sed habet aliqua mala. ꝫ ꝓsperitatẽ

habet malus malo capitis sui. cũ enim pro paucis illis bonis retributionem hic accipit/illic plenius punietur et ideo beatus est ille maxime qui punitur vt omnia expians delicta probatus ꝛ purgatus hinc exeat ꝛ in nullo obnoxius. Hec Chrysostomus. ¶ Sed contra hoc forsitan arguetur. quoniam nullus potest mereri aliquod bonũ sibi a deo conferendum nisi deo acceptus. Sed nullus deo sine gratia est acceptus. ergo ꝛc. ¶ Ad hoc potest responderi. Primo negãdo maiorem licet enim solus deo accept⁹ possit mereri pmiũ sempiternũ: alius tamẽ potest etiam mereri aliquod temporale bonũ: licet nõ pmiũ sempiternũ. ¶ Secundo potest negari minor sub pdicta maiore assumpta. est enĩ sine gratia aliquo modo homo deo acceptus. ¶ Ad cuius euidentiam est sciẽdũ ꝙ hominem esse deo acceptum vel gratum non est aliud ꝙ ipsum esse ad bonũ aliquod cõsequẽdũ diuinitus ordinatum. ꝛ ita omnis a deo ordinatus ad bonũ aliquod cõsequẽdum ꝓpter aliquẽ suũ actum potest dici deo acceptus: vel simpliciter si bonum illud ad qđ ordinatur est eternũ. et hoc modo verũ est ꝙ nullus sine gratia ẽ deo acceptus. vel secũdũ quid si bonũ ad qđ ordinatur est tẽporale. ꝛ hoc modo multi sunt sine gratia deo grati seu accepti. quare ꝛc. ¶ Secundũ: vz ꝙ liberum arbitrium nostrum sit sine gratia insufficiẽs ad merendum premiũ sempiternũ/apparet. quia secundũ Apostolũ ad Ro. 9. non est volentis nec currẽtis/sed miserentis dei. sola enĩ eius gratia mediante conceditur eternũ premiũ cuilibet electoꝝ. sed solus ille potest mereri pmium cui deus statuit cõferre ipm. ergo ꝛc. ¶ Preterea Apls ad Ro. 6. dicit ꝙ stipendia peccati mors. gratia autem dei vita eterna. sed si sine gratia mediãte aliquis mereri posset sibi vitã eternam/hoc qđ dicit Apostolus non esset verum. nõ enĩ tali cõferretur vita eterna propter gratiam/sed propter suam meritoriam actionem. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatur per eũdem Apostolũ. 1. ad Coꝛ. 4. sic dicẽtẽ. Nihil mihi cõscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. qui autem iustificat me dominus est. sed sine hoc/homo non potest mereri/sine quo non potest iustificari nec a deo acceptari. cum ergo nullus licet nullius peccati conscius sit iustificatus nec deo acceptus nisi gratia informatus/per cõsequens sequitur propositum: videlicet ꝙ sine gratia faciẽte gratum nullus est sufficiens ad merendum premiũ sempiternũ. vnde dicere oppositum/est ab ecclesia condemnatum: quia est contra scripturam sacram ꝛ sanctorum doctrinam. ꝛ huius erroris fuit Pelagius monachus pessimus. ipse enim posuit ꝙ quilibet ex puris naturalibus poterat sibi mereri vitam eternam.

Sed cõtra predicta forsitan arguetur quoniam penitens meretur per penitentiam veniam/ ꝛ per consequens gratiam ꝛ gloriam sempiternam. Sed actus penitentialis precedit gratiam: ꝛ est in potestate hominis in solis suis naturalibus existentis. ergo ꝛc. ¶ Ad hoc cõmuniter respondetur ꝙ actus penitentialis non est actus meritorius de condigno sed tñ de congruo gratie nec glorie sempiterne. ¶ Sed hoc non videtur sufficere propter duo. Primo: quia nulli⁹ extra charitatem existentis actus videtur esse meritorius de condigno nec de congruo ad eterna. ¶ Secũdo. quia cũ nullus actus hominis vt scđm se sumptus sit equiualens seu equipollens pmio sempiterno/per consequens ꝙ aliqs sit eius meritorius de condigno: hoc non habet a se: sed tñ a deo sic acceptante ipsum: vz vt condignum tanto premio reddendo homini propter eum. sed si per actum penitẽtialem/homo meretur gratiam ꝛ gloriã supernaturalem/hoc solum est quia talis actus est acceptus diuinitus tãꝙ dignus tot bonis ꝛ talibus ꝯferẽdis ꝓpter ipsum cuilibet veraciter penitẽti. ergo ꝛc. ¶ Et ideo potest dici aliter: vz ꝙ per actũ penitẽtialem vt gratiã pcedentẽ tñ penitens meretur veniam ꝛ etiam gratiã/nõ aũt gloriam nisi ꝑ ipsum vt post gratiã habitam permanentẽ. qui actus penitẽtialis interior vt precedens gratiã dicitur attritio: vt autẽ sequens ipsam cõtritio. Nec videtur esse incõueniẽs dicere aliquẽ hominis actum eẽ meritorium gratie ꝛ nõ glorie sempiterne. licet enim ois qui meretur gratiam mereatur ꝛ gloriam: non tñ oportet ꝙ per eũdem actum quo meretur id qđ est minus puta gratiam/mereatur gloriam que est maius: licet econuerso eodem actu quo quis meretur gloriam mereatur gratiam. ¶ Sed tũc sic dicẽdo occurrit dubiũ de penitẽte moriẽte post actũ attritionis añ actũ ꝯtritiõis ꝛ quẽcũqꝫ actũ aliũ meritoriũ subsequẽtẽ. ꝯstat enĩ ꝙ tal' vir qꝫ saluaret: qꝛ in grã moreret. sed nõ saluaret nisi ꝑ actũ penitẽtialẽ attritiõis pcedẽtis gratiã meruisset gloriã ergo ꝛc. ¶ Ad hoc mihi videt esse dicẽdũ vel ꝙ talis casus nũꝙ fuit nec erit: quia deus aliter fieri statuit: vel ꝙ si esset/talis cõsequeretur gloriam sine ꝓprio merito tñ ex merito alieno. Vel si dicatur ꝙ imo ex merito ꝓprio non tñ ex alieno: oportet concedere necessario cõsequenter ꝙ actus aliquis peccatoris extra gratiã existentis vt act⁹ attritiõis predictus sit meritorius ad eterna salutem consequenter: vz obtenta veniã ꝛ gratia quã meretur añcedẽter. ¶ Tertium ꝛ vltimũ: vz ꝙ causa pcisa insufficiẽtie ad merendũ pmiũ sempiternũ/sit diuinũ beneplacitum ꝛ statutũ/apparet. qm̃ vnus ꝛ idem actus moraliter bonus nõ est melior scđm seipsum ꝓpter gratiam inexistentẽ exercenti eũ/nec peior ꝓpter eius carentiã. ergo ꝙ ꝓpter gratiã inexistentẽ actus aliquis acceptet ad gloriã: hoc nõ est nisi ꝓpter volũtatẽ ꝛ ordinationem diuinã: qua ipse deus statuit nullius nisi in charitate existẽtis actũ acceptare: vt dignũ pmio sempiterno. ¶ Cõfirmatur. qꝛ sicut quẽcũqꝫ electoꝝ deus cõtingẽter ꝛ libere pmiat ita cõsimiliter coꝝ actũ meritoriũ ꝯtigẽter acceptat vt pmio tãto dignũ: non ꝓpter aliqđ merenti inexistẽs ꝓpter quod eius actus meritorius nõ scđm se melior/est deo acceptatior nec dignior maiori pmio cõferẽdo homini ꝓpt ipm: sed tñ ꝓpter diuinũ statutũ. Sz actus moraliter bon⁹ nõ est scđm se melior qꝛ ipm exercẽs est gratia informatus. imo existẽs extra gratiã põt elicere actũ scđm se moraliter meliorẽ ꝙ existẽs in gratia. ergo ꝙ act⁹ imꝑfectior moraliter existẽtis in gratia sit deo acceptus vt vita eterna dignus: nõ aũt actus alterius extra gratiã existẽtis: cũ sit ꝑfectior melior moraliter ꝛ intensior naturaliter: hoc solum habet contingere quia sic esse fiendum est diuinitus institutum. q̃re ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationes in principio apparet solutio ex predictis maxime in vltimo articulo q̃stionis.

Circa distinctionem vigesimãnonã/in qua Magister determinat ĩ speciali de insufficiẽtia liberi arbitrij/ quã primi parẽtes in statu innocẽtie habuerũt: Quero primo vtrũ primi parẽtes fuerũt in gratia ante lapsum ꝛ casum suum ꝛ peccatũ. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia cũ inter gratiã ꝛ culpã nõ sit mediũ in psenti/sicut nec inter penã ꝛ gloriã in sequẽti/ꝑ ꝯñs ois existẽs sine culpa est in gratia. Sed primi parentes ante suum casum nõ fuerũt in culpa. ergo fuerũt ĩ gratia. ¶ Cõtra. qꝛ primi parentes ante lapsum suum seu casum non habuerunt nisi quod in sui creatione acceperũt. sed ipsi in originali iustitia non in gratia creati fuerunt. ergo nec

ante suum casum gratiam habuerunt. ¶ Responsio. vbi sic est procedendum. Primo enim est vidēdum quesitum. Secundo est inquirendum an in statu innocentie fuisset maior an minor gratia in hominibus q̄ nūc eis in isto statu miserabili conferatur.

Quantum ad primum: est sciendum q hic nō q̄rit̄ de gr̄a gratis data. cōstat eñ q talē primi parētes anteq̄ peccauerūt habuerūt: q in sua creatione originalē iustitiā que est talis gratia / diuinitus accepe rūt. Nō ergo hic q̄ritur de gratia gratis data: cū constet eos talem habuisse: sed de gratia gratum faciente que sola vt signū proprium electorum inter filios regni diuidit ꝛ gehēne. ¶ Hoc pmisso / dico ad questionē. Primo: q primi parētes fuerūt ante casum suum in gratia. Secūdo q nō fuerūt creati in ipsa. Tertio q fuerūt creati in originali iustitia. que non fuit talis gratia de quali hic q̄rit̄ vꝫ gratia gratū faciēs: sꝫ tm̄modo gratis data. ¶ Ista possunt declarari. et prima primo. quia fuerunt in gratia ante lapsum. q̄m in illo primi parētes pfuerūt ante suū casum: qd̄ pdiderūt p ipm̄. sed propter suum culpabilem casum amiserūt supne gratie donum. ergo ꝛc. ¶ Minor probatur p Augustinū sup psalmū. 68. dicētē q Adam et Eua rape voluerūt diuinitatē ꝛ perdiderunt felicitatē. ¶ Ex hoc eñ arguit̄ ad propositū sic. nullus dicit̄ pdere rem nisi quā habuit vel qua habenda aliquādo dignus fuit. Sed Adam ꝛ Eua perdiderunt propter suum casum premiū sempiternū scd̄m Augustinū. ergo ante casum vel ipm̄ habuerūt vel saltē digni eo habiti fuerunt. Sed nō potest poni primū. nullus eñ amisit eternū pmiū postq̄ habuit ipꝫ / excepto Paulo: supposito q fuerit beatus quādo extitit vsqꝫ ad tertium celum raptus. ergo relinquitur scd̄m: vꝫ q primi parentes propter lapsum felicitatem perdiderūt. q̄m ante ipsum ea digni fuerunt. hoc aūt est propositū. q̄m constat nullum esse nec fuisse dignū glorie nisi existentē in gratia. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmat̄. quia in his que nobis non sunt naturaliter nota: sed tm̄ fide sola / illud est tenēdū qd̄ magis est consonū dictis ꝛ opinionibus sanctorū. Sed an primi parentes ante lapsum fuerint in gratia an non: sola fide potest esse ꝛ est supnaturaliter nobis notum. q aūt ipsi non fuerūt creati in gratia: sed tm̄ q eam habuerunt ante lapsum: hoc est dictis sanctorum consonū / vt apparet per Augustinū / Damasc. ꝛ Grego. quos magister adducit i distinctione ista. Augustinus eñ vt Magister recitat in litera dicit q homo non habuit vnde posset pficere in melius / nec p ↄ̄ñs gratiā. Alij vero vt Damasc. ꝛ Gregori⁹ dicūt q homo habuit charitatem ꝛ fuit alijs virtutibus preditus ac deo vnitus. non est aūt verisimile q in ista materia tāti doctores sibi inuicem cōtradicāt: cū sit supponēdū eos fuisse in talibus supnaturaliter illustratos: ꝛ ideo vera loqui nō incompossibilia nec in aliquo inconnexa. Sed tenendo q primi parentes non fuerūt creati in gratia nec pcuenti ante lapsum ipsoruꝫ: oportet negare Greg. et Damasc. cum ipsi dicāt ↄtrariū. tenētes autē alterū extremū: vꝫ q fuerunt creati in gratia / habent negare Augustinū dicentem q primus homo non habuit vnde posset in melius proficere ante lapsum. constat enim q si in gratia creatus fuisset / in melius vtiqꝫ proficere potuisset. Tenentes autem opinionē mediam: vꝫ q primi parentes non fuerunt creati in gratia: fuerunt autem in ipsa ante suum lapsum / possunt concordare ꝛ concedere dicta omnia predictorum doctorum ꝛ omniū aliorum. dictum enim Augustini ꝛ omniū aliorū dicentiū q homo non habuit vnde posset proficere in melius / est verum. ꝛ sic intelligit Augustin⁹ de homine vt accepto p primo sue creationis instanti. nō eñ in gratia creatus fuit / nec per consequēs protūc proficere potuit. Dictum autem Damasc. ꝛ Grego. ꝛ aliorꝫ omniū dicētium q habuit charitatē: est verum de ipso homine vt accepto post suā creationem / ante tamen eius subsequētē transgressionem. q enim homo sine gratia creatus fuerit: ꝛ tamen q ipsam ante suū lapsum habuerit / incompossibile non includit. cum igitur ista conclusio que est inter predictas duas opiniones quasi extremas media / sit sanctorum auctoritatibus magis concors / per consequens ipsa vt verior est tenenda. quare ꝛc. ¶ Hec est opinio magistri in litera qui etiam dicit consimiliter de angelis in distinctiōe. 5. q angeli non fuerūt creati in gratia. sed qui steterūt ipsam postea perceperunt: alij autem qui corruerunt nunq̄ gratiam habuerūt. non videtur autē maior ratio de homine q in gratia fuerit creatus q̄ de angelo. sed de vtroqꝫ videtur consimiliter esse dicendum ꝛ credēdum. quare ꝛc. ¶ Ex pdictis sequitur secundum: videlicet q primi parentes non fuerunt creati in gratia. hoc eñ vt dictū est concordat cum dictis sanctorum.

Sed tūc est duplex dubium. Primum an primi parētes gratiā meruerūt quā ante lapsuꝫ suū habuerunt. Scd̄m: an simul cū gratia receperint alias morales virtutes. ¶ Ad primū respōdetur q sic. dicitur enim q sicut boni angeli statim vt creati se ad deum conuerterūt: et ideo se ad gratiam quā perceperūt p bonum volūtatis actū disposuerūt: ita cōsimiliter in primis parētibus est dicēdum. in hoc tm̄ est dissimile: q angeli boni meruerūt in gratia confirmari: nō aūt primi parētes. propter qd̄ post gratiā habitā peccare potuerūt / ꝛ de facto etiam peccauerūt. ¶ Ad secūdū respōdet Grego. ꝛ Damasc. dicentes vt magister recitat in litera / q sic. dicunt eñ (vt pdictū est) q homo habuit charitatē ꝛ fuit deo vnitus ac alijs virtutibus pditus. cōstat aūt q nō fuit preditus virtutibus acquisitis. ergo infusis. ¶ Tertiū et vltimū: vꝫ q homo fuerit creatus cum originali iustitia / est euidens ex sanctorum doctrina. Q aūt illa originalis iustitia non fuerit gratia gratū faciens: sed tm̄modo gratis data: apparet. tū quia gratia gratū faciēs est signū cōmune omniū electorū: nō aūt ipsa originalis iustitia que nulli hominū exceptis solis primis parētibus est ↄcessa. primis eñ parētibus deus propter ipsorum casum eam abstulit nec postea vnq̄ eis restituit: cū tamē gratiam reddiderit. tū quia propter originalem iustitiā erat in homine plena obedientia ꝛ concordia inter appetituꝫ sensitiuū ꝛ intellectiuū. constat aūt diuinā gratiā nūc nō facere in homine talem cōcordiā. ergo ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: est sciendum q gratia datur propter gloriam ꝛ ordinatur ad ipsam. vnde oīs nūc cōphensor habēs gradū glorie altiorem / habuit quando viator fuit gradum gratie ampliorem. ¶ Hoc pmisso ꝛ supposito tanq̄ cuilibet catholico per se noto apparet quid ad istum articulum sit dicendum. q̄m aut homines in statu innocentie fuissent assumpti ad equales gradus glorie ꝛ eosdem ad quos modo in statu presenti assumuntur electi vel ad superiores vel ad inferiores. Si primū: dicēduꝫ est q equalis gratia fuisset data hominibus in statu innocentie / ꝛ in isto. assumendi enim ad equalem gloriam in sequenti equalem habent gratiā et si non semper saltem finaliter in presenti. Si autē ponatur secundū: cōsequēter est dicēdū q i illo statu maior fuisset gratia q̄ in isto. minor autem si tertiū ↄcedat̄: vꝫ q in illo statu fuissent homines assumendi ad inferiores gradus glorie q̄ sint modo. qd̄ autē horum trium predictorum tunc fuisset / deus nouit nec alius scire potest /

nec vnq̄ potuit nisi cui ip̄e reuelauit. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicendum q̄ loquēdo de culpa actuali: de qua sola hic q̄rif / falsum est qđ assumitur quādo dicitur q̄ ois existēs sine culpa sit in gratia. nullus eñ homo etiā in p̄senti nascitur in aliqua gratia nec ī culpa tali/vez actuali / nisi sanctificatus anteq̄ natus. angeli enim nō fuerunt creati in aliqua gratia nec in culpa. quare ꝛc.

Secundo quæro: vtrum charitas vie ꝛ felicitas patrie specifice distinguantur. ¶ Et videt q̄ sic. q̄ñ vnū ꝛ idē specie non pōt esse ordinatū ad finem ꝛ et ipse finis ad quem actualiter ordinaf. sed charitas vie ordinat hominē/ꝛ disponit ad felicitatē patrie. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. q̄ perfectum ꝛ imp̄fectū nō distinguūtur saltē specie. sed charitas vie ꝛ felicitas patrie se habēt sicut imp̄fectū ꝛ p̄fectū. per charitatem eñ acceptaf imp̄fecte viator: p̄ felicitatē vero perfecte comp̄hēsor. ergo ꝛc. ¶ Respōsio. vbi sic p̄cedā. quia eñ charitas quedā est habitualis ꝛ alia actualis: ideo primo inquiram an charitas actualis vie ꝛ patrie sint eiusdē rationis. Scđo dicā ad q̄stiō: vez an charitas habitualis vie ꝛ felicitas patrie distinguantur.

Quantum ad primū: est sciendum q̄ charitas actualis est ipse actus amoris elicitus/ quo p̄pter se diligitur ip̄e deus: vel aliqđ aliud/ puta proxim⁹ p̄pter ip̄m. hm̄oi aūt charitas actualis est in patria duplex. est eñ ibi amor beatificus non existēs in potestate beati nisi tñ passiue. nō eñ vt hic suppono ex dicendis ī 3. et in. 4. aliquis beatorum se habet actiue sed tñ passiue ad aliquē actum beatificū eoꝝ. est etiā vel esse pōt in patria alius charitatis actus in potestate beati actiue cōtētus. ꝛ talis actus nō est beatificus. probabile eñ eē videtur quēlibet hoꝝ sicut ꝛ viatorū eūdē actū intelligēdi ꝛ diligendi causaliter cōtinere. nō eñ est verisimile dicere nullum beatoꝝ posse in aliquē talem actū: vez intelligendi ꝛ diligendi deū/ cū possit in eū quilibet viatoꝝ. ¶ His p̄missis/dico ad istum articulū. Primo: q̄ actus charitatis vie est alteri⁹ rationis ab actu beatifico charitatis patrie. ¶ Scđo: q̄ act⁹ charitatis vie est eiusdē rōnis cū actu non beatifico charitatis patrie: supposito q̄ talis actus de facto sit ibi: ꝛ ad idē obiectū ad qđ in via extitit terminatus. ¶ Primū p̄baf dupl'r. Primo. q̄ illa q̄ sunt eiusdē rōnis specifice/ī eadē potētia virtualiter cōtinēf. nec eñ cōp̄hēsor pōt ī actū beatificū patrie cū tñ viator possit in actū charitatis vie causaliter seu effectiue: vt hic suppono ex alibi prolixius declaratis. ergo ꝛc. ¶ Scđo. q̄ impossibile est actū beatificū ꝛ non beatificū esse eiusdē specifice rōnis. Sed actus charitatis vie nō est beatificus nisi dicaf q̄ ois viator existēs in gratia sit beatus: qđ est falsuz. g̃ ꝛc. ¶ Cōfirmaf. q̄ act⁹ eiusdē rōnis sequif passio seu p̄prietas eiusdē rationis. Sed nō eadē passio seu p̄prietas sequif actū beatificum patrie ꝛ actū charitatis vie. ad actū eñ beatificū puta ad fruitionē dei sequif in fruente letitia inenarrabil'. vel forte ip̄e actus est ab hm̄oi tali letitia seu gaudio īdistinctus: vt ostēdef in q̄rto. Nō sic aūt actus charitatis vie elicitus est gaudiosus nec satiatiuus. ergo ꝛc. ¶ Scđm: vez q̄ supposito q̄ in patria sit vltra actū dei beatificū fruitiuū alius amor elicitus nō beatificus (de supposito fuit dictū alibi quid tenēdū) talis amor dei nō beatificus patrie sit eiusdē rōnis specifice cū amore charitatis vie: dū tñ vtriusq̄ actus obiectū sit indistinctū ꝛ sub eadē rōne acceptū: appet. q̄ñ nec actus intelligēdi nec volēdi eiusdē ordinis quales sunt isti/ arguūtur specifice esse distincti nisi ex distinctis potentijs vel obiectis vel simul ex vtrisq̄. ergo actus eiusdem ordinis ꝛ obiecti/ꝛ in eadem causa virtualiter cōtēti/sunt eiusdē speciei. Sed actus isti vie ꝛ patrie sunt eiusdē ordinis ꝛ in eadē potētia virtualiter cōtinentur. ergo supposito q̄ sint eiusdē obiecti ꝛ sub eadē rōne formali accepti/sunt specifice īdistincti. Dico aūt supposito q̄ sint eiusdem obiecti. q̄ñ si vt cōiter dicif actus intelligēdi quo deū in via intelligimus/ nō terminaf ad p̄priā rōnē deitatis sed ad aliquē cōceptū ei p̄priū ex creaturis acceptū: cū deus sub illa rōne diligaf sub qua intelligif (idē eñ est obiectū intellectionis p̄cedētis/ꝛ dilectionis sequētis) p̄ ɔñs sequif q̄ cū ī patria deus intelligaf a beatis tā actu beatifico q̄ alio ab ip̄o sub rōne p̄prie deitatis: supposito q̄ etiā actu btīfico ꝛ nō btīfico itelligaf ꝛ diligaf: aliud erit formale obiectū tā intellectionis q̄ fruitiōis p̄ie: ꝛ aliud intellectionis ꝛ dilectionis vie. hm̄oi autem suppositum esse falsum prolixius est ostensum in prologo super primum. ¶ Hec de p̄mo.

Quantū ad secundū: quod est quæsitū nō oportet distiguere īter felicitatē actualē ꝛ habitualē sicut de charitate supius est distīctū. q̄ñ felicitas p̄prie sumpta: de q̄ hic est sermo/nullo mō cōsistit in habitu: sꝫ ī actu. Hic etiā nō q̄rif nec oportet mētionē aliquā facere de charitate actuali vie: an vez tal' sit a felicitate p̄ie alterius rōnis. q̄ ad hoc iā in p̄cedēti articulo est respōsum q̄ sic. sed tñ hic q̄rif de charitate habituali seu gratia/an a gloria specifice sit distīcta. ¶ Ex quo appet q̄d hic ad q̄stionē istā p̄positā sit dicēdū. q̄ñ act⁹ ꝛ habit⁹ cuius actus ip̄e nō est p̄pri⁹/sed ab eo totaliter disparat⁹/ nō possunt eē eiusdē specifice rōnis. sed charitas vie cōsistit in habitu: felicitas aūt patrie in actu oino a tali habitu disparato. q̄ñ ille actus nō est p̄prius habit⁹ sed ab eo penitus disparatus/ in quē actū potētia nullo mō p̄ ip̄m habitū inclinaf. sed volūtas creata non inclinaf ad felicitatis actū p̄pter charitatis habitū informātē. q̄ñ habitus nō inclinat nec facilitat potētiā quā informat nisi ad solū illū actum qui in ipsa potētia virtualiter cōtinef. Sed actus felicitatis nō cōtinef virtualiter in aliqua causa creata: sed tñ ī increata. ergo nec ad ip̄m actū felicitatis īclinat potētiā habitus charitatis. Sic igiť apparet q̄ felicitas ꝛ charitas specifice distinguuntur. ¶ Cōfirmaf. q̄ felicitas patrie cū cōstet in actu nō minus imo magis distinguif ab habitu q̄ ab actu charitatis vie. sed actus charitatis vie ꝛ act⁹ felicitatis patrie sunt specie distincti: vt appet ex articulo p̄cedenti. g̃ ꝛc. ¶ Preterea ad idē arguif. q̄ electi in via habēt gratiā et nō gloriā nec aliquem eius gradū. sed si gr̄a ꝛ gloria essent eiusdē speciei nec differrēt nisi sicut imperfectius et perfectius: tunc omnes viatores in gratia existentes essent beati ꝛ in gloria: qđ est falsum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. quia sicut ois quātūcūq̄ imp̄fecta ꝛ remissa albedine informatus dicif esse albus: ita ꝛ beatus quātūcūq̄ imperfecto ꝛ remisso gradu glorie sit perfectus. sed nisi gratia vie differret specie a gloria patrie/ip̄a eēt aliqua gloria imp̄fecta. ergo ois viator deo gratus esset beatus. hoc autem est falsum. ergo ꝛc.

Sed est hic dubium: an charitas vię & charitas patrie habituales sint eiusdem specifice rationis. ¶ Ad hoc respondent aliqui dicentes q̄ in patria sunt due charitates habituales alterius ꝛ alteri⁹ rationis. quarū vna est illa eadē que p̄cessit in via. alia aūt est noua/ꝛ ab illa specie distincta. q̄ñ tam actus q̄ habitus distinguunf seu distincti arguūtur specifice ex distinctione specifica obiectorum. sed sub alia ratione deus est obiectum tā actus q̄ habitus charitatis in patria ꝛ in via

sicut z sub alia ratione intelligitur hic z ibi. hic enim intelligit tñ vel sub ratione infinitatis vel sub aliquo alio conceptu a creaturis abstracto. ibi autem sub ratione ꝓpria deitatis. ergo zc. ¶ Sed qꝛ nõ ẽ ponẽda pluralitas vbi nulla est necessitas: non est aũt aliqua necessitas nec ꝓbabilitas imo omnino iꝓbabilitas ponere in patria alium charitatis habitum ab illo qui p̄cessit in via: ideo aliter est dicẽdum: vez ꝙ ille idem charitatis habitus z nullus alius manet in patria quẽ habuit in via quilibet electorum. ¶ Ad illud qδ arguit̃ in 3riũ de distinctione obiectoꝝ/ dicẽdũ ꝙ illa ratio tñ cõcludit de habitibus inclinãtibus ad actus diuersorum rationũ z diuersorum obiectorum. sed in ꝓposito cĩto ꝙ actus diligẽdi deum in patria z in via sint diuersorum obiectorum/ z per ꝯseq̃ns arguantur alterius rationis: nõ tamẽ habitus charitatis infuse/ de qua est hic sermo / inclinat potẽtiã quã informat ad actum aliquem charitatis: vt in. 3. libro prolixius ostendetur. ergo nec ex distinctione actuum charitatis vie z patrie arguitur nec infertur distinctio specifica habituũ charitatis. q̃re zc. ¶ Quis tñ charitas acquisita inclinat ad actum/ licet non infusa/ vt etiam ostẽdetur in. 3. ideo supposito ꝙ in patria vltra actum diligẽdi deum sub ratiõe ꝓpria diuinitatis maneat alius act⁹ qui fuit in via diligendi deum sub alia ratione puta infinitatis: posset dici ꝙ ex tali actu alterius ratiõis ab antiquo secũdo acquiritur habitus charitatis alterius rationis ab habitu charitatis acquisito in via mediãtib⁹ actibus diligendi prioribus ab istis nouis alteri⁹ rationis. Nullo modo tamẽ est ponẽd⁹ habit⁹ charitatis infusus quicquid sit de acquisito nisi vnicus tñ in aliquo beatoꝝ. ¶ Uel potest dici aliter z melius: negando illud qδ ĩ minori assumitur/ quãdo dicitur ꝙ deus sub alia ratione est obiectum actus z habitus charitatis vie: z sub alia actus z habitus charitatis patrie. quoniã sub eadẽ ratione diuinitatis ipse deus intelligit̃ z diligitur a viatoribus z a cõprehensoribus: vt hic suppono ex dictis et probatis in primo libro. quare zc. ¶ Sic ad questionez. ¶ Ad rationem in principio quãdo dicitur ꝙ charitas vie z felicitas patrie se habent sicut perfectum z imperfectum/ dicẽdum ꝙ verum est. nõ tamẽ sub eadem specie sed eo modo quo indiuiduũ quodcũqꝫ speciei perfectioris dicitur esse perfectius quocũqꝫ quãtũcũqꝫ intenso indiuiduo speciei imperfectioris. Nõ enim felicitas est ꝑfectioꝛ ꝙ charitas: sicut albedo intẽsioꝛ dicitur perfectioꝛ ꝙ remissioꝛ. alias quilibet iust⁹ viatoꝛ esset beat⁹ vt dictũ est supius: qδ est falsum. Sed dicit̃ ipsa ꝑfectioꝛ sicut oĩs albedo quãtũcũqꝫ remissa est perfectioꝛ nigredine quãtãcũqꝫ intẽsa. Ex hoc autẽ nõ sequitur ꝙ sint eiusdẽ sed potius ꝙ sint alterius speciei.

CIrca distinctionem trigesimam/ in qua Magister determinat de originali peccato: cuius fuit occasio accitolis peccatũ primorum parentũ: Quero primo de originali iustitia: vtrũ ipsa originalis iustitia fuerit aliquis supnaturalis habitus virtuosus. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia cum fuerit aliquod donũ homini supernaturaliter collatum/ aut fuit aliquis habitus aut act⁹ sed non potest dici ꝙ fuerit actus. fuisset enĩ semꝑ hmõi originalis iustitia in homine siue dormiente siue vigilante nisi eam per culpam amisisset. actus autẽ non manet nec potest semper manere in homine vigilante z dormiẽte. ergo zc. ¶ Contra. quia omnis habitus virtuosus est theologic⁹ aut moralis. Sed iustitia originalis nõ fuit theologica: quia eius obiectũ non fuit deus. nec etiã fuit virtus moralis. nõ enim fuit prudẽtia nec fortitudo nec tẽperãtia nec iustitia q̃ dicitur virtus moralis: qꝛ talis manet in hoĩe virtuoso: in quo tamen non manet ipsa originalis iustitia. ergo zc. ¶ Responsio. vbi sic est procedẽdum. Primo enim est vidẽdum quid fuerit ipsa originalis iustitia quidditatiue. Secundo vbi fuerit subiectiue. Tertio est inquirendum a quo fuerit z esse potuerit effectiue. Ex quo patebit an fuerit supernaturale an naturale donum.

Quantum ad primum: aliqui dicunt ꝙ originalis iustitia non fuit aliquod supernaturale donũ homini collatũ: sed sola naturalis hominis rectitudo nec enim ꝓpter hmõi originalem iustitiam fuisset in homine aliud ꝙ perfecta obedientia virium inferiorum ad superiores z recta habitudo totius hoĩs ad deũ. Hmõi autẽ rectitudo fuisset in homine in puris naturalibus cõstituto omni dono supnaturali alio circũscripto. sicut enĩ naturaliter elemẽta motibus suis ꝓprijs sunt mobilia/ nec ab eis alio mediante: ita z in homine vires eius inferiores sunt naturaliter mobiles scdm dictamẽ z regimẽ superiorum: nec ꝑ cõsequens ꝓpter inobedientiã hmõi virium inferiorum ad superiores oportuit in homine ponere aliqδ donũ dei supnaturale ab ipso quomodocũqꝫ distinctum. ¶ Sed cõtra opinionem istam arguitur. quĩ scdm ipsam originalis iustitia esset in quocũqꝫ homine in puris suis naturalibus cõstituto. hoc aũt est falsum. ergo zc. ¶ Maioꝛ assumpta apparet. quĩ qδ cõuenit homini circũscripto omni forma tam supnaturaliter infusa ꝙ naturaliter acquisita conuenit ipsi in suis solis naturalibus cõstituto. Sed originalis iustitia per quã fuisset perfecta obediẽtia viriũ iferioꝝ ad supiores/ est hmõi vt ponit ista opinio. ergo zc. ¶ Cõfirmat̃. qꝛ originalis iustitia fuit in hoĩe illud per qδ eius inferiores vires vt appetitus sensitiuus fuit supiori parti intellectiuo appetitui prõpte z faciliter obedibilis. sed hoc non fuit aliud scdm istã opinionẽ ꝙ rectitudo hominis naturalis: quã rectitudinẽ habet homo in suis naturalib⁹ cõstitutus. ergo zc.

Et ideo aliter quantum ad istum articulum est dicẽdũ. ¶ Ad cuius euidentiã/ pono tres conclusiones. ¶ Prima est: ꝙ rebellio appetitus sensitiui appetitui intellectiuo est in hoĩe in puris naturalibus existẽte. ¶ Hec ꝓbat̃. qꝛ inter q̃cũqꝫ quoꝝ vnũ tẽdit ĩ aliquid qδ alterũ refugit seu respuit/ ẽ necessario rebellio. Sed hoĩe ĩ puris naturalib⁹ existẽte eius appetit⁹ intellectiu⁹ sequẽs dictamen rõnis debitũ hoc respuit qδ appetitus sensitiuus eligit z accipit. ¶ Hoc appet. cõstat enĩ ꝙ appetitus sensitiu⁹ hoĩs ĩ puris naturalib⁹ existẽtis multa puta oĩa sibi delectabilia eligit seu ĩ ipsa tendit: q̃ tñ respuere recta ratio suggerit. appetitus aũt intellectiuus põt ĩ suis naturalib⁹ ꝯstitut⁹ oẽ illud respuere qδ recta rõ dictat z suggerit respuẽdũ. ergo zc. ¶ Cõfirmat̃ qꝛ nõ est ĩ ptãte appetitus sensitiui sicut nec ipsi⁹ sensus apꝑhẽsiui suspẽdere actũ circa obiectũ sibi debitũ p̄sẽtatũ saltẽ vt ei⁹ actus põt intelligere aũ act⁹ alteri⁹ appetitus. Sz circa multa appetit⁹ intellectiu⁹ sequẽs dictamẽ debitũ rõnis põt actũ suspẽdere z suspẽditan q̃ appetitus ipe sensitiu⁹ quãtũ est ex se necessario tẽdit: z hoc hoĩe ĩ puris naturalib⁹ existẽte. ergo zc. ¶ Scda ꝯclusio est: ꝙ nulla fuisset rebellio ĩter appetitũ sensitiuũ z intellectiuũ hoĩs ĩ originali iustitia existis. ¶ Hec appet. quĩ vbi est ꝑfecta obediẽtia iferioris ad supioꝛẽ/ nulla ẽ rebellio. Sz originali iustitia ĩ hoĩe existẽte fuisset plena obediẽtia appetit⁹ sensitiui ad intellectiuũ. Aũ z scdz doctrinã sctõꝝ hmõi obediẽtia z ꝑfectũ dñiũ appetit⁹ intellectiui sup sensitiuũ fuissent effect⁹ originalis iustitie. ex q̃

effectu fuisset in hoie promtitas ad bonū/vez ad eligēdum
& respuēdum scdm rectum rōnis iudicium: & difficultas ad
malum puta ad eligendū vel respuēdum contra dictamē
debitum rōnis: cuius 9trariū fuit in hoie post peccatum
ergo &c. ¶ Ex predictis duabus 9clusionibus sequitur co
rollarie q originalis iustitia fuit in hoie aliqd positiuū
ab ipso distinctū nō naturaliter acquisitum sed supernatura-
liter ipsi infusum. ¶ Primum appet. qz per originalē iu
stitiā fuisset in hoie plena obedientia absq omni rebelli
one inter appetitum sensitiuū & intellectiuū vt dicit scda
conclusio. Sed secundū primā conclusionē etiam nō po
tuit esse talis obediētia in hoie in puris naturalibus existē
te. ergo &c. ¶ Scdm/vez q hmōi originalis iustitia non
fuerit acquisita sed infusa: licet nō sequatur forsitan ex pdi-
ctis/tn est euidens ex sanctorum dictis. Constat eñ homi
nem primū in originali iustitia esse creatum. qd aūt hō in
sua creatione accepit non habuit nec hře potuit p acqsi-
tionem: sed tantū p infusionē. g &c. ¶ Tertia conclusio ē
q hmōi iustitia originalis fuit virtus moralis. ¶ Hec appet
qm omnis habitus appetitiuus nō theologicus inclinans
ad actum virtuosum est virtus moralis: sed originalis iu
stitia erat habitus inclinās ad actum virtuosum: cū face
ret appetitum sensitiuum prōpte & facilē obedibilem rō
ni: nec erat habitus theologicus: qui tn ponitur esse triplex
vez charitas fides spes. ergo &c. ¶ Confirmat. qz vt supi
us in principio arguebat/aut originalis iustitia fuit actus
aut aliqs habitus. Sed non pōt poni actus. qm actus eli-
citus virtuosus non legitur cōiter alicui esse infusus: sed
tātū habitus. esto etiam q alicui fuerit infusus actus in
pscti/non semp talis actus mansit in eo siue dormiente
siue vigilante eque intensus. actus etiam videtur esse in ho-
minis ptāte qtū ad eius susceptionē. esto eñ q deus in-
funderet alicui actum credēdi vel diligendi/ex hoc eñ nō
necessitaret ad semp credendū & diligendū: nec p 9ns im
pediret ipsum suspendere talem actū. sed originalis iusti
tia fuit a deo infusa: & fuisset in quolibet semp & continue
eque pfecta: nec ipsa se priuare seu eam suspēdere aliqs
potuisset. g &c. ¶ Sic ergo apparet aliqualiter ex pdictis
quid fuerit qdditatiue iustitia originalis. cum eñ omnis
habitus siue virtuosus siue vitiosus sit quedā qualitas
inclinans habituatū in actū: vel non inclinans/sicut for
te virtutes infuse theologice non inclinant: p 9ns de origi
nali iustitia/que vt dictū est fuit habitus virtuosus/9ceptū
aliū nō habemus nisi q fuit qdā qualitas a deo homini
infusa/qua mediante nulla fuisset in ipso rebellio sed ple
na obediētia inter eius sensitiuum & intellectiuū appetitū
¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est videndum: vbi hmōi originalis iustitia fuerit subiectiue/est sciē

dū q aie potētie vt intellectus vel sensus appetitus itel-
lectiuus vel sensitiuus nō dicūt (vt hic suppono ex declara-
tis in precedentibus) aliqd vltra aīam & eius actum ab
vtroq distinctum aliqualiter in re extra. ¶ Ex quo infero
q non est intelligendū subiectū originalis iustitie nec ali
cuius alterius habitus esse aliqd ab aīa habituata disti
ctum. nihil eñ est in anima distinctum ab ipsa habituale
nec per 9ns qd possit esse subiectū habitus alicuius. ¶ Ex
quo sequitur vlterius q subiectū originalis iustitie fuit ip
sa anima hominis. non eñ originalis iustitia potuit exi-
stere in corpore subiectiue. ¶ Hoc pbatur. qm cum origi
nalis iustitia fuerit (vt dictū est) collata homini ad subdē
dum prompte & faciliter appetitū sensitiuū intellectiuo
scdm dictamen debitū rōnis: p 9ns illud idē fuit subie-
ctū originalis iustitie qd ē subiectū talium actuū/vez appe
titus sensitiui & itellectiui: propter quoz cōcordiā seruā
dā & rebellionē vitādam ipsa originalis iustitia fuit data
Sed subiectū immediatū elicitiuū & receptiuum talium
actuum est anima nō corpus. ergo &c. ¶ Cōfirmat. qz re-
bellio ad quā vitandam data fuit originalis iustitia non
est in carne: sed in anima carni coniuncta. ibi eñ est rebel-
lio vbi sunt actus oppositi subiectiue. actus autē sensiti-
ui & intellectiui appetitus/ratione cuius oppositionis ē
in homine rebellio/non sunt ī corpore hois: sed in aīa sub
iectiue. sed idē est subiectū talis rebellionis & iustitie ori-
ginalis rebellionē hmōi quietātis seu remouentis. g &c.

Sed est hic dubium: an originalis iustitia fuerit tantū vna in vno homine an diuerse & plures.

¶ Ad hoc dubiū est dicendū: q aut in hoie aīa sensitiua
est alia ab intellectiua: aut penitus indistincta. Si primum
videtur q fuerunt due originales iustitie in homine/vna
videlicet in aīa intellectiua & alia ī aīa sensitiua. Si aūt
ponatur scdm: vez q in homine sit vna tantū: 9similiter ēt
non oportet in ea fuisse nisi vnicā originalem iustitiā tm.
¶ Primum probat. qm qñcunq duo aliqua sic se habēt
q vnū est obedibile alteri: & pōt ab ipso non tn nisi diffi-
ciliter regulari & ab aliquo refrenari seu retrahi: nūq quā
tumcūq in illo superiori sit aliqd p qd possit inferius faci
liter regere & ab aliquo retrahere/pp̄ter hoc ipm inferius
supiori obediet faciliter/nec sine difficultate ab alio supi
ori regetur: nec ab illo qd sibi est naturaliter delectabile re-
trahetur: nisi in ipso sit aliquid q ad hoc prompte & faci
liter inclinet: sed aīa sensitiua hominis est itellectiue obe
dibilis & tn per ipsā nō pōt refrenari sine difficultate et
retrahi ab omi sibi delectabili: qd est scdm dictamē rōnis
debitū respuendū. Aīa etiam ipsa intellectiua cū sit na
ta condelectari appetitui sensitiuo cui 9iungitur: non pōt
ab aliquo ei delectabili ipsam retrahere nisi virtute aliq
mediante ipsam adiuuāte & ad hoc facilitāte. g qūtumcū
q mediante originali iustitia in intellectiua aīa existente
ipsa intellectiua sensitiuā faciliter ab omi sibi delectabi-
li qd fuisset cōtra rationis dictamē debitū/retraxisset: nō
tn ipsa aīa sensitiua hoc faciliter imo difficiliter eēt passa
nisi fuisset virtute aliqua consimili virtuti existenti ī ipa
intellectiua anima/informata. Sed 9stat q stante origi-
nali iustitia in hoie nec fuisset difficultas aliqua in intel-
lectiua aīa regente/nec in sensitiua ipsi obtemperante et
obediente. ergo &c. ¶ Cōfirmatur p illud qd ponit phus
tertio politic. vbi dicit q oportet ponere in seruo virtu-
tē obedientie ad hoc q prompte dño obediat & faciliter
qd sibi iniūgitur/exequat. ¶ Ex hoc arguit ad proposi-
tū. qm sensitiuū se habet ad intellectiuū sicut seruus ad
dñm: g sicut ad faciliter seruū regendum non sufficit po-
nere in dño virtutem eū inclinantē ad regendū: sed opor-
tet etiam ī seruo ponere aliā eū inclinātē ad faciliter obe
diēdū: ita & in pposito cōsimiliter est dicendū. quare &c.
¶ Scdm/vez q ponendo in hoie vnā aīam tm non opor
teat ponere in homine fuisse nisi originalē iustitiam tm
vnā/appet. qm hoc supposito nulla substantialis sed tm
accidētalis distinctio est inter hois appetitū sensitiuum
obedibilem retrahibilem ac regibilē/& appetitum intelle
ctiuum ipm scdm rectū rationis dictamē preuiū guber-
nantem. sed ad recte & faciliter regēdū non oportet pone
re virtutem aliquā in inferiori: qd habet regi & guberna-
ri passiue/aliā a virtute existēte in supiori qd habet regē-
re actiue: qm supius & inferius non substantialiter: sed tm
accidētaliter distinguunt. g &c. ¶ Cōfirmatur. qz si in ho
mine sensitiua est ab intellectiua substantialiter indistincta
appetitus sensitiuus non differt ab itellectiuo nisi sicut
aīa vt vario actu informata. nec eñ appetitus sensitiuus
est aliud q aīa sensibiliter appetēs vel appetere potens
nec intellectiua aliud q aīa eadē vt alterius actus elici-
tiua. nec p 9ns appetitum intellectiuū refrenare seu re-

trahere sensitiuum est aliud q̄ aiam scdm dictamē rōnis de bitū ꝛ voluntatis imperiū suspendere actū indebitū sensitiuū. sed ad hoc faciliter faciendū non videt̄ fuisse necessariū nisi vnicū dei donū. ergo ꝛc.

Sed contra prædicta sunt duo dubia.

Primum est / quod aīa sensitiua est intellectiue obedibilis supposito ꝙ sit alia ab ipsa. Hoc eīn cōcesso nō magis videtur ꝙ aīa intellectiua hoīs possit aliquid sup aīam sensitiuam eius q̄ alterius aīalis: cū ita ab ipā sicut ab alia realiter ꝛ essentialiter sit distincta / ꝫ ipsi ꝛ non alteri in eodē corpore sit cōiuncta. ¶ Scdm est: ꝙ non magis ꝓpter idēntitatē aīe sensitiue ꝛ rationalis potest argui idētitas seu vnitas iustitie originalis q̄ alicuius alteri⁹ virtutis moralis. sed concessa vnitate anime intellectiue et sensitiue / adhuc (vt ostendet̄ i tertio) potest poni pluralitas cuiuslibet virtutis moralis. possunt eīn poni immo ꝛ de facto ponuntur plures iustitie / plures fortitudines / et tēperantie / quarū alia acquiritur mediante actu appetitus intellectiui: ꝛ alia mediante actu appetitus sensitiui. ergo consiliter in ꝓposito de originali iustitia posset dici. ¶ Ad primum dicēdū ꝙ idem dubiū est apud illos q̄ ponunt substantiā anime esse vnā: ꝛ in ipā appetitū intellectiuum ꝛ sensitiuū tanq̄ aliqua duo tā liter se q̄ ab ipsa anime substantia distīcta formaliter in re extra. Hoc eīn supposito oportet eos concedere consequenter: vt alibi ē ostensum / hmōi potentias realiter ꝛ essentialiter eē diuersas: ꝫ in aīa ipsas ponunt vnitas. ḡ minus ē incōueniēs ponere in eodem corpore duas aīas quarum vna sit alteri obedibilis / q̄ in eadē aīa duas potentias consimiliter realiter distinctas sicut potentie aīe habent poni ab eis distincte: quarum vna alteri sit subiecta. quare ꝛc. ¶ Ad scdm dicendum ꝙ non est silr̄ de originali iustitia infusa ꝛ de alijs virtutibus moralibus naturaliter acquisitis. qrē ꝫ ex distinctiōe actuū arguat̄ distinctio habituū illorū q̄ ipsis actib⁹ mediantibus naturaliter acq̄runtur: nō tn̄ aliorum q̄ sine actibus ꝑcedētibus supnaturaliter infunduntur. sed virtutes morales alie ab originali iustitia naturaliter acq̄runtur: ipsa autem iustitia originalis est habitus supnaturalis. ḡ ꝛc. ¶ Sed hoc nō videt̄ sufficere. qr̄ vnus habit⁹ siue naturaliter acq̄situs siue supnaturaliter infusus / non inclinat nec facilitat potētiā quā informat ad actus alterius rōnis. ḡ ꝛc. ¶ Minor apparet qr̄ per originalem iustitiā aīa habens ipaꝫ aīe sensitiue prōpte ꝛ faciliter imperasset / actūq̄ appetit⁹ sensitiui omnem indebitū suspendisset: cui imperio ipsa faciliter obedisset: ꝛ actum hmōi declinasset. sed ista / vcꝫ actum impedire seu ab ipso faciliter retrahere actiue / ꝛ ab ipso faciliter ꝛ delectabiliter retrahi passiue / videnē esse alterius rōnis. ḡ ꝛc. ¶ Ad hoc pōt respondere. primo ad maiorem dicēdo ꝙ non est vera de oī habitu supnaturali. non eīn ē impossibile aliquē supnaturalē habitū a deo infundi homini q̄ ipse homo inclinet̄ ad actus plures ꝛ alterius rōnis. non eīn est impossibilius vnū habitū inclinare potentiam ad plures actus alterius rationis q̄ eundē actum esse pluriū obiectoꝝ specifice distinctoꝝ. Sed scdm ē possibile et de facto scdm illos q̄ dicunt ꝙ beati actu beatifico deū ipm ꝛ i eo alia intuētur. quare ꝛc. ¶ Uel scdo posset ꝯcedi ꝙ de facto fuerūt collate due originales iustitie quarum vna inclinabat aīam ad faciliter impandū seu retrahēdū actiue: ꝛ alia ad faciliter obediēdū passiue. nec hui⁹ ꝯtrariū supius est ꝓbatum: sed tn̄ ꝙ nō fuit necessariū esse in hoīe originalē iustitiam nisi vnam. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: vbi

est videndū a quo hmōi originalis iustitia fuerit effectiue constat ꝙ fuit de facto a deo: quia eā habuit hō in sua creatione. cum ipsa eīn creat⁹ fuit: nec eam ꝑ ꝯpās acq̄siuit. ¶ Sed est dubiū an ipsaꝫ hō naturalit̄ postea acq̄rere potuisset si eam in sua creatione supnaturaliter nō accepisset. Et videt̄ ꝙ sic. qr̄ potens in actum habitus / pōt ꝑ ipsum frequenter elicitū acq̄rere habitū. sed actus originalis iustitie est homini naturaliter possibilis. ḡ ꝛ ipse habitus iustitie originalis. ¶ Minor probat̄. qr̄ act⁹ originalis iustitie est plena obediētia sine rebellione appetitus sensitiui ad intellectiuum. sed hmōi plena obedientia est in hoīe virtuoso vt in tēꝑato. Qd̄ ꝓbat̄ ꝑ phm̄. 6. eth. vbi ponens differentiam inter continentē et temꝑantem dicit ꝙ continēs prauas passiones patit̄: sed nō deducitur quia rationē seq̄tur. temꝑatus aūt prauas passiones nō patitur. ḡ ꝛc. ¶ Ex hoc videt̄ posse concludi vlterius ꝙ originalis iustitia nō fuerit specie distincta a temperantia. qr̄ habit⁹ arguunt̄ esse specifice indistincti quorum actus ponunt̄ esse eiusdem specifice rōnis. sed illud idem qd̄ fuit effectus originalis iustitie puta ꝑdicta obediētia sine rebellione aliqua / ponit̄ esse a phō vbi supra / effect⁹ temꝑantie. ¶ Cōfirmat̄. qr̄ iustitia originalis fuit virtus moralis: vt dictum fuit supra. sed nō potuit esse alia q̄ tēperantia: vt pꝫ ꝑ oēs alias discurrendo. ḡ ꝛc. ¶ Ad hoc dicēdū ē primo: ꝙ originalis iustitia nec potuit nec pōt ab hoīe naturalit̄ acquiri: immo est oīno alterius rōnis ab omni alio habitu ipsi possibili ꝑ naturā. ¶ Secundo. ꝙ hoc non videtur euidenter posse probari ex actu ꝓprio q̄ dicitur fuisse ipsius iustitie originalis: sed ex alio. ¶ Hoc apparet per rationē factā. ꝯstat eīn ꝓprium effectū originalis iustitie fuisse / vt sepe dictū est / plenā obediētiā viriū iferiorū ad supiores absq̄ rebelliōe aliq̄. ſꝫ talis videt̄ posse esse naturaliter in homine tēperātia mediante naturaliter ex actibus acq̄sita: ḡ originalē iustitiā esse alterius rationis a tēꝑantia ꝛ homini naturaliter ipossibilem non videt̄ posse ꝓbari ex eius effectu seu actu ꝓprio euidenter. Dico aūt euidēter: qr̄ forte potest ꝓbari aliq̄liter si dicatur ꝙ nec temperātia nec aliqua moralis ꝟtus alia ꝑ se sumpta pōt facere plenā obediētiā ꝛ vniuersalē viriū inferiorum ad superiores / ꝛ oēm rebellionem ab eis remouere sicut originalis iustitia faciebat. qr̄ tēꝑerātia q̄tūcūq̄ perfecta nō facit aptum hoīem nisi ad ꝯcupiscibilis ꝛ delectabilia respuēda. nō eīn inclinat ad fortia seu ardua aggrediendū qd̄ hēt facere fortitudo. Et ideo q̄tūcūq̄ ꝓpter tēperantiam possit esse in homine ꝑfecta obedientia absq̄ rebellione aliqua q̄tum ad concupiscibilia seu delectabilia / circa q̄ sola est ꝑfecte moderatus omnis temꝑantia informat⁹: non tn̄ circa alia. non eīn faciliter aggreditur ardua informatus temꝑantia: immo aliq̄n ꝓpter ardua ne oporteat eū aggredi ipse cadit a temꝑātia. ḡ si originalis iustitia faciebat in homine obedientiā perfectā virium inferiorum ad superiores respectu oīm eligendoꝝ vniuersalit̄ ꝛ fugiēdoꝝ / seq̄tur ꝙ ex eius actu seu effectu / isto supposito / ꝓbatur aliqualit̄ ipsam fuisse a temꝑātia ꝛ ab oī ꝟtute alia homini naturaliter possibili alteri⁹ rationis: nec per ꝯñs fuit homini possibilis ꝑ naturā. ¶ Probat̄ etiā ex alio cuilibet catholico / vcꝫ ex doctrina sanctoꝝ oīm ꝛ doctoꝝ. Constat eīn scdm oēs ꝙ homo sic ꝑ peccm̄ originalē iustitiā pdidit: ꝙ nūq̄ ipsam postea recupauit nec habuit. sed si esset ipsi naturalit̄ possibilis / potuisset vtiq̄ ꝛ posset etiam mō hīt salē ab aliq̄ naturaliter: ꝛ acq̄ri. sicut ꝛ alie virtutes naturaliter possibiles per exercitium suorum actuū acq̄runtur: ꝛ maxime qr̄ sicut nec alie virtutes: ita nec ista originalis iustitia ꝑsupponit grām nec aliquā formam supnaturalē aliā seu virtutē. ergo ꝛc. ¶ Ex ꝑdictis seq̄tur corollarie ꝙ hmōi iustitia originalis fuit ꝓprie forma supnaturalis. ¶ Hoc apparet. qr̄ ꝓprie sola illa forma est supernaturalis q̄ ē

per naturã impossibilis τ soli deo possibilis:sed talis fuit
iustitia originalis:ergo fuit ꝓprie supnaturalis. ¶ Ex q̃
seq̃tur vlterius ꝙ fuit ab oĩ virtute morali τ a q̃cũq3 alia
naturaliter possibili alterius rõnis.que eñ eiusdẽ rõnis
exiſtũt/ab eadẽ causa effici possunt.ergo τc. ¶ Et qñ ar-
guitur ꝙ fuit virtus moralis/concedo:non tñ eiusdem rõ
nis cum alijs tribus nec cum ipsarũ aliqua/q̃ sunt possi-
biles ꝑ naturã. quare τc.

Sed circa predicta occurrit adhuc du

bium.non eñ scd̃m dicta videtur ꝙ homo ꝑter iustitiam
originalẽ indiguerit aliqua alia morali virtute electiua
qñ ꝑ solam originalem iustitiam fuit vt dictum est in ho-
mine perfecta obedientia τ ꝓmptitudo seu facilitas vñ
ad oĩe scd̃m rectũ rõnis iudiciũ eligẽdũ. sed faciliter ꝓ
pter vnicũ habitũ potẽs oĩe eligendum eligere τ respu
endum respuere nõ indigeret alio habitu electiuo . g̃ τc.
¶ Ad hoc nõ videtur etiã aliter respõdẽdum nisi ↄcedẽ-
do conclusionẽ q̃ infertur:supposito hoc qd̃ ĩ maiori assu
mitur: qd̃ τ communiter ↄcedit. Si aũt illud negeẽ/nõ se
quiẽ ↄclusio q̃ infertẽ.posset eñ dici ꝙ ꝑ originalẽ iustitiã
non fuisset homo vniuersaliter prompt⁹ τ facilis ad oĩe
scd̃m rectum rationis iudiciũ eligendũ τ respuendũ:sed
tñ ad respuendũ delectabilia appetitui sensitiuo:q̃ faci-
liter ab eis potuisset retrahi ipsa originali iustitia mediã
te:per quã tñ homo ardua aggredi faciliter nõ potuisset
ex quo seq̃tur ꝙ fortitudine nõ tñ temperantia distincta
ab originali iustitia idiguisset. ipsa eñ originalis iustitia
fuit q̃dam tẽperantia:alia tñ ab ista q̃ nunc est possibilis
homini virtuoso/l3 actus vtriusq3 sint eiusdẽ rationis.re-
spectu eñ actuũ eiusdem rõnis possunt forte esse habit⁹
quorum vnus sit naturalis τ alius supernaturalis alte-
rius rationis.quare τc. ¶ Sic ad q̃stionem. ¶ Ad ratio
nem in principio patet solutio ex p̃dictis.

SEcundo quero de peccato origi

nali:vtrum peccatũ originale sit aliq̃d positiuũ
¶ Et videẽ ꝙ sic.qñ illud ꝓpter qd̃ homo est
inclinatus τ ꝓnus ad aliquẽ actũ/oportet ꝙ sit in ipso
aliquid positiuũ.sed propter originale peccatum homo ẽ
ꝓnus τ inclinatus ad malum scd̃m doctrinã sanctorum.
ergo τc. ¶ Cõtra.quia si originale pctm̃ esset vel diceret
aliq̃d positiuũ:aut hmõi positiuũ esset habitus aut act⁹.
sed non põt dici ꝙ sit actus:q: tunc non deberet dici pec
catum originale:sed potius actuale. nec habit⁹:q: null⁹
habitus etiam ille q̃ est antecedẽter in hominis ꝑtãte/ẽ
peccatum seu culpa:l3 q̃nq3 sit eius sequela/ vt habit⁹ vi
tiosus.ergo τc. ¶ Responsio.vbi sic procedam. Primo ĩ
quiram quid est originale peccatum:qd̃ est quesitũ . Se-
cundo/quis contrahit ipsu3. Tertio/quomõ cõtrahitur.
Quarto/quomodo remittitur.

Quantũ ad primum:est opinio cuiusdã

doctoris ꝙ pctm̃ originale põt dupliciẽ cõsiderari: vide-
licet materialiẽ τ forͣliẽ. Tũc dicit ꝙ originale pctm̃ vt
pmo modo sumptũ ve3 materialiter est aliq̃d positiuu3
qd̃ q̃dẽ positiuũ est q̃dam qualitas de tertia specie cõtra
ria originali iustitie:ita ꝙ ipsa originalis iustitia τ origi
nalis culpa vt materialiter sumpta sunt due eiusdem spe
ciei contrarie qualitates. Si autem originale peccatum
accipiatur formaliter:sic non est aliq̃d positiuu3:sed q̃dã
deformitas seu defectus tm̃.nullũ eñ peccatum q̃tũ ad
formale suum est aliq̃d positiuũ:sed tm̃ priuatiuũ. ¶ Pri
mum videlicet ꝙ materialiẽ sumptũ originale peccatu3
sit qualitas supradicta:ꝓbat ꝑ Augu.qui aliqñ dicit ꝙ
peccatũ originale est qualitas morbida: aliqñ ꝙ est con-
cupiscentia. Ansel.etiã dicit in libro de ↄceptu virginis

τ cur deus homo: ꝙ peccatũ originale est carentia origi
nalis iustitie cum debito habẽdi eam.hoc aũt non est in-
telligendum priuatiue:sed tñ cõtrarie. non eñ priuatio
originalis iustitie põt esse peccatum:sed qualitas origi-
nali iustitie contraria:ad quã seq̃tur ipsius originalis iu
stitie priuatio seu carentia.quare τc. ¶ Cõtra opinionẽ
istam arguiẽ.qñ hmõi difformitas seu defectus q̃ dicitur
tpm originale peccatũ formaliter non põt esse alteri⁹ q̃
illius q̃litatis positiue originali iustitie contrarie.nec ẽ
formale alicuius peccati est alterius q̃ eius materiale.
sed hmõi difformitas seu defect⁹ nõ põt esse isti⁹ qualita-
tis positiue τ morbide quã tu ponis eẽ materiale pecca
ti originalis.ergo τc. ¶ Minor probatur.qñ nullũ posi-
tiuũ cuiusmodi est aliqua difformitas seu defect⁹ q̃ forma
liter est peccatũ/est effectiue a deo tm̃. ¶ Hoc appet.qñ
cum deus nullo modo ↄcedatur esse/sicut nec est/cã pec-
cati:per ↄñs nullus effectus ei⁹ tm̃ põt esse culpabilis
nec difformis.sec⁹ aũt est de effectu aliquo cõi dei τ alicu
ius alterius agentis creati.talis eñ licet nõ vt a deo est
vt est ab alio põt eẽ moraliter culpabilis τ difformis.sed
hmõi qualitas positiua si ponatur non põt poni esse nisi
a deo tm̃ effectiue:q: nec põt poni in aliq̃ subiecto alio q̃
in anima subiectiue.idem eñ est subiectũ contrariorum
sed anima rõnalis non corpus hoĩs est subiectu3 iustitie
originalis.g̃ τ alterius ipsi contrarie qualitatis: sed ide3
est subiectũ materiale τ formale cuiuscũq3 peccati. s3 aĩa
non corpus hoĩs est subiectũ formale peccati originalis
τ cuiuscũq3 alterius actualis eo modo q̃ peccatum diciẽ
hr̃e subiectũ.g̃ hmõi qualitas positiua q̃ poniẽ esse mate
rialiter tpm originale peccatũ/non est alibi q̃ in aĩa hoĩs
subiectiue. Sed ↄstat ꝙ nulla forma existẽs in aĩa statim
vt corpori ĩfunditur qualis poniẽ esse ista/potest in ea cã
ri a generante nec ab aliquo agente alio q̃ a primo.g̃ τc.
¶ Cõfirmaẽ.q: idẽ effectus continẽ in cã scd̃a virtualiẽ
post pctm̃ q̃ continebaẽ in statu innocentie ante ipm.sed
in statu innocẽtie nulla scd̃a cã erat talis qualitatis vir-
tualiter ↄtẽtiua:nec in anima ꝓductiua.ergo τc. ¶ Nec
valet si dicaẽ ꝙ tunc in statu innocentie aĩa erat sub q̃li-
tate contraria/ve3 originali iustitia:τ ideo non poterat ĩ
ipsa naturaliter introduci ista qualitas ipsi incompossi-
bilis τ opposita.qñ qd̃ continet virtualiter vnũ contra-
riorum/põt naturaliter corrumpe alterũ:sicut calidũ po
test corrũpere frigidũ q: cõtinet virtualiẽ calidũ.sed ori-
ginalis iustitia τ qualitas ista quã ponis sunt cõtraria
ergo si causa aliqua naturalis est virtualiter contentiua
istius qualitatis/illa eadem sibi relicta fuisset in statu in
nocentie ipsi⁹ originalis iustitie corruptiua.hoc aũt ẽ fal
sum.g̃ τc. ¶ Preterea scd̃o arguẽ sic ad idem.ꝓpter ori-
ginale pctm̃ in quo ↄcipitur omnis ab Adã naturaliter
ꝓpagatus est gloria priuand⁹:q: ipsa habetur indign⁹
sed propter nullu3 habitũ homini a deo impressum ipsum
hoĩem ad malũ inclinantem homo cui imprimiẽ ad penã
aliquã ordinatur:nec aliq̃ bono sibi alias debito ĩdign⁹
habetur.g̃ peccatũ originale nõ potest dicere formaliter
nec materialiter aliquem habitũ homini a deo ĩpressum
constat etiam ꝙ nõ dicit actũ:q: tunc esset actuale pctm̃
ergo nõ videtur dicere aliq̃d positiuum. ¶ Minor ꝓbaẽ
qñ non magis sed minus homini ĩputaẽ illud qd̃ nullo
modo est ab ipso:sed ab alio:q̃ illud qd̃ est ab ipso effecti
ue. Sed habit⁹ vitiosus mediãtib⁹ vitiosis actib⁹ est ab
hoĩe effectiue:nec tñ ipsi ad penam aliquã imputaẽ:nec
formaliter culpabilis reputaẽ/vt apparet in quocũq3 ho
mine vitioso nouiter ad deũ conuerso a peccatis oĩbus ꝑ
teritis τ a penis ipsis debitis absoluto:non tñ a vitiosis
habitibus ꝑcedentib⁹ ipm consistẽter sicut pri⁹ ad malũ
inclinantibus liberato.ergo cum hmõi qualitas q̃ poniẽ
materialiẽ originale pctm̃ non fuerit nec sit ab hoĩe in q̃

ponit effectiue: sed tñ ab alio: nullo mõ est ipsi ad penam aliquam imputandũ. ¶ Cõfirmat. qr non magis est culpabilis nec difformis habitus productus a voluntate diuina inobliquabili ꝙ habitus productus a voluntate creata obliquabili ꝛ difformi. sed nullus habitꝰ producꝰ a voluntate creata est materialiter culpabilis nec culpabiliter difformis. ergo nec alius a deo productꝰ: qualis habet esse hmõi qualitas supradicta. ¶ Preterea constat hoĩ remitti p baptismũ ꝛ aliis modis peccatũ originale. sed si originale peccatũ esset talis qualitas sic difformis hoĩem inclinans ad malum/nunꝗ in presenti remitteretur alicui: sed semp maneret cõiter in quolibet originale peccatum. ꝗ ꝛc. ¶ Minor probatur. qm̃ nec propter baptismũ nec propter quodcunqȝ aliud sacramentũ tollitur ab aĩa qualitas spũalis aliq̃ preexistens in ipsa ante: immo oĩs qualitas ꝛ forma quecunqȝ anime infusa in creatione sua remanet semp in ea actu saltem quãdiu ipsa manet coniũcta corpori in presenti. ꝗ si pctm̃ originale ponatur esse forma aliqua positiua difformis aĩe corpori coniuncte impressa: cũ talis forma nec tollatꝭ ab aĩa p baptismũ/nec eius difformitas: nec p cõñs remittetꝭ p ipsũ originale peccatum. ¶ Cõfirmatꝭ dupliciter. Primo. qr manẽte quocũqȝ actu vel habitu semp manet eius cõformitas si conformis/vel difformitas si difformis. Sed hmõi qualitas quã ponũt esse materiale peccati originalis/est vt dicũt difformis difformitate quã concedũt esse formale ipsius peccati originalis. ergo originale delictũ manet in quolibet post baptismum tã quãtũ ad suum materiale: ꝙ etiaȝ quãtũ ad suum formale. ¶ Scdo. qr pronitas ad malũ in hoĩe est vt dicũt propter hmõi defectuosam ꝛ morbidã qualitatem eã sic inclinantẽ/ sicut originalis iustitia illi contraria ad contrariũ veȝ ad bonum quẽlibet inclinabat. ergo manente in hoĩe pronitate ad malũ vniformiter ꝛ difficultate ad bonum / manet in ipso consimiliꝭ talis qualitas sic difformis. ¶ Hoc apparet. qr promptitudo ad actum habitꝰ arguit ipm̃ inexistẽtem habitũ. sed hmõi promptitudo ad malum est vt dicũt propter qualitatem hmõi in homine existentẽ. scdm̃ ipsos eñ homo existẽs in puris naturalibus nõ esset sic pronus ad malũ. sed hõ est pronus ad malum post baptismũ vniformiter sicut priꝰ. ꝗ est in ipso talis q̃litas q̃ pctm̃ originale dicitꝭ/post baptismũ. ¶ Preterea arguo sic ad idem. nullꝰ habitꝰ nec actus quãtũcũqȝ culpabilis ꝛ difformis est pctm̃ originale: sed potiꝰ actuale. ¶ Hoc apparet. qr omnis habitꝰ ẽ quidã actus cum sit forma actualiter habituate potentie inexistẽs. originale autẽ pctm̃ nullũ videtur dicere actũ: ergo talis qualitas esto ꝙ ponatur: ꝛ sit difformis sicut ponitꝭ: nõ poterit poni peccatũ originale: sed potius actuale. sed cõstat ꝙ nec põt poni etiã actuale. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatꝭ. qr nõ magis habitꝰ alicui a deo vel a quocũqȝ alio impssus ꝙ actus ẽ in ipso cui imputatur aliqd̃ pctm̃ actuale nec originale sed nullus actus quãtũcũqȝ indebitus homini impssus a deo vel a quocũqȝ alio esset in ipo aliqd̃ peccatum. nec eñ actus odiendi deũ esset homini aliqd̃ pctm̃ si hmõi actꝰ non esset productus ab homine effectiue: sed tñ a deo/et receptus in ipso hoĩe subiectiue. ergo multo minꝰ aliqs habitus qualis ponitur hmõi qualitas sic difformis/põt dici peccatũ hoĩs ad ipsaȝ nihil agentis sed eam recipiẽtis tñ subiectiue.

Aliorum opinio est dicentium ꝙ originale peccatum non est aliquid aliud ꝙ carentia originalis iustitie cũ debita habendi eã. Et hmõi opinionis videtꝭ esse Ansel. de conceptu virginis /et cur deꝰ hõ. vt fuit superius recitatum. Sic loquẽtes habent dicere consequenter ꝙ originale peccatum nõ dicit aliquid positiuũ: sed tñ priuatiuum. nec eñ carentia forme alicuius est aliquid positiuuȝ. ¶ Hoc declaratur. qm̃ nullũ pctm̃ ẽ aliud ꝙ quedã iniustitia. ꝛ sicut peccatũ vniuersaliter sumptũ dicitur in vna iniustitia: ita ꝛ tale pctm̃ talis iniustitia secundũ Ansel. cap. 5. ꝛ 16. de casu diaboli. non est eñ carẽtia iustitie debite. ergo pctm̃ originale cum sit quedã iniustitia qr culpa/est alicuius iustitie carẽtia. sed nõ alterius ꝙ originalis a qua ẽt denoiatꝭ originale. ꝗ originalis iustitia est debita in primis parẽtibus accepta. ꝗ ꝛc. ¶ Sed nec ista opinio apparet mihi rationabilis: ꝛ ideo contra ipsam arguo sic primo. illud qd̃ est in homine propter pctm̃ originale vel propter qd̃ ẽ in homine peccatũ originale non est formaliter ipm̃ originale pctm̃. sed propter originale pctm̃ est in hoĩe carentia originalis iustitie: vel forsitan econuerso originale pctm̃ est propter carentiam originalis iustitie. vel eñ homo qui in peccato concipitꝭ idea caret iustitia originali sibi debita: vel qr caret sibi debita iustitia/ideo dicitur esse in culpa. ꝗ ꝛc. ¶ Confirmatꝭ. qr sicut carentia gr̃e ad pctm̃ actuale: ita carentia originalis iustitie se videtꝭ hr̃e ad peccatum originale. sed carentia gr̃e diuine non est actualis culpa: sed eius sequela. propter culpam eñ mortalẽ caret aĩa ꝛ priuatur gr̃a diuina. ꝗ ꝛc. ¶ Preterea scdo sic arguo. aut hmõi carentia iustitie originalis est pctm̃ originale secundum se/aut tñ in homine. Sed nõ põt primũ poni: qr tunc eẽt peccatum originale in quocũqȝ in quo non esset originalis iustitia: qd̃ est falsũ. Nec põt poni scdm̃: qr tunc esset peccatum originale in quocunqȝ homine: cũ in nullo sit originalis iustitia. qd̃ similiter non est verũ: cum multis sit originale peccatũ remissum. ergo ꝛc. ¶ Confirmatur. qr nõ minꝰ est in homine carentia originalis iustitie post baptismuȝ ꝙ ante. sed constat post baptismum non esse in homine originale peccatũ: cum sit ipsi remissum. ergo hmõi carentia originalis iustitie nõ est in hoĩe originale peccatũ. ¶ Sȝ ad hoc respondetꝭ: ꝙ carentia originalis iustitie non ẽ originale peccatũ vt scdm̃ se absolute: nec etiam vt in hoĩe sed tñ vt accepta cũ debito habẽdi eam veȝ originalem iustitiam: qd̃ debitũ remittitur homini in baptismo: nec p cõñs manet in ipso peccatũ originale. licet eñ originalis iustitia non reddatur: sed maneat eius carentia: non tñ debitũ habendi ipsam originalem iustitiã manet: cum sit remissum homini p baptismũ. quare ꝛc. ¶ Sed hoc nõ põt stare: nec rationabiliter videtꝭ esse dictum. qm̃ quero/quare homo ante baptismũ magis est obligatus ad habẽdũ originalem iustitiã ꝙ post ipm̃: aut eñ hoc est qr ante baptismũ caret originali iustitia: aut qr caret gr̃a: aut qr deus vult ipm̃ esse obligatum ad originalem iustitiam ante baptismũ ꝛ nõ postea. Sed nõ põt poni primuȝ: qr ita caret originali iustitia post baptismum. Nec scdm̃: qr obligatꝰ ad habendũ aliquod vnum non deobligatꝭ propter aliqd̃ aliud habitũ ab illo distinctũ. sed gr̃a ab originali iustitia realiter est distincta. ergo si hõ nascitꝭ obligatꝰ ad habẽdũ originalem iustitiã/nõ deobligatꝭ propter diuinalẽ gratiaȝ in baptismo receptã. Nec põt poni tertiũ: qr cũ hmõi debitũ sit peccati originalis cõpletiuum: sine quo carentia originalis iustitie nõ est pctm̃ vt conceditꝭ: p cõñs sequeretꝭ ꝙ hõ esset ante baptismũ in pctõ originali: qr deus vult ipȝ esse in eo: ita causa principalis originalis peccati esset voluntas diuina. hoc aũt est falsum. ergo ꝛc. ¶ Cõfirmatur. qr deus non vult aliquẽ obligari ampliꝰ nũc ꝙ prius ad illud qd̃ est sibi eque impossibile nũc vt postea. sed originalis iustitia eque est homini impossibilis naturaliter ante baptismũ sicut post ipm̃. ergo non magis deꝰ vult aliquẽ obligari ante baptismũ ꝙ post ipm̃ ad habẽdũ originalis iustitie donũ. quare ꝛc. ¶ Preterea qm̃ dicitꝭ ꝙ hõ ẽ originalis iustitie debitor: qr ipsã accepit ꝛ perdidit: hoc nõ valet. qm̃ deꝰ nullũ vult esse obligatũ ad habẽdũ aliqd̃ suuȝ donum nõ sibi sed alteri collatũ cuius culpa non ipsius est amissuȝ. sed originalis iustitia fuit supnaturale donũ qd̃ solis primis parẽtibꝰ est collatũ/ꝛ eorũ culpa amissũ. ꝗ ipsi primi pa

rentes soli nõ alij debuerūt esse hmõi accepte ⁊ pdite ori
ginalis iustitie debitores. q̄re ⁊c. ¶ Cõfirmat̄. qꝛ de⁹ nul
lū magis vult obligari ad habẽdū illō qđ nūq̄ sua culpa
perdidit nec accepit nec aliq̄ mō in sua ptāte existit q̄ il
lud qđ aliq̄ mō ĩ sua ptāte existit ⁊ accepit ac sua culpa
amisit. sed nullus alius a primis parentibus originalem
iustitiam pdidit nec accepit nec ipsa aliq̄ modo in alicu-
ius ptāte existit. alios autem multos morales habitus
virtuosos existentes in hoīs ptāte multi acceperunt et
sua culpa amiserunt: nec tñ deus vult eos esse obligatos
ad ipsos: cū eis omnia peccata remittat nec amissos vir-
tuosos habitus reddat / vt apparet in penitentibus rema
nentibus in vitiosis habitibus p̄cedentibus. ergo ⁊c.

Et ideo supradictis opinionibus preter
missis / q̄tū ad istū articulū aliṫ est dicẽdū. Ad cui⁹ euiden
tiā ẽ sciẽdū: q̄ loquẽdo ꝓprie aliō est peccatū ⁊ aliō est
reatus. habent se enī pctm̄ ⁊ reatus q̄dāmō / sicut causa
⁊ effect⁹ / vel sicut añs ⁊ ꝯñs. ꝓpter peccatū enī hō ẽ re⁹
qꝛ ad penam aliquā obligat⁹. nec reat⁹ est aliō q̄ obliga
tio ad penam debitā ꝓpter culpā. Hmōi aūt reatus seu
obligatio ad penam est duplex. est enī: vnus sequẽs pro
priam culpā rei: ⁊ talis ẽ reatus actualis: qꝛ seq̄tur ipi⁹
rei actuale peccatum. alius aūt est sequens non ꝓpriam
culpam rei sed alteri⁹ a q̄ descendit reus: ⁊ talis reat⁹ di
citur non actualis / lꝫ sit actualiṫ inexistens: sed origina-
lis: qꝛ sequitur culpā originantis reum. ⁊ ideo potest dici
reatus originalis ad differentiam actualis: qui nō tm̄ in
est ipsi reo / sed etiam in eo peccatum fuit qđ ipsum reū cō
stituit: cuius contrariū est de isto originali reatu: quem re
atum non facit peccatū rei ꝓpriū: sed originantis ipsum
¶ His p̄missis pono q̄tuor ꝯclusiones. ¶ Prima ẽ: q̄ ori
ginalis defectus non est peccatū ꝓprie sumptū: vt pctm̄
diuidiṫ cōtra reatū. ¶ Hec ꝓbatur. quoniaꝫ in quocunq̄
potest esse peccatum / ⁊ meritū. sed in paruulo in defectu
originali concepto nullū potest esse meritū cum non ha-
beat rationis vsum: ergo nec demeritū. quare ⁊c. ¶ Cõ-
firmatur. qꝛ omne peccatum ideo peccatū quia volunta-
rium: et per ꝯñs in ptāte peccantis. Sed defectus origi-
nalis non est in potestate hominis. g̃ ⁊c. ¶ Nec valet si
dicaṫ q̄ p̄dicta oīa sunt vera de peccato actuali: non aūt
de originali. qꝛ omnino videtur improbabile ⁊ absurdum
dicere ⁊ ponere aliquẽ aliqđ pctm̄ contrahere necessario
velit nolit absq̄ eius actu elicito vel omisso. cū enī omne
pctm̄ sit omissionis vel cōmissiōis: nullus peccat nisi aut
qꝛ aliq̄d respuẽdū eligit: aut qꝛ aliq̄d eligẽdū respuit seu
omittit. sed paruulus ante rationis vsum non magis est
obligatus ad aliquid q̄ asinus. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur
qꝛ si originalis defect⁹ est culpabilis: quero a quo sit ista
culpa. aut enī est a puero: aut a parentibus: aut a deo. sed
non a paruulo. nec enim paruulus ante rationis vsuꝫ po
test magis mereri nec demereri q̄ asinus. nec a primis
parẽtibus. nec enī pctm̄ in vno pōt esse ab alio. nec a deo
ipse enim nullius peccati ꝯcediṫ esse causa. q̄re ⁊c. ¶ Se
cūda cōclusio est: q̄ originalis defectus nō est materialiṫ
nec formaliter aliq̄d positiuū. ¶ Hec ꝯclusio lꝫ iam ostẽ
sa supius / iterū probaṫ. qm̄ si originalis defectus diceret
aliq̄d positiuū in homine: aut illud esset aliq̄s actus ma
lus: aut habitus aliquis virtuosus: aut aliqua infectio
seu macula positiua: aut qualitas morbida. Sed nullum
istorum potest poni. non enim potest dici q̄ hmōi positi-
uum sit aliquis actus malus: tum quia non est in par-
uulo talis actus: tum quia esto q̄ esset: aut talis actus
nullum esset in eo peccatū: cum non esset in eius potesta
te: vel si esset / non esset peccatū originale sed potius actu
ale. Nec potest dici secundo q̄ sit aliquis malus habit⁹
quia talis vt dictū est superius / haberet a deo fieri ⁊ ipsi

in effectiue: sicut ⁊ quodcūq̄ qđ poneretur esse huiusmō
di originale peccatū. Nec potest esse aliorum vt superius
est probatum. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. qꝛ nullum positiuū
alicui ab alio impressum pōt in ipso dicere aliquem defe-
ctum culpabilem nec reatum. nullus enī est reus ꝓpter
aliquid in ipso non a se sed ab alio causatum. sed origina
lis defectus vt dicetur inferius est reatus. Si autem hu-
iusmodi defectus originalis diceret aliquid positiuū / ipꝫ
esset huiusmodi concepto in originali ab alio impressum
ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio: q̄ originalis defectus nō ẽ
formaliṫ aliqua deformitas seu priuatio moralis alicui⁹
circumstantie debite: nec etiam carentia originalis iusti-
tie: nec tertio obligatio ad habendū ipsam. ¶ Hec quan
tū ad primā partẽ ꝓbatur. quia omnis talis deformitas
seu priuatio fundaṫ in aliquo actu vel habitu vitioso. sed
nullus est in paruulo actus malus. ergo ⁊c. ¶ Secunda
pars / videlicet q̄ non sit carentia originalis iustitie / pro
bata est superius. ¶ Et iterū confirmatur. quoniaꝫ qđ hō
hñet exñs in puris naturalib⁹ nō posset eẽ originale pec-
catum. nec enim homo in puris existens naturalibus ha
beret peccatū aliqđ nec reatū. sed homo existẽs ĩ solis na
turalibus non haberet originalem iustitiam: sed eius ca-
rentiā. ergo ⁊c. ¶ Tertia pars / vꝫ q̄ nec sit debitum seu
obligatio ad habendum ipsam originalem iustitiam: pro
batur. tū qꝛ nulla est in homine talis obligatio / vt sup⁹
est probatū: tum qꝛ esto q̄ esset / ipsa non posset esse origi-
nalis reatus. quoniam reatus est obligatio non ad bonū
aliquod sed ad malum / vꝫ ad penam. sed obligatio ad
originalem iustitiam nō est obligatio ad malum aliquod
sed ad bonum. non enim est malum sed bonum ipsa origi-
nalis iustitia. ergo ⁊c. ¶ Quarta conclusio est: q̄ defect⁹
originalis est reatus seu obligatio ad penam damni pro
ueniens non ex propria culpa rei sed alterius / vꝫ eius a
quo est originaliter ipse reus. ¶ Hec probaṫ. qm̄ ꝯstat se
cundum scripturā sacrā ⁊ sanctoꝝ doctrinā oēm ab Adā
ꝓpagatū esse ante baptismum ad penā damni perpetuā
obligatū. Quero quare? Cõstat enī nullū esse obligatuꝫ
ad penam nisi propter aliquam culpam ꝓpriam vel alie
nam. aut igitur hō ꝯcipitur reus ⁊ ad penam huiusmodi
obligatus propter ꝓpriam culpaꝫ suaꝫ vel alterius. Sꝫ
non potest poni primum: qꝛ nullum est nec esse potest in
paruulo ꝓpriū meritū nec peccatū. ⁊ esto q̄ esset / tale nō
existeret originale sed actuale. omne enī pctm̄ ꝓprium
cuiuscunq̄ vt contra reatum distinctum est actuale. g̃ re-
linquiṫ scđm / vꝫ q̄ hmōi reat⁹ sit in homine ꝓpter cul-
pam alterius / vꝫ primi parentis. hoc aūt est ꝓpositum.
cū enī in homine ab Adam naturaliter ꝓpagato non sit
aliud ante baptismum q̄ obligatio ad penam ꝓpter alte
rius culpam: seq̄tur q̄ nec originalis defect⁹ pōt eẽ aliō
q̄ talis obligatio seu reatus. ¶ Cõfirmaṫ. qꝛ aut origi-
nalis defect⁹ est culpabilis vel reatus. Sꝫ non pōt eẽ cul
pabilis: vt culpa seu pctm̄ diuidiṫ ꝯtra reatū / vt sup⁹ ẽ
ꝓbatū: ergo est reatus / non sequens propriam rei culpaꝫ
ergo alterius. quare ⁊c. ¶ Sed contra predictam cõclu-
sionem forsitā arguiṫ. Primo. qꝛ cum nullus iuste punia
tur ꝓpter peccatū alterius: per consequens null⁹ ꝓpter
pctm̄ alterius est reus: nec ad penam aliquā obligatus.
sed paruulus nascitur obligatus ad penā damni. g̃ hoc ẽ
ꝓpter aliquā culpam ei⁹. ¶ Secūduꝫ. qꝛ scđm magistrū
in litera distinct. sequentis ⁊ alios etiam doct. originalis
defectus non tm̄ est reatus: sed etiam peccatum seu cul-
pa. ¶ Ad ista videbitur ĩ tertio quid dicendū. ¶ Ad illō
Ansel. dicentis q̄ peccatum originale est carentia origi
nalis iustitie / dicendum q̄ hoc est verum non formaliter
sed consequenter seu concomitanter. hmōi enim origina-
lis iustitie carentia cõcomitatur ipm̄ originale pctm̄ vel
forte antecedit ipm̄. qꝛ enī homo cõcipiṫ tanq̄ reus tali

pena:ideo caret originali iustitia:vel forsitã ecõuerso qr
caret originali iustitia ex primi parentis culpa/ideo ẽ reus
tali pena. ¶ Ad aliud qñ dicitur q̄ pctm̃ originale ẽ con-
cupiscẽtia/dicẽdũ ꝯsiliter/vez q̄ hoc nõ est verũ formalr.
qm̃ hmõi appetit⁹ sensitiui ꝯcupiscẽtia lesset hoi ĩ puris
naturalib⁹ constituto ꝯsiliter sicut bruto. sed constat q̄ ĩ
tali hoie nõ esset pctm̃ originale:ꝗ originale peccatũ nõ
est formalr̃ sed q̃si cãliter ipa carnis ꝯcupiscẽtia: ꝑ quã
to vez ex originalis iustitie carẽtia/q̃ ẽ vt dictũ est origina
lis pcti aliq̃ mõ cã vel seq̄la/seq̄tur ĩ hoie hmõi ꝯcupiscẽ
tia. ¶ Ad aliud qd̃ ꝓ alia scd̃a opinione arguit̃/qñ dr̃ q̄
pctm̃ ẽ q̃dã iniustitia:ꝯcedit̃.sꝫ ex hoc nõ seq̄t̃ qd̃ ĩfert̃/vez
q̄ originalis defect⁹ sit aliq̃ iniustitia.qm̃ hmõi defect⁹ nõ
est pctm̃ ꝓprie sũptũ:vez ꝓut pctm̃ diuidit̃ ꝯ reatũ:cũ vt
dictũ ẽ supi⁹ sit tm̃ ipse reat⁹:nec ꝑ ꝯñs ẽ aliqua iniustitia
ꝫ eius seq̄la puta iniustitie primi parẽtis. ¶ Hec de pr̃o.

Quantum ad secundum: vbi est viden

dũ q̃s ipm̃ ꝯtrahit: respondet Augu. de fide ad Petruz
dicẽs. Firmissime tene oẽm hoiem q̃ ꝑ ꝯcubitũ viri ⁊ mu
lieris ꝯcipit̃/cũ originali pctõ nasci. ⁊ hmõi ẽ alioꝝ cõiter
oĩm doctoꝝ sñĩa:⁊ ẽt ex scriptura sacra seq̄t̃. ⁊ sic tenẽ
dũ eẽ videt̃ q̄ oẽs naturales filij Ade s̃m cõez ꝓpagationẽ
puta ꝑ ꝯmixtionẽ viri ⁊ mulier; ꝯcepti/ꝯtrahũt origina
le pctm̃ seu (vt ꝓpri⁹ loq̄r) reatũ. vñ Leo papa ĩ sermõe
de natiuita. dñi. Sicut a reatu nullũ liberũ reppit:ita li-
beratũ dis oib⁹ venit. ¶ Si q̃rat̃:q̃re Christ⁹ cũ fuerit rõne
matris fili⁹ Ade nõ ꝯtraxit pctm̃ originale:⁊ an ꝯtraxit
eius mater: Ad ista r̃ñdebit̃ ĩ tertio. ¶ Hec de scd̃o.

Quantũ ad tertium: vbi est videndum

quare ꝯtrahit̃:r̃ñdet̃ q̄ cum originalis defectus non sit
vt dictũ ẽ aliud q̃ reat⁹:⁊ null⁹ sit re⁹ nisi ꝓpter culpã ali
cui⁹: q̄ ꝑ ꝯñs originał reat⁹ ꝯtrahit̃ ꝓpter culpã prĩorũ
parẽtũ.statuit eĩm iusto iudicio ipe de⁹ nullũ a primis pa
rẽtib⁹ post ipoꝝ pctm̃ naturaliter descẽdẽtẽ acceptare
vt dignũ pmio:sed nasci oẽm ⁊ cõcipi vt ĩdignũ ipo:ĩ hoc
rõne corporis ab Adã descẽdẽtis:cui ꝯiungit̃ aĩa ipa rõ-
nalis. sicut eĩm de iure statutũ est:vt oĩs ꝯtrahẽs cũ corru
pta sit irregularis:nec possit ad sacros ordines ꝓmoueri
ita ẽ diuini⁹ statutũ vt aĩa de scã pta vł saltẽ nõ ĩepta ad
consortium angeloꝝ sit ĩepta ex ꝯiunctione sui cũ corpe
ex Ade semine descendẽte. nec originalis defect⁹ ẽ aliud
q̃ hmõi anime inhabilitas ne possit ꝓmoueri ad ordines
angeloꝝ quousq; secũ fuerit dispẽsatũ. ¶ Hec de tertio.

Quãtum ad quartũ & vltimum respõ

detur q̄ hmõi supradict⁹ reat⁹ originalis q̃tuor modis
remittit̃. Remittit̃ eĩ pr̃o ꝑ sãctificationẽ ĩ vtero. scd̃o ꝑ
regñationẽ ĩ baptismo. tertio ꝑ ꝯtritionez cordis. q̃rto ꝑ
effusionẽ sanguinis. ¶ Sꝫ ẽ dubiũ an sctificat⁹ ĩ vtero te
neat̃ ad baptismũ. ¶ Ad hoc videt̃ dicẽdũ q̄ sic: siue sit ĩ
vtero sanctificatus:siue ẽt sit ꝯtritiõis gemitu absolut⁹
⁊ de hoc ĩ q̃rto ꝓlixior erit sermo. ¶ Sꝫ ẽ aliud dubiũ quõ
originale pctm̃ dimittit̃/cũ originalis iustitia illi ꝯtraria
nõ reddat̃. ¶ Ad hoc dicunt ponentes originale pctm̃ eẽ
carẽtiã originalis iustitie/q̄ originale pctm̃ remittit̃. qr
lꝫ originalis iustitia nõ reddat̃ ĩ se:tm̃ reddit̃ gr̃a supior ⁊
ꝑfectior ipa:⁊ ita originał reddit̃ ĩ supeminẽti. ¶ Sꝫ hoc
nõ soluit dubiũ. supposito eĩ (vt ab eis ꝯcedit̃) q̄ origina
le pctm̃ sit carẽtia originał iustitie/nũq̃ põt remitti nisi
ipsa originalis iustitia reddat̃. nec eĩm priuatio vni⁹ forme
remouet̃ a subiecto ꝓpter positionẽ alteri⁹ forme lꝫ ꝑfectio
ris ĩ ipso. ⁊ ita lꝫ gr̃a sit ꝑfectior originali iustitia:non tm̃
ꝓpter ipam remouet̃ ei⁹ carentia:cũ gr̃a ab ipsa origina
li iustitia sit distĩcta. ¶ Nec valet si dicat̃ sicut ab eis di-
cit̃: q̄ saltem tollit̃ seu remittit̃ debitũ:vt superi⁹ ẽ argu-
tũ. ¶ Et ideo aliť est dicẽdũ/vez q̄ originale pctm̃ alicui
remitti nõ est aliud q̃ pctm̃ primoꝝ parentũ ipsi nõ ĩpu-
tari ad aliquã penã dãni:⁊ ꝑ ꝯñs ipm̃ absolui a reatu ex
illoꝝ peccato contracto. Sed ad hoc q̄ reat⁹ hmõi homi
ni dimittatur/nõ req̄ritur nec oportet q̄ originalis iusti-
tia ipsi detur. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rõnẽ in princi-
pio dicẽdũ: q̄ homo etiã in puris naturalib⁹ ꝯstitutus ad
huc esset ꝓnus ad actũ carnalis ꝯcupiscentie sicut mõ. ⁊
ideo hmõi ꝓnitas nõ est in ipo ꝓpter aliquẽ habitũ posi
tiuum:sed magis aliq̃ mõ ꝓpter carẽtiam originalis iu-
stitie. q̃ si inesset inclinasset ⁊ facilitasset ad actum huius
modi reprimẽdum.

Circa distinctionem tri-
gesimãpmã: ĩ q̃ magister determiat
de trãsfusiõe originał pcti: Quero
pr̃o: vtrũ originale peccatũ a pa-
rentibus transfundat̃ in prolem.
¶ Et videt̃ q̄ sic. qm̃ peccatuz ori-
ginale seu reat⁹ dicit̃ ab origine si-
ue originãte. sed nisi a parentibus
originantibus transfunderet̃/nec ab originãte/nec ab ei⁹
origine diceretur. ergo ⁊c. ¶ Cõtra. qr cũ originalis defe-
ctus non sit aliud q̃ reat⁹/ab illo transfusus dicit̃ hmõi
defectus per quẽ ꝯstituitur hõ reus. sed parentes nõ pos
sunt facere prolem ream:nec ad penã damni aliquã obli-
gatam. quare ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo
eĩm excludã vnã opinionẽ. Secũdo dicã aliter ad q̃stionẽ.

Quãtum ad primum: est opinio eius-

dem doctoris cuius fuit prima opinio ĩ q̃stione p̃cedenti
impugnata: dicẽtis q̄ originale pctm̃ transfundit̃ a pa-
rentibus per generationem in prolem: ⁊ hoc quantum
ad illam morbidam qualitatem que est materiale in pec-
cato originali: non autem quantum ad suũ formale/qd̃ ẽ
deformitas aliqua seu defect⁹ moralis. ¶ Primũ/vez q̄
qualitas illa morbida a parentib⁹ possit ꝑ gñationẽ trãs
fundi in ꝓlem/ꝓbat. quoniam non minus qualitas exñs
in appetitu sensitiuo ꝓlis potest esse a parentib⁹ ꝑ actũ
generationis q̃ alie q̃litates puta color/figura/⁊ cetere
in corpore existentes. sed hmõi qualitates sunt a parẽti-
bus: ⁊ propť hoc in ipsis sunt similes vt plurimũ eis filij
ergo ⁊ ista qualitas morbida q̃ est materialiter ipsa origi
nalis culpa/existens in appetitu sensitiuo prolis subie-
ctiue / potest esse a parẽtibus effectiue. ¶ Cõfirmatur. qr
etiã alie q̃litates sensitiui appetit⁹ sunt a parentibus: cũ
sepe homo iracundus iracũdũ ⁊ melancholic⁹ melancho
licũ gñet: ⁊ sic de alijs: in quibus ipsis parẽtib⁹ assimilat̃
vt plurimũ sua proles. ergo nõ min⁹ poterit hmõi q̃litas
morbida esse a parentibus effectiue. ¶ Secundũ/vez q̄
deformitas talis qualitatis que est formale ipsius pec-
cati originalis/non sit a parẽtib⁹/probat. qm̃ defect⁹ mo
ralis non est a parentib⁹ per actum generationis. sꝫ hmõi
deformitas talis qualitatis est moralis. ergo ⁊c. ¶ Ad-
dit iste q̄ etiam hmõi deformitas põt dici esse a parentib⁹
eo modo quo aĩa est ab eis. sicut eĩm generans dicit̃ attin
gere animam quia attingit dispositionem corporis vlti
matã ad quã ipsa anima sequitur:ita consimiliter in pro
posito de qualitate hmõi ⁊ eius deformitate morali cul-
pabili potest dici. ¶ Sed ista opinio est multũ improba-
bilis ⁊ absurda: quia ⁊ falsa sunt quasi oĩa in ipsa contẽ
ta. ¶ Primo enim non est verum fundamentum qd̃ acci
pit ⁊ supponit:vez q̄ in prole sit qualitas morbida tanq̃
materiale culpe originalis: vt in q̃stione alia est ꝓbatũ.
¶ Secundo: esto q̄ talis qualitas poneret̃/ipsa nõ esset
vt opinio accipit effectiue a parẽtib⁹ sed a deo: vt ĩ q̃stio
ne illa etiã est arguũ. nihil eĩm existens in aĩa prolis/nec

etiam in corpore subiectiue potest esse a parentibus effe-
ctiue. qḋ enī sit nō existēte aliquo/nō pōt esse effectiue ab
illo: sed parentibus nō existētib⁹ sed destructis corp⁹ ꝓ-
lis cum oīb⁹ suis accidētib⁹ formaẜ: ⁊ aīa creaẜ ⁊ creata
corpori copulaẜ: ergo nec corpus nec anima nec aliquod
accidens corporis vel anime prolis pōt esse a parentib⁹
effectiue. ¶ Cōfirmaẜ. qꝛ si forma aliqua ꝓlis substantia-
lis vel accidētalis esset a patre: aut immediate: aut semi-
ne mediante. sed nō primo modo: qꝛ vt dictum est/proles
patre mortuo gn̄atur. nec secūdo mō: quia cā efficiēs non
est incompossibilis suo effectui: nec ꝓpter ipm̄ oportet eā
corrumpi. sed ꝗlibet forma substantialis ꝓlis ē incōpossi-
bilis forme seminis vtriusq; parētis: sic ꝙ nō pōt itrodu-
ci ī eius materia nisi ipsa seminis forma pri⁹ corrupta. ꝗ
nulla forma ꝓlis pōt eē a prē. nec ē verisimile ꝙ a matre
cū ipa nō sit maioris cālitatis respectu ꝓlis. imo sm̄ oēs
minoris ꝗ̄ pr̄. ꝗ ⁊c. ¶ Ex p̄dictis appȝ/ꝙ nō ꝯcludit rō
quā ad ꝓbandū illud primū dictū suū adducit: qꝛ falsum
accipit qn̄ dicit ꝙ alie q̄litates q̄ sūt in ꝓlis corpe subie-
ctiue/sūt a parētib⁹ effectiue. ¶ Nec valet illḋ ꝑ qḋ ꝓba-
re itēdit: qn̄ addit ꝙ ꝓles assimilaẜ vt plurimū parētib⁹
in hm̄ōi accidētibus. qꝛ cū qn̄q; sit similitudo ⁊ qn̄q; dis-
silitudo/si silitudo ꝓlis cū parētib⁹ arguit ꝓlē eē ab ipis
parentib⁹/⁊ dissilitudo illoꝝ qui nō sunt siles parētib⁹ ⁊
similes alijs/arguit tales esse non a parentibus: sed ab
alijs: qḋ est falsum. q̄re ⁊c. ¶ Cōfirmaẜ. qꝛ ꝓles qn̄q; ē si-
milis prī ⁊ dissimilis matri: ⁊ aliqn̄ econuerso: nec tn̄ ꝓpē
hoc ꝯcediẜ ꝙ ꝓles magis sit a matre qꝛ ipsi similior/ꝗ̄ a
prē. nec ꝙ filij vtrisq; parentib⁹ siles magis sint ab eis ꝗ̄
alij dissimiles. nō pl⁹ eīn parētes ad ꝓlē eis similē ꝗ̄ ad
aliā eis dissimilē opanẜ. q̄re ⁊c. ¶ Ex eisdem apparet ꝙ
falsū est aliud qḋ assumit/qn̄ dicit ꝙ alique qualitates
appetitus sensitiui sunt a parentibus. hoc siquidem nō
est verum. nec enim (vt accipit) iracūdus generat iracun-
dum: sic intelligendo (vt accipit) ꝙ effectiue attingat ali-
quam eius anime nec corporis qualitatē. Qḋ ex hoc ꝓ-
batur. qm̄ cum eadem naturalis forma non sit contrario-
rum virtualiter contentiua: per consequens si generans
esset virtualiter continens prolem sibi in qualitatib⁹ si-
milem/nunq̄ posset gn̄are sibi dissimilē: hoc aūt est falsū
tam de qualitatibus corporis ꝗ̄ de oībus alijs/vt ap-
paret ad sensum. ergo ⁊c. ¶ Preterea secūdū qḋ addit
ista opinio/quando dicit ꝙ moralis deformitas predicte
qualitatis morbide non est a parentibus/dupli͛ deficit.
¶ Primo. qꝛ falsū supponit: vȝ ꝙ talis qualitas morbida
sit defectuosa vł deformis moraliter si ponaẜ. ¶ Secūdo
quia supposito vt supponit ꝙ hm̄ōi q̄litas morbida quā
ponit/esset moraliter deformis/talis deformitas non eēt
ab alio ꝗ̄ ab illo in quo ponitur esse ipsa morbida quali-
tas effectiue. ¶ Primū ꝓbatur. quia nulla forma natu-
ralis ⁊ a causa naturali naturaliter non libere a volūtate
producta est moraliter deformis. non eīn moralis defor-
mitas seu defectus sed bene aliqua naturalis potest esse
in aliqua tali forma a tali causa producta/magis ꝗ̄ ī vno
igne ab alio generato. sed huiusmodi qualitas morbida
secundū opinionem istam est forma naturalis a parenti-
bus per gn̄ationem in prolem naturaliter nō libere itro-
ducta. ergo non magis pōt esse moraliẜ sed tn̄ naturali-
ter deformis: ꝗ̄ corpus ipsius prolis vel aliqua eius for-
ma substantialis. Cōstat autē ꝙ corpus ipsum licet pos-
sit esse naturaliter defectuosum puta claudum vel trun-
catum: non tamen moraliter: cuȝ nec deformitas moralis
sicut nec conformitas seu rectitudo sit proprie loquendo
nisi in actu electionis: qui tunc est moraliter rectus quan-
do conformis: tunc aūt obliquus quando difformis recto
dictamini rationis. ergo ⁊c. ¶ Secundū/videlicet ꝙ sup-
posito ꝙ qualitas huiusmodi sit deformis/oporteat con-
cedere opinantē ipsam deformitatem esse a parentibus
consequenter: probatur. quoniam a quo est actus aliqs
positiuus antecedēter/ab eodem est eius moralis rectitu-
do seu deformitas consequenter. sed huiusmodi qualitas
morbida est (vt dicit) a parētibus effectiue. ergo ⁊c. ¶ Cō-
firmatur. quia quantumcunq; actus malus moraliter sit
a deo partialiter ⁊ principaliter quantum ad actus sub-
stantiam: non tamen quantum ad eius maliciam seu de-
formitatem moralem conceditur esse nisi tm̄ a causa secū-
da. ergo in proposito moralis deformitas istius morbide
qualitatis non est prime cause sed secunde attribuenda
sed causa secunda morbide qualitatis est generans vt cō-
cedit. ergo ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est aliter

ad questionem dicendum/est sciendum ꝙ non est intelli-
gendum originalem defectū transfundi in aliquem tanq̄
aliquid positiuum: cū non sit aliqḋ tale ipsum originale
peccatum/vt in distinctione alia fuit dictum: sed per ori-
ginalem defectū transfundi in alium est intelligendū ipȝ
ad quem transfundi dicitur/esse reum. hoc autem est ad
penam aliquam propter culpā alicuius alterius eē obli-
gatum. hm̄ōi autem reatus seu obligatio ad penam non
dicit formam aliquam per se vnam distinctam a reo et a
culpa ⁊ a debita ipsi pena. non enim vt in precedentibus
dictum est/aliqs est reus nec obligatus ad penā nisi tan-
tummodo propter culpam: ⁊ etiam aliquo modo propter
illum qui vult ⁊ statuit ipsum propter talem culpam ad
tantam penam existere obligatum. ¶ Ex quo sequitur
ꝙ reatus non dicit nisi reum ⁊ culpā/ac penam debitam
propter culpam. ¶ Hoc premisso dico ad questionem: ꝙ
originalis defectus qui non est aliud ꝗ̄ reatus in questio-
ne alia explicatus/transfunditur ad illū qui contrahit
ipsum (modo predicto intelligēdo) tam a primis ꝗ̄ ab
immediatis parentibus/ꝗ̄ ex diuino statuto/ꝗ̄ etiaȝ ex
primorum parentum demerito differenter. ¶ Hoc ꝓbaẜ.
quoniam huiusmodi reatus originalis ab illo potest dici
contrahi: qḋ quidem vt contrahatur est eius occasio de
directo. sed quodlibet predictorum est occasio differenter
contrahendi seu incurrendi hm̄ōi originalē reatum. pro-
pter omnia eīn predicta incurritur iste reatus. ergo ⁊c.
¶ Minor declaratur per exemplum de aliquo ex adulte-
rio generato. constat eīn talē nasci irregularem ⁊ inhabi-
lem ad suscipiendum ordinem sacrum. cuius inhabilita-
tis seu irregularitatis causa est statutū ecclesiasticū ⁊ pa-
rentū peccatum. ad puniendum eīn tale peccatum est ꝑ
ecclesiam ordinatū oēm sic natū esse ad susceptionem or-
dinum inhabilē ⁊ ineptū. sed originalis defectus non est
aliud ꝗ̄ quedaȝ irregularitas: quia inhabilitas ne aliqs
possit admitti ad ordinem angeloꝝ. ꝗ omne illud ē occasio
originalis defectus ⁊ ab eo cōtrahitur/propter qḋ homo
conceptus inhabilis ad honorem predictum videlȝ glo-
rie gradū efficitur. sed ꝙ hō sic sit inhabilis hoc est tā ꝓ-
pter statutum diuinū ꝗ̄ ꝓpter puniendum peccatum pri-
moruȝ parentum/ꝗ̄ propter ipsos primos ⁊ etiam imme-
diatos parētes. nisi eīn deus statuisset ⁊ sic fieri voluisset
non magis hō ante baptismum ꝗ̄ postea esset indignus
vita eterna. deus aūt nō statuit seu voluit ipsū ꝯcipi vt vi-
ta eterna indignum nisi propter puniendū pctm̄ primoꝝ
parentum. nisi eīn primus hō peccasset nullus alius sic
indignus et reus natus fuisset. peccatum autem primoꝝ
parentum deus non statuit puniendū nisi in filijs natura-
libus ipsoꝝ. sed ꝙ sint filij ipsorum hoc habēt aliquo mō
tam ab eis ꝗ̄ ab alijs a q̄bus immediate processerunt. ꝗ
quodlibet predictorū pōt licet differenẜ poni aliquo mo-
do occasio contrahēdi hm̄ōi sepe dictū originalē reatum.
quare ⁊c. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationē in principio di-

cendū ꝙ lꝫ parentes non possint facere ꝓlē reā/eā ad penā eternā aliquā ordinādo/possunt tñ facere ⁊ sic faciūt ipsam reain vel ipsi penam aliquā ex coꝝ culpa merendo vel ipsā merentibꝰ assistendo. Primo mō faciūt ipsam reā primi parentes. Scḋo aūt modo immediati eiꝰ parētes ratione quoꝝ proles ipsa dicitur eoꝝ vcꝫ Ade ⁊ Eue primorum parentum filiꝰ vel filia naturalis.

Secundo quero: vtrum originalis reatꝰ sit immediate ī essentia aīe: an ī aliq̄ eiꝰ potētia subiectiue. ¶ Et videt̄ ꝙ ī essētia quia illud est cuiuslibet reatus immediatū subiectū qḋ est īmediate reū ⁊ ad penā quā reatus ipse respicit ordinatū. sed aīa ipsa rōnalis hoīs ī defectu hmōi existentia ē immediate rea ⁊ ad penam dāni ꝑpetuā ordinata. ġ ⁊c. ¶ Cōtra. q: idem est subiectum originalis reatus ⁊ pene debite ꝓpter ipsam. sed pena quam respicit reatꝰ originalis est priuatio beatifice visionis: cuius priuatiōis subiectū immediatū est potētia intellectiua. idē enī ē subiectū priuationis ⁊ habitꝰ. ipsius aūt visiōis ⁊ cuiuslibꝫ alterius intellectionis subiectum nō est aīe essentia: sed intellectiua potentia. ġ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam Quia enī questio ista supponit aīe essentiam ab eius potentiis esse distinctā: ideo primo ostendam quid sit dicendum ad q̄stionē scḋm istā eius suppositionem. Scḋo soluā ad eam scḋm verā existimationem.

Quantum ad primum: est sciēdum: ꝙ hic nō q̄rit̄ an aīa vel eiꝰ potētia aliq̄ sit īmediatū sbm originalꝭ reatꝰ tā ꝙ alicuiꝰ forme positiue ī aīa vel ī potētia existis. q: vt dictū ē ī ꝓcedētibꝰ/hmōi defectꝰ seu reatꝰ nō ē aliqḋ positiuū exñs subiectiue ī aliq̄ ī re extra: nec ꝑ ꝯñs ē q̄rēdū isto mō aliqḋ eiꝰ sbm. sꝫ q: nō tñ aliqḋ dr̄ esse sbm alicuiꝰ qḋ realit̄ ē ī ipoꝫ ēt qḋ ꝑuatiue: mō q̄ dicimꝰ idē esse subiectū susceptiuū visus ⁊ cecitatis ⁊ cuiuslibet alteriꝰ habitꝰ ⁊ sue priuationis: ideo ꝯsilit̄ pōt dici aliqḋ eē subiectū receptiuū nō tñ alicuiꝰ pene sed ēt obligationis ad ipā: intelligēdo ꝑ hmōi obligatiōis sbm nō aliud ꝙ ipm esse ad penā aliquā obligatū: nō aūt ipꝫ esse re aliq̄ informatū: sicut nec ꝑ aliqḋ eē priuationis sbm ē itelligendū illḋ esse forma aliq̄ infoīatū/sꝫ ipā potiꝰ spoliatū. nūc aūt originalis reatꝰ dicit obligationeꝫ ad penam. Et ideo q̄rere qḋ sit hmōi reatus seu obligatiōis īmediatū sbm nō est aliud ꝙ q̄rere qḋ sit ad penā ꝓ culpa primoꝝ parētū debitā obligatū. sicut enim subiectū aliq̄ forma priuatū nulla alia mediāte ipꝫ īformāte ē ꝑuatū: ita nec ad penā dāni īmediate obligatꝰ ē obligatꝰ aliq̄ forꝭ mediāte.

Hoc præmisso: dico quantum ad istū articulū tres ꝯclusiones. ¶ Prima ē: ꝙ reatꝰ originalis nō est vnicꝰ sꝫ multiplex. ¶ Hec ꝓbat̄. q: sicut ꝑuatio numerat̄ ꝑ habitꝰ qbꝰ sbm lꝫ idē ꝑuat̄: ita ⁊ obligatio ꝓpter penas ad q̄s aliqs obligat̄. sꝫ reatꝰ originalꝭ ē obligatio ad penas diuersas nō tñ ad vnicā. ġ ⁊c. ¶ Minor ꝓbat̄. q: pena dāni ad quā ē obligatꝰ oīs ī reatu originali cōceptus/est carentia seu priuatio tā visionis ꝙ fruitionis beate. alia aūt ē pena est carere visione: ⁊ alia carere fruitione. Ultra istas ēt duas penas ad aīam ꝑtinentes oēs pro originali reatu dānati carebunt dotibꝰ corporis glorie. lꝫ enī sit ꝓbabile ꝙ corpa ipsoꝝ sint agiliora ꝙ corpa dānatoꝝ: nō tñ habebunt dotē agilitatis nec subtilitatis nec claritatis nec etiā īpassibilitatis corpoꝝ beatoꝝ ꝙtūcūqꝫ nūq̄ de facto (vt dicet̄ inferiꝰ) sint passuri aliquam penā sensus. ġ ad sex potentias īter alias/q̄rū due sunt aīe ⁊ quattuor corporis/sūt obligatiōes ī defectu originali ꝯcepti. q̄re ⁊c. ¶ Scḋa ꝯclusio ē: ꝙ essentia aīe nō est alicuiꝰ reatꝰ originalis īmediatū sbm. ¶ Hec appꝫ q: illḋ dicit̄ esse alicuiꝰ obligationis īmediatū subiectū cuiꝰ est īmediate illa pena ad quā ē obligatio ipsa. sꝫ nullus reatus originalis est obligatio ad aliquā penā q̄ sit īmediate essentie aīe: supposito (vt ī isto articulo supponitur) ꝙ ipsa anime essentia ab oībꝫ suis potentiis sit distīcta. ġ ⁊c. ¶ Minor apparet ex ꝑdictis in alia ꝯclusiōe. q: vt ibi dictū est/pene quas respicit originalis reatꝰ sunt sex priuationes seu carentie supradicte. Sed nulliꝰ illarum subiectū immediatū est essentia aīe. q: idem est subiectū immediatū habitꝰ ⁊ sue priuationis. sed essentia aīe nō ē sbm īmediatū receptiuū alicuiꝰ illoꝝ sex habituū oppositoꝝ illis sex penis/vcꝫ priuationibꝰ supradictis. Cōstat enī scḋm oēs ponētes differētiā īter aīam ⁊ quālibꝫ suaꝫ potētiā/ꝙ ipsa aīe essentia nō ē īmediatū visiōis nec fruitionis sbm susceptiuū nec pricipiū ꝓductiuū. constat ēt ipsaꝫ nō eē sbm illaꝝ dotiū q̄tuor ꝑdictaꝝ corpoꝝ beoꝝ. ġ ⁊c. ¶ Tertia ꝯclusio ē: ꝙ īmediatū reatꝰ originalꝭ sbꝫ ē triplex: vcꝫ itellectꝰ/volūtas/⁊ corpꝰ. ¶ Hec ꝓbat̄. q: cū reatꝰ originalis sit vt dictū ē obligatio ad penā: ⁊ obligatio sit illius cuiꝰ debꝫ eē pena ad quā ē obligatio ipsa ꝑ ꝯñs illḋ ē reatꝰ originalis īmediatū subiectū cuiꝰ debꝫ esse pena quā respicit ipse reatꝰ: sed aliq̄ pena reatꝰ originalis vt visionis diuine carentia ē intellectꝰ: alia vero voluntatis vt priuatio seu carentia fruitiōis: ⁊ oēs alie corporis vt carētie dotiū corpoꝝ beatoꝝ. ġ ⁊c. ¶ Mīor pꝫ q: vt in ꝯclusiōe alia arguebat̄/idē dr̄ eē sbm susceptiuū īmediate habitꝰ ⁊ priuatiōis. sed supposito vt supponit̄ ꝙ intellectꝰ ⁊ volūtas ab essentia aīe distinguāt̄/sbm visiōis īmediate susceptiuū ē itellectꝰ ⁊ fruitiōis volūtas aliāꝝ aūt puta q̄tuor dotiū corpꝰ ipꝫ/siue aīe essētia sit ab oībꝫ suis potētiis distīcta siue penitꝰ īdistīcta. ġ ⁊c. Hec de .i.

Quantum ad secundum: vbi secundum verā opinionē aliter est dicēdū ad istā q̄stionē/est sciēdū ꝙ opinio quā verā reputo/ē ꝙ nec intellectꝰ nec volūtas nec aliq̄ alia aīe potētia dicit aliquid ab ea distīctū ꝓter actū ꝯnotatū. Ex q̄ seq̄t̄ ꝙ ipā aīe essentia nō ē aliq̄ potētia ab ea distincta: q: nulla vt supponit̄/ē sbm īmediate oīs actꝰ ⁊ habitꝰ sibi possibilꝭ susceptiuū. ¶ Hoc ꝑmisso ⁊ hoc supposito ē ꝯñter ad q̄stionē ꝓpositā respōdēdū/dicēdo primo ꝙ sbm īmediatū illiꝰ reatꝰ originalꝭ q̄ ē obligatio ad duplicē penā damni/vcꝫ ad carentiā visionis et fruitionis dei/est essentia aīe. Secūdo: ꝙ subiectū immediatū alterius reatꝰ q̄ ē obligatio ad carētiā seu priuationē quatuor dotiū corpoꝝ beatoꝝ/ē corpꝰ ipm aīa īformatū. ¶ Primū apparet. q: idē ē subiectū visionis ⁊ fruitionis/⁊ vtriusqꝫ istarū duarū formarū priuationis. sꝫ tā visionis ꝙ fruitionis diuine īmediatū sbm est aīe essentia nō aliqḋ aliḋ distinctū ab ipsa. ġ ⁊c. ¶ Scḋm apparet ex eodem medio iam facto ī articulo ꝑcedenti. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnē vtrāqꝫ in principio apparet solutio ex ꝑdictis. Prima enī rō verū ꝯcludit ⁊ verum supponit/vcꝫ aīam esse a suis potentiis indistīctā. nec enī vt in minori accipit̄/cōcederet̄ ipā aīa immediate rea si poneret̄ ab itellectu ⁊ voluntate distīcta. Scḋa aūt rō in ꝯtrariū fꝫm ꝯcludit: ⁊ ex falsa suppositiōe ꝓcedit. supponit enī ꝙ potētia intellectiua ⁊ volitiua ab essentia aīe sit distīcta. q̄re ⁊c.

Circa distinctionem trigesimamsecūdam: ī q̄ magister determinat de remissiōe reatꝰ originalis: Quero primo: vtrū reatus hmōi originalꝭ remittat̄ hoī ī baptismo. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia cum reatus originalis sit obligatio ad penam/ibi homo liberatur ab hmōi reatu seu obligatione vbi acceptatur vt dignus paciole

tione. Sed in baptismo quilibet adoptatur/⁊ vt dignus eterna gloria acceptatur. ergo ⁊ ab obligatione ad penã quãlibet liberatur. quare ⁊c. ¶ Cõtra. qꝛ liberatus a reatu vel culpa est etiã liberatus ab eius sequela. sꝫ sequela culpe siue reatus originalis est rebellio ⁊ ꝯtrouersia inter appetitũ sensitiuũ ⁊ intellectiuũ: ⁊ pronitas hoĩs ad malũ ⁊ difficultas ad bonũ: a quibꝰ non liberantur vt cõmuniter baptizati. ergo ⁊c. ¶ Respõsio. vbi sic ꝓcedã. Primo enĩ ostendã quid sit homini remitti istũ originale reatũ. Secũdo. qꝛ tali remissiõe hõ ab oĩ pena sibi debita liberatur: iõ inquirã q̃ pena debeatur hoĩ ꝯcepto in isto originali reatu. Tertio ex predictis dicã ad questionẽ.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ vt ostendetur prolixius in quarto/deũ alicui suũ pctm̃ remittere: nõ est ipsum facere ꝙ pctm̃ nõ fuerit in anima: qꝛ hoc est impossibile fieri. qḋ enĩ fuit nõ põt non fuisse. nec est deum peccatũ ipsum ab aĩa remouere vel facere ne sit actu: quia peccatũ quãdo remittitur non est actu in aĩa sed precessit. nec enim existenti actualiter in pctõ/ vt cõmuniter/peccatũ remittitur: sed ei q̃ in ipso fuit ⁊ nũc cõtristatur. Non ergo deũ remittere peccatũ est aliqḋ predictorũ: sed est idem qḋ deũ nõ imputare ipsi peccatum qḋ remittit ad penã/ ad quã ei antea imputabat: ⁊ secũdũ regulã iustitie imputare poterat. licet enĩ pctm̃ proprium actuale cuiuslibet transeat actus substãtia trãseunte: manet tamẽ actualiter hõ reus: hoc est obligatꝰ ad penã aliquã propter ipsum. a qua obligatione hominem deus absoluit quando ipsi peccatũ remittit. cũ nec culpe remissio sit aliud (vt declarabitur in quarto) q̃ ipsiꝰ culpe ad penã nõ imputatio: ⁊ per ꝯñs hoĩs liberatio a pena nõ iã existente sed inexistere debente. ¶ Ex ꝑdictis sequitur ꝙ remissio peccati immediatius respicit reatum sequentẽ pctm̃ q̃ ipsũ precedẽs peccatũ vt a reatu distinctũ. ¶ Hoc appꝫ. qm̃ vt dictũ est/pctm̃ non aliter alicui relaxatur nisi qꝛ ad penã ipsi debitã non imputatur sed nõ imputare ad penam homini peccatum/est remittere imediate homini debitũ seu reatũ. ergo ⁊c. ¶ Ex premissis/apparet qḋ ad istum primũ articulũ sit dicendum. quoniam cum originalis defectus seu reatus nõ sit peccatũ ꝓprie sumptum/vt in precedentibus fuit dictum: sed obligatio ad penã ꝓpter culpã alienã: ꝑ ꝯñs reatũ originalẽ hoĩ remitti/nõ est aliud q̃ culpã alienã vꝫ primorũ parentũ ipsi ad penam aliquã non imputari. ¶ Hoc declaratur. quoniam sicut se habet remissio reatus actualis ad actuale ⁊ propriũ ipsius rei peccatum ita cõsimiliter ⁊ remissio reatus originalis ad peccatũ alienum/vꝫ primorum parentum. ¶ Hoc apparet. consimiliter enim reatus originalis sequitur ad peccatum alienum sicut actualis ad proprium ipsius rei delictũ. sed sic se habet remissio reatus actualis ad propriuꝫ ipsius rei peccatũ/ꝙ precise ex hoc peccatũ ipsum actuale proprium cuiuslibet remitti dicitur/quia homo a reatu seu obligatione sequente peccatum ipsum propriuꝫ absoluitur. ergo consimiliter nec reatus originalis remissio est aliud q̃ peccati alieni/puta primorũ parentũ eorum filijs ad penam non imputatio: seu ipsorũ ab omni pena seu obligatione ad penam propter culpã alienam liberatio ⁊ absolutio. In hoc tamen est differẽtia inter remissionem reatus originalis ⁊ remissionem reatꝰ actualis: quoniam remissio reatus originalis semper est plenaria ⁊ perfecta: non autem remissio cuiuslibet reatus actualis. ¶ Hoc apparet. quoniaꝫ illius reatus remissio est plenaria et perfecta postq̃ homo cui fit non remanet ad penam aliquam sibi antea debitam obligatus. e conuerso autẽ illius reatus remissio non sic est plenaria postq̃ homo cui fit manet obligatus non ad totã primo sibi debitam: sed ad eius partem. sed post factam remissionem reatus originalis ad nullam penam homini debitam ꝓpter primorum parentuꝫ culpam remanet ipse homo cui fit talis remissio obligatus. secus autem est de remissione reatus actualis. licet enĩ post reatum mortalis peccati remissuꝫ homo sit liberatꝰ a pena eterna ad quam propter ipsum mortale peccatum erat antea obligatus: adhuc tamen vt cõmuniter remanet obligatus ad penam aliquam temporalem. ergo ⁊c. ¶ Ex predictis omnibus sequitur: ꝙ sicut in remissione reatus actualis dicitur consequenter remitti ipsius rei actuale peccatũ: ita ⁊ in remissione reatus originalis potest etiã dici cõsequenter remitti actuale peccatũ/nõ ipsius cuius est originalis reatus: sed alioꝝ/vꝫ ꝑmoꝝ parentũ. In hoc tamen differunt. quoniã in remissione reatus actualis peccatum remittitur et cuius fuit/vꝫ ipsi actualiter reo. eiusdem enĩ est peccatum actuale precedens ⁊ actualis reatus ipm̃ sequens. in remissione aũt reatus originalis peccatum actuale ꝑmorum parentum qḋ remittitur nõ remittitur eis/vꝫ ꝑmis pentibꝰ: quoꝝ fuit formaliter: cũ tam sit eis remissuꝫ totaliter: sed remittitur eorũ filijs: quorũ nũq̃ fuit formaliter: sed tm̃ virtualiter ꝓ quãto ꝓpter ipm̃ sunt rei ad penã aliquam obligati. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur. qꝛ cũ reatus seu obligatio ad penam sit tm̃modo ꝓpter culpaꝫ: q̃diu in aliquo est reatus seu obligatio ad penã/tãdiu manet virtualr̃/⁊ si nõ formaliter eius vel alterius culpa. q̃ tunc remitti dicitur quãdo homo a reatu ipõ seu obligatione ad penã ꝓpter culpã ipsi debitã eripitur. sed oĩs Ade filius naturalis cõcipitur reus ⁊ ad penã nõ ꝓpter ꝓpriã culpã sꝫ alienã sibi debitam obligatus. ergo hmõi culpa actualis ꝑmoꝝ pentũ adhuc remanet virtualiter: qꝛ nõ est nec erit vsq; ad terminũ generationis ⁊ multiplicatiõis hoĩm remissa totaliter. nulla enĩ culpa totaliter ẽ remissa q̃diu ad penam aliquam imputatur. sed culpa ꝑmorũ pentũ adhuc imputatur ad penam: ⁊ si nõ eis/saltẽ alijs multis. q̃ licet eis totaliter sit remissa: nõ tm̃ vniuersaliter siue simpliciter: cum non oĩbus sit remissa: sed oĩbus concepis naturaliter imputetur ad penaꝫ: a qua ꝑ ꝯñs siue ab obligatione ad ipam tm̃ quilibet liberatur: ⁊ culpa nõ sua sed aliena ipsi remitti dicitur. q̃re ⁊c. ¶ Ex predictis sequitur corollarie vlterius. ꝙ culpa ꝑmoꝝ pentũ nunq̃ totaliter vniuersaliter remittetur. ¶ Hoc appꝫ. qꝛ culpa ꝓpter quã multi eternaliter punientur nunq̃ imppetuũ remittetur. sed ꝓpter culpam ꝑmoꝝ pentũ solã multi eternaliter punientur. ergo ipa nunq̃ totaliter imo nec aliquo mõ generaliter oĩbus remittetur. aliquibꝰ enĩ remittitur: cũ nulli eoꝝ ad penã aliquã imputetur: alijs aũt nullo modo: cũ ꝓpter ipam ad totã penã ei debitam obligentur: quã eternaliter patientur. quare ⁊c. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secũdum: vbi est videndũ qua pena pctm̃ ꝑmoꝝ pentũ filijs ipoꝝ cũ reatu originali decedentibꝰ puniatur an vꝫ pena dãni an aliq̃ pena sensus/est sciẽdũ: Primo ꝙ pena sensus dãnatoꝝ ẽ duplex. Una q̃ ꝓprie dr̃ pena sensus: ⁊ ista ẽ dolor sensibiliter afflictiuꝰ q̃ dãnati in igne eternaliter ⁊ corporaliter punientur ⁊ hec pena dr̃ ꝓprie pena sensus: qꝛ ad sensitiuã ptinet dolor talis: cũ sit vel ipse actus sensibiliter respuendi obiectũ sensibile sensibiliter apphensum: vel imediate actũ hmõi ꝯsequatur. Alia ẽ pena dãnatoꝝ q̃ põt dici/licet nõ ꝓprie sꝫ large/pena sensus: diuidẽdo penã sensus cõtra penã dãni: ⁊ talis pena dr̃ tristitia siue illa quã habẽt dãnati de pena sensus ꝑmo mõ sumpta: siue illa quã habẽt de pena dãni/puta de carẽtia visiõis ⁊ fruitiõis dei de vtroq; enĩ istoꝝ tristatur quibꝫ dãnatoꝝ. ¶ Hoc ꝑmisso in quarto libro plixiꝰ declarãdo/pono q̃tuor ꝯclusiões.

¶ Prima conclusio est. ꝙ pena qua puniunt̄ oēs cū solo originali reatu decedētes/magis ꝓprie dicitur esse punitiua peccati actualis ꝙ̄ reatꝰ originalis. ¶ Hec ꝓbat̄. qm̄ pena cuiuslibet dānatoꝝ illiꝰ pcti ꝓpter qḋ infligit̄/ꝓprie dī eē punitiua. ſꝫ pena oīm decedētiū cum originali reatu tm̄ ꝓpter nullū pctm̄ aliud eis infligit̄/ nisi tm̄ ꝓpter actuale nō ipsoꝝ: cū nullū habeāt: ſꝫ aliorū puta parētū prioꝝ. ergo pena ipsoꝝ dī esse ꝓprie punitiua culpe actualis nō ipsoꝝ punitoꝝ/sed aliorū. vl' dī esse punitiua eoꝝ quorū est nō ꝓprie ꝓpter ipm̄ reatū: ſꝫ ꝓprius ꝓpter aliorū actuale pctm̄. ¶ Cōfirmat̄. q: licet nullus puniat̄ nisi reus: nō tn̄ punit̄ nec puniri dicit̄ nisi ꝓpter pctm̄ ꝓprie sumptū/vꝫ vt diuisum ꝯtra reatū. ſꝫ reatꝰ originalis nō ē pctm̄ hoc mō sumptū: sicut nec reatus aliqs actualis. nec ei obligatio aliqua ad quācūqꝫ penā dicit aliquā culpā/ licꝫ supponat vl' ꝓpriā ipsiꝰ obligati vl' alienā. reatꝰ aūt nō est aliud ꝙ̄ obligatio ad penā ꝓpt̄ culpā ꝓpriā si sit actualis: vl' ꝓpt̄ culpā alteriꝰ si originalis. ꝗ cū nec reatus actualis nec originalis sit culpa sed eiꝰ seq̄la: nec ꝑ ꝯñs aliqs puniri dicit̄ ꝓpter reatū: ſꝫ ꝓpriꝰ ꝓpter suū vel alteriꝰ ꝯmissū pctm̄. nec etiā obligatio ad penā punit̄: ſꝫ culpa ꝓpter quā ē obligatio ista. q̄re ⁊c. ¶ Sꝫ ꝯtra ꝯclusionē istā videt̄ eē opinio vulgaris oīm dicētiū ꝙ pueri morientes cū solo originali reatu dānant̄ ꝓpter solū pctm̄ originale nō ꝓpt̄ actuale. ¶ Respōdeo. ꝙ sicut actualr̄ delinquētes nō dānarent̄ ꝓpter aliqḋ ipsoꝝ actuale pctm̄ ꝯmissuꝫ nisi ꝓpter ipm̄ eēnt rei: hoc est ad penā obligati: ꝓpter qḋ etiā ꝑht dici dānari q: rei: q: tn̄ nō sunt rei nisi ꝓpter pctm̄: ⁊ ꝓpter illud ꝓprie damnāt̄ ⁊ puniunt̄ ꝓpt̄ qḋ rei inueniūt̄ ideo licꝫ q: rei dānent̄/nō tn̄ ipsoꝝ pena dī ꝓprie punitiua reatꝰ ipsoꝝ: sed pctōꝝ ꝓpter ꝙ̄ est eoꝝ reatꝰ. ita ꝯsilr̄ in ꝓposito pōt dici/vꝫ ꝙ licet morientes cū solo originali reatu ꝯdānent̄ q: rei inueniunt̄: nō tn̄ ꝓprie pena eis debet̄ vt punitiua reatꝰ ipsoꝝ: ſꝫ vt punitiua ītis pcti aliorū/puta parētū priorū. nullū ēi in talibꝰ est pctm̄: pena aūt (vt dictū est) nō est punitiua nisi pcti vl' hoīs ꝓpter ipm̄. quare ⁊c. ¶ Scḋa ꝯclusio est. ꝙ nulla pena sensus debet̄ alicui decedēti cū solo reatu originali. ¶ Hec ꝓbat̄. qm̄ cū pena punitiua hoīs/ꝑter culpā nulla debeatur alicui: nō pōt iuste infligi pena positiua ī quo nulla reperit̄ culpa ꝓpria. ſꝫ moriēs cum solo originali reatu nullā habet culpā. ꝗ nec meret̄ penā aliquā positiuam. quare ⁊c. ¶ Cōfirmat̄. q: oīno est crudelitatis affligere illū ꝙ nūꝙ̄ affligi nec cruciari meruit: q: nec peccauit. ſꝫ moriēs cū solo reatu origīali ī nullo peccauit: nec ꝑ ꝯñs affligi meruit. ergo nec iuste ipi debet̄ pena aliq̄ sensus. ¶ Si forte dicat̄: ꝙ licet talis nō meruerit affligi sensibilr̄ ⁊ torq̄ri: alius tn̄ vꝫ pr̄ eiꝰ ipsi hoc meruit ꝙ peccauit: ¶ Hoc nō valet. qm̄ nullus quātūcūqꝫ pessimꝰ pōt ꝓpter aliquā suā culpā mereri afflictionē aliquā innocenti. sed solū reatū originalē habēs est oīno innocēs q: nūꝙ̄ peccauit: ergo ꝓpter alterius culpā nō est iuste ab aliquo affligendus. ¶ Cōfirmat̄. q: ille ꝙ est eque innocēs alio peccāte sicut nō peccante/non est affligendus nec magis iuste pōt affligi post pctm̄ alteriꝰ ꝙ̄ si ille nūꝙ̄ peccasset. sed ꝓpter pctm̄ primorū parētū eorum filij ꝙ nūꝙ̄ peccauerūt nō sūt magis culpabiles ꝙ̄ si nō peccassent ipsi eorū patres: imo sunt eque īnocētes post ipsoꝝ pctm̄ sicut fuissent si nūꝙ̄ ipsi peccassent. licet enim sint mōrei nō tn̄ ꝓpter aliqḋ suum pctm̄. ergo ⁊c. ¶ Ex predictis sequit̄ corollarie: ꝙ damnati ꝓ solo primoꝝ parentū pctō nullaꝫ penā patiunt̄ tristitie nec doloris. cū ei nullā habuerint experientiā delectationis alicuiꝰ pcti actualr̄: nec debēt pati penā alicuiꝰ tristitie nec doloris. ¶ Cōfirmat̄: q: tam dolor ꝙ̄ tristitia dicit̄ mō pex posito pena sensus: a qua ꝗlibet ipsoꝝ totaliter est immunis. ¶ Sed cōtra hoc arguit̄ primo ꝑ Aug. sic dicentē: Firmissime tene ꝙ oēs qui in pctō originali decedūt eternis ignibus cruciabunt̄. ¶ Secūdo ꝑ rationē. q: ꝗlibet contristatur de illo quod videt sibi esse impossibile ad qḋ tn̄ habēdū naturalr̄ inclinat̄. sed dānati ꝓ solo vl' cum solo reatu originali sciunt nunꝙ̄ se posse cōsequi vitam eternaꝫ/ad quā naturaliter inclinant̄. ergo de hoc cōtinue contristant̄. ¶ Ad primū respōdeo: ꝙ Aug. accipit ibi ignē eternū pro pena eterna ipsorū: nō pro pena sensus damnatoꝝ qua alij in iferno in igne ⁊ de igne dolent ⁊ sensibiliter cruciantur. ¶ Ad secundū respōdet̄. ꝙ vel illi non cōsiderabūt nec intelligēt vitam illā beatā qua carēt. Uel esto ꝙ intelligant/de eius carētia nō tristabunt̄: quia nec tristari a deo ꝑmittentur. quia nec beatitudinē illā actu elicito appetēt: cū sciant deū nolle ipsam eis dare: ⁊ voluntatē nō habeāt a diuina volūtate discordē: cū nec talē habuerint in presenti: cuiꝰ contrarium est de quolibet damnatoꝝ ꝓpter pctm̄ propriū actuale. quare ⁊c. Uel tertio potest dici ꝙ tristitia ē duplex: vel dupliciter potest in aliquo esse/vꝫ necessario sic ꝙ in potestate tristis nō est eius suspensio. Uel cōtingenter: sic ꝙ tristis vno tēpore potest tristari: ⁊ alio tempore nō tristari: quia potest se auertere ab illo de quo intellecto ⁊ nolito antea tristabat̄. Prīa tristitia ē a deo inflicta cuilibet damnatoꝝ propter peccata ꝓpria ipsorum. nec enim est in potestate ipsorū cōtinue nō tristari. Secunda autē tristitia forte erit vel eē poterit in dānatis pro peccatis tm̄modo alienis. cum eñ tales non habeant dotē impassibilitatis: nō videt̄ incōueniēs concedere eos posse tristari nō tristitia eis a deo inflicta vt ipsorū punitiua: sed tristitia ab eis contingenter elicita ⁊ quodammodo volūtarie assumpta: nō quo tristetur in presenti quilibet actu cōsiderās aliquid qḋ non placet sibi. cū enim isti non sint beati/non videtur quin possint aliquādo tristari cogitando aliquid qḋ non placet: nec tamē talis tristitia ē eterna nec a deo eis inflicta vt ipsorum punitiua. ⁊ ita nō est incōueniēs cōcedere ipsos tristari de beatitudinis carentia: quando ad hāc cōsiderādam se actualiter cōuertunt. quia tamē non necessario beatitudinē amissam cōsiderāt/sed cōtingēter: adeo nec necessario sed cōtingenter de eius amissione aliquando contristantur. ¶ Tertia cōclusio est. ꝙ sola pena damni debētur cuilibet decedenti cum solo reatu originali. ¶ Hec apparet et sequitur ex predictis. qm̄ constat aliquam penam esse cuilibet talium infligendam/seu (vt loquar proprius) debitam. sed omnis pena qua est puniendus aliquis in sequenti/est pena sensus vel pena dāni pena autē sensus non punientur isti/vt probatum est in conclusione precedenti. ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄. quia pena damni est carentia visionis ⁊ fruitionis dei. sed constat ꝙ isti nunꝙ̄ deum videbunt: nec ipso eternaliter ꝑfruent̄. ergo ⁊c. ¶ Quarta cōclusio ⁊ vltīa est. ꝙ hmōi pena damni omnes tales decedentes cum solo reatu originali absqꝫ peccato ꝓprio aliquo actuali/iuste possunt puniri. ¶ Hec probatur. quoniā dominus quilibet dans vel dare promittens aliquid alicui subditorum et cuilibet suorum filiorum/cum aliqua conditione ab ipso cui fit talis donatio/obseruanda: iuste potest ille ⁊ eiꝰ proli illud auferre qḋ dedit/vel nō dare sed sibi retinere si promisit/conditione predicta obseruanda apposita non seruata. ¶ Hoc apparet. quoniā licet filij nō peccauerint: nec per cōsequēs sint puniēdi pena aliqua positiua: possunt tamen puniri pena hmōi priuatiua/vꝫ carētia talis boni eis debiti: quia ꝓmissi/cōditione illis in ꝓmissione apposita nō seruata. sed sic est in ꝓposito. deꝰ eñ dominus dominantium et rex regum dedit primis parētibus originalē iustitiā: quā simul ⁊ gloriā dare sta-

tuerat ꝛ ꝓmiserat oībus eoꝝ filijs/si ipsi primi parētes
deo obediētes fuissent/de ligno vetito nō gustādo.ergo
cōditione ista licite pretermissa/iuste potuerūt ꝛ debue-
rūt tā primi parentes trāsgrediētes ꝙ oēs ipsoꝝ filij na
turales ꝓuari tā iustitia originali iā eis collata ꝙ eter-
nali gloria promissa.quare ꝛc. ¶Confirmatur.quia li-
cet sit iniustitie ꝛ crudelitatis malum inferre alicui non
demerenti:nullius tamen est iniustitie bonū aliqđ sub-
strahere non merenti. sed discedentes cum solo origina
li reatu licet non meruerint affligi pena aliqua positiua
non tamen etiam meruerunt consolari in gloria sempi-
terna.ergo licet nulla pena sensus iuste possit eis infligi
potest tamen sine aliqua iniustitia immo cū magna iu
stitia eis substrahi gloria/quā ipsi non meruerunt nec ꝑ
eis alij. ¶Preterea secūdo ad idem arguitur. quoniā
eque iuste deus potest talibꝰ substrahere gloriā eterna
lem sicut substrahit eis ꝛ alijs oībus viatoribꝰ iustitiā
originalē.sed in substrahēdo primis parētibꝰ ꝛ alijs ab
eis descendentibus oībus originalē iustitiam iam colla-
tā/nullā fecit iniustitiam sed magis iustitiā propter cō
ditionem in donatione appositam nō seruatā:ergo nec
in substrahendo talibus gloriā aliquā facit iniustitiam
sed iustitiam propter cōsimilē rationē. ¶Cōfirmat.qꝛ
licꝫ sit liberalitatis ꝛ misericordie dare alicui nō suū:ꝛ i
iustitie auferre suū:nullius tamē est crudelitatis nec in
iustitie ipsi nō concedere alienū.Sed premiū sempiter
nū nulli est debitū tāꝙ suū.ergo licet sit liberalitatis ꝛ
misericordie in deo aliqbus dare/nullius tamē est iniu-
stitie alijs ipsum subtrahere seu non dare. ¶Preterea
eadē pena qua Adam nō peccante potuerunt sine iniu
stitia puniri eius filij:potuerunt etiā puniri iuste ꝓpter
suum pctm̄.sed Adam nō peccante premiū sempiternū
nulli fuisset debitū nisi fuisset promissum:ꝛ per ꝯñs sine
aliqua iniustitia potuisset tam ipsi ꝙ alijs nō peccanti-
bus nō dari premiū sempiternū:ergo multo magis nūc
post primoꝝ parentū cōmissum pctm̄. ¶Sed forte con
tra ista arguit.qꝛ pena damni est pena maxima damna
torum pro pctīs actualibus in inferno/etiā maior ꝙ pe
na sensus eorum.sed nō potens iuste puniri pena mino-
ri/nec maiori.ergo cum solū originalē reatum habētes
quia ab omni pctō immunes non possint puniri iuste/vt
dictum est/aliqua pena sensus:multo minꝰ poterūt pu-
niri huiusmōi pena damni:cū sit maior ꝙ pena sensus.
¶Ad hoc potest dici ꝙ pena damni non est magis af-
flictiua damnatoꝝ in inferno ꝙ pena sensus vt secundū
se accepta.imo vt sic/nullo modo est afflictiua ipsorum:
sed tm̄ ratione tristitie ipsam cōcomitantis.ꝛ ideo in q̇-
bus est hmōi pena damni/vꝫ carētia glorie absqꝫ tristi-
tia ipsā necessario cōsequēte/vt a deo inflicta tanꝙ eiꝰ
cui infligit punitiua/non est maior ꝙ pena sensus:immo
non est positiue pena aliqua afflictiua.sed isto modo pe
na damni est i damnatis absqꝫ ipsoꝝ pctō aliquo actua
li.ergo ꝛc. ¶Ex ṗdictis omībus sequit corollarie:ꝙ ori
ginalis defectus seu reatus nō est obligatio ad penam
aliquam positiuam alicuius modo aliquo afflictiuā:sꝫ
tm̄ ad negatiuā/vꝫ ad glorie carentiā absqꝫ omni tri-
stitia necessario cōsequēte ipsam.quoniā vt dictū est/ob
ligatio ad penā positiuā ꝛ realiter afflictiuam semp exi
git ꝛ supponit in obligato culpā aliquā ꝓpriā:nō autē
talē exigit obligatio ad penā negatiuā:hoc est ad carē
tiā alicuius boni alias debiti obligato.sꝫ in illa in quo
est solus originalis reatꝰ nulla est culpa.ergo ꝛc. ¶Ex
quo vlterius sequit:ꝙ ponētes originalē reatū ꝓprie es
se pctm̄:habēt ꝛ debēt dicere ꝯñter ꝙ dānati ꝓ solo rea-
tu originali puniunt nō tm̄mō pena damni:sed etiā pe-
na sensus.quoniā omnis peccator eternaliter cōdemnā
dus est ꝓpter suū pctm̄ obligatꝰ nō tm̄ ad penā damni
sed etiā ad aliquā penam sensus.sꝫ si originalis reatus
est pctm̄:cū sit pctm̄ ꝓpriū non primorum parentū/sꝫ eo
rum oīm filiorum:per ꝯñs oēs ꝓpter solū originalē rea
tum damnādi sunt obligati non tm̄ ad penam damni sꝫ
etiam ad aliquam penam sensus.hoc est crudele dictū
ꝛ etiam falsū.ergo ꝛ illud ex quo sequit/vꝫ ꝙ origina
lis reatus sit pctm̄ ꝓprie sumptum/vꝫ vt diuisum con
tra reatū.Quia tm̄ vt large sumptū dicitur de reatu mo
do quo quilibet post cōmissum pctm̄ nōdū indultum di
citur esse in peccato:cum tamē trāseunte actu in ipō nō
maneat:sed reatus:ideo isto modo sancti ꝛ doctores ca
tholici appellant huiusmodi originalem defectū pctm̄.
¶Hec de Secundo.

Quantum ad tertium & vltimum:vbi
respondēdū est ad quesitū/apparet ex ṗcedentibꝰ qđ di
cendū.Cōstat enī ex dictis in dist.xx.ꝛ etiam ex dicēdis
in quarto prolixius/pctm̄ originale siue reatū remitti
homini in baptismo siue flaminis siue fluminis siue et
sanguinis.qm̄ vt apparet ex ṗcedētibus/originalē rea
tū homini remitti/nō est aliud ꝙ pctm̄ primoꝝ parētū
ipsi ad penā damni aliquā nō imputari.ergo ꝑ illud ori
ginalis reatus remittitur homini:quo mediāte ipse li-
berat ab obligatione ad penā debitā ipsi damni pro-
pter culpam sui parentis.sed homo in baptismo libera
tur ab obligatiōe hmōi:cū ibi adoptet ꝛ vt dignus pre
mio acceptet.vnus aūt ꝛ idē nō potest simul esse ṗmio
dignus:ꝛ ad eius carētiā obligatus.ergo ꝛc. ¶Sic ad
questionē. ¶Ad rationē in ṗncipio dicendū.ꝙ talis re
bellio ꝛ cōtrouersia inter appetitū sensitiuū ꝛ itellectiuū
licet occasionaliter sit in hoīe ꝓpter pctm̄ primoꝝ parē
tū:ꝓ quāto illud fuit cā amissiōis originalis iustitie:q̄ si
in hoīe fuisset ab ipō rebellionē hmōi remouisset:nō tm̄ ē
sequela originalis reatꝰ:sꝫ magis carētie originalis iu
stitie:nō enī ꝓpter reatū hoīs siue culpā est in ipō ista re
bellio:cū esset i eo in puris naturalibꝰ cōstituto.sed ē in
ipso ꝓpter carētiā illiꝰ virtutis:q̄ si inesset/rebellionem
istam ꝛ cōtrouersiā remoueret.hmōi aūt virtus est ori-
ginalis iustitia:que non reddit in baptismo.quare ꝛc.

SEcundo quæro. Vtrum origi
nalis defectus seu reatꝰ oībus illis qbꝰ re-
mittit equalit remittat. ¶Et videt ꝙ sic.
qm̄ oēs illi a reatu seu obligatiōe aliq̄ qua
ad aliqđ obligant equalr liberant/a qbꝰ nulla pena exi
git ꝙ eis ātea debebat.sꝫ oēs qbꝰ originalr reatꝰ remittit
sunt tales.a nullo eī ipsoꝝ aliq̄ pena dāni exigit ꝓpter
pctm̄ ṗmoꝝ parētū:ꝓpt qđ erāt ad penā ipā āntea obli
gati.ḡ ꝛc. ¶Cōtra.qꝛ illi qbꝰ inequalia ad q̄ erāt obligati
ātea remittunt/nō ab eq̄li obligatiōe seu debito liberāt
nec ꝑ ꝯñs remotio reatꝰ seu obligatiōis taliū ē eq̄lis.sꝫ
reatꝰ originalr seu obligatio hoim ꝓpt pctm̄ ṗmoꝝ pa
rētū nō ē ad penas dāni eq̄lis sꝫ potiꝰ inequalis.ḡ ꝛc.Maior
ꝓbat.qꝛ pene dāni sūt carētie glorie dei.sꝫ hmōi carētie si
cut nec glie nō sunt eq̄les oīꝫ sꝫ potiꝰ ineq̄les.ḡ ꝛc. ¶Re
sio.vbi prio videbit:an originalis reatus oīm sit eq̄lis.
Secundo ex hoc respondebitur ad quesitū/vꝫ vtrū hic
reatus omnibus qbus remittit equaliter remittatur.

Quantum ad primum:est sciendum ꝙ
originalē reatū oīꝫ eē equalē:pōt intelligi duplr.Cū enī
originalr reatꝰ sit obligatio ad penā dāni:ꝛ duplr possit
aliqs eq̄lr cū alio obligari:Uno mō qꝛ illud ad qđ vter
ꝙ obligat ē in se eq̄le:Alio mō qꝛ licet ineq̄le tm̄ ad ipm̄
equalr necessitate q̄libet obligat:ꝑ ꝯñs ꝯsilr i ꝓposito
pōt dici ꝙ originalē reatū oīm quoꝝ ē esse equalē pōt i-
telligi vno mō qꝛ oēs ad penas dāni equales propter
pctm̄ primorum parētum preteritū obligant. Alio mō

qꝛ eſts ꝙ ad penas inequales tñ ad ipſas equali neceſſitate oēs vniuerſaliter obligant̄. ¶ Hoc p̄miſſo pono quantū ad iſtū articulū tres cōcluſiones. ¶ Prima eſt. ꝙ originalis reat⁹ oīm eſt equalis ſecūdo mō/vꝫ qꝛ reſpicit penā ad quā oēs equalit̄ obligant̄. ¶ Hec appꝫ qꝛ obligati ad penā aliquā ꝓpter eandē cauſam ⁊ eiuſdē dñi ſtatuto immutabili ⁊ a quocunq̄ alio inimpedibili ad penā illā equaliter ⁊ equali neceſſitate immutabili obligant̄. ſed originalis reat⁹ eſt obligatio qua oēs ipſum habētes ad penā damni ſunt ꝓpter lapſum primoꝝ parentū ⁊ ſtatutū diuinū immutabile nec ab aliq̄ alio impedibile obligati. ergo ⁊c. ¶ Scđa ꝯcluſio ē. ꝙ originalis reatus oīꝫ electoꝝ q̄ in ipō prefuerūt/nō fuit equalis imo inequalis primo mō/vꝫ qꝛ fuit obligatio ipſorum ad penas eis debitas inequales. ¶ Hec ꝓbat̄ ꝑ rationē factā in principio. qm̄ priuationes habituū inequaliū dicunt̄ eſſe etiā inequales ſicut equaliū eq̄les. ſed cōſtat ꝙ btitudines electoꝝ qui originalē habuerūt reatum et etiam aliorum ſunt inequales. ergo ⁊ carentie ſeu priuationes ipſarum que dicunt̄ pene damni/ad quas ipſi fuerunt obligati quādo nati vel quādo concepti/fuerūt in eis pene inequales. quare ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ ſicut maioris pene eſt carere maiori gloria: ita et maior obligatio eſt illa que eſt ad carentiā maioris glorie: ⁊ minor q̄ reſpicit carētiā ſeu priuationē minoris. ſꝫ electi ī originali ꝯcepti ſunt ordinati ad glias ineq̄les ⁊ obligationes ad ipſas: ⁊ ꝑ ꝯñs ineq̄les ſunt eorū reat⁹ originales: qui non ſunt aliud q̄ hmōi obligationes/vt in precedētibus eſt oſtenſum. ¶ Ex hoc ſequit̄ corollarie: ꝙ ſi aliq̄ beati in originali cōcepti ſunt equalis beatitudinis/taliū reatus originalis fuit equalis: aliorum aūt oīm inequalis beatitudinis inequalis. ¶ Tertia eſt ꝙ reatus originalis oīm damnatorū fuit equalis etiaꝫ iſto mō p̄io. ¶ Hec ꝓbat̄. qm̄ ſicut obligatio ſeu reat⁹ ē hoc mō inequalis/quādo in diuerſis penas reſpicit inequales: ita ecōtrario reatus vel obligatio aliquoꝝ ad equalia eſt equalis. ſed reatus originalis oīm dānatoꝝ ⁊ damnādoꝝ eſt obligatio ipoꝝ ad equales eis debitas penas damni. ḡ ⁊c. ¶ Minor ꝓbat̄. qm̄ aut carētia beatitudinis ad quā obligant̄ oēs iſti/ē carētia btitudinis ad quā fuerāt niſi peccaſſent eternalit̄ ordinati: aut eſt carētia beatitudinis eis poſſibilis abſolute. Sꝫ nō pōt poni p̄mū: qꝛ illō ſupponit falſuꝫ. nū q̄ eī reprobi ꝯdēnādi fuerūt ordinati ſeu p̄deſtinati ad gloriā: ſed p̄sciti ab eterno ad penā ꝑpetuā. ḡ relinquit̄ ſcđm. ſꝫ btitudo oīb⁹ poſſibilis eſt equalis. nō enī vna creatura btificabilis ē capax maioris btitudinis q̄ alia ſꝫ equalis. ḡ cū btitudines poſſibiles damnatis oīb⁹ fuerint equales/⁊ reatus originalis ipoꝝ fuerit obligatio ad carētias btitudinū eis poſſibiliū: p̄uationes aūt habituū equaliū ſint equales: ꝑ ꝯñs pene dānī eoꝝ ſunt equales. ſꝫ obligationes ad equalia ſunt equales. ḡ ⁊c. ¶ Ex p̄dictis ſequit̄ corollarie. Primo. ꝙ reat⁹ originalis oīm dānatoꝝ hominū fuit maior q̄ reat⁹ originalis oīm electoꝝ. ⁊ hoc p̄mo mō p̄dictoꝝ duoꝝ. ¶ Scđo ꝙ pena dānī oīm dānatoꝝ eſt equalis vt ſcđm ſe ſumpta: licet inequalis rōne triſtitie ꝯñtis ipſaꝫ ī dānatis ꝓ pctīs actualib⁹ ī iferno. ¶ Primū appꝫ. qm̄ reatus originalis oīm dānatoruꝫ vel damnādoꝝ eſt obligatio ad carentiā btitudinis eis poſſibilis. reatus autē originalis electorum eſt obligatio ad carētiā btitudinis ad quā ſunt eternalit̄ ordinati. ſed btitudo dānatis poſſibilis maior ē q̄ btitudo cōlata vl̄ cōferenda electis. ḡ ⁊ carētia ſiue p̄uatio illius eſt maior p̄uatione iſtius: ⁊ ꝑ ꝯñs obligatio ad eā: q̄ eſt originalis ipſoꝝ reat⁹. quare ⁊c. ¶ Scđm appꝫ. qm̄ licet iam pena ſenſus ꝓprie ſumpta q̄ triſtitia damnatorū ꝓ pctīs actualib⁹ ſit inequalis: tñ carētia ſeu priuatio beatitudinis vt ſecundū ſe ſumpta omniū damnatorū tā ꝓ pctō actuali ꝓprio q̄ etiā pro pctō alterius/eſt equalis: quia eſt priuatio beatitudinis poſſibilis: q̄ oī creature beatificabili eſt equalis. priuationes autem equaliū habituū ſunt equales. ergo ⁊c. ¶ Hec de p̄io.

Quantum ad ſecūdum: vbi eſt reſpondendū ad queſitū: eſt ſciendū ꝙ originalē reatum oībus equaliter remitti/pōt dupliciter intelligi. Uno mō: qꝛ reatus ipſe dimiſſus oīb⁹ eſt equalis. remiſſiones enī equaliū obligationum cuiuſmōi ſunt ille qb⁹ rei ſeu obligati ad equalia obligant̄/poſſunt dici ſicut ⁊ ſunt equales. Alio modo. qꝛ licet reatus ſit inequalis ī diuerſis qꝛ obligatio ad inequalia: tñ illa licet inequalis que tales obligationes ſeu reatus hmōi reſpiciūt/oībus totaliter ⁊ per ꝯñs equaliter remittunt̄. oībus enī ad aliq̄d obligatis illud equaliter remittit̄/licet ipm̄ in ſe ſit inequale ſi ab eis nihil ei⁹ exigit̄. ¶ Ex hoc apparet q̄d ad q̄ſtionem propoſitā ſit dicendū. cōſtat enī ꝙ reatus originalis electis oīb⁹ remittit̄ inequaliter primo mō: ſꝫ equalit̄ ſecūdo mō. aliis aūt vꝫ dānatis equalit̄ vtroq̄ mō. ¶ Hoc apparet ex dictis in articulo p̄cedēti. qm̄ vt ibi oſtenſum eſt/inequalis eſt reatus electoꝝ: cū inequales ſint gradus glorie ipſoꝝ: ad quoꝝ priuationes obligationes fuerunt reatus originales eoꝝ. licet aūt originales reatus eoꝝ hoc modo fuerunt inequales/ſic tñ electi oēs ab eis ſunt liberati ꝙ nihil alicuius pene ab aliq̄ exigitur: que ipſi debebatur. ergo ⁊c. ¶ Quantum ad dānatos/apparet ꝙ equaliter vtroq̄ modo fuerit remiſſus eis reatus originalis. quoniaꝫ tam ipſorum reatus fuit equalis q̄ etiam ſic cuilibet remiſſus ꝙ quando remiſſus nullus fuit ad penā aliqueꝫ obligatus. ergo ⁊c. ¶ Si tamen dicat̄ ꝙ p̄sciti finaliter cōdemnādi qm̄ in baptiſmo a reatu originali abſoluunt̄ vt digni ꝓ tūc in equalib⁹ gradib⁹ glorie acceptant̄: Tūc poſſet dici ꝙ reatus originales ipſoꝝ ſicut ⁊ electorū fuerunt cōſimiliter īequales. qm̄ hoc ſuppoſito diceret̄ ꝙ reat⁹ dānatorū vel damnādoꝝ quibus in preſenti remittit̄: eſt obligatio ad carentiā btitudinis nō eis abſolute poſſibilis ſed illius ad quā acceptant̄ ⁊ digni reputant̄ qm̄ ab originali reatu liberant̄. talis aūt beatitudo eoꝝ nō eſt eq̄lis ſꝫ inequalis. Secus aūt videt̄ de filiis damnatis qb⁹ originalis reatus nō remittit̄ in p̄ſenti. taliū enī reatus originales vident̄ eſſe obligatiōes ipſoꝝ ad carētiā beatitudinis eis poſſibilis: ⁊ ꝑ ꝯñs equales. q̄re ⁊c. ¶ Sic ad q̄ſtionē. ¶ Ad rōnē ī p̄ncipio appꝫ ſolutio ex p̄dictis.

CIrca diſtinctionē trigeſimamtertiam/in qua magiſter determinat: an pctā parentū proximoꝝ trāſeāt ad poſteros: ⁊ an peccatū originale ſit multiplex an tm̄ vnū: Quero p̄io de p̄io/vꝫ vtrū pctā primoꝝ parētū trāſeāt ad filios. ¶ Et videt̄ ꝙ ſic. qm̄ nō min⁹ ad filios vident̄ debere trāſire ſed magis peccata proximorū immediatorū q̄ aliorum magis diſtantiū ⁊ remotorum. ſed pctā p̄morū parentū tranſeunt ad oēs ab eis deſcendētes quantūcunq̄ diſtantes. ergo multo magis peccata aliorum parentum/vꝫ proximorum debent vel poſſunt trāſire ad ipoꝝ filios ab eis imediate deſcēdētes. ¶ Cōtra. qꝛ cū oē pctm̄ ſit volūtariū/ad nullū nolētē pōt trāſire pctm̄. ſꝫ filius pōt nolle ⁊ reſpuere quodcūq̄ ſui p̄ris pctm̄. ḡ nullū ſaltē neceſſario tranſit ad ipſuꝫ. ¶ Reſpōſio. vbi eſt videndū. Primo. an pctm̄ vnius tranſeat in alterū. q̄d eſt queſitum. Secundo. an etiā vnius meritum tranſeat in alterum conſimiliter.

Quantum ad primum: est sciendum q̄ aliud est peccatū vni⁹ transire ad aliū formalit̄ et aliud virtualit̄. Pctm̄ eñ formaliter sumptū est qd̄ distinguitur cōtra reatū. est eñ reatus nō culpa formalit̄: sed quodā mō virtualiter, ꝓ quāto peccatū respicit ipsum sicut causa effectū. sicut eñ effectus est ꝓpter causam originaliter: ita et reatus ꝓpter culpā siue ꝓpter pctm̄. Est ergo secūdū hoc peccatū vnius transire ad aliū formalit̄ / pctm̄ vnius esse alterius pctm̄ vt diuisum: sic intelligendo: q̄ pctm̄ factū ab vno qd̄ et fuit in ipso / incipiat esse in alio subiectiue vel esse ipsius effectiue: eo modo quo peccatū saltē cōmissionis ratione actus substrati dicit̄ habere effectiuū principiū et subiectū. Peccatū aūt vni⁹ trāsire ad aliū virtualiter / est vni⁹ pctm̄ trāsire ad aliū quo ad reatuz. sic intelligendo: q̄ ꝓpter pctm̄ vnius sit alius reus / quia ad penā illi peccato debitā obligat⁹. Et siue peccatū vnius dicatur transire ad alium formaliter siue virtualiter in reatu / adhuc q̄ altero istorū modorum transeat vel vtroq̄: potest intelligi dupliciter. q: vel q̄ sic transeat q̄ in illo cuius fuerat non remaneat vel q̄ sic transeat q̄ etiam in illo in quo fuerat prius remaneat. ¶ Hoc premisso pono tres conclusiones.

Prima est. q̄ peccatum vnius nō potest transire ad alium formaliter. sic intelligendo: q̄ sit peccatum ipsius. Probatur primo de peccato cōmissionis sic. peccatum commissiōis est actus deformis libere elicitus a peccante: ita q̄ ista tria īcludit vel requirit / vz q̄ sit actus: et hoc est in ipso materiale: q̄ actus hmōi sit deformis vel positiue siue contrarie vel priuatiue: et hoc est in ipso formale: et tertio q̄ sit a voluntate creata libere elicitus effectiue. nullus enim actus quantumcunq̄ deformis esset pctm̄ saltē imputabile ad aliquā penā ei in quo poneret̄ tm̄ subiectiue: sic q̄ non esset ab ipso / modo aliquo effectiue. sed nullus actus ꝓduct⁹ ab aliqua causa secunda postq̄ interruptus et etiā multo minus antea potest produci ab alio: ergo nec pctm̄ cōmissionis vnius sic potest transire ad alium q̄ sit eius / sicut fuerat prius alterius effectiue. ¶ Confirmat̄. quia licet actū deformē vel reatum existentē in vno subiecto deus posset ponere in alio: nō tamē illud nec aliquod alterum pōt agere ad ipsum actū ab alio tam productum sed actus deformis q̄ ē pctm̄ cōmissionis / id est pctm̄ q: voluntarium: et per cōsequēs quia ab illo cuius est / causaliter est productus. ergo nullus actus deformis in q̄ consistit pctm̄ cōmissionis potest ab vno transire in alterum. ¶ Si tamen diceret̄ q̄ actus elicitus dicit̄ pctm̄ cōmissionis vt absolute deformis: dicitur autē imputabilis et habere annexuz reatum: quia a voluntate libere elicitus effectiue: tunc consequēter esset dicendū: q̄ peccatū cōmissionis vni⁹ vt distinctū ꝯtra reatū potest trāsire ad aliū: nō autem vt habet annexum reatū. ¶ Sed tamen hoc non videtur rationabiliter dictū. quoniā nihil cōmittit qui nihil agit. sed qui actum aliquē tm̄ recipit nihil agit. ergo talis actus nō videtur debere dici in ipso pctm̄ commissionis: esto q̄ diceretur absolute peccatū ad quēcunq̄ actum obliquū. ¶ Secundo ꝓbatur cōclusio supradicta quantū ad peccatum omissionis cōsistēs (vt nūc suppono) in omissione alicuius debiti act⁹ positiui. quoniā impossibile est aliquem omisisse qd̄ nō omisit. sed si peccatum omissionis vnius fieret alterius hoc necessario sequeret̄ / vz q̄ ille ad quē transiret / omisisset vel omitteret qd̄ non omisit. ergo etc. ¶ Minor declaratur. quoniaz aut quādo vnus aliquid omisit alius illud idem omisit / vel non. Si sic: ergo peccatū vnius nō transit ad aliū: sed in vtroq̄ est propriū omissionis delictū. Si autē alius non omisit: aut quādo pctm̄ omissionis prioris ad istū alterū trāsit ipse nouiter omittere incipit: aut nō: sz omisisse dicit̄ qd̄ tamen antea non omisit: sed primum non potest poni: quia tunc illud esset nouuz omissionis pctm̄ nō illud alterius qd̄ precessit. ergo etc. ¶ Confirmat̄. quia duobus ad idem existentibus obligatis / si vno ipsorū illud omittente et altero faciente eodem tempore / postea pctm̄ omittentis transit ad aliuz aut hoc est quia tūc omittere incipit: aut q: prius omisit. sed non potest poni primū. quia illud esset nouū omissionis pctm̄: aut a priori: sicut si primo omittens postea iterum illud idem omittat alio tempore in quo tenetur illud facere sicut prius / peccat nouo peccato omissiōis alio a priori. nec pōt poni secundū / vt apparet. q: supponitur cōtrarium / vz q̄ prius non omiserit. ergo etc.

Secunda cōclusio est. q̄ peccatū vnius non potest iuste transire in alium vt virtualiter sumptū vz quo ad reatū annexum respicientē penā aliquaz positiuam et maxime sempiternā. ¶ Hec probat̄. quoniam nullus innocēs potest iuste puniri pena positiua aliqua sempiterna. sed oīs reus reatu respiciente penā eternaz ēst iuste pena perpetua puniēdus. ergo nullus innocēs potest effici reus isto modo. sed vt probatū est in alia cōclusione / pctm̄ vnius nō potest transire ad aliuz quo ad culpā. ergo nec quo ad reatū respicientē penā eternam ipso existente innocente. ¶ Confirmat̄. q: iusta pena positiua et realiter afflictiua semꝑ exigit in punito culpaz aliquā precedētē: nec per ꝯsequēs potest infligi alicui innocenti. sed nullius culpa est alterius. ergo nec pena quam meret̄ culpa alicuius debet esse alterius nihil demerentis: sed totalit̄ innocētis. quare etc. ¶ Sed est hic dubiū. an saltē pctm̄ vnius possit trāsire in alterū quantū ad reatū respicientē nō penā eternalē / sed aliquā tēporalē. ¶ Ad hoc cōmuniter respōdet̄ q̄ sic. ꝓpter peccata eñ parentū filij possunt puniri iuste: et si nō eternaliter saltē pena aliqua temporali. sicut et etiā esse factū de multis legit̄ in scriptura. Qd̄ etiā sic ꝓbatur. q̄libet delinquens potest puniri nō tm̄ in se sed etiam in possessiōe sua. sed filius quantū ad esse nature et etiā quo ad bona fortune est possessio patris. ergo pater delinquēs pōt iuste puniri in filio pena aliqua tꝑali. q: vero filius non est possessio patris quo ad animā: ideo nō pōt iuste puniri ꝓpter pctm̄ eius pena eterna nec ꝑuari gloria: cū talis pena respiciat aīam. ¶ Sed quicq̄d sit de cōclusione in se / ratio q̄ ꝓ ipsa adducit̄ nō cōcludit: q: multipliciter deficit. Deficit eñ prio: q: supposito q̄ semē fiat de superfluo alimēti: nihil substātie patris est in filio: nec aliq̄ forma substātialis filij est a prē: sz a deo tm̄ effectiue / vt alibi ē ꝓbatū. ergo filius nō videt̄ esse possessio nec aliq̄d prīs. ¶ Secundo. q: esto q̄ sit prīs possessio quo ad corpus / nō tñ quo ad aīam: nec ꝑ ꝯñs ꝓpter pctm̄ prīs est in aīa filius puniēdus. sed oīs pena hoīs corporalis est principalit̄ aīe: nec eñ actus aliq̄s sentiendi nec dolor ipm̄ sequēs est corporis sz aīe sensitiue. ergo ꝓpter pctm̄ prīs nō est fili⁹ puniēdus ī ꝑsona pena aliqua corporali eternali nec etiā tꝑali. ¶ Tertio. q: et falsū accipit qñ dicit q̄ nulla pena eterna aīaz respiciētē est puniēdus fili⁹ ꝓpter patrē. ꝯstat eñ q̄ pena dāni ꝯsistēs ī carētia cēntialis btitudinis ē aīe rōnal' nō corporis: et tñ tali pena eterna puniūt̄ de facto eternalr̄ oēs ab Adā descēdētes cū origīali reatu moriētes ꝓpt̄ pctm̄ tm̄ ipoꝝ prioꝝ parentū ergo etc. ¶ Si sic diceret̄ / vz q̄ deus non punit aliquē nec puniuit pena aliqua positiua eterna nec corporalis nisi ipe sic puniri meruerit ex aliqua propria sua culpa: et ꝑ ꝯñs q̄ nullius pctm̄ trāsit in aliū quo ad reatū: Ad illud qd̄ obijcit̄ in cōtrariū de multis q̄ ī scriptura sacra legunt̄ esse puniti ꝓpter pctā suoꝝ parentū: dicetur q̄

nō sic illos de⁹ ꝓpter demerita suoꝝ parētū puniuit ꝙ ipsi penā illā sibi īflictā nullaten⁹ mererent̄: imo ꝓpter tpoꝝ demerita circūscripti; demeriti; suoꝝ parētū potuit eis infligere illā penā q̄ fuit eis de facto īflicta. q: tm̄ pena dilecti est pena diligētis: ita ꝙ semꝑ punit̄ diligens in dilectoꝝ pr̄ naturalit̄ diligit filiū: adeo filij dicunt̄ puniri ⁊ possunt ꝓpter pctm̄ parētū/ ꝓ quāto vꝫ pena filioꝝ est etiā pena parētū suoꝝ. ¶ Tunc ergo posset dici ꝙ dupl̄r de⁹ pōt alicui penā infligere vel ipm̄ punire ꝑmittere ⁊ affligi/ vꝫ vel ad ipm̄ ꝓ uniendū vel ad eū exercitādū. Primo mō n̄ videt̄ ꝙ de⁹ aliquē puniat positiue sine aliqua hoc merēte ꝓpria culpa sua. Secūdo modo Job ⁊ multi alij viri scī sunt puniti. ¶ Ex quo sequit̄ ꝙ nullo mō culpa vni⁹ trāsit ad aliū nec videt̄ trāsire debere quātū est ī se formalr̄: nec ēt virtualit̄ quātū ad reatū annexū: q̄ est obligatio ad aliquā culpe debitā penā.

Tertia conclusio & vltima est. ꝙ pctm̄ vni⁹ pōt iuste trāsire ad aliū quantū ad reatū q̄ est obligatio ad penā ad aliquā ꝑuatiuam. ¶ Hec appꝫ. quia etiā de facto isto mō trāsit pctm̄ pmoꝝ parētū ad oēs filios eoꝝ: cū ꝓpter ipm̄ oēs ɔcipiant̄ rei: hoc est obligati ad ꝑpetuā penā dānī: qua q̄dē pena iuste possunt puniri ⁊ de facto puniunt̄ in reatu hmōi decedentes/ vt in ꝑcedētib⁹ est ostēsuꝫ. ḡ ⁊c. ¶ Ex ꝑdictis oībus apparet ꝙ pctm̄ vni⁹ nō pōt trāsire nec vnq̄ sic trāsit in alium vt formalr̄ sumptū: pōt aūt trāsire ⁊ sic trāsit de facto/ vt virtualr̄ acceptū/ vꝫ quātū ad reatū respiciētē penā priuatiuā nō aūt positiuā realit̄ afflictiuā talē eternā; esto ꝙ aliquam temporalem. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secundum: supposito & ꝑmisso ꝙ merita vni⁹ trāsire ad aliū/ pōt intelligi dupl̄r vꝫ formalr̄ ⁊ virtualr̄/ sicut dictū est de demeritis ī articulo ꝑcedēti: dicēdū est primo. ꝙ meritū vni⁹ nūq̄ transit nec trāsire pōt in aliū vt formalr̄ sumptū. Scdo. ꝙ vt virtualr̄ sumptū trāsit ad aliū. Tertio. ꝙ est ex supabūdāti dei liberalitate. Quarto. ꝙ nō sic trāsit in aliū virtualit̄: q̄n maneat ɔsil̄r in illo cui⁹ ē formalr̄. ¶ Primū pōt ꝓbari ɔsil̄r sicut ꝓbatū est in alio articulo de pctō. ¶ Scdm̄ appꝫ. q: meritū vni⁹ virtualr̄ trāsire ad aliū est meritū vni⁹ ꝓficere alteri ⁊ a deo acceptari vt dignū aliq̄ bono ɔferēdo ipsi. sꝫ ɔstat s̄m fidē deū hoc mō acceptare bona opa existētis ī gr̄a: ⁊ ꝓpter ipa ꝑmiare nō tm̄ illū cui⁹ sunt: sꝫ ēt aliū ꝓ quo fiūt: alias frustra aliq̄s oraret vel aliq̄d bonū faceret ꝓ alio nisi tm̄mō ꝓ seipō. hoc aūt est falsuꝫ. ḡ ⁊c. ¶ Ex hoc sequit̄ tertiū. magne eī liberalitatis est ī deo aliquē ꝑmiare tpalit̄ vel eternalr̄ absq̄ aliq̄ merito qd̄ sit ei⁹ formalr̄. non tn̄ ex hoc sequit̄ ꝙ pctm̄ vni⁹ debeat trāsire ī aliū ɔsil̄r. q̄m sicut ē liberalitatis ⁊ clemētie aliquē ꝑmiari ex alieno merito vl̄ ex nullo: ita eē videt̄ crudelitatis ⁊ iniustitie aliquē ɔdēnare ⁊ positiue affligere tm̄ ex demerito alieno. sꝫ hoc nō pōt nec debet deo attribui/ sꝫ ꝑmū. ḡ ⁊c. ¶ Quartū/ vꝫ ꝙ nō sic trāseat q̄n ī illo cui⁹ est remaneat ɔsil̄r/ vꝫ v̄tualr̄ sicut est capax/ appꝫ. q̄m capax efficit⁹ meriti dr̄ oīs ille q̄ ē ī statu merēdi. ali⁹ aūt q̄ iā est ī ꝑmio vl̄ in supplicio nō ē capax de potētia ordīata dei gradū ꝑmij recipe amplioꝝ. sꝫ actū meritoriū cuiuscūq; existētis ī statu merēdi de⁹ acceptat nō tm̄ vt vtilē alteri sꝫ ēt illi ipsi: cū ꝑ oēm actū meritoriū merea̅t sibi aliquē glīe gradū. sec⁹ autē est de alijs q̄ iā ꝑmiū sunt adepti. tales eī licet possint mereri alijs deū orādo ꝓ eis/ nō tn̄ mereri aliq̄d sibi ipsis: cū totū ꝑmiū sibi debitū sint adepti. ḡ ⁊c. ¶ Ex his sequit̄ ꝙ alit̄ quātū ad aliq̄d est intelligēd⁹ trāsit⁹ vni⁹ ī alteruꝫ v̄tualr̄ q̄ maneat ī illo cuius ē formalr̄ cōsil̄r/ vꝫ v̄tualit̄ ēt ꝑncipalr̄. ɔstat eī ꝙ null⁹ ē tātū reus ꝓpter pctm̄ alienū quātū ꝓpt̄ suū ꝓpriū: cū ꝓpt̄ suū ꝓpriū sit positiue reus reatu respiciēte penā afflictiuā eternalr̄/ si peccatū ē mortale: vel tpalr̄/ si veniale. ꝓpt̄ pctm̄ aūt alteri⁹ nō est re⁹ nisi ꝑuatiue/ vꝫ reatu respiciēte aliquā penā dānī/ puta carētiā alic⁹ boni: n̄ aūt penā positiuā eternalē: esto ꝙ aliquā tpalē. Merita aūt vni⁹ sic trāseūt q̄si ꝙ virtualr̄ ad alterū ꝙ n̄ sūt illi⁹ ɔsil̄r cui⁹ sūt formalr̄: vt appꝫ de meritis btōꝝ q̄b⁹ ipi merēt̄ nob: n̄ aūt aliq̄d sibi ipis. ¶ Sic ad q̄st. ¶ Ad rōnes ī pn̄ci. appꝫ sol. ex p̄dꝫ.

SEcundo quæro. Vtrum originale pctm̄ sit vnicū tm̄. ¶ Et videtur ꝙ sic. q̄m vni⁹ habit⁹ ꝑuatio ē vnica: ⁊ nō plures sed originalis reat⁹ est ꝑuatio vni⁹ habit⁹/ vꝫ originalis iustitie: q̄ fuit vnica virt⁹. ḡ ⁊c. ¶ Cōtra. q: originalis reatus est obligatio ad mltiplices penas. sꝫ ad diuersas penas diuerse sunt obligatiōes. ergo ⁊c. ¶ Respōsio. vbi sic est ꝓcedēdū. q: eī originalis reatus pōt ɔparari vel tm̄ ad vnū hoīem vl̄ ad plures/ vꝫ oēs quoꝝ fuit: ideo pmo ē vidēdū/ an originalis reat⁹ vni⁹ hoīs tm̄ sit vnic⁹ an multiplex. Scdo vidēdū ē illō idē de reatu originali vt est pluriū hominum nō vnius tm̄.

Quantũ ad secundũ vbi est ad questionem ꝓpositã respondendũ/pono ꝓ eius solutione quatuor cõclusiones. ¶ Prima est: ꝙ vnũ peccatũ omissionis vt formaliter sumptũ non est maius hoc est deterius alio consimiliter sumpto eiusdẽ rationis cũ ipso. ¶ Hec probatur. qm̃ cũ illa priuatio dicatur deterior alia q̃ est melioris habit⁹ siue forme: ⁊ peccatũ omissiõis formalitẽ sumptũ sit priuatio actus debiti ab omittẽte/ꝑ ꝯñs solũ illud omissiõis peccatũ vt formaliter sumptũ est deteri⁹ alio cõsimiliter sumpto: qđ est priuatio melioris actus debiti ab omittẽte. ⁊ ꝑ ꝯñs oĩa illa sũt eque mala: quoꝝ actus priuati sunt eque boni. sed licet actuũ specie diuersorum ad quos aliqui obligant̃/vnus sit melior alio: nõ tñ actuũ specie eorũdẽ. nõ enĩ illoꝝ qui obligãtur ad eundem actũ specie/vnus est ad ꝑfectiorẽ vel intẽsiorẽ actũ ꝙ̃ alius obligatus: nec vnus ⁊ idẽ ad actũ aliquẽ obligatus tenet̃ illũ actũ ꝑfectiorẽ vno tẽpore ꝙ̃ alio et ceteris. ergo cũ peccata omissiõis eiusdẽ ratiõis sint omissiones seu priuationes actuũ eiusdem ratiõis/sequitur ꝙ nec respectu diuersoꝝ omittentiũ/nec etiã respectu vni⁹ tñ diuersis temporibus omittẽtis/vnũ peccatũ omissionis formaliter sumptũ est deterius alio cõsimiliter sumpto eiusdem rationis cum ipso.

Secunda conclusio est: ꝙ vnum peccatum omissiõis vt sumptũ virtualiter ꝓ reatu/potest esse grauius alio cõsimiliter sumpto ⁊ eiusdẽ rationis cum ipso. ¶ Hec ꝓbatur. qm̃ licet obligatorũ ad actũ eiusdẽ rationis nullus ad intensiorẽ actum ꝙ̃ alius obligatur: vnus tñ potest esse ⁊ est ad actũ licet nõ perfectiorẽ magis qz pluribus obligatiõib⁹ siue ꝓpter plures causas ꝙ̃ alius obligat⁹. sicut ad dicẽdũ diuinũ officiũ magis sacerdos ꝙ̃ diaconus vel subdiaconus/⁊ episcopus ꝙ̃ simplex sacerdos dicit̃ existere obligatus. sed omissio actus licet nõ ꝑfectioris magis debiti omittẽti est grauior quia maiori pena digna ꝙ̃ omissio actus nõ tñ debiti seu necessarij omittẽti. ergo ⁊c. ¶ Cõsimiliter est dicendum de peccatis omissionis cõsimiliter sumptis: vt sunt eiusdẽ omittentis: supposito ꝙ vnus ⁊ idẽ magis sit ad eũdem actũ vno tẽpore ꝙ̃ alio obligatus: vt ad officiuz dicendũ vel ad aliquẽ actũ aliũ bonũ magis diebus festiuis ꝙ̃ ferialibus obligetur. alias si ad eũdẽ actũ omni tpe quo ab ipo est debitus sit quilibet equaliter obligatus/nũq̃ respectu vni⁹ omittẽtis aliquod peccatũ omissionis potest esse grauius alio dicto modo. ¶ Sed cõtra ꝯclusionẽ istã arguit̃. Videt̃ enĩ esse cõtra quoddã dictũ in articulo ꝑcedenti: vbi dictũ est ꝙ inequalis reatus sequitur semꝑ peccata inegłia: cũ oẽs inequaliter peccãtes sint inequaliter puniendi. ergo ecõuerso equaliter peccantes sunt equaliter puniendi/⁊ ꝑ ꝯñs semper equalis reatus sequitur culpas equales. Sed scdm cõclusionẽ primã/peccatũ vnũ omissionis vt formaliter sumptum non est deterius alio cõsimiliter sumpto/⁊ eiusdẽ ratiõis cũ ipso. ergo nec ꝓpter peccatũ aliquis est magis ꝙ̃ ali⁹ puniendus/nec ꝑ ꝯñs vnũ vt sumptũ virtualiter ꝓ reatu est grauius alio cõsimiliter sumpto ⁊ eiusdẽ rationis cũ ipso: cuius cõtrariũ dicit ista cõclusio secũda. q̃re ⁊c. ¶ Ad istud potest dici ꝙ omissionis peccatũ etiã vt formaliter sumptũ potest dupliciter cõsiderari. Uno modo enĩ potest accipi vt est quidã defectus naturalis. qz priuatio seu carentia alicuius perfectionis actualis: puta actus naturaliter possibilis. Alio modo vt est defectus moralis: qz vcz est priuatio ꝑfectiõis debite ab omittẽte ratione obligationis. ⁊ vt sic omissio seu actus priuatio proprie est peccatũ. nisi enĩ omittens esset obligatus ad actũ omissionis/nullũ eius omissio seu priuatio esset ipsi peccatũ. ¶ Tũc potest dici ꝙ prima cõclusio in qua dictũ est: ꝙ vnũ omissionis peccatũ nõ est deteri⁹ alio eiusdem rationis cũ ipo: est intelligẽda de omissionis peccato primo modo sumpto: vcz vt ad priuatũ habitũ cõparato. vt enĩ priuatiões sunt negationes formarum/vna nõ est deterior alia nisi quia est melioris forme. sed in ꝓposito vnũ omissionis peccatũ non est priuatio melioris actus ꝙ̃ alterũ eiusdẽ rationis secũ. Scda aũt cõclusio in qua innuitur vnũ omissionis peccatũ esse alio deteri⁹ vt formaliter sumptũ: cũ dicat̃ ꝙ est grauius quo ad reatum: est intelligẽda de peccato omissionis secũdo modo accepto: vcz vt ad omittentẽ cõparato ad actũ omissum minus vel amplius obligatũ. non tñ enĩ priuatio potest dici deterior in ordine ad habitũ: sed etiã in ordine ad subiectum: quia vcz subiecto est magis necessarius habitus quo ipm̃ dicitur esse priuatũ. nõ tñ enĩ est deterius priuari meliori habitu: sed etiaz magis necessario subiecto priuato. sed i ꝓposito vni omittẽti est magis necessari⁹ ꝙ̃ alteri actus omissus: qz vnus est ad eũ magis ꝙ̃ alius obligatus. ergo ⁊c.

Tertia cõclusio est: ꝙ vnũ commissionis peccatũ vt formaliter sumptũ est deterius alio consimiliter sumpto ⁊ eiusdẽ rationis cũ ipo. ¶ Hec ꝓbatur. qm̃ (vt dictũ est) tanto priuatio est deterior quãto forma seu habitus cuius est priuatio est melior. sed cõmissionis peccata formaliter sumpta sunt priuatiões rectitudinũ seu circũstantiarũ actibus debitarũ. ergo illud peccatũ formaliter sumptũ est deterius qđ est priuatio circũstantie seu rectitudinis actui debite melioris. sed peccatorum cõmissionis eiusdẽ rationis vnũ potest esse ⁊ sepe est priuatio circũstãtie actui debite melioris. ¶ Hoc ꝓbat̃. qm̃ quãto actus est intensior tanto eius moralis rectitudo est melior/⁊ ꝑ ꝯñs eius carentia seu priuatio deterior. sed actuũ eiusdẽ rationis vnus potest esse alio intẽsior ⁊ perfectior. ergo ⁊ priuatio rectitudinis moralis tali debite erit peior ꝙ̃ priuatio rectitudinis debite actui eiusdẽ rationis minoris perfectionis. q̃re ⁊c. ¶ Confirmat̃. qz sicut est de actũ meritorio ⁊ moraliter bono: ita suo modo ẽ de actu demeritorio ⁊ moraliter vitioso. Uel sic. sicut se habet actus moraliter bonus ⁊ meritorius intensus ad actũ remissum similiter bonũ moraliter ⁊ meritorium quãtũ ad bonitatẽ moralem ⁊ etiã supnaturalem/vt vcz vterq3 est meritorius ⁊ vtilis ad eternam: ita ⁊ malus actus moraliter ⁊ demeritorius intensus ad malum remissum similiter malũ moraliter quantũ ad deformitatẽ vel malitiã moralem: ⁊ etiã quo ad debitã vtriq3 penã. sed constat ꝙ bonus actus ⁊ meritorius tãto ẽ melior tam moraliter ꝙ̃ supnaturaliter quãto intẽsior. ma tovis enĩ merēi est actus diligendi deũ supposita equali charitate in diligente/⁊ etiã melior moraliter intensiõe ꝙ̃ actus diligẽdi eiusdẽ speciei ⁊ obiecti remissior. ergo et de actibus malis moraliter quantũ ad ipsoꝝ moralẽ

malitiam ⁊ penam etiā eis debitā ꝯsimiliter est dicēdū. quare ⁊c. ¶ Ex ꝑdictis sequitur ⁊ cōsimiliter ꝓbatur: ꝙ nō tm̄ respectu diuersoꝝ peccātiū: sed etiā respectu eiusdem vnū peccatum cōmissionis potest esse deterius alio eiusdē rationis. qm̄ non tm̄ vnus potest elicere actū intēsiorem malum moraliter vel bonū ꝙ̄ alius: sed etiā vnus et idem potest vno tēpore in actū intēsiorē ⁊ alio in actū remissiorē indistinctū specie a priori. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra ꝑdicta occurrūt duo dubia. Primū est: an conclusio supradicta sit intelligēda nō tm̄ cōparando cōmissionis subiectum peccata formaliter sumpta ad circūstantias actuū seu rectitudines quarū sunt priuationes: sed etiaꝫ ad ipsos cōmittētes ⁊ delinquētes: vt veꝫ vnū ꝯmissiōis peccatū sit deterius alio non tm̄ ratione circūstātie seu rectitudinis priuate ⁊ actui debite melioris: sed etiā aliquādo videt̄ delinquētis ⁊ ꝯmittētis sic ꝙ vnus ⁊ idem actus in specie sit deterior in vno ꝙ̄ in alio/licet nō sit īte nsior in vno ꝙ̄ in alio. ¶ Scdm̄ est: quō est verū ꝙ oē cōmissionis peccatū est formaliter priuatio nō act⁹ sed rectitudinis ibi debite: cū oīs act⁹ sit peccatū ei cui est illicitus: ⁊ multi actus absoluti non tm̄ vt sic vel aliter circūstātionati/sint multis illiciti: nec ꝑ ꝯñs tales act⁹ in illis videtur dicere aliquā priuationē: sꝫ merā positionē cū sint forme absolute. sed ī eis cōsistit peccatū cōmissionis. ergo cōmissionis peccatū non dicit priuatiuū sed potius positiuū. ¶ Ad primū dicit̄ ꝙ sic. qm̄ sicut quia vnus est magis ad actum aliquem ꝙ̄ alius obligatus: ⁊ ideo vnū omissiōis peccatū est grauius alio nō tm̄ vt cōparatū ad actū perfectiorē priuatū: sed etiā vt cōparatū ad subiectū seu eius principiū ꝓductiuū ad ip̄m amplius obligatū: vt superius fuit dictum: ita ⁊ in ꝓposito de cōmissionis peccato cōsimiliter est dicēdū: veꝫ ꝙ aliquādo vnū est deterius alio vt vtrūqꝫ cōparatur ad act⁹ rectitudinē cuius est priuatio. aliquādo vero vnū est deterius alio: nō ꝑdicto modo: cū vtrūqꝫ sit priuatio equalis rectitudinis: qꝛ actus vtriusqꝫ cōmittentis est equalis perfectionis: sed vt vnum cōparatur ad vnum ⁊ reliquū ad alterū cōmittentē: qꝛ veꝫ licet actus sit illicitus vtriqꝫ: nō tamē equaliter sed magis vni ꝙ̄ alteri. ⁊ sicut omissio est maius seu deterius peccatū magis obligato ad actū omissum: ita ⁊ cōmissio est deterior magis obligato ad actū vitandū. ¶ Qꝛ aūt vnus ad vitandū eūdē actū sit magis ꝙ̄ alius obligatus/ab oībus cōcedit̄: qꝛ ⁊ precise ista est ratio quare vnus in actu nō intēsiori peccat deterius ꝙ̄ alius respectu eiusdē actus in specie et eq̄lis intēsionis. ¶ Ad scdm̄ dicēdū ꝙ licet omnis act⁹ illicitus alicui sit et siue in eo peccatū: non tamen actus ipse secundum se sumptus est aliquod peccatum. quia si esset aliquod peccatum/in quolibet ⁊ a quocunqꝫ fieret esset peccatū. sed nullus actus est peccatū vt in quocūqꝫ subiectiue: nec etiā vt a quocunqꝫ effectiue. ꝙ ergo in illo sit peccatū cōmissionis hoc nō est ratione act⁹ absolute sumpti/ sꝫ qꝛ actus nō est ab illo a quo deberet eē: sed ab alio. ⁊ ideo nō actus ipse absolutus sed priuatio circūstātie debite puta ordinis eius ad debitū principiū et positio indebite/veꝫ ordinis ipsius ad indebitū principiū effectiuū est formaliter ip̄ꝫ cōmissionis peccatum. sed nullum horum dicit aliquid positiuum ab actu ⁊ ab eius principio distinctū: vt in precedentibus sepius fuit dictum. ergo ⁊c.

Quarta conclusio est: ꝙ vnū peccatum cōmissionis sumptū virtualiter ꝓ reatu est grau⁹ alio eiusdē rationis ab ipso ⁊ cōsimili modo sumpto. ¶ Hec apparet: ⁊ sequitur ex ꝑdictis. qm̄ ꝓpter peccatū deterius est quilibet magis reus. sed vnū cōmissionis est deterius alio eiusdē rationis siue in ordine ad priuatuꝫ habitum: puta ad rectitudinē actuū: siue in ordine ad cōmittentē ip̄m vt ꝑdictum est. ergo sicut vnū peccatum commissionis vt formaliter sumptū est deterius alio cōsimiliter sumpto: ita ⁊ vt vtrūqꝫ sumitur virtualiter pro reatu semꝑ deterius peccatum formaliter est grauius virtualiter. quare ⁊c. ¶ Ex predictis oībus apparet quomodo quantū ad aliquid aliter est dicendū ad q̄stionē istā comparādo vnū peccatū omissionis ad alterum/ ⁊ aliter loquēdo de peccatis cōmissionis adinuicē comparatis: ⁊ hoc vt ista oīa peccata accipiūtur formaliter non vt sumūtur virtualiter ꝓ reatu. vt sic eñ cōsimiliter de oībus est dicendū. qm̄ vt peccata ꝑdicta oīa sumūtur formaliter/licet vnū cōmissionis peccatū sit deterius alio eiusdē ratiōis qñqꝫ ꝓpter rectitudines actuū: quarū cōmissionis pctā sunt negatiōes siue priuationes: quādoqꝫ ꝓpter cōmittentiū cōditiones: qꝛ veꝫ vni cōmittenti magis ꝙ̄ alteri est actus illicitus: quādoqꝫ īsimul ꝓpter vtrūqꝫ istorum: nō tñ sic est in peccatis omissionis eiusdē rationis. nullum eñ taliū est deterius alio nisi secundo modo: veꝫ propter cōditiones omittentiū: puta qꝛ vnus rōne sue cōditionis est magis ad habēdū actū omissuꝫ ꝙ̄ alius obligatus. non aūt vnū est deterius alio primo modo: veꝫ qꝛ priuatio melioris actus seu intēsioris: cū obligatorū ad eūdem actū in specie vnus nō sit ad actum intēsiorē magis obligatus ꝙ̄ alius. Qꝺ si negetur etiā/ dicēdū cōsequenter ꝙ etiā illo primo modo quo vnū commissionis peccatū est deterius ꝙ̄ alterum/ de omissionis peccato cōsimiliter est dicendū. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnē in principio patet solutio ex predictis.

Tertio quero: vtrum peccatum ꝯmissionis sit deterius ꝙ̄ peccatū omissionis. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ deterius est malū cōmittere ꝙ̄ bonū omittere. sed cōmissionis peccatum cōsistit in electione mali. peccatū vero omissionis in ꝑtermissione boni. ergo ⁊c. ¶ Contra. qꝛ quāto priuatio est melioris habitus: tanto est deterior. sed peccatum omissionis est priuatio melioris ꝙ̄ peccatū cōmissionis: quia peccatum omissionis est priuatio actus: peccatum aūt cōmissionis alicuius circūstātie eius. actus autem substratus melior est quacūqꝫ sua circūstantia. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo eñ ꝑmittam aliqua necessaria ad questionem. Secundo procedam ad eius solutionem.

Quantum ad primū: præmitto duo. Quorū primū est ꝙ ista duo peccata possunt cōparari ad eundē actum omissum ⁊ cōmissum: sic intelligendo ꝙ ille idem actus cuius omissio est peccatū omissionis/sit substratus. vel ad aliū ⁊ ad aliū actū: sic intelligendo ꝙ peccatū omissionis sit omissio seu priuatio vnius actus debiti ab omittēte: ⁊ peccatū cōmissionis sit priuatio rectitudinis debite alicui alīt actui ab illo priori omisso. Exemplū de primo potest poni: sicut nō dicere officium vl̄ omittere quēcūqꝫ aliū actū ab omittēte debitū/⁊ exercere ip̄m ꝓpter finem indebitū/puta ꝓpter vanā gloriā vel tēpore indebito. Primū enim est peccatū omissiōis: secūdū aūt cōmissionis. vtrūqꝫ aūt est respectu eiusdem actus. Exēplū de secūdo. sicut omittere vnū actū ⁊ committere circa alium ab omisso: vt omittere officiū ⁊ committere adulteriū. ¶ Scdm̄ ꝑmittendū est: ꝙ vnū peccatum dupliciter potest dici deterius altero: scdꝫ ꝙ peccata possunt comparari (vt dictum fuit superius) vel ad illa quorum sunt priuationes: vel ad peccantiū cōditiones. Primo modo ipsa peccata cōparādo illud est deterius qꝺ est priuatio melioris. secūdo aūt modo illud est deterius homini qꝺ est magis illicitū vel ratione pecca

ti vel ratione cōditionis peccantis: sicut vnum ⁊ idem peccatum potest esse illicitum pluribus secundum magis ⁊ minus.

His premissis: pro secundo pono quatuor ɔclusiones. ¶ Prima est: ꝙ cōparādo peccata ista de quibus q̄rit / ad eūdē actū ꝓpriū / omissionis peccatū videtur esse deterius ꝙ̄ peccatū cōmissionis. ⁊ hoc siue peccata ista cōparētur ad illa quoꝝ sunt priuationes: siue etiā ad peccantiū cōditiones seu obligatiōes. ¶ Hec probaẽ. et primo in generali. qm̄ deterius esse videẽ plura simul omittere ad que ois ipse omittens tenetur: ꝙ̄ vnum illoꝝ tm̄. sed peccans peccato omissionis omittit plura ad que tenetur: ꝙ̄ peccans peccato commissionis circa eūdē actū omissum. ergo ⁊c. ¶ Minor ꝓbatur. qm̄ omittēs actū cuius priuatio est ipm̄ omissionis peccatū omittit omnē eius rectitudinē ⁊ circūstantiā ipsi debitā ad que ambo duo: vȝ ad actū ⁊ rectitudinē ipsi dari debitā obligatur. cōmittens aūt circa eūdē actum vt exercēs ipm̄ ꝓpter finem indebitū / sicut dicēs officiū ꝓpter vanā gloriā omittit alterū tm̄ illoꝝ duoꝝ: vȝ act⁹ debitam rectitudinē: nō aūt actum ipm̄. ergo ⁊c. ¶ Scđo ꝓbatur in speciali cōclusio ista quātū ad vtrāq; ptē ipsius. Et primo quātū ad primā: vȝ ꝙ omissionis peccatū sit deterius ꝙ̄ peccatū cōmissionis: cōparando ipsa ambo peccata ad illa quoꝝ sunt priuationes. qm̄ tāto ois priuatio est deterior ⁊ peior quāto est habitus melioris. sed illud cuius peccatū omissionis est priuatio / puta actus substratus / est q̄d melius aliquo modo ꝙ̄ quecūq; circūstantia: cuius priuatio est cōmissionis peccatū formaliter sumptū. ergo ⁊c. ¶ Scđa pars: vȝ ꝙ etiā omissiōis peccatū sit deteri⁹ cōparādo vtrūq; peccatū ad cōmittentem ⁊ omittentē / apparet. qꝛ illud peccatū in ordine ad peccantē est deterius: ad qđ vitandū ipse peccans obligatur amplius. sed magis quilibet obligari videẽ ad vitandū omissionis ꝙ̄ cōmissionis peccatū circa eūdē actū sicut clericus magis obligatus esse videtur ad dicendū absolute officiū: ꝙ̄ ad dicēdū ipm̄ ꝓpter finē debitū. ⁊ ꝑ ɔñs magis teneẽ ipm̄ nō omittere ꝙ̄ ꝓpter finē debitū dicere: cū etiā dicere ipm̄ vel facere quēcunq; aliū bonū actū nō ꝓpter finē debitū qꝛ nec actu itētū / nō sit malū. dicere aūt ꝓpter finem indebitū: licet sit malū / nō tamē vt videtur est tātū homini obligato ad dicēdū illicitum quantū nullo modo dicere absolute ipm̄. ergo ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est: ꝙ peccatū omissionis circa vnū actum omissum est deterius ꝙ̄ peccatū cōmissionis circa actuȝ cōmissum. ⁊ hoc cōparādo ista duo peccata ad illa quorum sunt priuationes. ¶ Hec apparet. quia vt dictū est semꝑ priuatio illa est deterior q̄ est habitus melioris. sed peccatū omissionis est priuatio actus qui est melior illo cuius priuatio est peccatū cōmissionis. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguetur. qm̄ peccatū cōmissionis est priuatio rectitudinis actui debite. peccatū aūt omissionis est priuatio ipsius actus. sed actus est a sua rectitudine indistinctus. nihil aūt potest esse pejus nec melius semetipso. ¶ Respōdeo: ꝙ nō est intelligendū actū esse sua rectitudine meliorē siue circūstantia morali / siue debita: sicut vna res dicitur melior re alia: sed sicut vnum et idem vt absolute sumptū dicitur meli⁹ semetipso vt ad alterum cōparato. sicut si diceremus ꝙ deus est melior vt deus ꝙ̄ vt beatificatiuus. actus eñ rectitudo moralis nō est aliquid in actu existēs ab ipso differens: sed est sola comparatio siue ordo actus ad oiā actui debita scđm rectū iudiciū rationis. hmōi autē cōparatio non fit nisi ꝑ liberum arbitriū causaȝ actus. ¶ Et si dicaẽ: ꝙ cum actus vt debite circūstātionatus puta ad finē vltimū sibi debitum cōparatus / sit aliquid melius seipso vt absolute sumpto: ꝑ ɔñs act⁹ vt circūstātionat⁹ melior ē seipō vt absolute sumpto. Ex quo sequiẽ ꝙ omissiōis peccatum nō sit priuatio melioris ꝙ̄ pctm̄ cōmissionis / nec per ɔñs deterius / sed potius ecōuerso. ¶ Respōdeo: ꝙ esto ꝙ assumptū sit verū / nō sequitur qđ īfertur. quoniā in peccato omissionis est priuatio actus tam vt absolute sumpti ꝙ̄ etiā vt debite circūstātionati. nō autē peccatum cōmissionis est priuatio actus vt absolute accepti: sed tm̄ vt debite circūstātionati. quare ⁊c. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ cōparādo ista cōmissionis ⁊ omissionis peccata ad diuersos actus ⁊ ad peccantes ꝑ ipsa / nec oē peccatum omissionis est deterius quocūq; peccato cōmissionis / nec ecōuerso. sed aliquod peccatū omissionis est deterius aliquo peccato commissionis: ⁊ ecōuerso aliquod peccatū cōmissionis est deterius ꝙ̄ aliquod aliud omissionis: ⁊ aliquod forte commissionis peccatū est equale alicui alteri peccato omissiōis. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ illud peccatum est deterius isto modo ad qđ cauēdum homo fortius obligatur: ⁊ illa sunt eque mala / ad que vitanda homo equaliter obligatur. sed nec ad quodcūq; omissionis vitādū magis ꝙ̄ ad qđcūq; ɔmissionis / nec ecōuerso aliquis obligatur: sed aliquod peccatum cōmissionis est ad qđ vitādū magis tenemur ꝙ̄ ad aliquod aliud: immo etiā ꝙ̄ ad qđcūq; peccatū omissionis vt odiū diuinū. nullius etiā actus quātūcūq; debiti omissio est tātū illicita quantū istius actus cōmissio. aliquod etiā peccatum cōmissionis illicitū magis est nō ꝙ̄ quodcūq; sed ꝙ̄ aliquod tm̄ omissionis peccatum. sicut adulterium est clerico magis illicitum ꝙ̄ dimittere officiū: nō tñ ꝙ̄ quodcūq; aliud omissionis peccatum. magis eñ videẽ illicitum omittere verba cōsecrationis pertinētia ad eucharistie sacramētum ꝙ̄ adulterium ipm̄. Ex quo apparet ꝙ etiā aliquod peccatū omissionis est deterius ꝙ̄ aliquod designatū peccatuȝ / nō tñ ꝙ̄ quodcūq; cōmissionis. etiam si reperiatur aliqđ cōmissionis peccatū eque illicitum sicut aliquod aliud omissionis delictū / talia duo erūt equalia isto modo. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est: ꝙ accipiēdo predicta cōmissionis ⁊ omissionis peccata virtualiter ꝓ reatu / ɔsimiliter est dicēdū de eis vt sic sumptis sicut dictum est in ꝑcedentibus de ipsis vt formaliter acceptis. ¶ Hec apꝑet ex ꝑdictis in alia precedenti conclusione. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē ī principio apparet solutio ex ꝑdictis. nō minus eñ malum: imo interdū deterius est bonū omittere ꝙ̄ actum indebitū exercere: cum etiā (vt dictū est) magis quandoq; quis obligetur ad actum aliquē exercēdum ꝙ̄ ad aliquem alium vitandū. ⁊ ita magis est illicita omissio actus magis debiti ꝙ̄ cōmissio actus minus necessarij seu debiti. quare ⁊c.

CIrca distinctionem trigesimāsextam / in qua Magister ostendit quomodo aliquando vnū et idem est pena ⁊ culpa: Quero primo: vtrum vnū peccatū sit pena alterius. ¶ Et videẽ ꝙ sic per Magistrū in litera hoc dicentem. ¶ Contra. quia culpa ⁊ pena non possunt coincidere in idem: cum pena sit afflictiua hominis ꝓpter culpā. ergo nulla pena est culpa / nec econuerso. sed si vnū peccatū esset pena alterius / oīno idem esset culpa ⁊ pena. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia culpa nō est aliqđ positiuū sed priuatiuū. ecōuerso autē pena est aliquid positiuū non priuatiuū. ergo idem nō potest esse culpa ⁊ pena. quare ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim inquirā: an vnum peccatum sit pena alterius qđ est quesitū. Scđo an vnū peccatuȝ possit etiam esse causa alterius.

Quantum ad primū: est sciendum ꝙ pena est duplex. Est eñ vna pena damni / ⁊ alia pena sensus. pena damni ē carētia boni possibilis punito. Hmōi aūt bonū cuius priuatio seu carentia est ipsa damni pena / est duplex. Est eñ quoddā vtile ⁊ cōmodū: quia eiꝰ cuius est refectiuū: vt eternū p̄miū. ⁊ aliud nō sic cōmodum sed iustū ⁊ ad bonū p̄dictum cōmodum ordinatum vt oīs actus bonꝰ moraliter ⁊ supnaturaliter: qualiter est bonꝰ quādo ip̄m eliciens est in charitate existēs. Secūdum hoc igitur potest dici ꝙ duplex est pena damni. est eñ vna que est carentia boni summe cōmodi vez premiū. ⁊ talis dicitur esse pena omnium damnatorum. alia autem est pena damni que est carentia boni iusti videlz actus debiti: ⁊ talis pena est viatorū omniū reproborum. Pena aūt sensus potest dici vīr oīs pena siue ad sensitiuā siue ad intellectiuā ptinens positiua / ⁊ puniti cuius est realiter afflictiua. ¶ Secūdo etiā est aduertendū: nō est intelligendū ꝙ questio ista intēdat querere an vnum peccatū sit pena alterius ꝓprie loquēdo: modo quo pena nō est nisi puniti: ⁊ p ipsam affligi. constat eñ peccatum nō puniri / nec esse punibile isto modo. sed quia pena vt hic de ipso agitur non est nisi creature rōnalis: cui etiam nō debetur pena nisi ex culpa. Jdeo questio itēdit querere an vnū peccatū sit pena alterius hoc est hoīs propter alterū peccatū: vt vez scdm peccatū puniat hominem ꝓpter primum.

His premissis duobus: pono pro solutione q̄stiōis q̄tuor ꝯclusiōes. ¶ Prima est: ꝙ oē pctm̄ est peccātis pena dāni sūpta ꝓ carētia boni iusti: nō aūt ꝓ carētia boni ꝯmodi puta p̄miū sempitnū. ¶ Hec appet quantū ad primā ptem: vez ꝙ sit pena damni ꝓ carētia iusti. qm̄ nullum peccatū vt formaliter sumptū est aliud ꝙ talis carentia. oē eñ omissionis pctm̄ est formaliter priuatio actus debiti. peccatū aūt cōmissionis est priuatio rectitudinis ipsius actus. sed nulla talis priuatio est aliud ꝙ carentia boni iusti. oē eñ homini scdm deum et rectū rationis iudiciū debitū est iustum / ⁊ cuiuscūq3 talium priuatio est iniusta. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. q2 sicut carentia seu priuatio cuiuscūq3 naturalis pfectionis / vt cecitas / est pena naturalis cuiuscūq3 tali pfectione priuati: ita ⁊ priuatio moralis pfectionis est etiā pena moralis cuiuscūq3 tali perfectione priuati: ⁊ ad ipsam apti. Sed oē peccatū siue cōmissionis siue omissionis est priuatio moralis pfectionis debite peccanti. g̃ ⁊c. ¶ Scda pars cōclusionis: vez ꝙ peccatū nō sit carentia illius cōmodi supradicti / apparet. qm̄ cū oē peccatū vt formaliter sumptū sit aliquo modo voluntariū ⁊ in peccantis potestate / p ꝯñs peccatū est priuatio seu carētia solius illius qd est naturaliter in potestate peccātis. nullꝰ eñ peccat quia caret aliquo qd nō potest habere. sed illud cōmodum / vez p̄miū / nō est in potestate hoīs: sed tm̄ dei omnipotentis. ergo ⁊c. ¶ Nec valet si instetur ꝯtra maiorem rationis p̄dicte de gratia cuiꝰ priuatio est mortale peccatū: cum tñ gratia ip̄a non sit in hoīs potestate quia hoc falsum est. licet eñ ꝓpter q̄dcūq3 mortale peccatum gratia ip̄a homini subtrahatur: nō tamē aliquod peccatū vt formaliter sumptū est priuatio gratie nec glorie: sed vel actꝰ homini possibilis vt peccatū omissionis vel eius rectitudinis sicut peccatū cōmissionis. q̄re ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est: ꝙ nullum peccatū est pena peccantis sensibiliter nec qualitercūq3 aliter realiter afflictiua. ¶ Hec apparet. q2 oīs pena puniti realiter afflictiua est aliquod positiuū puta dolor si est pena sensus proprie sumpta / vel tristitia si est pena ptinens ad intellectiuū appetitum. sed nullum peccatū formaliter sumptum dicit aliquid positiuū: sed tm̄modo priuatiuū: vt in precedentibus est ostēsum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. q2 omnis pena puniti iusti realiter afflictiua est a deo: ⁊ supponit in punito culpā. sed nec aliquod peccatū vt sumptū formaliter est a deo: nec quodcūq3 vnū necessario supponit alterum ī punito. ergo ⁊c. ¶ Sed nūquid peccatum cōmissionis saltē vt sumptū materialiter quātū ad actum substratū / pōt dici pena peccātis isto mō? ¶ Ad hoc dicēdum est ꝙ nō. quia peccatū cōmissionis sumptum materialiter est actus libere electionis. sed talis electio siue sit discors dictamini rationis recto vt in peccante p malitiā vel ipotētiā: siue concors dictamini obliquo ⁊ falso: vt in peccāte p ignorātiā vel similitudinē seu imprudentiā: nō est peccātis sic eligentis afflictiua: sed magis ipsi placibilis ⁊ accepta. nullius eñ hoīs grati ⁊ accepti electio siue volitio est eligentis afflictio sed cōsolatio. Sed oīs quātūcūq3 mala electio est eligenti grata et accepta. ergo ⁊c. ¶ Sed cōtra hoc forsitan arguetur: quia in quocunq3 eligente male ⁊ indebite contra dictamen rationis rectū est remorsus cōscientie. sed cōstat ꝙ talis cōscientie remorsus est realiter hoīs afflictio. ergo ⁊c. ¶ Ad hoc potest dici ꝙ licet assumptū sit verum: non est tñ cōtra ꝓpositū. qm̄ hmōi cōscientie remorsus non est malus electionis actus. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ vnū peccatū potest dici pena alterius peccati eiusdē speciei. ¶ Hec declaratur. qm̄ oīs pena peccantis cuius pene occasio est peccatū / potest dici sicut ⁊ est pena peccati. ¶ Hoc appet. quia nec aliquo alio modo aliqua pena etiā a deo peccāti inflicta dicit̄ peccati pena. nō eñ est pcti pena vt puniti sed vt cause seu erroris pena: que ē pctōris vt puniti. sed oñe pctm̄ est pena damni cuiuslibet peccatoris vt patuit ex p̄dictis. ergo omne pctm̄ potest dici pena illius qd fuit occasio eius. sed vnū pctm̄ est occasio alterius peccati eiusdē ratiōis sicut eñ vnus actus virtuosus est occasio alterius: quia facilitat ⁊ inclinat potētiā ad alterū eiusdem rationis secum: ita de actibus vitiosis ꝯsimiliter est dicēdum. quare ⁊c. ¶ Ex hoc sequitur corollarie: ꝙ nūq̄ pctm̄ p̄sens dicitur pena sequētis: sed econuerso pctm̄ sequens pena dicit̄ p̄cedentis. ¶ Hoc appet. qm̄ nūq̄ pctm̄ sequēs est occasio p̄cedentis / sed econuerso p̄cedens sequentis. quare ⁊c. ¶ Sed forte ꝯtra hoc arguetur. q2 aliquando ꝓpter vnū pctm̄ quis ꝯmittit alterum: vt ꝓpter adulteriū homicidiū. ergo adulteriū licet posterius est causa ⁊ occasio homicidij p̄cedentis / ⁊ p ꝯsequēs pena eiusdem. ¶ Respondeo: ꝙ in ꝯmittente vnū pctm̄ ꝓpter alterū vt homicidiū ꝓpter adulterium / licet adulteriū vt in facto exteriori sequit̄ homicidiū: vt in voto tñ interiori p̄cedit ip̄m. vt autē est in voto interiori / hz rōnē peccati p se: non aūt vt in facto exteriori nisi vt ad votū sic ꝯparato. quare ⁊c. ¶ Quarta ⁊ vltima ꝯclusio est: ꝙ etiam vnū pctm̄ potest dici pena alterius ab ip̄o specie differētis. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ etiā vnū pctm̄ est occasio alteriꝰ ab ip̄o specie differentis / licet nō ita directe sicut alteriꝰ peccati eiusdē speciei. licet eñ nullus actus quātūcūq3 frequentatus inclinet potentiā frequētātē ip̄m ad actū alterius speciei: tñ quia ꝓpter quodcūq3 pctm̄ mortale amittitur gratie dei donū: quo amisso homo facilius labitur in aliud peccatū: nō tm̄ eiusdē speciei cum priori: sed ēt alterius speciei ab ip̄o: adeo isto modo p̄cedēs pōt dici occasio subsequētis: licet a p̄cedēti specie differētis. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur p Jsidorū. 2. li. de sum. bo. c. 39. dicentē ꝙ deus occultā superbiā vindicat p manifestam luxuriam. Hoc aūt non est intelligendum sic ꝙ peccatū luxurie superbie vindicatiuū seu punitiuū sit a deo effectiue: sz tm̄modo pmissiue. ꝓpter peccatū eñ occulte superbie deus subtrahit donū sue gratie: quo subtracto p

mittit superbum non iuuando cadere in luxurie manifestum delictũ: quo punitur non tñ pena damni priuatiua sed pena etiã positiua ꝓpter ruborem tali peccato annexum. nõ tñ hoc est cõtra secũdã ↄclusionẽ: in qua fuit dictũ ꝙ nullũ peccatũ est pena peccantis realiter afflictiua. qm̃ rubor ille vindicatiuus superbie non est ipa luxurie culpa formaliter sumpta/sed eius sequela. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundũ: vbi est videndum

an vnũ peccatum possit dici causa alterius/apparet aliqualiter ex ṗcedentibus quid dicẽdum. Licet enĩ nullũ peccatum sit/nec esse possit causa alterius ꝓprie loquẽdo: cum solus peccans in cuius libera potestate est peccatũ/sit causa eo modo quo peccãs dicit eẽ causa suorũ omniũ peccatorum: tamen quasi modo cõsimili sicut remouens ꝓhibens aliquid dicitur causa eius vt aperiẽs fenestram causa illuminationis domus: ita aliquo modo vnum peccatum potest dici causa alterius. quoniam omne aliquo modo remouens ꝓhibens vel saltem aliqualiter impediens aliquod peccatum/potest dici causa ipsius si eueniat isto modo: puta sicut aperiens fenestram dicitur causa illuminationis domus. sed gratia superna ⁊ si non ꝓhibet peccatum/saltẽ aliquo modo impedit: quia iuuat hominẽ ad repellendum ipsum. huiusmodi autem impeditiuum remouet non effectiue vt aperiens fenestram: sed demeritorie: quia ipsum remoueri ab homine ⁊ subtrahi meretur quodcũꝙ peccatum mortale. peccatum ergo ipsuz potest isto modo dici causa omniũ sequẽtium aliorum. ¶ Ex quo apparet primo: ꝙ de alio et alio peccato dicitur pena ⁊ causa. primũ enim mortale peccatum dicitur causa aliorum: nõ autem pena. econuerso autẽ peccatum sequens dicitur pena ṗcedentis ⁊ non econuerso. ¶ Secũdo: ꝙ licet pena possit dici non tñ peccatũ mortale sed etiam veniale: causa aũt peccati modo ṗdicto/vez vt remouens prohibens seu remoueri promerẽs/nõ dicitur nisi de peccato tñ mortali. nec enĩ aliquod veniale peccatum est diuine gratie remotiuuz. alio tamen modo etiam vnum peccatum veniale potest dici pena alteri⁹. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rationẽ in principio apparet solutio ex ṗdictis.

SEcundo quæro: vtrum pena culpe debita sit a deo. ¶ Et videt ꝙ sic. quia omne ens positiuum est a deo vt a ꝓpria sua causa. nihil enim est possibile fieri sine deo ad ipsum agente. sed licet culpa formaliter sumpta non dicat nisi priuatiuũ: vt patet ex ṗcedentibus: pena tamen culpe debita est aliquid positiuũ. ergo ⁊c. ¶ Contra. qr nulla culpa est a deo. sed aliqua pena culpe punitiua est culpa: vt patet ex dictis in q̃stione alia. ḡ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic est ꝓcedendũ. Primo enĩ est inquirendum q̃ pena cui culpe sit debita. Secũdo est respondendum ad questitum: an vez pena culpe debita sit a deo: an ab alio ꝙ ab ipso.

Quantum ad primum: est sciendum

ꝙ culparũ alia dicitur mortalis/alia venialis. cuius ratio tangetur in distinctione. 42. vbi agetur de numero et diuersitate omniũ mortalium peccatorum. Culpe mortali non remisse in ṗsenti debetur in sequenti pena: nõ tamẽ omnibus culpis mortalibus equalis intẽsiue: imo inequalis/licet sit equalis omniũ extẽsiue: quia eterna: qua nõ potest esse aliqua maior extẽsiue. Pena aũt debita culpe veniali siue in ṗsenti siue etiam in sequẽti est temporalis: que etiam debetur mortali culpe remittẽde in presenti. nulla enĩ culpa in ṗsenti remittenda punitur nisi pena aliqua temporali. ¶ Ista nõ sunt demonstrabilia sed a quolibet catholico supponenda tãꝙ vera/⁊ ꝑ scripturam sacram nota. Constat enim primo mortale peccatum ꝑpetua puniendum: ⁊ hoc in sequẽti/nisi punitũ fuerit ĩ ṗsenti pena aliqua temporali. quoniam cuicũꝙ peccato ꝓpter qđ tollitur gratia/debetur pena eterna. sicut enim omnis habens gratiam est ordinatus siue dispositus ad vitam eternam: quia gratia dei vita eterna: ita quodcũꝙ qđ tollit gratiam diuinam/disponit ad penam eternam: cum non sit dandum mediũ in sequẽti inter penam ⁊ gloriam. sed ꝑ quodcunꝙ mortale peccatũ tollitur. ergo ⁊c. ¶ Secũdum: videlicet ꝙ peccato mortali puniendo in ṗsenti/debeatur pena tñmodo temporalis/apparet. quia secũdũ sentẽtiã sacre scripture ꝓpter nullum peccatum quãtũcũꝙ grauissimũ puniẽdũ deus exigit ab aliquo nisi ↄtritionis gemitũ ĩternũ: quẽ non oportet esse eternũ: sed sufficit eẽ etiam quasi momẽtaneuz. quia quacũꝙ hora fuerit conuersus peccator/vita viuet ⁊ non morietur. sed omne quod sufficit ad vitaz gratie recuperandam/ sufficit ⁊ ad mortem culpe euadẽdam. ergo cum temporalis pena videlicet penitẽtie sit peccatori in quocunꝙ peccato existenti sufficiens ad recuperãdam gratiam: ꝑ ↄsequens est etiam ipsi sufficiẽs ad culpam quãcũꝙ delendam. quare ⁊c. ¶ Tertiũ: vez ꝙ pena temporalis tñ debeatur peccato veniali siue in ṗsenti remittendo/siue etiam in sequenti: ꝑ qđ distĩguit a pena debita mortali in ṗsenti non remisso/appꝫ. quoniam nulli peccato debetur etiam non remisso in ṗsenti/pena eterna nisi illi ꝑ quod tollitur gratia superna sed ꝓpter nullum veniale peccatum tollitur alicui gratie superne donum. ergo ⁊c. ¶ Non est etiam intelligendum ꝙ sic debeatur pena temporalis peccato veniali sicut debetur mortali. quoniam sic debetur peccato mortali cuilibet pena aliqua tẽporalis determinata: vez supradicta: ꝙ nũꝙ sine ipa alicui in ṗsenti remittitur talis culpa. peccato autem veniali maxime cuilibet vniuersaliter non sic debetur pena aliqua temporalis ꝙ nõ possit remitti/ ⁊ etiam sic de facto remittitur aliquãdo sine ipa vt in quarto ꝓlixius ostẽdetur. Nõ etiã aliqua temporalis pena signata est necessaria ad remissionẽ omnis peccati venialis/sicut ad remissionem omniũ mortaliũ peccatorum: nec tanta pena temporalis debetur alicui peccato veniali quãta cuilibet mortali. Quãta autẽ pena sufficiat ad remissionẽ plenariam peccati mortalis ⁊ venialis/puto ꝙ soli deo sit notum. qr nec hoc est in scriptura exꝑssum. licet enim omnis contritio cordis ⁊ confessio oris sufficiant ad penam euadendam eternã: nõ tñ ad plenariã remissionẽ habẽdam: cum non omnis cõtritus ⁊ confessus sit ab omni temporali: sed tñ ab eterna culpe ṗcedenti debita pena absolutus. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: præmitto

quatuor ad euidentiam dicẽdorum. ¶ Primũ est: ꝙ eã penarũ alia sit simul culpa ⁊ pena: de qua dictum est in questiõe alia: ⁊ alia sit ṗcise pena ⁊ nõ culpa: hic nõ oportet loqui nec est questio de prima pena: que videlicet est culpa: quia de tali pena iam in ṗcedentibus est questitũ. sed tñ de pena alia que vez nõ est culpa sed eius punitiua. ¶ Secundum ṗmittendum est: ꝙ penarũ de quibus hic est loquẽdũ/quibus peccata puniũtur/alie sunt voluntarie añcedenter vt assumpte ab ipsis punitis. alie tñ consequenter nõ añcedẽter vt inflicte eis: ⁊ tamen ab ipsis patienter ⁊ voluntarie tolerate. alie sunt simpliciter ⁊ vniuersaliter inuoluntarie: quia nec assumpte sed inflicte eis/ nec patienter seu voluntarie sed inuoluntarie taliter tolerate. Prime pene/videlz añcedẽter voluntarie/quia assumpte/sunt pene quas penitentes ad deũ

contueri assumunt siue interiores vt cordis contritio et oris confessio/ad quem sequitur rubor interius & confusio:siue exteriores vt alie pene corporales ab eis assumpte quibus corporaliter se affligunt. ¶Pene autē voluntarie consequenter sunt (vt credo) pene existentium in purgatorio. non enim hmōi sunt in ipsorū potestate nec p consequens ab eis assumpte: sed inflicte. nō etiā videtur verisimile q̄ sint ab eis inuoluntarie sed potius voluntarie tolerate. eorum enim voluntas nō est diuine voluntati discors: sed potius concors. et ideo cum sciant deum velle temporaliter eos pati/ ꝓbabile est q̄ ipsi sint deo in hoc volito concordantes / & per consequens penam sibi inflictā cum patientia supportantes & voluntarie acceptātes. Voluntarie dico nō simpliciter: quia ad tale voluntarium nulla sequitur tristitia: sed potius letitia: cum tamen tristitia sit eorum pena. sed voluntarie secūdum quid/ siue voluntario permixto cum nolūtario modo quo proijciēs merces in mare proijcit volūtarie. sicut enim talia vult proijcere vt possit euadere: tamen nollet si aliter euadere posset: sic in purgatorio existentes volunt penā quā sustinēt/ vt ipsam deo esse acceptā sciunt. nollent tamen si aliter deus vellet. nollēt etiam ipsam vt propter eam affligūtur & a gloria retardantur. Vel etiam posset dici q̄ tristitia ipsorum a deo eis inflicta est de peccatis vel de igne in quo existunt. actus autē nolendi eorum est ipsius pene tristitie eis diuinitus inflicte: ad quem actum si sequatur in eis tristitia nullum est inconueniens. quoniam in eodem potest esse letitia & tristitia de diuersis: sicut in penitente est dolor seu tristitia de peccato/ & letitia de tristitia seu dolore. sciens enim penitens per tristitiam puniri culpam: & se consequutum fuisse gratiam: potest de ipso habere letitiā. & ita cōsimiliter in proposito de existentibus in purgatorio posset dici. ¶Pena etiam isto modo volūtaria forte est pena omniū damnatorū pro solo originali peccato. nō enī est verisimile q̄ tales murmurent cōtra diuinā sententiam non acceptando sed respuendo maxime simpliciter & totaliter penam damni eis debitam: quia tunc esset in eis perpetua tristitia: que nō est in eis ponenda sicut nec aliqua alia sensus pena: cum nulla fuerit in ipsis culpa. Tertia pena que videlicet est simpliciter inuoluntaria/ est pena eterna aliorum omniū damnatorū. ¶Tertium p̄mittendum est: q̄ aliter est intelligendum penam damni priuatiuā in glorie carentia consistentem esse ab aliquo vt a causa: & aliter penam sensus/ & quācūq̄ aliā positiuā. quoniam pena sensus est realis effectus/ & p consequens est realiter ab aliquo vt a causa. ¶Pena autē damni cū nō sit aliud in re extra q̄ priuatio pura/ per consequēs nō potest esse ab aliquo isto modo. sed sicut priuatio dicitur esse in subiecto: qd nō est aliud q̄ dicere habitum ipsi oppositum non esse in eo: ita penā damni vel quācūq̄ priuationem esse ab aliquo est dicere habitū ipsi oppositū non esse ab eo. sicut tamen priuatio vt cecitas nō dicitur esse ī quocunq̄ subiecto in quo nō est habitus: sed precise in illo in quo non est / qd tamen est aptum natum habere ipsum: ita nec priuatio dicitur esse effectiue a quocunq̄ a quo non est habitus: sed precise ab illo a quo nō est & tamen esse potest. ¶Quartum & vltimū p̄mittendum est: q̄ penam sicut & aliā rem quācūq̄ esse a deo/ potest intelligi dupliciter: quia vel q̄ sit ab ipso totaliter sic q̄ ad eam non operetur aliquid aliud nisi deus. vel q̄ sit ab ipso partialiter/ sic q̄ ad ipsam concurrat cum deo aliqua causa alia effectiue.

His premissis: pono respondendo ad

questionem/ tres cōclusiones. ¶Prima est: q̄ pena culpe debita qua mediante ipsa culpa primo remittitur in presenti/ est a deo nō totaliter sed partialiter. ¶Hec apparet. quoniam pena qua culpa mortalis primo in presenti remittitur/ est dolor seu tristitia existēs in potestate penitentis. sed omne qd est in hominis potestate vt sibi seu anime tristi vel non / est ab ipso partialiter effectiue. Dico autem partialiter: quia suppono ex dictis in precedentibus deum ad omnem effectum cuiuscunq̄ cause secūde concurrere cū ipsa partialiter effectiue. Ex quo pōt ad propositum argui sic in forma. omnis effectus secunde cause est a prima partialiter effectiue. sed pena qua culpa mortalis & quecunq̄ alia venialis primo remittitur homini penitenti/ est a penitente cui remittitur voluntarie assumpta/ & per consequēs ē eius effectus partialiter licet dei principaliter. ergo &c. ¶Cōfirmat. quia nulla penitentia est fructuosa nec culpe remissiua nisi volūtarie sit assumpta: vel inflicta/ voluntarie tolerata. sed penitētia qua remittitur mortalis culpa/ nō est inflicta seu homini impressa. quoniam talis exigit cum sit tristitia de peccato actum respuendi ipsum talem. talem autem actum voluntatis deus communiter non imprimit seu efficit sine penitente ad ipsum causaliter operante: sed operans ad actum huiusmōi antecedentem operatur etiam ad tristitiam ꝯsequētē: supposito q̄ ab actu hmōi sit distincta. quare &c. ¶Est tamē aduertēdum q̄ cōclusio supradicta est de pena debita peccato mortali magis q̄ de pena debita veniali intelligenda. tū quia omni peccato mortali debetur pena: non autem omni peccato veniali vt sic necessario alicui q̄ nō remittatur aliquando etiam de facto absq̄ aliq̄ pena. tum quia etiam mediāte pena inflicta a punito voluntarie tolerata potest remitti alicui (& sic sepe factum esse credendum est) omnis culpa venialis ipsius. nulli autem deus statuit remittere nec vnq̄ remisit in p̄senti culpam aliquā mortalem nisi mediante contritionis gemitu penitentie: qui gemitus est eius effectus. quare &c. ¶Tūc autem culpa mortalis in presenti remittitur primo quando pena eterna ipsi debita commutatur in aliquam temporalem: vel omnis tā eterna q̄ tēporalis primo totaliter relaxatur. Tūc autē secūdo/ quando pena temporalis in quā eterna fuit mutata dū ipsa culpa extitit primo remissa/ diminuit seu remittitur vel totaliter dimittitur. Hoc autem potest fieri et sic sepe fit de facto vel absq̄ pena ꝓpter aliqua bona opera non penalia: vel mediante pena inflicta ab ipso cui infligitur voluntarie tolerata & grataniter accepta. Et hoc est ꝓpter qd dicitur in conclusione p̄dicta q̄ pena culpe debita qua mediante remittitur in p̄senti culpa: nō q̄litercūq̄ sed p̄mo est a deo non totaliter sed partialiter. loquēdo enī de remissiōe culpe facta nō p̄mo sed secūdo/ potest contingere alicui quia talis remissio bene fit quandoq̄ p penam que est a deo totaliter saltem p̄missiue: & nullo mō a punito. Quomō autē ista sint intelligēda/ in quarto in materia de penitentia ꝓlixius declarabitur. ¶Secūda conclusio est: q̄ nulla pena culpe debita positiua: qua mediante punitur in sequenti aliquis pro ipsa/ est ab ipso punito. ¶Hec probatur. quia pena quecunq̄ que est effectiue a punito / est in eius potestate. sed nulla pena qua punitur aliquis alicubi pro culpa aliqua in sequenti est in eius potestate: vt videlicet si vellet suspendere eam posset. & hoc est ꝓpter qd scdm cōmuniter loquentes minorem penam factam in p̄senti deus acceptaret ꝓ remissione plenaria culpe q̄ in sequēti: videlicet quia in presenti est in hominis potestate/ et ideo efficacior: non autē in sequenti. quare &c. ¶Ex hoc sequitur corollarie: q̄ omnis pena positiua qua punitur quilibet in sequenti vel in purgatorio vel in inferno/ est totaliter a deo: nisi dicatur q̄ sit partialiter ab obiecto puta ab igne vel a quocunq̄ alio obiecto considerato &

nolito: vel ab ipso actu considerandi siue intelligendi. ¶ Hoc apparet. quia pena cuiuscunq; puniti positiua in sequenti est tristitia vel dolor. sed nec dolor nec tristitia potest esse effectiue nisi vel a deo vel a doloris & tristitie subiecto vel ab eius obiecto / vel secundum aliquos ab actu intelligendi / vel secundũ alios ab actu volũtatis ad quem immediate sequitur tristitia vel leticia / et ab actu appetitus sensitiui ad quem secundum eos imme diate sequitur dolor & delectatio. sed nec dolor nec tristitia punitorum in sequenti est effectiue ab ipsis damnatis. ergo &c. ¶ Sed forte ad rationem factam probantem conclusionem predictã responderent aliqui dicentes q dolor non est in potestate dolentis / obiecto sibi existente p̃nti et disconuenienti: sicut nõ est in potestate hominis nec alicuius alterius animalis in igne existentis nõ dolere nisi añcedẽter: supposito q possit a se ignẽ remouere. nec tamen ex hoc sequitur q dolor hmõi non sit effectiue a dolente. sed in potestate damnatorum vel in purgatorio existentium non est obiectum sensibile disconueniẽs eis presens a se remouere. ergo &c. ¶ Ad hoc potest dici q licet assumptũ sit verum: puta q puniti in sequenti non possint a se repellere obiectum disconueniens eis presens: ex hoc non sequit̃ qd infertur. ¶ Primo: quia cito q damnati essent in celo / non minus dolerent & tristarentur q̃ in inferno / sicut nec beati minus cõsolarentur & gauderent in inferno positi q̃ in celo. sed si dolor esset ab eis vel ab obiecto effectiue non necessario esset in ipsis obiecto disconueniẽte sensibili separato ab eis. ergo &c. ¶ Secũdo. quia dolor vt & tristitia eis distinctus non potest esse naturaliter in anima separata: sicut nec actus aliquis sentiẽdi. q̃ si est / oportet q supernaturaliter tñ sit a deo. ¶ Tertio. quia ab eodem videtur esse tota pena positiua omniũ damnatorũ & quorũcunq; aliorum punitorum in sequenti. sed tristitia nõ est ab aliquo ipsorum: cum non sit in potestate eorum consequẽter nec etiam antecedenter. ergo &c. ¶ Quarto. quia sicut totũ premiũ beatorum est tñ a deo non ab aliquo alio: ita cõsimiliter videtur esse dicendum de omni pena et miseria punitorum. non enim est probabile q sibi aliquis maxime damnatus puniat effectiue magis q̃ bonus premiet semetipsum. quare &c. ¶ Tertia conclusio est: q pena damni priuatiua omniũ damnatorum siue pro peccato actuali siue tñ pro reatu originali / est a deo totaliter effectiue. ¶ Hec probatur. quoniam illud est a deo isto modo: videlicet totaliter / qd est a solo ipso & a nullo alio effectiue. sed pena damni consistens in priuatione glorie dei est huiusmodi. ergo &c. ¶ Minor probatur. quoniam a solo illo & a nullo alio dicit̃ effectiue omnis priuatio cui est possibilis habitus qui priuatur. sed visio & fruitio beatifica dei: quorum priuatio est pena damni / nulli est possibilis causaliter nisi deo. ergo &c. ¶ Ex predictis apparet q omnis pena culpe debita qua punitur aliquis ꝓpter ipsam est a deo vel partialit̃ vt positiua pena qua punitur aliquis in presenti: vel totaliter: vt tota pena tam positiua q̃ etiam priuatiua qua punitur quilibet in sequenti: & pena etiam priuatiua: puta gratie carentia qua punitur oĩs peccans primo mortaliter in presenti. sicut enĩ glorie cuius carentia est punitio in sequẽti: ita & gratia cuius carentia punitur pro primo mortali peccato quilibet in presenti / est soli deo possibilis effectiue. quare &c. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationẽ in principio apparet solutio ex predictis.

Distinctionis trigesimæseptimę Quæstio Prima.

Circa distinctionem trigesimãseptimã / in qua Magister recitat & pertractat opinionẽ quorũdam dicentiũ oẽs actus inquãtũ sunt act⁹ / bonos esse & a deo existere effectiue: Quero primo hoc: videlicet vtrum omnis actus malus inquãtum actus sit a deo. ¶ Et videtur q sic. quia omne ens positiuum est a deo. sed oĩs actus licet malus inquãtum actus est vnũ ens & realis. q̃ &c. ¶ Contra. quia deus non operatur in aliquo qd nõ vult fieri ab ipõ. sed multi actus multis interdicuntur a deo quos per consequens ipẽ nõ vult fieri ab aliquo ipsorum ergo ad nullum talem actum producendum cooperatur alicui eorũ / nec per consequens aliquis talium est a deo. ¶ Responsio. Ad cuius euidentiam primo premittam aliquid ad questionis proposite intellectum. Secũdo dicam ad quesitum.

Quantum ad primum: videlicet ad habẽdum questionis & eius solutionis intellectũ / est sciẽdum q cum actus malus moraliter seu culpabiliter (de quali malo hic tñ queritur) dicat actum ipsum positiuũ substratum & eius culpam malitiam seu moralem: que non est vt suppono ex precedentibus / aliquid positiuum per consequens cum queritur an actus malus inquantum actus sit a deo: queritur de actu accepto scdʒ se absolute: modo quo nec est bonus moraliter nec malus: circũscripta illa priuatione rectitudinis sibi debite seu carentia que est formaliter ipa culpa. Hoc autẽ modo accipiendo actum / dupliciter potest intelligi ipsum esse effectiue a deo: quia vel q esset ab ipso vt a causa totali / sic q ad ipsum nulla causa secunda operetur: vel q esset ab ipso partialiter / sic q ad ipsum partialiter concurreret secum aliquod agens creatum. ¶ Hec de primo articulo.

Quantum ad secundũ: vbi est respõdendũ ad quesitum / pono tres conclusiones. ¶ Prima est: q actus culpabiliter malus inquantum actus / non potest esse a deo totaliter. ¶ Hec probatur. quia nullus dei effectus totalis potest esse culpabilis. ¶ Hoc apparet ex p̃cedentibus: in quibus probatum est q deus peccare non potest nec aliqua culpa ab ipõ existere effectiue. sed actus de quo queritur supponitur esse culpabilis licet enim dicendo actum malum inquãtum actũ / circũscribimus culpam per intellectum: & accipiamus seu cõcipiamus precise ipsius actus absolutam substãtiã: supponimus tamen actum ipsum licet intelligibiliter vel mentaliter sic acceptum culpe siue morali malitie realiter esse coniunctũ. ¶ Hoc apparet in euidenti exemplo quãdo enim dicitur: homo albus inquãtum homo est risibilis: cõstat q ꝓpositionis subiectum qd est homo albus de quo predicat̃ risibile / p̃supponit hominẽ realiter esse albũ. non enim ꝓpter reduplicationẽ homini tñ appositã excluditur ab eo realiter albedo: sed tñ significatur q ratio verificãdi p̃dicatũ qd est risibilis de hoĩe nõ est ipa albedo sed homo. ergo consimiliter in ꝓposito cũ dicitur actus malus seu culpabilis est a deo / propter ly inquantum actui additũ non excluditur culpa ab ipso Imo supponit̃ q sibi actualiter inexistat: sed tñ significatur q hoc p̃dicatũ qd est esse totaliter a deo / verificet̃ de ipõ actu ratione sue substãtie nõ ratione sibi inexistẽtis culpe. ergo cum nullus solius dei effectus possit esse culpabilis: & talis actus supponatur culpabilis: sequit̃ q non potest esse a deo effectiue. ¶ Confirmatur. q: aut

actus de quo queritur supponitur realiter ab omni culpa eẽ imunis: aut culpabilis. Si primũ: nõ oportet hic querere an talis act⁹ possit esse nec an sit a deo. quia ꝓbatum est in precedẽtibus ꝙ omne possibile possit fieri a deo totaliter sine quocũqꝫ agente alio ꝑtialiter cõcurrente. ꝓbatum est etiam superius ꝙ prima causa cõcurrit de facto ad omnẽ cuiuscũqꝫ cause scđe actũ principaliter effectiue/ ⁊ ita ꝑ cõsequẽs cõstat talẽ sic sumptũ actũ sine omni culpa esse a prima causa sicut omnẽ aliã rem creatam. Si aũt ponatur secũdũ: vcꝫ ꝙ talis actus de quo queritur an sit a deo/ sit culpabilis: cũ om̃s act⁹ culpabilis sit alicuius illoꝝ a quibus est. nec enĩ culpa formaliter sumpta est ab alio ꝙ̃ ab illo a quo est actus si est culpa cõmissionis. ergo culpa que supponitur esse in isto actu/ oportet ꝙ sit ab aliquo. sed nõ potest eẽ ab alio ꝙ̃ ab illo a quo dicitur esse actus. ergo si actus ipẽ est a deo tm̃modo ⁊ non ab aliquo alio effectiue/ sequitur ꝙ culpa ipa accepta formaliter sit ab eo. hoc autem est falsum vt apparet ex ꝓcedẽtibus. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguo sic ad idem. nullus actus est culpabilis quidditatiue per se/ sed tm̃ denominatiue ⁊ extrinsece/ vcꝫ ratione alicuius circũstantie sibi debite qua priuatur. ¶ Ex hoc in ꝓcedẽtibus declarato põt ad ꝓpositũ argui sic in forma. act⁹ cui nihil sibi debitũ põt deficere nec aliqđ indebitũ inexistere/ nõ potest culpabilis esse. sed ois actus a solo deo nõ ab aliquo alio agẽte ꝓductus est talis. ergo nullus ab ipõ ꝓductus totaliter põt esse culpabilis nec deformis moraliter. quare ⁊c. ¶ Minor ꝓbaꝫ. qm̃ sicut nullius actus omissio vel priuatio est indebita/ nec ꝑ ꝯñs culpa aliqua nisi in ordine ad agens qđ est ad actũ hmõi obligatũ: ita nulli⁹ act⁹ carẽtia seu priuatio circũstãtie alicuius est actui indebita nisi vt actus ipẽ ꝓducitur ab agente qđ est ad ꝓducendũ ipm̃ taliter puta sic circũstãtionatũ ⁊ nõ aliter obligatũ. sed pmũ agẽs nõ est ad ꝓducendũ aliquẽ actum sibi possibilẽ taliter magis ꝙ̃ aliter obligatũ. ergo nulli actui vt ab eo ꝓducto potest aliquid indebitũ inesse nec debitum deesse: cũ nihil sit nec esse possit debitũ ipsi nec indebitum vt ad agens hoc cõparatur. quare ⁊c. ¶ Cõfirmaꝫ. quia si actus aliquis culpabilis inquantũ actus totaliter est a deo: aut culpa ab actu ipõ distincta vt priuatio a subiecto est ab aliquo aut a nullo. Sed non potest poni secundũ. omnis enĩ priuatio dicitur esse ab aliquo effectiue eo modo quo cõceditur existere in aliquo subiectiue. ergo relinquitur primũ: vcꝫ ꝙ sit ab aliquo. Quero a quo? aut enĩ est ab aliquo agente creato vel ab increato. sed nõ põt poni primũ. qm̃ nullius actus culpa formaliter sumpta ꝓ priuatione ipa est nisi ab illo agente a quo est actus rectitudine sibi debita spoliatus. talis autẽ actus nõ est vt supponitur/ ab aliquo agente creato. ergo relinquitur scđm vcꝫ ꝙ culpa hmõi sit a deo. hoc autem est falsum ⁊ impossibile: cum culpa ista sit priuatio alicuius que non potest esse nisi ab agente ad illud dandum actui obligato qualis non est deus. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ omnis actus malus moraliter seu culpabiliter est inquantum malus a causa secunda puta a voluntate creata totaliter/ ⁊ inquantum actus partialiter. ¶ Hec apparet quantum ad primam partem. quia culpa non potest esse a prima causa. ergo oportet ꝙ sit totaliter a secunda. ¶ Secunda pars sequitur corollarie ex conclusione predicta. omne enim qđ nõ potest eẽ totaliter a prima causa oportet si est ꝙ sit partialiter a secunda causa: cum nec etiam possit esse aliquid totaliter a secunda. quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ actus malus seu culpabilis inquantum actus potest esse ⁊ sic est de facto a deo partialiter. ¶ Hec apparet. quoniã omnis effectus positiuus ⁊ realis cause secunde est effectus etiã cause prime. ¶ Hec apparet. quia (vt ꝓbatum est in precedentibus) nihil potest esse ab aliqua causa secunda sine prima cum ea causaliter cõcurrente. sed omnis actus malus moraliter vel bonus inquantum actus est realis effectus cause secunde: cum (vt probatum est in alia conclusione) actus malus non possit esse totaliter a prima causa. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ qđ verificatur de aliquo secundũ se absolute sumpto/ verificatur etiam de ipõ sumpto cum quocũqꝫ sibi actualiter copulato: licet illud ipĩ coniunctum non sit ratio verificandi de eo ipõ ꝓdicatũ. ¶ Hoc apparet in exemplo tam in diuinis ꝙ̃ etiam in creatis. sicut enĩ generari a patre ab eterno verificatur de dei filio secundum se absolute: ita etiam verificatur de eo sumpto cum homine ipĩ nouiter coniuncto. nõ minus enim ista est vera ⁊ catholice concedenda/ dei filius hõ factus est a patre genit⁹ ab eterno ꝙ̃ verbũ ipm̃. idẽ appꝫ in creatis. non minus enim ista est vera hõ albus est risibilis/ ꝙ̃ ista: hõ est risibilis. licet enĩ homo nõ sit ratio verificandi generari ab eterno de dei filio: nec albedo risibile de homine: nullum tamen istorum specificans subiectum propositionis cui additur impedit verificari de ipso quod est verum de eo absolute sine tali specificatione siue determinatione accepto. Sic igitur appꝫ illa maior assumpta. Sed esse partialiter effectiue a deo/ verificaꝫ de quocunqꝫ effectu secunde cause vt absolute sumpto/ ⁊ per consequens de actu positiuo culpabili deformitati substrato. ergo ⁊ de ipso sumpto cũ quocunqꝫ positiuo vel priuatiuo sibi actualiter copulato: licet nõ quodcunqꝫ talium sit ratio verificandi ipsum de eo/ nec etiam sit a deo. ergo cum cuicunqꝫ actui positiuo accidit ꝙ sit culpabilis/ quia omnis actus potest esse bonus/ vel saltẽ sine omni culpa/ sequitur ꝙ sicut esse a deo verificatur de omni actu voluntatis create vt absolute accepto: ita etiã verificabitur de eo vt ꝑ culpabile malum determinato: licet huiusmodi maluꝫ culpe non sit a deo/ nec ratio verificandi ꝓdicatũ predictum: videlicet esse a deo de actu ipso. quare ⁊c. ¶ Sed contra predicta forsitan arguetur. videtur enim ꝙ ista conclusio contradicat prime. quoniam omne qđ potest esse a deo mediante aliqua causa secunda secum coagente/ potest etiã fieri ab ipso solo totaliter omni causa alia circũscripta. sed secundum istam conclusionem actus malus inquantum actus potest esse ⁊ sic est de facto a deo partialiter. ergo et totaliter: qđ est contra primam conclusionem. ¶ Ad hoc dicendum ꝙ maior est vera ⁊ minor. nec tamen sequitur conclusio que inferꝫ. quia minor male ⁊ indebite sub maiori accipitur: et ideo medium variatur. maior enim que dicit ꝙ omne in qđ potest deus per aliud siue alio mediante/ potest etiam per seipsum tm̃ vera est de quocunqꝫ possibili positiuo/ pro quo precise distribuit hoc signum vniuersale oẽ. sed minor subsumpta que dicit actũ malum inquantum actum esse partialiter a deo/ non accipit tale ens possibile quale acceptũ fuerat ĩ maiori: cũ malum culpe quod addit actui non sit aliquid positiuũ: sed priuatiuum deo impossibile vt sepius fuit dictum. quare ⁊c. ¶ Si forte dicatur ꝙ licet minor ista in subiecto apponat malum qđ est priuatiuũ: tamen reduplicat actum positiuum de quo pdicat predicatum qđ est eẽ a deo partialiter: ¶ Respondeo ꝙ non valet. quoniam vt fuit dictum superius/ licet actus positiuus sit reduplicatus/ tamẽ supponitur esse malus culpabili malitia que non potest esse nisi tm̃ a causa secunda. quare ⁊c. Vel potest dici breuius ꝙ minor predicta potest habere duplicem intellectum. quando enim dicit ꝙ actus malus inquantum actus est partialiter a deo/ aut intelligit ꝙ omne partialiter a deo verificetur tam de actu ꝙ̃ de culpa. et sic est falsa. quia culpa nec totaliter nec par-

tialiter potest esse a deo: aut ꝙ tm̄ verificetur de actu reduplicato: ꝛ sic est vera: sicut ista / verbū humanatū inquantū verbum est a patre. Ex ista tamen in modo sic intellecto: non sequitur nisi ꝙ esse totaliter a deo possit verificari de ipso actu. qḋ ꝛ veruȝ est. potest enim om̄is actus quātūcūqȝ moraliter pessimus ꝛ culpabilis eē totaliter a deo. quando tamen erit ab ipso: non erit in aliq̄ culpabilis nec deformis. vnde sicut ista / albuȝ pōt esse non album vel nigrum / vel sedens potest currere / est vera in sensu diuisionis: non autem in sensu compositiōis ita ꝛ de ista / omnis actus malus seu culpabilis potest esse a deo totaliter / consimiliter est dicendum. ¶ Et si queras: cū culpa non sit nec esse possit a deo magis partialiter ꝙ̄ totaliter: quare magis conceditᷣ ista / act⁹ malus inquantum actus est a deo partialiter: ꝙ̄ ꝙ est ab ipso totaliter: Respondeo ꝙ huius ratio potest eē. quia etiam licet esse a deo partialiter non verificetur de culpa magis ꝙ̄ esse ab ipso totaliter: tamen verificatur de ipso actu positiuo substrato reduplicato: qui supponitᷣ esse malus ꝛ culpabilis: licet de culpa ipsa nō verificetᷣ ꝑdicatū ipsiuȝ qḋ est esse a deo. sed actus existēs a deo totaliter / nō potest esse malus culpabiliter: sed bene act⁹ qui est ab ipso partialiter: cuȝ ad esse tale concurrat causa secūda: a qua sola non a prima potest actus esse culpabilis seu deformis. quare ꝛc. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio dicenduȝ: ꝙ licet de⁹ actū quem alicui interdicit non velit ab ipso fieri voluntate beneplaciti / vult tm̄ ꝑmissiue. sed ipse nō tm̄ operatur ad effectum quem acceptat: sed etiam ad omnem effectum positiuum ꝛ actum quēcunqȝ aliuȝ quem permittit. quare ꝛc.

Secundo quero. vtrum act⁹ malus moraliter inquantū malus possit esse a deo. ¶ Et videtur ꝙ sic. quia a quo potest esse bonuȝ moraliter / ꝛ malū. sicut eīm idē est subiectum receptiuum actus boni ꝛ mali moraliter: ita et principium productiuum. sed omnis actus moraliᷣ bonus potest esse a deo tam inquantum actus ꝙ̄ etiam inquantum bonus. ergo ꝛc. ¶ Cōtra. quia nullum peccatum potest esse a deo. sed in quocūqȝ actu moraliter malo consistit peccatum commissionis. ergo ꝛc. ¶ Responsio. vbi est videndum Primo questium: an veȝ act⁹ malus inquantum malus possit esse dei effectus. Secūdo oppositum huius / veȝ an actus moraliter bonus inquātum bonus moraliter possit esse a deo causaliter.

Quantum ad primum: apparet ex sæpe declaratis in precedentibus quid dicendū. Ab illo eīm est culpa actus a quo est ipse actus inquantum culpabiliter malus. sed a deo non potest esse aliqua culpa. ergo nec actus malus culpabiliter inquantū malus potest esse a deo totaliᷣ nec partialiter sicut nec culpa ei⁹. ¶ Confirmatur. quia cum dicitur actus malus inquantum malus / ly inquantum non potest accipi seu teneri specificatiue: quia tunc esset sensus: act⁹ malus qui est malus: qḋ esset nugatoriuȝ ꝛ nihil dictum. ergo habȝ teneri reduplicatiue: vt veȝ denotat causaȝ verificandi ꝑdicatum de propositionis subiecto vel altera eius parte: que veȝ est actus. sed hoc modo propositio est falsa. quia illud cui aliquid repugnat non potest esse causa verificandi ipsuȝ de aliquo alio. oē esse eīm qḋ verificatᷣ de aliquo propter aliquid aliud / verificatur primo de illo ꝓpter qḋ, verificatur de altero: sicut, quia conceptuȝ eē ꝛ natum de virgine / passuȝ in cruce / verificantᷣ de verbo ꝓpter hoīem assumptū: nō oīa ista de ipso assūpto hoīe primo verificātᷣ. sed esse a deo effectiue totaliᷣ vel partialiter / om̄ino repugnat cuicūqȝ peccato seu culpe vt formaliter sumpte. nullo enim modo culpa aliqua potest esse a deo. ergo ꝛc. ¶ Sed nūquid ista propositio absolute sine reduplicatione sumpta / actus malus culpabiliter est a deo / est concedenda? ¶ Respōdeo ꝙ ista sane intellecta est vtiqȝ concedēda: sicut ꝛ ista / verbuȝ homo est a patre genitum ab eterno. sicut enim in ista non est intelligendum ꝑdicatū qḋ est esse a patre genituȝ ab eterno / verificari nisi de verbo de quo cōstat esse verum: non enim propter assumptū hoīem verbum dimisit esse a patre: qḋ autē est verum de aliquo absolute sumpto / ē verum de ipso sumpto cum quocūqȝ sibi ꝯiuncto qḋ non destruit illud qḋ antea fuit verum: ita ꝛ in proposito cōsimiliter est dicendū. constat enim actum ipsum absolutum esse realiter a deo: nec propter eius culpā que ē ab alio ꝙ̄ a deo / actus desinit esse causaliter a deo. ergo nec eē a deo falsificabitur de actu ꝑ culpam specificato seu determinato magis ꝙ̄ esse a patre ab eterno sit falsum de dei filio humanato. quare ꝛc. ¶ Et si dicatur ꝙ ꝑdicatū propositionis affirmatur de toto subiecto non de altera parte tm̄: ꝛ per cōsequens omnis talis propositio est falsa de cuius altera parte subiecti ꝑdicatuȝ eius est falsū esto ꝙ de reliqua sit verū. Sed cū dr̄ / act⁹ malus ē a deo non tm̄ act⁹ sed etiā malū seu peccatū ponitur ex parte subiecti. cōstat aūt ꝑdicatū qḋ est esse a deo / nō eē veruȝ nisi de actu ipso. quare ꝛc. ¶ Respōdeo ꝙ verū est qḋ in conclusione infert / hoc supposito qḋ assumitᷣ in ꝑmissis. cōstat eīm culpā nō eē a deo. ꝛ iō si ꝑ istā / actus culpabilis est a deo / tu intelligas istā copulatiuā act⁹ ꝛ culpa eius sunt a deo / vtiqȝ falsa est ꝓpositio: sicut ista verbū homo est a deo ab eterno / in sensu cōiunctiuo intellecta. sȝ constat ꝙ ista est catholice concedenda. ergo ꝛ prima intellecta in sensu ꝯsimili potest cōcedi. ¶ Tūc igiᷣ quā do arguitᷣ ꝙ dicēdo actū culpabilē esse a deo tā act⁹ ꝙ̄ culpa ponitur in subiecto: potest dici vno modo: ꝙ liceȝ hoc sit verum: tamen culpa ipsa in ꝯcreto sumpta non supponit formaliter pro seipsa: sed tm̄ pro actu sibi substrato / sicut album tm̄ supponit ꝓ suo subiecto in propositione que dicitur / homo albus currit vel loquitᷣ. nō eīm loquitur albedo: sed homo. non minus autem cōcretum priuatiuū quale est culpabile seu malū culpe / pōt supponere materialiter pro subiecto: ꝙ̄ ꝯcretū aliquod positiuū: nō minus eīm conceditᷣ tanꝙ̄ vera ista / hō cec⁹ est rationalis vel sensibilis ꝙ̄ ista / hō alb⁹ est rōnalis vel sensibilis. quare ꝛc. ¶ Sed nūquid ista act⁹ malus culpabiliter est a deo totaliter / est etiā ꝯcedēda? Respōdeo ꝙ nō. Cuius rō est: q: licet dicēdo / act⁹ malus est a deo / ly malū supponat ꝓ actu quē ꝯstat esse ꝛ posse eē a deo partialiᷣ vel etiā totaliᷣ: tm̄ supponit ipsum actum culpabiliter eē malū / sicut ꝛ albū vel cecū supponēs ꝓ hoīe de q̄ solo verificatur in aliqua ꝓpōne aliqḋ ꝑdicatū supponit hoīem ipm̄ esse albū ꝛ cecū: licet nec de albedine nec de cecitate verificetur ꝓpōnis ꝑdicatū. sed nullus act⁹ q̄ est dei sol⁹ effect⁹ / pōt culpabiliter eē malus. ergo sicut ista ꝓpositio / sortes alb⁹ est factus ab aliquo est falsa ipso sorte non existente albo: sed nigro: ita et in ꝓposito consiliᷣ est dicēdū. quare ꝛc. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est videndū: an aliqs act⁹ bon⁹ moraliᷣ inquātū bon⁹ possit causaliᷣ eē a deo: videtᷣ ꝯsiliᷣ eē dicēdū sicut ad ꝑcedēte articulū fuit dictū. ¶ Ad cui⁹ euidētiā est sciēdū: ꝙ lȝ moralᷣ bonitas nō dicat aliqḋ ꝑuatiuū: sicut malitia: nec tm̄ dicit aliqḋ positiuum ab actu cuius eē dr̄ distinctuȝ. nec eīm aliqs act⁹ dr̄ moraliᷣ bon⁹ / nisi q: debite circūstātionatus. sȝ hmōi debite circūstātie nō sunt in actu ipo forme aliq̄ ab eo distincte. solum eīm act⁹ ex hoc dr̄ esse debite

Con

circumstantionatus:ꝛ ꝑ consequēs moraliter bonus sit ē
a debito principio tēpore ꝛ loco opportuno elicitus ad
obiectū ꝯueniens terminatus ꝛ ad finē congruū ordina
tus.sed ad ista nō sunt necessaria aliq̄ in actu existētia:
ꝛ ab ipso distincta:quoꝝ vno mediāte actus ipse sit a cā
efficiente elicitus/alio ad obiectū debitū terminat⁹/ꝛ
alio tertio ad finē ꝯgruū ordinatus ꝛ sic de aliis.nec eñ
actus est a suo principio nec terminat ad obiectū nec re
fert ad finē debitū vł indebitū aliquo mediāte alio a se
ipso.quare ꝛc. ¶ Confirmat.qꝛ actus quo quis diligit
deū sup omnia qꝛ bon⁹/est amor amicitie moralit bon⁹:
necesse aliq̄d hoī naturalit possibile q̄ð meli⁹ ipso mora
liter possit esse:ergo ei⁹ moralis bonitas nō est aliquid
actui inexistens ꝛ ab ipso differēs. ¶ Consequentia est
euidēs.qm̄ si moralis bonitas hmōi actus est aliq̄d exi
stens in actu subiectiue ꝛ ab eo distinctū q̄ddita tiue/il
lud erit ab eodē a quo actus ipse eē dicit effectiue. Tūc
q̄ro de illo:qꝛ aut est cū actu eiusdē vel alteri⁹ speciei.
Sed nō pōt poni primū:qꝛ tūc vnus actus eēt bon⁹ mo
raliter ꝓpter alterū eiusdē rationis cū eo:q̄ð est manife
ste falsū:tū qꝛ eoꝝ q̄ sunt eiusdē rōnis nō magis vnum
est bonū ꝓpter alterū:q̄ꝫ e cōuerso:tū qꝛ tūc sequeret ꝙ
nunq̄ aliq̄s vnus actus posset esse moraliter bon⁹ sine
alio eiusdē rōnis secū actualit existe.hoc aūt est falsū.
ergo ꝛc. Nec potest dici secūdo:ꝙ hmōi moralitas seu
moralis bonitas sit ab actu alteri⁹ speciei.qꝛ si sic:aut
superioris aut inferioris.sed nō superioris:qꝛ actus supre
mus homini possibilis est amor amicitie supradictus.
nec inferioris.qꝛ supius seu melius nō est bonū formali
ter ꝓpter aliquid minus bonū.ergo ꝛc. ¶ Sed forte di
ceretur ꝙ licet actus sit melior q̄ꝫ ei⁹ moralis bonitas
loquēdo de bonitate naturali cū ente ꝯuertibili:nō tñ
loquēdo de bonitate morali de quali tñ nūc ē hic sermo.
quare ꝛc. ¶ Contra.qꝛ melior moraliter est actus quo
diligitur de⁹ super omnia propter seipsum scđm rectuꝫ
dictamen rationis ꝑurum:q̄ꝫ q̄ðcunq̄ aliud quo nullo
modo pōt transire aliquis super deum intelligendo vel
diligēdo euꝫ.sed si moralis bonitas actus predicti/veꝫ
diligendi est in actu aliquid ab eo distinctū:ꝛ alteri⁹ ra
tionis:nunq̄ per ipsum potest transire aliquis sup deū
intelligendo vel diligendo ipsum.solo enim actu intel-
lectionis intelligitur:ꝛ diligitur actu amoris:non autē
diligitur nec intelligitur aliquo alio ab istis alteri⁹ ra-
tionis.ergo ꝛc. ¶ Confirmatur.quia illud q̄ð est tale se
ipso omni alio circumscripto/non est tale formaliter ali
quo a se alio mediāte.sed actus quo diligitur de⁹ sicut
est scđm rectum dictamen rationis ꝑuium diligend⁹/ꝛ
quicūq̄ alius concors recto dictamini ratiōis est bon⁹
moraliter seipso materialiter ꝛ potētialiter.actualit au
tē ꝛ formaliter qꝛ recto dictamini concors.eo eñ ipso q̄
aliqua electio est dictamini recto concors est moraliter
virtuosa quocūq̄ alio ab ipsa ꝛ a dictamine ꝑuio circū
scripto:qꝛ nec aliq̄ electio est ꝯcors recto dictamini nec
discors aliquo mediante alio ab ipsa electione ꝛ eligen
te ac a dictamine differente.imo quocunq̄ ab istis alio
circumscripto potest esse concors electio siue discors:et
per consequēs moraliter virtuosa vel vitiosa.quare ꝛc.

Hoc supposito:videlicet ꝙ moralis bo
nitas non sit aliquid actui formaliter inexistens ꝛ ab ip
so differens: arguo ad propositum preassumptū/veꝫ ad
probandum ꝙ actus bon⁹ moraliter vt sic non est a deo
causaliter.ꝛ hoc sic.nullus actus est actualiter ꝛ forma
liter culpabilis nisi ille qui est aliquo sibi debito carēs.
¶ Hoc apparet.quia vt declaratum fuit in precedenti
bus/culpa formaliter sumpta actus non est ipse actus:
sed carētia seu puatio ipsi debiti alicuius.sed nullus
actus qui est solius dei effectus potest eē aliquo sibi de
bito expoliatus siue priuatus.igitur nec culpabilit ma
lus. ¶ Minor probatur.qm̄ actus cui nihil est nec pōt
esse debitum/nō potest aliquo sibi debito priuatus esse
ostēs eñ talis priuatio/veꝫ alicuius debiti/psupponit
aliquid subiecto esse debitū.sed oīs actus qui est solius
dei effectus est talis/ꝙ veꝫ nihil ipsi est nec eē potest de
bitū. ¶ Hoc probatur.qꝛ actui nō pōt esse aliquid debi
tum cuius priuatio sit pctm̄/nisi in ordine ad agēs de-
ferens ipsum q̄ð est ad sic efficiēdū cū ꝛ non aliter obli-
gatum.sed tale agēs non ē increatum:sed tm̄ creatum.
ergo ꝛc. ¶ Ex hoc sequitur ꝛ habetur propositum /veꝫ
ꝙ actus non possit esse bonus ,moraliter vt a deo.qm̄
ex hoc tm̄ actus aliquis dr bonus moraliter/ qꝛ habet
oīa sibi debita vt est a tali principio causaliter.sed vt
est a deo nihil est ipsi debitum nec indebitum.quare ꝛc.
¶ Confirmatur tripliciter. Primo.qꝛ omnis actus cui
aliquid est debitū vt est alicuius effectus/ potest illo ca
rere:ꝛ ꝑ consequens culpabilis eē. sed nullus actus vt
dei effectus potest culpabilis esse:nec ꝑ ꝯñs aliquo sibi
debito carere:g̃ hoc est qꝛ nihil sibi debitū pōt esse.non
eñ magis primum agens increatum q̄ꝫ creatū necessi-
tatur ad dādū actui aliquid sibi debitū.ꝛ iō sicut actus
potest ab agente creato produci cū carētia alicuius si-
bi debiti:consimiliter ꝛ ab increato agente posset ꝓdu
ci si vt ab ipso producitur aliquid ei debituꝫ posset esse.
ergo ꝛc. ¶ Secđo.qꝛ actui nō pōt esse aliquid debitū vt
ad illud agens comparatum a quo nihil ab ipso distin
ctum est volitum quia bonum:sed quia ab ipso volitum
ideo bonuꝫ.sed tale est agēs primū increatum.ergo ꝛc.
¶ Tertio.quia actui secundum se sumpto ꝑcise quātū
ad suā essentiam nihil est debituꝫ.ꝙ enim actus vt scđꝫ
se absolute sumptus sit a tali agente effectus/ad tale ob
iectum terminatus ꝛ ad talem finem vel alium ordina-
tus/oīno accidit actui vt scđm se absolute sumpto. Q̄ð
apparet.qꝛ vt scđm se absolute accipit:nullū posset eē
in ipso peccatum:sed tm̄ vt ad agens a quo est cāliť cō-
paratur. sed non in ordine ad illud agens potest actui
aliquid esse debitum:a quo in ipso actu producto nihil
potest esse indebitum nec peccatum.sed tale agens est ꝑ
mum increatum.ergo ꝛc. ¶ Preterea ad idē arguo sic
secundo.actus diligendi deū creatus nō magis est mora
liter bonus nec ipsi contrarius malus nec in ordine ad
agens trāsiens in ei⁹ obiectū ꝑ ipsum:q̄ꝫ aliud ens crea
tum/puta lapis vel q̄ðcunq̄ aliud q̄ð non pōt esse bonū
moraliter nec culpabiliter malum . sed ꝑ actum diligē-
di deū creatū nō magis ipse de⁹ transit in eius obiectuꝫ
diligendo seipsum q̄ꝫ per q̄ðcunq̄ aliud ens creatū.non
enim de⁹ diligit se nec alia aliquo actu creato:sed increa
to totaliter a se indistincto.g̃ nullus actus diligēdi deū
vel q̄ðcunq̄ aliud ens creatum a deo distinctus ꝛ crea-
tus pōt vt ad ipsum deū tanq̄ ad eius effectiuū princi-
pium comparat⁹ moraliter esse bonus. ¶ Minor assum
pta ꝓbat.qm̄ act⁹ diligendi sup oīa deū ꝓpter seipsum
nō est moraliter bonus nisi qꝛ ꝑ eum habens ipsum dili
git deum:sicut nec actus odiꝫ ipsi contrarius est malus
nisi qꝛ ꝑ eum oditur deus.sed nō magis deus diligit se
per actum creatum diligendi q̄ꝫ ꝑ actum odiendi.non
enim aliquem talem actum respicit vt creatura intelle-
ctū per modum medij siue actus quo tendit in eius ob-
iectum:sed per modū effect⁹ producti tm̄.ergo ꝛc. ¶ Ex
hoc potest ad propositum argui in vniuersali sic. si ali-
quis act⁹ alicuius vt ab ipso ꝓductus potest eē actua-
liter bonus moraliter / mlto magis ille q̄ potētialit est
optimus ꝛ supremus actus moraliter. sed act⁹ diligē-
di super omnia deum ꝓpter seipsum est supremus act⁹
bonus moraliter potentialiter:qui tamen vt est a deo

non est bonus moraliter actualiter seu formaliter:vt pbatum est.ergo nec aliquis alius vt ad cuz comparat⁹ est sic moraliter bonus. ¶Ex hoc infero corollarie:q actus moraliter bonus vt moraliter actualiter seu formaliter bonus est agentis creati vel vt efficientis vł vt per eum in eius obiectum tendentis. Qđ dico p tanto quia si deus actum aliquem potentialiter moraliter bonum vt actū diligendi ipsum creature intellectuali infunderet/talis actus vtiq3 videretur esse bonus moraliter si per eum eius subiectuz transiret libere in obiectū puta in deum diligendo ipsum/quantūcūq3 talis actus non esset effectiue ab agente/puta ab ipso diligēte creato:sed tm̄ ab agēte increato. ¶Ex hoc vlterius infero: q licet actus bonus moraliter vt est actualiter bonus nō sit dei:sed alterius tanq̄ per ipsum trāseūtis in eius obiectum:modo quo est moraliter bonus:potest tm̄ facta suppositione predicta totaliter esse effectiue a deo quātūcūq3 nō sit bon⁹ moralit̄ actualr̄ vt ab ipo. ¶Sic ad q̄stionem. ¶Ad rationez in principio apparet solutio ex predictis.quia vt dictum est/nec bonuz moralit̄ actualiter nec malū est aliquid vt a deo causaliter.

CIrca distictionem trigesimāoctauam:ī qua magister post q̄ determinauit in p̄cedētibus de peccato actuali/determinat de aliquibus ad ipsum concurrentibus: cuiusmōi sunt volūtas intētio ⁊ finis:Quero primo.vtrum bonitas moralis seu rectitudo q̄ est in actu voluntatis sumatur ex intentione exercētis ipsuz ad debitum sibi finem. ¶Et videt̄ q sic.quia ab illo act⁹ bonus dicit̄ quo circunscripto est impossibile q sit bon⁹. sed nullus actus potest moraliter esse bonus circūscripto eius ordine ad debitū sibi finē.Et ideo dicit Hieronymus q intētio tua operi tuo nomē imponit.ergo ⁊c. ¶Contra.qr posito illo quo actus aliq̄s dicit̄ formaliter moraliter bonus/nunq̄ actus ipse pōt moraliter eē malus nec non bon⁹.sed multi act⁹ sunt possibiles q̄ nō possunt moraliter esse boni quacūq3 intētione facti:nec ad finem aliquem comparati.ergo intentio exercentis actū ad finē aliquē nō sufficit ad hoc q aliquis act⁹ sit moraliter bonus.quare ⁊c. ¶Responsio.vbi sic est procedendū.Primo em̄ respondendū est ad questiū/vez an bonitas actus voluntatis sumat̄ ex intētione finis.Secūdo est inquirēdū quis sit iste finis ex cui⁹ intētiōe act⁹ ipse ad eū mētalit̄ ordinat⁹ dr̄ moraliter bonus esse.

Quantum ad primum: pręmitto tria ad euidētiā dicēdoꝝ. ¶Primū est q actū esse bonū moraliter ex intentione finis/potest tripliciter intelligi.qꝛ vel q sit moraliter bonus ex ista finis intentione tanq̄ ex aliquo actui inexistente ⁊ ab ipso differente:vel tāq̄ ex aliquo ab actu differente:non tm̄ ipsi inexistēte:vł tāq̄ ex aliquo ab actu ipso ⁊ a fine ac referente actū ad finez hmōi/indistincto. ¶Secūdū p̄mittēduz ē:q actuū moraliter bonoꝝ alij sūt iteriores/vt recte electiōes:alij exteriores vt alie extrinsece actiones. Primi act⁹ morales subdiuidūtur.qm̄ alij sunt immediate terminati ad finem vltimū vt amor dei:alij sunt terminati ad alia vt amor cuiuscūq3 alterius obiecti. ¶Tertiū p̄mittēdū est:q actuū siue interiorū siue exterioꝝ alij sunt ad bonum finem ordinabiles vt a principio debito p̄cedētes ⁊ in obiectum congruuz transeuntes vt amor proximi ⁊ subuenire indigēti:dū tm̄ hic actus sit principij debiti/ puta eius qui est dominus de quo pauperi subuenitur: nō aūt si alterius qui nō est eius dn̄s.nec em̄ est eiusmōi actus bon⁹ moralit̄ de alieno alicui subuenire.Alij aūt sūt act⁹ nō ad bonū finē ordinabiles:vł qꝛ nō a pricipio debito p̄cedentes/vel circa obiectū indebitū trāseūtes vt subuenire pauperi de alieno/vel de proprio subuenire nō pauperi:sed alteri malo nec indigēti. ¶Et si dicatur q immo talis actus ⁊ quilibet alius potest fieri propter deū:⁊ ab eius principio referri seu ordinari ad eū: Respondeo q non est verū scd̄m rectū sed tm̄ scd̄m erroneū iudiciū rationis.qm̄ qđ est deo ingratum ⁊ ab ipso inhibitū/non potest nisi ignoranter fieri propter ei⁹ beneplacitum.sed actū referre seu ordinare ad deuz est ipsum facere propter eius bn̄placitum:ergo nullus act⁹ deo ingratus ⁊ ab ipso interdictus qualis est omnis cuius principium vel obiectum est indebitum vel vtrūq3 vel etiā quia caret alijs circūstantijs/puta quia non fit quando vel vbi oportet/pōt nisi ignoranter ad finē debitū ordinari. ¶Ex quo īfero corollarie:q q̄stio ista q̄ q̄ritur vtrū bonitas actus moralis sumat̄ ex intentione exercentis ipsum ad finez ei debituz:non querit nisi de actu quē supponit eē oībus alijs circūstantijs ab intentione finis circūstantionatuz/ puta qꝛ habet efficiēs debitū/⁊ obiectū ⁊ fit qñ ⁊ vbi oportz:⁊ sic de oīb⁹ circūstātijs alijs ab intētione finis. Qđ appet.qm̄ fatuū eēt q̄rere:an actus ad bonū finē non ordinabilis eēt bonus moraliter ex intentione finis.intētio em̄ finis vltimi ad quē actus ordinat̄ ab exercēte ipsum/supponit ordinabilē esse actū.sed nullus actus ē ad finē debitū vltimuz ordinabilis nisi circumstantionatus oībus circūstātijs sibi debitis alijs ab intentione finis.ergo ⁊c.

His p̄missis pono quatuor cōclusiōes.

Prima est q nullus actus interior nec exterior volūtatis est bonus moraliter ex intentione finis tanq̄ ex aliquo sibi inexistente ab eo differente. ¶Hec apparet.qꝛ bonitas moralis actus non est(vt patuit ex p̄cedētib⁹) aliquid actui formaliter inexistens ab eo diuersum.nec em̄ circūstantie quib⁹ manentibus actus dr̄ moraliter bonus/sunt in actu distincta aliqua positiua:vt dictum fuit supra.quare ⁊c. ¶Cōfirmat̄.qꝛ intētio finis ē act⁹ volūtatis vt dicet̄ in q̄stione sequenti. sed vnus act⁹ volūtatis nō est in alio subiectiue.ḡ ⁊c. ¶Scd̄a ꝯclusio est q actus interior volūtatis immediate terminat⁹ ad finem vltimū/puta deuz/sicut amor dei/non est bon⁹ moraliter ex intētione finis tanq̄ ab aliq̄ actu alio ab ipo. ¶Hec p̄bat̄.qm̄ intentio finis nō est necessaria nisi ordinatis vel ordinabilibus ad ipm̄.ḡ act⁹ qui est īmediate ipsius finis/non idiget ad hoc q sit bonus moraliter intentione finis alia ab actu ipsius finis.sed amor dei maxime amor amicitie absolut⁹ quo deus diligitur qꝛ in se bonus/est actus finis ex se actualiter ad finez debitum ordinatus/quia ad obiectum qđ est ipse finis vltimus/terminatus.ergo ⁊c. ¶Cōfirmatur.quia intētio finis non est necessaria nisi actui ad obiectum ab ipo fine aliud terminato.sed huiusmodi actus idem est obiectum ⁊ finis tam sui q̄ omnium bonorū moraliū actuū aliorum.ergo ⁊c. ¶Preterea act⁹ qui est moraliter bonus quocūq3 alio circunscripto non est moraliter bon⁹ ex intentione finis tanq̄ ex aliquo actu ab ipso distincto sed amor amicitie siue charitatiuus dei concors recto rationis dictamini precedenti est bonus moraliter quocunq3 alio circunscripto:nec intellect⁹ rect⁹ dictat deū esse diligendum intentione finis tanq̄ aliquo ab isto actu distincto.ergo ⁊c. ¶Confirmatur.quia intentio debita finis vltimi est ipse amor dei:non enim est aliud intēdere actu in finē vltimū vel ordinare eum/videlicet actū ad ipsum/ q̄ actum facere propter amorem dei.

¶ Ex hoc potest argui sic ad propositū. actus quo oēs alij sunt complete ⁊ vltimate moraliter boni/non est bonus moraliter aliquo actu alio a se ipso: alias ⁊ ille esset bonus mediante alio/⁊ sic in infinitum. sed intentio finis vltimi que non est aliud ꝙ amor dei motiuus hoīs ad agendū/facit actum oēm aliū ad finē ipm vltimū ordinabilem moraliter esse bonum. ergo actus hmōi non est bonus moraliter aliquo actu vlteriori alio mediante. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ oīs alius actus interior volūtatis: qui vꝫ est alicuius obiecti creati/ est ꝯplete bonus moraliter ⁊ vltimo ex intentione finis tanꝙ ex aliquo illi actui non inexistēte: sed cū eo in eodē subiecto coexistente/vel forte ab ipso totaliter indistīcto. ¶ Hec conclusio primo declarat. dicit eni in ipsa ꝙ oīs act⁹ voluntatis obiecti creati est ex intētione finis bon⁹ moraliter complete ⁊ vltimate. qđ pro tāto dicitur/ꝙ intētio finis actus est vltima circunstantia moralis eius. Qđ ꝓbatur. qꝛ intētio finis debiti actui p̄supponit esse ordinabilem ad finē debitū intentū actū ipsum. sed nullus actus est ad finem intētum debitum ordinabilis nisi circūstantionatus oībus circūstantijs moralib⁹ alijs ab intentione finis. ergo finis intentio omnem aliam circūstantiam actui debitā p̄supponit: ⁊ ꝑ consequens ipa finis intentio est circunstantia vltima inter oēs. sꝫ quādocunqꝫ ad aliquid sunt plura necessaria/inter que est ordo necessarie p̄suppositionis/ab vltimo alio omnia supponente illud dicit esse tale complete ⁊ vltimate. ergo cum inter omnes circūstantias ad bonitatem moralem actus requisitas finis intentio sit vltima oēs alias presupponēs: per consequēs conuenienter ab ipsa act⁹ moralis complete ⁊ vltimate dicit moraliter esse bonus. ¶ Hec conclusio sic intellecta ⁊ exposita ꝓbatur sic. ab illo actus moralis ad finem debitū est complete ⁊ vltimate bonus moraliter/qđ est vltimum omnia ad suam moralem bonitatē necessaria alia p̄supponēs: quo posito actus ipe est perfectus moraliter siue bonus: ⁊ quo circumscripto nunꝙ potest moraliter esse bonus. sed intentio finis vltimi est hmōi. impossibile eni est sine ipsa posita aliquē actum moraliter esse bonū complete ⁊ vltimate. ⁊ econtrario ipsa posita actus ordinabilis est ꝑfectus: cū nihil ipsi deficiat necessarium ad eius moralem bonitatem: ita ꝙ non magis est possibile talē actū non esse formaliter bonum ꝙ albedinis subiectum non esse album. ¶ Confirmatur. quia cum cōtrariorum cause contrarie sint ponende/ab illo actus moralis ad finē ordinabilis habet ꝙ sit moraliter bonus: a cuius ꝯtrario habet ꝙ sit moraliter malus. sed omnis actus moralis ad debitum finem ordinabilis efficitur moraliter malus ex intentione indebiti sibi finis. ergo ⁊ bonus ex opposito/vꝫ ex fine intento debito. ¶ Minor apparet tam de actu voluntatis interiori elicito ꝙ de actu exteriori imperato. constat eni ꝙ tam diligere ꝓximū ꝙ dare eleemosynam indigenti/ sunt actus ad bonū finem ordinabiles: ⁊ tn̄ sunt moraliter vitiosi quādo sunt ad finem indebitū eis ordinati. ergo ⁊c. ¶ Dicitur autē in conclusione p̄dicta ꝙ hmōi finis intentio aut est ab actu volūtatis īteriori īdistīcta aut distīcta. Qđ ꝓ tanto dicitur: qꝛ talis intētio qua actus aliquis ordinatur ad finem vt amor proximi ad deū qꝛ diligo proximū propter deum/non est aliud ꝙ amor non quo deus ipse diligitur absolute nec quo tm̄ ꝓximus: sed amor quasi relatiuus vnius dilecti ad alterū/puta proximi ad deū. sed secundum aliquos diligens propter finem vltimū ordinata ad ipsū/eodem actu diligit vtrunqꝫ obiectū. alij autem dicunt ꝙ alio actu diligit vnum: ⁊ alio alterū. Primi habent dicere ꝙ intentio finis qua actus interior voluntatis vt amor proximi est bonus moraliter est ab ipso dilectionis proximi actu indistincta. nec est inconueniens eundem actum diligendi proximum non esse moraliter bonum vt est ipsius proximi tn̄: ⁊ esse moraliter bonum quando ē proximi ⁊ alteri⁹ obiecti/puta finis debiti: ⁊ econuerso esse moraliter malum: quando est finis indebiti. Secundū alios autem oportet dicere intentionem finis vltimi esse actum distinctum ab omī actu voluntatis alterius obiecti bono moraliter ꝓpter ipsam. Ex quo sequitur: ꝙ etiam sic dicentes habent cōcedere consequenter ꝙ nunꝙ aliquis vnus actus volūtatis alius ab intentione vltimi finis/potest esse perfecte bonus moraliter per se sumptus: sed tn̄ vt cum alio est coniunctus. nec tn̄ cum actu dictandi p̄cedēte actū rectū quemlibet eligendi: sed etiam cum actu alio eligendi seu diligendi. nullus tamen actuū istorum est subiectiue in alio: sed omnes in eodem cōmuni subiecto/vt dicit cōclusio: qđ ⁊ per se apparet. ¶ Quarta cōclusio est: ꝙ omnis actus exterior imperatus moralis ad bonum finem ordinabilis est bonus moraliter ex intentione debiti sibi finis tanꝙ ab aliquo ab ipso realiter differente. ¶ Hec quantū ad primam partē/ probata est ex dictis in conclusione alia precedenti. quoniam nec dare pauperi eleemosynam/nec facere exterius quācunqꝫ aliam actionem est nec esse potest moraliter bonum sine intētione finis debiti tali actui. ipsa autem posita nō potest non esse bonus moraliter talis actus etiam complete ⁊ vltimate. ergo completa moralis bonitas talis actus est ab intentione debiti sibi finis. ¶ Confirmatur. quia sicut se habet intentio indebiti finis ad actum moraliter malum: ita ⁊ intentio finis debiti ad bonum sed praua intentio sic se habet ad malitiam moralem ꝙ ipsa existente omnis talis actus exterior est malus moraliter: vt subuenire indigenti propter vanam gloriam: ergo per contrarium bonitas moralis cuiuslibet talis actus est ab intentione debiti sibi finis. ¶ Secunda pars conclusionis/vꝫ ꝙ talis intentio finis ab actu exteriori huiusmodi distinguatur: est euidens. quia huiusmodi intentio finis vltimi est amor dei existens in anima subiectiue. non autem talis aliquis actus exterior est amor: sed amore factus. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi est videndum quis sit iste finis cuius intentione omnis actus est moraliter bonus vt in precedenti articulo est ostensum: Est sciendum ꝙ duplex potest assignari finis operationis moralis. Unus immediatus ⁊ proximus ad vlteriorem ordinabilis: ⁊ alius vltimus ad nullum alium ordinabilis: sed ad quē oīa alia ordināt. Primus finis non est vnicus omnium moralium actionum: sed alius vnius alius alterius: sicut finis immediatus ⁊ ꝓximus propter quem aliquis subuenit indigenti: potest esse cōpassio. potest enim ipsi subuenire ratione compassionis. finis eundi ad peregrinatiōem immediatus potest esse deuotio seu affectio ad sanctum mouens hominem ad eundum ac ad ipsi reuerentiā exhibendum: ⁊ sic de alijs actibus bonis moraliter diuersis quorum diuersi sunt fines immediati. Finis autem omnium vltim⁹ ad nullum alium ordinabilis: sed ad quem omnia ordināntur/est vnicus/videlicet ipse de⁹. vnde glos. x. ad Roma. Finis fidelium Christus est: ad quem cum peruenerit currentis intentio/non habet quo ampli⁹ venire: sꝫ habet in quo debeat permanere. ⁊ in hoc iste finis vltimus qui est deus/ab alijs omnibus immediatis et proximis finibus est distinctus. quoniā nullus aliorum est in quo intentio currentis/hoc est moraliter operantis et actum aliquem exercentis debeat permanere. nullus enim actus est moraliter complete

bonus nisi ad finem vltimum ordinatus: ꝛ omnis ad ipsum ordinatus est complete moraliter bonus. ¶ His p̄missis pono tres ꝯclusiones. ¶ Prima est: ꝙ nullus al9 finis ab vltimo est cuius solius intentione aliquis act9 sit complete moraliter bonus. ¶ Hec apparet. quia qđ nō est ordinabile ad vnū nisi ꝓpter alterū / nunq̄ ꝑfecte est ordinatum quousq̧ perueniat ad vltimum. Sȝ act9 moralis si est ordinabilis ad finem aliquem citra vltimuȝ / non nisi propter ipsum vltimum: ꝛ in ordine ad eū si enim pauperi subuenio quia ipsi compatior ipsumq̧ diligo / si hic sisto actum ꝑfectum non habeo: quia nec finem vltimum seu perfectum attingo: cum amor proximi sit ordinabilis ad amorem dei. ergo ꝛc. ¶ Confirmaꝛ. quia nihil ad plures fines ordinabile est bonū ex intentione solius finis imperfecti sine intentione alteri9 perfectioris ad queȝ est ordinabilis finis alius imperfectus. sed omnis finis citra vltimuȝ est imperfectus ꝛ ordinabilꝭ ad ipsum vltimū. ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ ex sola intentione finis vltimi est bonus moraliter oīs moralis actus / licet sit ordinabilis non tm̄ ad ipsum finem vltimum: sed etiā ad aliū citra ipm̄. ¶ Hec apparet. qꝛ qđ ordinatū ad finē aliquē non est bonū nisi finis ille ꝛ ordinatum ad ipsum ad finem alium ordinētur: cuius intentione illud dicitur moraliter esse bonuȝ potest moraliter esse bonum sine intentione finis primi ex sola intentione vltimi. sed nullus actus moralis quātūcūq̧ ad finem alium citra primum ordinat9 est bon9 complete moraliter ex sola intentione eius siue ordine actus ad ipsum intentione finis alterius circumscripta cuius solius intentiōe posita omnis actus ad ipsum ordinatus est moraliter complete bonus. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia ab illo solo actus ordinabilis est moraliter bonus quo posito est complete bonus: ꝛ sine quo / posito quocūq̧ alio / nō est bon9. sed intētio finis vltimi est qua sola posita omnis actus ad ipsum ordinabilis / est moraliter bonus: ꝛ sine q̄ nulli9 alterius finis intentiōe posita potest esse moraliter bon9. ergo ꝛc. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ omnis actus moralis ordinabilis ad fineȝ vltimum: ꝛ ad alium citra ipsum / est melior moralr̄ ex intentione proximi ꝛ vltimi finis simul / q̄ ex intentiōe finis vltimi tm̄ fact9. ¶ Hec apparet. quia intētio finis proximi non est frustra in operante. sed nisi propter ipsam actus aliquo mō esset melior cēt frustra. ḡ ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia melius esse videtur diligere deum simul ꝛ proximum / qđ facit qui diligit proximuȝ propter deū q̄ diligere deuȝ tm̄. sed qui facit aliquid / puta subuenit proximo amore seu intentione finis immediati seu proximi ꝛ vltimi / simul vtrumq̧ diligit: non autem nisi tm̄ finem vltimum qui p̄cise ex intentione ei9 aliqđ operatur. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc sequitur corollarie: ꝙ licet intentio finis proximi ꝛ immediati sine intētione finis vltimi non faciat actū moraleȝ complete bonum: tamē dat ipsi aliquam bonitatem licet imperfectam. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rōnē in principio ptȝ ex p̄dictis solutis.

Secundo quero. vtrum intentio finis sit actus voluntatis. ¶ Et videtur ꝙ sic. qꝛ voluntatis est in finē ꝛ in alia propter ipsuȝ tendere. sed finē intendere nō est aliud q̄ in finē tendere. ergo finis intētio est volūtatis actio. ¶ Contra. qꝛ in finē tēdere seu ipsum intēdere est ad finem alia ordinare. vnde finis intentio a qua dicitꝛ bona moraliter aliqua operatio / nō est aliud q̄ ordinatio seu relatio ipsius operationis in debitū sibi finē. sed talꝭ ordinatio seu relatio eoꝝ q̄ sunt ad finē ipsum / videtꝛ esse actus prudentie: ꝛ ꝑ ꝯñs intellect9. quare ꝛc. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo eñi inquirā qđ sit intētio finis. Secūdo ex hoc solutionē inferam questionis.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ intentio finis nō est aliud q̄ tentio in fineȝ seu act9 tēdēdi in ipsum. Est aūt duplex act9 tēdēdi in finē videlicet vn9 realiter alius mētaliter. Dupliciter eñi aliqđ pōt tēdere in debitū sibi finē. Uno mō mētaliter siue spūalitꝛ in voto: ꝛ alio mō realitꝛ exteri9 ꝛ de facto. Primo mō tendit in finem amās ipm̄ vel quōcūq̧ appetēs vel aliqđ ꝓpter eū. Scđo aūt mō tendit in finē omne illud qđ realitꝛ mouetꝛ ad ꝯsequēdū ipm̄. ¶ Ex quo sequitꝛ ꝙ duplex pōt intētio finis poni i vñi / vȝ realis seu extrīseca / ꝛ mētalis seu intrinseca. Prima est motus localis ꝑ quem res mota tēdit i finē nō pri9 cognitū: sȝ sibi p̄fixū: vt grauē deorsuȝ ꝛ leue sursum ꝛ sagitta ad signū. ꝛ intētio sic accepta non est moralis sed naturalis. Secūda intētio est act9 appetit9 siue sensitiui siue ꝓpri9 itellectiui. sicut eñi ꝑ actū respuēdi respuēs auertit se mētaliter ab obiecto qđ respuit: ita ꝛ ꝑ actū appetēdi tēdit cōsilr in obiectū qđ appetit. Et itētio sic accepta / vȝ ꝑ actu appetit9 est duplex / scđȝ ꝙ duplex est etiā appetit9 / vȝ sensitiuus ꝛ itellectiuus. Prima / vȝ sumpta ꝓ actu appetitus sensitiui p̄supponit actū sensibilꝭ cognoscendi obiectū intētiōis. Scđa aūt actū itelligēdi. Et ista de q̄ est q̄stio / pōt subdiuidi. est eñi quedā absoluta vt act9 q̄ aliqs diligit deū absolute vt in se bonū nō diligēdo aliqđ aliud ab ipso distinctū. Alia est relatiua. q̄ pōt subdiuidi: qꝛ q̄dā est relatiua ipsi9 finis vltimi dilecti ad diligētē vt amor ꝯcupiscētie q̄ de9 diligitꝛ qꝛ vtilis diligēti. ꝛ alia est relatiua eoꝝ q̄ sūt ad deū vt ad finē vltimū ordinabilia ad ipm̄: vt amor quo aliqđ ipsoꝝ diligitꝛ ꝓpter deū. ꝛ intētio sic accepta est moralis: de qua dictū est in q̄stione p̄cedēti ꝙ ab ipsa est bon9 moraliter oīs actus alius ab actu diligēdi deū absolute amore amicitie tanq̄ bonū. Ultimo mō ꝛ valde large posset accipi intētio ꝓ intellectione ꝛ etiā vlr ꝓ oī sensitiua apphēsione: vel intentio sic accepta esset act9 quicūq̧ exñs in tendente interi9 / quo mediāte ipse tēdit in ei9 obiectū exteri9. Et hoc videtꝛ significare ipm̄ intētionis vocabulū: vt intentio vocatꝛ quasi int9 tētio: qꝛ vȝ significat aliquid exñs in tēdente interius subiectiue: quo mediāte ipe tēdit exteri9 obiectiue. hoc aūt nō tm̄ ꝯuenit actui volūtatis seu cuiuscūq̧ tā sensitiui q̄ intellectiui appetitus: sed etiaȝ itellect9. intelligēs eñi qđcūq̧ obiectū aliquo mō tēdit in ipm̄ ꝑ actū intelligēdi: sicut etiā sentiēs ꝑ actū sentiēdi exñtē i ipo iteri9 subiectiue. Quia tm̄ magi appetēs ꝑ actū appetēdi q̄ cognoscēs ꝑ actū cognoscēdi se obiecto ꝯiūgit mētaliter siue vnit: ꝛ tētio videtꝛ iportare aliquā vniōnē ei9 qđ tēdit cū ipo ad qđ tēdit: iō ꝓpri9 intētio dr̄ de oī actu appetit9 etiā sensitiui q̄ de actu aliquo intellect9 nec apphēsiui sensus. ¶ Cōfirmatꝛ. qm̄ ille q̄ obiectū respuit / in ipsum ꝓprie nō tēdit. sed obiectuȝ cognoscēs pōt ipȝ respuere. ḡ talis magis dr̄ se ab obiecto licet cognito auertē q̄ in ipȝ tēdere. q̄re ꝛc. Hec de primo.

Quātū ad secūdū appet ex p̄cedētib9 qđ dicēdū. qm̄ intētio sumpta realitꝛ est cuiuscūq̧ mobilis naturalitꝛ ad p̄fixū ꝛ debitū sibi locū. Alia aūt intentio q̄ est mētalis / est tā sensitiui q̄ intellectiui appetit9 ꝛ ꝓpri9. cui9 etiā soli9 ꝛ nulli9 alteri9 est moralꝭ intētio ad actū bonū moralitꝛ reqsita. esto eñi ꝙ itellect9 dictās ordinata ad finē debere diligi ꝓpter ipm̄ / tēdat tā circa ordinata ad finē q̄ circa etiā ipsum finē: nō tñ intētione a qua actus moralis electionis dicatur complete ꝛ vltimo moraliter esse bonus. quoniam talis intentio a qua aliqua electio dr̄ moraliter virtuosa / p̄supponit cā eē ad finem vltimum ordinabilem. sed non est ad ipsum ordi-

Quantum ad secūdum: vbi est respondendū ad questiū: premitto duo ad euidentiam dicendorum. ¶ Primū est. ꝙ infideliū alij sunt verum deum cōfitentes: sed in aliquibus alijs deficientes. Alij sunt verum deum negantes/⁊ falsum colentes vt idololatre. ¶ Secundū premittendū est. ꝙ actus moraliter bonus saltem oīs alius ab amore amicitie/dici potest habere duplicē bonū finē/vcꝫ mediatū ⁊ vltimum: q̄ est deus nullus tamē est perfecte bonꝰ nec moraliter virtuosus nisi ad finem vltimuꝫ ordinatus. ¶ His premissis pono tres conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ nullus actus infidelium deum verum negantium potest esse perfecte moraliter virtuosus. ¶ Hec apparet. qm̄ nullus actus est ꝑfecte moraliter virtuosus nisi precise ille qui est ad finēꝫ vltimum ab exercēte ipm̄ actualiter ordinatus. ¶ Hoc apparet. qꝛ nullus actus est perfecte moraliter bonus nec virtuosus nisi perfecte ⁊ debite circunstantionatus sed inter omnes circunstātias actui morali debitas est intentio debiti sibi finis: qualis finis perfectus est vltimus. sed nullus actus talium infidelium potest esse ad talē finē ab ipsis relatus seu ordinatus. ipsi eñ (vt supponiẜ) deū negant. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmaẜ. quia nullus facit aliquid ꝓpter deum/nisi quia diligit eum. sed q̄ deū non cognoscunt cuiusmodi sunt omnes eum negantes heretici/infideles/eum nō diligunt. quare ⁊c. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ actus infideliū predictoꝝ potest esse tm̄ imperfecte moraliter virtuosus ⁊ bonus. ¶ Hec probatur. qm̄ omnis actus moralis ad duos fines/puta vltimū ⁊ ad aliū ordinabilis/citra primū est bonꝰ: sed nō perfecte ⁊ moraliter virtuosus quādo est ad finē debitū ab vltimo alium ordinatus. sed actus infideliū predictoruꝫ potest esse talis. ergo ⁊c. ¶ Maior apparet. quoniā vt dictū fuit in precedentibus/licet nullus actus sit vltimate perfectus nec virtuosus nisi ad finem vltimū ordinatus/est tm̄ bonus ⁊ moraliter virtuosus si ad finem alium citra illum sibi debitum ordinatur: sicut subuenire proximo propter compassionem eius ⁊ dilectionem/licet non amore dei/non est actus moraliẜ malus sed bonus licet non perfectus. quia etiam actus moralis melior est quando est ad omnem finem sibi debitum tam vltimum ꝙ alium/ꝙ quando est precise ad vltimum ordinatus. hoc autem non esset nisi intentio finis alterius ab vltimo daret actui aliquā bonitatē. quare ⁊c. ¶ Minor/vcꝫ ꝙ actus talium infidelium possint ad finē aliuꝫ a primo seu vltimo eis debitum ordinari/apparet. pōt enim infidelis proximo subuenire: qꝛ ipsi seu misericꝰ compatitur: vel propter quēcumqꝫ finem ad quem talis actus est ordinabilis citra vltimū. multi etiaꝫ infideliū se quando ⁊ vbi oportuit morti exposuerunt: ⁊ propter finem debitum alium citra vltimum/puta propter rei publice bonum. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. qꝛ omnis actꝰ est bonus ⁊ moraliter virtuosus qui est cōcors recto dictamini intellectus. sed actus fortitudinis heretici supra dictus est talis. secūdū enim rectū rationis iudiciū exponere se morti propter finem debitum qualis finis est liberatio ciuitatis vel declinatio alicuius peccati mortalis/est bonuꝫ. ⁊ ideo mori anteꝙ aliquid turpe cōmittere vel propter liberationem ciuitatis vel propter quācūqꝫ aliam notabileꝫ vtilitatem communitatis/est actus concors seu conformis recto dictamini rationis. ergo ⁊c. ¶ Sed circa dicta occurrit dubium. quoniam omnis actus moralis imperfectus videtur esse vitiosus. sed omnis actus moralis non ordinatus ad finem vltimum ad quem est ordinabilis/est imperfectus. ergo ⁊c. Sed nullus actus predictoruꝫ infideliū potest ad finem hmōi ordinari. ergo ⁊c. ¶ Confirmaẜ. quia omnis actus carens circūstantia debita est culpabilis ⁊ moraliter vitiosus. sed omnis actus talium infidelium caret circunstantia sibi debita/puta intentione finis vltimi. ergo omnis ipsorum actus est culpabilis ⁊ moraliter vitiosus. sed omnis actus talium infidelium caret circūstantia sibi debita: puta intellectione finis vltimi. ergo omnis ipsorum actus est culpabilis ⁊ moraliter vitiosus: cuius contrarium in precedenti articulo fuit dictū. ¶ Ad primum/cōcessa minori dico ꝙ maior est falsa. nō enim magis actus virtuosus licet imperfectus est vitiosus ꝙ albedo quantumcunqꝫ imperfectissima sit nigredo. quare ⁊c. ¶ Ad confirmationem concedo quod assumitur in maiori/vcꝫ ꝙ omnis actus carens aliqua circūstantia sibi debita est culpabilis ⁊ moraliter vitiosus: ⁊ hoc/supposito ꝙ huiusmodi circunstantia sic sit ipsi debita ꝙ ad ipsum producens actum sit necessario obligatus: non autem aliter: quia non est peccatum aliquod nec defectus omittere aliquid ad quod hō nō obligatur. sed ad habendum intentionem vltimi finis

semper in actu agens non necessario obligatur.licet el obligetur ad non intendere finē indebitum:non tamen semper ad finem maxime quēcunq debituȝ obligatur. alias omnis dans eleemosynas vel faciens aliud quod cunq bonum non considerans actu deum faceret actū vitiosum ⁊ culpabilem:qđ est falsum.⁊ ita in proposito: licet omnis actus talium infidelium factus propter eorum finē vltimū/puta propter illum quē colunt deū:cū talis finis sit indebitus ⁊ peruersus:sit culpabilis ⁊ vitiosus:non tamen actus ad finem aliquem debitum vel ad nullum debituȝ nec indebitum ordinatus.quare ⁊c. ¶ Ex predictis sequitur ꝙ aliter intentio finis debiti ⁊ aliter alie circunstātie/puta obiecti principij temporis ⁊ loci debentur actui. Intentio enim finis vltimi non sic debetur actui ꝙ sine ipsa actualiter existente actꝰ ipse sit culpabilis:nec ipsum exequenti ad penam aliquam imputandus:dum tamen non sit intentio finis contrarij indebiti. Alia autem puta obiectum debituȝ/efficiēs principium locus ⁊ tempus idoneum semper oportet ī esse actui:cum sine eis vel ipsorum aliquo actus sit culpabilis ⁊ aliqua pena dignus. ¶ Aliter posset responderi ad confirmationem predictam:vel negando minorem.non enim intentio finis vltimi est circunstantia debita omni actui virtuoso:sed tm̄ perfecto:qualis non est iste de quo est in presenti sermo.vel concessa maiori ⁊ minori potest dici ꝙ licet nullus actus talium infidelium sit virtuosus:quia intentione finis debiti spoliatus non tamen ex hoc sequitur ꝙ sit culpabilis nec vitiosus cum nec etiam omnes actus fidelium sint virtuosi vel vitiosi seu culpabiles:sed sint aliqui indifferentes.vnde omnis actus ad finem bonum ordinabilis ⁊ ad malum ad neutrum ordinatus potest dici indifferens:quia nec virtuosus nec vitiosus saltem positiue:quia ad finem indebitum non ordinatus.nec etiam est culpabilis aliquo modo:cum vt dictum est non semper operans obligetur ad finem vltimum suo operi debituȝ actualiter intendendū.quare ⁊c. ¶ Tertia conclusio est.ꝙ actus aliorum infidelium/deum videlicet cōfitentium/potest esse perfecte moraliter virtuosus. ¶ Hec apparet.quia omnis actus moralis ad omnem finem sibi debitum ad quem est ordinabilis/actualiter ordinatus est perfecte moraliter virtuosus.sed actus talium infideliuȝ potest esse huiusmodi.possunt enim tales infideles deum credentes agere propter ipsum.ergo ⁊ ce. ¶ Confirmatur. quia omnis potens diligere deum potest omē quod ipsi cognoscit acceptum eligere propter ipsum:⁊ per cōsequens referre seu ordinare ad eum.sed infideles deuȝ verum agnoscentes ⁊ ponētes possunt sicut ⁊ fideles deum super omnia diligere:cuȝ sic cognoscāt eū quia summum bonum/existere diligendum.ergo ⁊ omnem actuȝ bonū possunt ordinare ad ip̄m.q̄re ⁊c. ¶ Sic ad q̄stionē. ¶ Ad rationeȝ in p̄ncipio apparet solutio ex predictis.

Secundo quæro: Vtrum omne peccatum sit voluntarium.

¶ Et videtur ꝙ sic.quoniam secundum Augustinum primo lib.retract.cap.xij. Adeo peccatū volūtariū est vt nullo mō sit pctm̄ si nō sit voluntariū. ¶ Cōtra quia omne voluntarium est in hominis potestate: sed non omne peccatum est in potestate hominis/vt patet de peccato originali quod quilibet contrahit velit nolit.ergo ⁊c. ¶ Responsio. Primo ad quesitum. Secundo inquiram quid sit peccati subiectum.

Quantum ad primum:dicunt aliqui ꝙ omne peccatum est voluntariū/tamen differenter. Tripliciter enim (vt dicunt) potest intelligi peccatum esse voluntarium. Uno modo.quia est a voluntate vt a causa prima ⁊ remota alterius psone ab illa in qua est peccatum.⁊ sic peccatū originale est voluntariū. Qđ apparet per Augustinū lib.retract.cap.xij.sic dicentē. Illud quod in paruulis dicitur peccatum originale cum adhuc non vtantur arbitrio voluntatis non absurde vocatur voluntarium quia ex prima hominis mala voluntate factum est quodammodo hereditarium. Alio modo peccatum potest dici voluntarium/quia est a voluntate illa cuius est/vt a causa proxima ⁊ immediata in cuius potestate est vitare ipsum:non tm̄ quodlibet p se acceptum:sed etiam omnia simul sumpta.et sic mortale peccatum est voluntarium. Tertio modo potest dici voluntarium:quia est a voluntate similiter vt a causa proxima ⁊ immediata/in cuiꝰ potestate est vitare ipsum ⁊ quodlibet aliud in particulari:non tamen omnia in vniuersali.⁊ sic veniale peccatum est voluntarium.licet enim homo possit vitare quodlibet veniale peccatum demonstratū vt sine alio sumptū:non tamen de lege cōmuni potest trāsire sine omni pctō veniali. ¶ Sed hic modus dicendi est inconnexa accipiens ⁊ in multis deficiens. Deficit enim primo.quando dicit ꝙ volūtas vnius persone potest esse causa culpe alteriꝰ. Hoc siquidem non est verum.nullius enim peccatum potest esse alterius formaliter:licet virtualiter.sicut etiā ī exemplo quod accipit de peccato primorum parentum:propter quod ipsorum filij concipiuntur non in peccato p̄prie sumpto vt a reatu distincto:sed in reatu/vt in precedentibus est ostensum/quādo de peccato originali fuit actum. ¶ Secundo.quia ad istam/quilibet homo currit/sequitur ista/omnis homo currit.ergo consimiliter in proposito/in cuius potestate est quodlibet peccatuȝ singulariter sumptum vitare:⁊ om̄ia simul sumpta/saltem vnum post aliud.et ita inconnexa videtur accipere quando dicit ꝙ homo potest vitare quodlibet veniale peccatum in singulari/non tamen omnia in vniuersali. ¶ Confirmatur.quia quando dicit ꝙ nō potest vitare oīa peccata/aut intelligit ꝙ nō potest omnia vitare simul/aut ꝙ non successiue vnū potest alterum. Si primum/nō est ad propositū.quia esto ꝙ nō vitet omnia simul ipsa respuendo ⁊ quodlibet actualiter detestando: quia nec oīa cōsiderat/sicut nec etiā peccata mortalia: tamē ex quo quodlibet qđ sibi occurrit potest repellere et declinare/sic potest omnia vitare peccata venialia sicut ⁊ mortalia:qđ sufficit ad propositum. Si autē ponatur secundū:ergo non est in potestate eiꝰ vitare quodlibet:quod est falsum.nullus enī peccat in faciendo qđ non potest vitare/nec in omittendo aliquid qđ non pōt facere.ergo ⁊c ¶ Et ideo aliter est dicendum. Ad cuiꝰ euidentiam est sciendū:ꝙ dupliciter potest dici aliquid voluntariū/videlicet positiue/⁊ priuatiue. Positiue dicitur voluntarium omne illud quod fit a voluntate eliciēte vel īperante libere:sic ꝙ est ī eiꝰ potestate qđ elicit nō elicere:⁊ qđ exterius fiendū imperat/non imperare. Priuatiue autem dicitur voluntarium/priuatio illius qđ nō fit a voluntate eliciēte nec imperāte:qđ tamē ab ipsa fieri deberet ⁊ posset.

Hoc præmisso pono tres cōclusiones.

¶ Prima est.ꝙ pctm̄ cōmissionis sumptum materialiē est voluntariū primo mō. ¶ Hec apparet.qm̄ materiale in om̄i pctō est actus a voluntate elicitꝰ tm̄/vel actꝰ elicitus cū imperato simul sumptꝰ.sed ꝯstat ꝙ oīa volūtatis actus elicitus vel imperatus pctō substratus est sic a voluntate libere positiue effectiue/ꝙ posset nō esse qz alias nullū esset in eo pctm̄:cū in nullo ineuitabili vł impossibili possit esse pctm̄.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatᷣ.qz in

nullo actu est peccatū cōmissionis nisi in illo ad quē vitandū homo est obligatus. sed nullus obligat ad vitandum illud qd nō est in sua potestate. ergo ois actus in q est peccatū cōmissionis est in potestate hois. sed omne i potestate hois existens est actus volūtatis elicitus vel imperatus. ergo vtrūqꝫ istorū in quorū altero vel vtroqꝫ est ꝯmissionis pctm/est voluntariū positiue: qꝛ vtꝫ est a voluntate eliciente vel imperāte libere effectiue. ¶ Secunda cōclusio est. ꝙ tā peccatū omissionis ꝙ etiā commissionis vt formaliter sumptum est voluntariū secundo modo/vtꝫ priuatiue. ¶ Hec apparet. Primo de omi peccato omissionis. quoniā omissionis peccatū formaliter sumptū est carētia seu ꝑuatio actus debiti ab omitente. sed omis actus ab aliq debitus est ipsi possibilis: cū nullus sit ad sibi impossibile obligatus. ergo omissionis pctm dicit voluntariuꝫ qꝛ est carentia seu priuatio illius qd nō est a voluntate eliciente vl imperāte: qd tn posset ab ea existere ⁊ deberet. quare ⁊c. ¶ Secūdo hoc idem apparet de ꝯmissionis peccato vt formaliter sumpto/saltē de aliquo: vt de omni illo qd cōsistit in carētia alicuius circūstantie debite actui ⁊ possibili ipsuꝫ exercenti/sicut celebrare missaꝫ in loco indebito vel tempore interdicto. cōstat eni ꝙ pctm i tali actu ⁊ in alio quocunqꝫ sibi simili est carentia circūstātie ipsi debite ⁊ debite ⁊ dari possibilis ab agente/puta loci cōuenientis ⁊ tēporis. sed priuatio eius qd posset esse a voluntate ⁊ deberet: qd tn nō est/dicit pctm volūtariū isto modo/vtꝫ priuatiue. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmat. quia qd est voluntariū taꝫ antecedēter ꝙ etiā consequēter/est voluntariū simpliciter. sed predictum commissionis peccatuꝫ ⁊ aliud quodcunqꝫ illi simile est voluntarium priuatiue vtroqꝫ istorū modorꝫ: cum posset idem actus ⁊ ab eodē agente procedere absqꝫ peccato aliquo ipsum consequente siue concomitante. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ aliquod cōmissionis peccatum vt formaliter sumptum est voluntarium precise antecedenter non autem consequenter. ¶ Hec apparet. quoniā omne illud cōsequens qd sequitur necessario antecedēs/est voluntarium isto modo respectu illius in cuius potestate est ponere vl nō ponere antecedens. ſꝫ aliquod cōmissionis peccatū est qd actū substratū vt ē talis agētis sequit necessario: sicut actū incōtinētie religiosi sequit necīo i ipo effectu deformitas que est ipsum cōmissionis peccatum formaliter sumptū qui tamē actus substratus est in potestate peccantis. ergo licet hmōi cōmissionis peccatū sit voluntariū antecedenter: quia vtꝫ actus quē sequit est in potestate peccantis: non tamen cōsequēter/actu hmōi antecedente existente: cum ipsum positū non sit in eius potestate nō sequi tale peccatū. ¶ Confirmatur. quia si peccatuꝫ esset in potestate hominis consequenter/nullus cōmuniter committendo peccaret: cum nec in actu quem cōmittit peccatum/sed tm delectationē intendat. delectatio autem ipsa vt sumpta formaliter nō est peccatum: cum sit ens aliquod positiuum. quare ⁊c. ¶ Nec valet si contra hoc arguatur de alio peccato de quo dictum est in conclusiōe scda ꝙ est volūtariū tā añcedēter ꝙ et cōsequēt. qꝛ licet hoc sit verū ꝯparādo peccatū ad actū sic positiue circūstātionatū/puta vt in tali loco vl in tali tpe vl a tali ꝓncipio factū: nō tn vt absolute factū. ¶ Quarta ⁊ vltima cōclusio est. ꝙ nullū peccatuꝫ vt virtualiter sumptū/vtꝫ pro reatu/est voluntariū nisi tm antecedenter. ¶ Hec apꝑet. quoniā licet sit in hois potestate peccare vel nō peccare: nō tamē ꝙ pro peccato sit reus vel nō: nec ꝙ ꝓ tali pctō sit ad tantā penā obligatꝰ: ⁊ ꝓ alio ad maiorē. post pctm eni cōmissum necessario sequitur in hoie reatus ipso hoie volente vel nolente. quare ⁊c. ¶ Ex predictis apparet: ꝙ omne pctm est voluntariuꝫ licet aliqualiter differēter. quia tn vitare quodlibet peccatum veniale/est valde difficile: ideo quādoqꝫ dicit nō eē in nostra potestate nec nobis possibile. non ꝙ simplr ⁊ absolute sit impossibile: quia nec tunc aliquis peccaret in non vitando aliqd tale pctm veniale qd vitare est sibi īpossibile. sed dicit impossibile hoc ē valde difficile. ¶ Hec de Primo.

Quantum ad secūdum: apparet ex superioribus quid dicēdū. Cū eni peccatū sumptū formaliter sit priuatio: cuius subiectū dicit illud quod est subiectum habitus priuationi oppositi receptiuum: per consequens subiectū peccati cōmissionis immediatum est actus priuatus aliquo sibi debito. q priuatio est ipm peccatum formaliter sumptum. subiectum aūt remotū est subiectū ipsius actus qd est ad vitandū actuꝫ huiusmodi obligatuꝫ: vel ad ipsum debite exequendū: si actꝰ talis est ipsi licitus absolute siue vt aliquo modo factus. subiectū autem peccati omissionis consistentis in omissiōe actꝰ debiti ab omittēte est ipe omittēs ad actū hmōi obligatus. ¶ Sic ad questionē. ¶ Ad rationē in ꝓncipio apparet solutio ex predictis: qꝛ vt sepe alias dictū est/originalis defectus debet dici ⁊ est reatus: nō autem peccatum proprie sumptum diuisum contra reatū.

Circa distinctionem quadragesimāsecūdam/in qua magister determinat primo de peccato: cōparando actum interiorem ad exteriorē in ratione peccati: Secundo de diuisione peccati in veniale ⁊ mortale: Tertio de differētijs siue modis peccatorū diuersis: Et quarto de distinctione seu diuisione peccati mortalis in septē pctā capitalia: Quero per ordinē de istis oibus quatuor. Et primo de pmo. Utrū actus exterior imperatꝰ addat ad interiorem/bonitatē aliquā vl malitiam moralē. ¶ Et videt ꝙ sic. quia meliora sunt plura bona simul sumpta ꝙ aliquod illorū tm per se sumptum: sicut ⁊ plura mala sunt peiora ꝙ pauciora. sed tam actus interior elicitus ꝙ exterior imperatus est moraliter bonus/si est conformis: ⁊ malus quādo difformis recto dictamini ratiōis ergo actus exterior bonus addit ad interiorem bonum moralem/bonitatē: ⁊ malus ad malū malitiam. ¶ Contra. quia omnis actus moraliter bonus est meritorius exercenti ipsum in gratia existenti. ſꝫ actus exterior per se sumptus nō est meritorius nec demeritorius: cū tam meritū ꝙ demeritū sint tmmodo voluntaria: cuiusmodi nō est talis actꝰ. ꝗ ⁊c. ¶ Rñsio. vbi sic ꝓcedā. Primo dicā ad qōnē. Scdo inqrā qddā aliud ipsi annexū/vtꝫ an actus exterioris actionis addat meritū ⁊ demeritū ad actum interioris electionis vel respuitionis.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ actꝰ exterior dupliciter potest sumi. Uno modo vt ꝑ se tm sine interiori positus. Alio modo cū interiori electione acceptus: ⁊ ipso mediāte ⁊ imperāte productus. Et primo mō sumptus/nec est bonus moraliter nec malus quia nec habet rationeꝫ voluntarij vt sic: sed tm vt alio modo sumptus. Et hoc mō ꝯsiderant in qōne ista actꝰ hmōi interior ⁊ exterior/vtꝫ vt simul/nō vt seorsum accepti: qꝛ etiā actus interior sine exteriori possibili sumptꝰ non est efficax sed remissus. hic aūt accipit interior qui nō est efficacior in illo in quo est cū exteriori imperato ꝙ in illo in quo est separatus ab ipso: vt si aliquis eque intense vult facere homicidium vel sustinere pro Christo

martyriũ:qḋ tamen non facit quia nõ potest:sicut alius q̄ eq̄ appetit vlo ↄplet de facto.⁊ de talibus querit questio/an vez habens ꝓpositũ ⁊ factum plus deficiat vel proficiat q̄ habens tm̄ animũ siue propositũ ⁊ nõ factũ ¶Hoc premisso/est opinio quorũdam dicẽtium:q actꝰ exterior nullam bonitatem moralem nec malitiam addit ad actum interiorem.Qḋ probant.quia tota difformitas vel conformitas actus ex sola affectione voluntatis pensatur.secundũ enim Philosophũ tertio Ethi. Ex hoc solo actus est moralis quia elicitur a voluntate secundum affectionem ⁊ electionẽ.sed tanta est affectio ⁊ electio/vt supponit̄/in solo actu efficaci interiori/quãta in ipso simul cũ exteriori accepto.ergo ⁊c.¶Sed hic modus dicendi nõ videtur rationabilis.quoniã omẽ tale coniunctũ tali facit magis tale vel intẽsiue:si ex vtroq̄ fiat aliquid per se vnum:vel si non/saltem extensiue. sed tam actus voluntatis interior elicitus q̄ exterior imperatus vt illi cõiunctus est moraliter bonus vel malꝰ. ergo vel maior bonitas aut malitia moralis intensiue vel saltẽ plures extẽsiue ⁊ numero distincte sunt vbi concurrit cũ interiori actu exterior/q̄ vbi est sine exteriori interior.¶Minor probat̄.quia omis actus natus fieri cõformiter vel difformiter recto rationis dictamini est moralis:⁊ per cõsequens bonus moraliter vel malus.sȝ talis est nõ tm̄ actus volũtatis interior elicitus sed etiam illo mediante actus exterior imperatus.ergo ⁊c.

Et ideo dico aliter.Ad cuius euidẽtiam pono duas cõclusiones.¶Prima est.q actus exterior non facit interiorem intensiue meliorem vl̄ deteriorem. ¶Hec probatur.quoniam ex diuersis talibus in diuersis subiectis existentibus non fit intensiue aliquid magis tale.sed actus exterior ⁊ interior sunt diuersorũ subiectorum.ergo licet vterq̄ sit bonus vel malus moraliter:nõ tamẽ ex vno alius intẽdit̄ aliqualr̄.q̄re ⁊c.¶Cõfirmat̄.quia eorum que sunt alterius rationis neutrum intendit alterum.sed actus interior ⁊ exterior sunt alterius rationis.ergo ⁊c.¶Preterea arguo sic ad idẽ.nullus actus moraliter bonꝰ efficit̄ melior intẽsiue nisi vl̄ ratione maioris intensionis vel ratione appositionis alicuius circumstantie sibi deficientis:vt intentionis vltimi finis.sed propter actum exteriorẽ interior nõ intenditur/vt supponit̄/nec aliqua circumstantia ipsi necessaria addit̄.ergo ⁊c.¶Secũda cõclusio est.q actus interior ⁊ exterior simul sunt plura bona vel mala moralia/q̄ interior p se tm̄.¶Hec appet.quia vt ꝓbatũ est/tã actꝰ exterior q̄ interior est actus moraliter bonꝰ vel malus: quia cõcors vel discors recto dictamini rationis ⁊ in potestate hominis.ergo ⁊c.¶Confirmat̄.quia omis actꝰ habens propriã rationẽ ⁊ modũ deducendi in finẽ debitũ habet propriam bonitatẽ moralẽ.¶Hoc apparet.quia nec actus aliquis dicitur perfecte moraliter bonus nisi in ordine ad finem sibi debitum/vt in precedentibus fuit dictũ.ergo illi actus habẽt diuersas bonitates morales:quorum sunt diuersi ⁊ boni debiti eis fines.sed licet finis vltimus sit omniũ actuũ tam exterioꝝ q̄ interiorum:tamẽ citra istum aliquis est finis actus exterioris qui nullo modo attingit̄ per interiorem:sicut apparet in exemplo euidẽti de actu exteriori fortitudinis ad quem sequitur liberatio cõmunitatis:nõ autẽ ad actũ interiorem.non enim qui appetit mori sed q̄ morit̄ ꝓ republica liberat ipsam.finis etiã martyrij sanctorũ fuit etiã approbatio ⁊ testificatio ac defensio veritatis fidei Christiane:qui finis sic fuit secutus per exteriorẽ actũ cũ interiori positũ q nunq̄ prouenisset nec sequi potuisset ex actuꝰ interiori tm̄.Cõsimilr̄ accidit in malis.ↄstat enĩ q longe plus damnificat vel ledit qui aliquẽ facto interficit q̄ qui tm̄ in hoc consentit nec tñ exterius perficit.ergo ⁊c.¶Preterea omnes actus morales habẽtes diuersas circũstantias a recta ratione dictatas habent diuersas bonitates morales vel malitias quando talibus circumstantijs debitis sibi carẽt.sed actus interioris ⁊ exterioris circumstantie eis debite sunt diuersi/ vt apparet de intentione finis/que est circumstantia principalis:cum aliũ finem(vt dictum est)habeat actꝰ exterior q̄ interior.ergo ⁊c.¶Hec de Primo.

Quantum ad secũdum:dicunt aliqui q actus bonus exterior nullũ meretur premiũ essentiale sed tm̄ accidẽtale.quod quidẽ premiũ est gaudiũ quod habent beati in gloria nõ de obiecto increato:sed de bono per ipsos facto.¶Primũ/vez q bonus actus exterior nõ mereatur aliquod essentiale premiũ maius seu intensius q̄ interior eque efficax per se solũ/ꝓbãt.quia huiusmodi essentiale premium nulli debetur ratiõe alicuius actus sui nisi ratione voluntarij.ergo eis debet̄ equale essentiale premiũ quorum actus voluntariꝰ meritorius est equalis.sed nõ plus est de volũtario intensiue in habente actum interiorẽ ⁊ exteriorem simul q̄ in habẽte interiorẽ tm̄ eque tñ intensum tñ efficacẽ.nõ enĩ plus habet de volũtario qui vult mori ꝓ Christo ⁊ moritur de facto/q̄ ille qui intense vult ⁊ appetit mori in animo non tamen moritur de facto.ergo ⁊c.¶Cõfirmatur.quia equale premiũ debetur per se primo charitati ergo propter solũ illud augetur hmõi premium qḋ meretur charitatis augmentũ.sed actus exterior nõ meretur maiorem charitatem:ergo nec maiorem felicitatẽ. ¶Secundũ/vez q hmõi actus exterior mereatur aliquod accidentale premiũ/probant.quia omẽ bonũ meret̄ aliquod premiũ.sed actus exterior est bonus moralit̄ propria bonitate:⁊ alia a bonitate actus interioris.ergo meret̄ aliquod premium:sed non essentiale/ergo accidentale.¶Confirmatur.quia triplex aureola ponit̄ a doctoribus/vez martyrum/virginũ/⁊ doctorũ.sed talem aureolam non meretur solus actus interior/vt saltẽ euidẽter apparet de aureola doctoꝝ/quã precise meretur actus exterior doctrine.ergo ⁊c.¶Sed cõtra istũ modum dicendi licet cõmunem arguo.Primo sic.omis actus perfecte moraliter virtuosus ⁊ bonꝰ meretur existenti in charitate ⁊ cum charitate exequenti ipsum essentiale premium.sed actus exterior bonus ab interiori precedenti elicitus seu imperatus est perfecte in suo genere moraliter virtuosus.ergo ⁊c.¶Cõfirmatur.quia in Christo moriente nõ fuit actus volendi mori interior intensior q̄ prius.eque enim intense mori voluit statim vt conceptus fuit in vtero sicut quãdo passus extitit in ligno.sed Christus plus ⁊ maius essentiale premiũ meruit in ligno passus/q̄ quãdo in vtero est conceptus.ergo actus exterior ad hoc aliquid extitit operatus.quare ⁊c.¶Minor apparet.nec enĩ videt̄ verisimile q sic Christus statim vt conceptus per actũ interiorem quo pati voluit,totũ premiũ hoiũ electoꝝ qḋ meruit meruerit:q ad hoc nihil valuerit nec ꝓfecerit actus exterior passionis postmodũ subsequutus.quare ⁊c.¶Minor apparet ad idẽ.sicut se habet malus actus exterior ad penã infernalẽ:ita ⁊ bonus exterior ad gloriam eternam essentialẽ.sed malus actus exterior sic se habet ad penam q maiorem penam intensiue meret̄ quilibet propter ipm̄ simul cũ actu interiori acceptũ/q̄ propter actũ malum interiorem tm̄:licet eque intensum.sicut maiorẽ penam meretur quis propter homicidium vel adulterium post consensum interiorem secutũ/q̄ aliquis aliꝰ propter solum consensum interiorem:licet eque intensum ad aliquod predictorum.quia ⁊ actus exterior est

cõmunitati dãnosus ⁊ nefarius: non autẽ interior consensus solus / nisi ei cuius est tñ. ergo ⁊ in proposito de actu bono exteriori cõsimiliter est dicendum / videlicet ꝙ licet vt per se sine interiori acceptus nec sit meritorius nec demeritorius: quia nec voluntarius nec humanus: tamen vt cũ interiori coniunctus aliquid plus meretur ꝙ̃ interior per se solus / nõ tñ premium accidentale sed etiam essentiale. ¶ Confirmat̃. quia oĩs bonus actus in charitate factus aliquid meretur exequẽti ipsum cum charitate: qd̃ nõ meretur alteri / vȝ extra charitatem existẽti. sed actus exterior est bonus vel malus ⁊ bonus extra charitatẽ factus potest mereri alia a p̃mio essentiali / puta aliquod temporale / ⁊ etiã lamentum penitentie quo peccator cõuertitur ad deum: ⁊ conuersus ad ipsum meretur postea premium sempiternuȝ in quo premio existentes gaudẽt (vt videtur probabile) de eo illo qd̃ sciũt fuisse occasionẽ ꝯuersionis sue ad deũ ⁊ cõsequẽter ꝯsequẽdi p̃miũ sempiternũ. sȝ act⁹ exterior bonus etiã extra charitatẽ factus est hmõi q̃ ad mltos: ergo vltra istud accidentale gaudium qd̃ meretur quibuslibet existẽtib⁹ extra charitatẽ actus bon⁹ exterior meretur essentiale premiũ omnibus in charitate existẽtibus ipsumq; cum charitate exequentibus.

Et ideo aliter est dicendũ. Ad cuius euidentiam pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est. ꝙ actus primo meritorius vel demeritorius est actus voluntatis interior elicitus solus. ¶ Hec ꝓbat̃. qm̃ illud est primo tale / qd̃ est tale omni alio circũscripto: ⁊ nihil aliud ab ipso est tale nisi in ordine ad ipsum. ergo in proposito solus ille actus est primo meritorius vel demeritorius: qui est meritorius omni alio circũscripto: ⁊ nullus alius actus est meritorius nec demeritorius sine ipso. sed actus voluntatis interior est hmõi. ipse eniȝ sine omni exteriori positus est moraliter bonus vel malus: ⁊ per consequens meritorius vel demeritorius: non autẽ aliquis actus exterior positus sine ipso: quia nec talis actus est voluntarius seu humanus. ergo ⁊c. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ actus exterior cum interiori positus ac ipso mediante productus / est meritorius vel demeritorius secundo. ¶ Hec apparet. quia sicut ille actus dicitur primo meritorius vel demeritorius q̃ est talis nõ propter aliquem actum alium a seipso: ita econuerso ille dicitur meritorius vel demeritorius secundo: qui non est talis per se positus: sed tñ vt ad aliuȝ primo meritorium vel demeritorium comparatus. sed actus voluntatis exterior impat⁹ est hmõi. non eñ vt per se positus est moraliter bonus nec malus: nec per cõsequens meritorius nec demeritorius: sed tñ vt ad actum interiorem p̃suppositum ⁊ secum positum comparatus. g̃ ⁊c. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ bonus actus exterior cum actu bono interiori positus meretur existenti in charitate ⁊ ex charitate eũ exequenti premiũ speciale essentiale vltra illud qd̃ meretur actus bonus interior quem presupponit. ¶ Hec apparet ex predictis superius / arguendo cõtra opinionem oppositam. omnis eñ actus bonus moraliter viatoris in charitate existentis est meritorius p̃mij nõ tñ accidentalis sed etiam essentialis: sicut et omnis actus malus miserie eternalis. sed actus exterior cum interiori positus potest esse moraliter bonus: alias non mereretur premium accidentale. ergo ⁊c. ¶ Confirmatur. quia ꝙ aliquis per aliquem bonum actum mereatur tñ accidentale ⁊ non essentiale: aut hoc est quia ille cuius est talis actus non est in gratia sed in culpa: aut quia habet totum essentiale premium: sicut quilibȝ beatorum: qui licet suis orationibus quibus mediantibus adiuuant viatores / ipsosq; ad viam salutis adducunt / merentur accidentale premium / puta gaudium de conuersione ipsorum secundum sententiam saluatoris. Matthei. xv. non tamen aliquod essentiale: quia iã habent totum ipsum. ergo per quemcunq; actum existens in gratia ⁊ in via meretur premium accidentale ⁊ essentiale. omnem enim actum bonum cuiuscunq; taliũ deus statuit non tñ accidentali sed etiam essentiali premio coronandũ. sed actus exterior cõceditur esse moraliter bon⁹ ⁊ meritorius premij accidẽtalis: ergo ⁊ essentialis. ¶ Quarta ⁊ vltima cõclusio est. ꝙ plus meretur vel demeretur homo per actum exteriorem simul cum interiori positum / ꝙ̃ per interiorem eque intensum tñ. Plus tamẽ meretur vel demeretur per actum interiorem solum intensiorem ꝙ̃ per ipsum cum exteriori positum remissiorem. ¶ Hec conclusio quantum ad vtrãq; suã partẽ sequitur corollarie ex predictis. Qd̃ apparet Primo de prima parte. quoniam plures actus boni et omnes meritorij plus merentur vel demerentur / si sunt mali ⁊ demeritorij / omnes simul / ꝙ̃ eoꝝ aliq̃s per se sumptus: dum tamen per se sumptus non sit intensior ꝙ̃ vt cum alio positus. sed vt dictuȝ est / actus exterior est meritorius vel demeritorius: ⁊ constat ꝙ est ab actu interiori distinctus. ergo si actus interior ꝑ se sumptus non est perfectior nec imperfectior ꝙ̃ cum interiori positus plus seu maius essentiale premium homo meretur per vtrunq; istorum actuum vel etiam demeretur / ꝙ̃ per interiorem tñmodo per se sumptũ. ¶ Secunda pars / vȝ ꝙ per interiorem intensiorem tñ plus homo meretur / ꝙ̃ per ipsum remissiorem cum exteriori simul acceptuȝ apparet. quoniam actus interior (vt dictum est) per se primo est meritorius vel demeritorius: nõ aũt actus exterior: cũ nõ sit meritori⁹ nec demeritori⁹ ꝑ se sumptus: sed vt ad actum interiorem tñmodo comparatus. sed intensio seu perfectio illius actus in quo consistit per se primo meritum / maiorẽ affert fructũ ⁊ meretur premiũ ꝙ̃ appositio alterius actus qui nõ est per se meritorius sed tñ vt ad illum aliuȝ comparatus. Et ꝯsimiliter dicendũ est de actu malo interiori intensiori vt per se sumpto ꝙ̃ vt cum actu exteriori: ꝙ videlicet talis propter consimilem rationem maiorem meretur penam. ¶ Sic ad questioneȝ. ¶ Ad illa que arguta sunt superius pro opinione alia improbata. ¶ Ad primum: qñ dicitur ꝙ equale voluntarium meretur equale premium: Dico ꝙ verum est si sit equale. intensiue et extensiue simul: non autem si tñmodo intẽsiue: sicut est in proposito de duobus quorum vnus habet actum interiorem ⁊ exteriorem: ⁊ alius interiorem tñ eque intensum. prim⁹ enim plus habet de voluntario extensiue licet non intensiue. quoniam non tñ actus voluntatis interior elicitus dicitur voluntarius sed etiam exterior imperatus: licet non per se primo vt elicitus: sed vt ad ipsum / quo mediãte exterius ponitur / comparatus. nisi enim iste act⁹ exterior imperatus esset aliquo modo volũtarius / nullo modo esset meritorius: qd̃ tu negas. quare ⁊c. ¶ Ad confirmationem quando dicitur: ꝙ propter solum illud datur maius essentiale premiuȝ quod meretur charitatis augmentum: concedo. sed tunc dico ꝙ falsum est quod accipitur in minori: quia immo actus exterior cũ sit bonus et meritorius vt cum interiori actu positus meretur cum ipso maiorem charitatem sicut et maiorem felicitatem / ꝙ̃ meretur actus ipse interior eque intensus tñmodo per se sumptus. quare ⁊ cetera. ¶ Ad alia quibus arguitur ꝙ mereantur premium accidentale: non oportet respondere: quia verum concludũt: nõ tamen in aliquo contra dicta. immo (vt dictum est) ex hoc sequitur ꝙ mereantur actus huiusmodi maius premium essentiale / quia videlicet merentur accidentale.

¶ Ad ronē in principio apparet ex dictis ꝙ falsū in minori accipit: quando dicit ꝙ actus exterior nō est meritorius nec demeritorius nec alicuius voluntatis: quis immo est actus voluntatis imperatus/licet non elicit⁹. quare ⁊c.

Secundo quero de secundo: puta de distinctione seu diuisiōe peccati in veniale ⁊ mortale: Utrū peccatū mortale ⁊ veniale specifice distiguant. ¶ Et videt ꝙ sic quoniam que plus distinguūtur ꝙ distincta specie/specifice distinguuntur. sed peccatum quodcunqȝ mortale pl⁹ distinguitur a veniali ꝙ aliq̄ venialia nec mortalia inter se adinuicē sint distincta. Cōstat aūt tā pctā mortalia ꝙ venialia īter se specifice eē distincta. nō enī pctm̄ superbie est eiusdē rōnis specifice cū pctō auaritie nec luxurie. ergo ⁊c. ¶ Cōtra. quia cum peccata sumpta formaliter non dicant aliquid positiuum/sed priuatiuū: per consequēs non distinguuntur nisi vel in ordine ad subiectum vel ad obiectum vel ad habitum negatiuum. sed penes nullū illorū veniale peccatum potest distingui specifice a mortali. quoniam circa eundem actum in specie ⁊ ad idē obiectum ⁊ priuatum habitum comparatū contingit peccare aliquando venialiter/aliquando etiā mortaliter vt circa actū gule/ire/vane glorie: ⁊ sic de alijs. ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo enim excludam vnam opinionem. Secundo dicam aliter ad questionē.

Quantum ad primum ⁊ est opinio cuiusdam moderni doctoris dicentis ꝙ peccatum potest tripliciter considerari/videlicet vno modo secundum genus nature ⁊ physice. Alio modo secundum genus moris ⁊ ethice. ⁊ tertio secundum ꝙ habet rationem demeritorij ⁊ theologice. Tunc dicit ꝙ si accipiantur peccatum mortale ⁊ veniale primo vel scd̄o mō non distinguūtur specifice: sed tertio modo tm̄. ¶ Primum videlicet ꝙ non distinguantur specie vt primis duobus modis accipiūtur/ probat. quia peccatū sic sumpta/videlicet physice vel ethice non distinguūtur specie nisi causaliter ex obiecto ⁊ formaliter ex seipsis. sed peccatum veniale non potest distingui a mortali specifice ex obiecto: cū circa eundem actum ⁊ circa idem obiectum cōtingat vtrūqȝ peccatum. ergo ⁊c. ¶ Secundū: videlicet ꝙ vt theologice ista peccata ꝯsiderant specifice sint distincta/probat primo sic. omnia q̄ sunt eiusdē speciei vni ⁊ eidem in specie vniformiter opponuntur. sed peccatum mortale ⁊ veniale vt theologice accipiuntur non opponuntur eidem: quia mortale peccatum est charitati oppositū: non autem veniale peccatū. ergo aliquid intrinsece est in peccato mortali qđ cōsequitur totam eius speciem: ratione cuius ei repugnat gratia quē non repugnat alicui veniali peccato. ¶ Preterea arguit sic ad idem. peccatum mortale ⁊ veniale non dicuntur talia in ordine ad penā sed ad diuinam amicitiam. Dicitur enim peccatum mortale: quia dissoluit diuinam amicitiam ⁊ beneuolentiam ratione cuius peccator efficitur non recōciliabilis quantum est ex se: cum amicitia ⁊ beneuolentia sit radix venie et reconciliationis. Ueniale autem dicitur eo ꝙ derelinquit amicitiam. ⁊ ideo ex se non tollit veniam et vitam amicabilem. ¶ Ex hoc tunc arguit sic. omnes illi actus quorum vnus infringit totaliter amicitiam diuinam et alius non/ sed aliqualiter leuiter ledit eam/ theologice specifice distinguūtur. sed peccatum mortale et veniale sunt tales actus. ergo ⁊c. ¶ Preterea tertio. distinctio specifica actuū sumitur non tm̄ penes obiecta: sed etiā ex concursu aliarum circūstātiarum quas ipsi actus exigunt inquātum tales. sed pctm̄ mortale ⁊ veniale habēt diuersas circūstātias ⁊ oppositas licet circa idem obiectum. ergo ⁊c. ¶ Maior patet. quia aliās omnes actus morales circa idem obiectum in genere essent idem in specie. quod est falsum. ¶ Minor declaratur per exemplum de aliquo actu facto propter vanam gloriā: quo vt vno modo facto est peccatum mortale: ⁊ vt alio modo tm̄ modo veniale. Si enī in tali actu aliquis sic quereret gloriam propriam effrenate ꝙ ad ipsam habendam non vereretur facere contra diuinū preceptū: tunc tali actu est mortale peccatum. Si autem sic appetat gloriam ꝙ si diuinū preceptum sibi in contrarium occurreret talem actum omitteret nec gloriam consequi vellet: tunc in tali actu est tm̄ veniale peccatum. quare ⁊c. ¶ Preterea quarto ⁊ vltimo arguitur. quia distinctio specifica peccati vt opponit virtuti/ theologice loquēdo/ accipitur secundū aliud ⁊ aliud modum deuiandi a volūtate diuina. sed aliter a volūtate diuina deuiat peccatum veniale ⁊ aliter mortale. quia peccatū mortale deuiat a p̄cipiēte prohibente ⁊ obligante. veniale autem non deuiat nisi a consulente volūtate: nullum enim veniale peccatum est contra diuinū preceptum: sed tm̄ contra consilium. ergo ⁊c. ¶ Sed iste modus dicendi licet subtilis non videtur rationabilis. quoniā qđ est tale formaliter vt secūdum se absolute sumptū/ est tale vt ad quodcūqȝ aliud sibi extrinsecum comparatum. ¶ Hoc apparet. qꝛ qđ est tale vt secūdum se absolute sumptum nō dimittit esse tale propter aliquod extrinsecum ad ipsum comparatum. sed secundum istum dicendi modum mortale et veniale peccatum sunt talia puta specifice indistincta: vt secundū se formaliter absolute accepta. ergo ⁊ talia sunt ad quodcūqȝ eis extrinsecū comparata. sed vt theologice accipiuntur/ ad aliquid eis accidentale ⁊ extrinsecū cōparantur. ergo ⁊c. ¶ Minor quātum ad eius primā partem: vȝ ꝙ peccatum mortale ⁊ veniale sint indistincta specie secūdum se formaliter sumpta/ secūdum istum modum dicendi/ apparet. qm̄ que secūdū totū id qđ sunt formaliter sunt indistincta: vt absolute formaliter sumpta sunt specie indistincta. sed secūdum istum modū dicendi peccatum veniale ⁊ mortale peccatum tam vt in genere entis seu physice ꝙ etiam vt in genere moris seu ethice sunt specifice indistincta/ ⁊ per ꝯñs scd̄m totum esse siue materiale positiuū siue formale priuatiuū ipsorum: cum nihil aliud dicant ꝙ naturale aliqđ vel morale. ergo ⁊c. ¶ Secūda pars/ vȝ ꝙ vt theologice accipiūtur ad aliquid eis extrinsecum comparantur/ apparet. quoniam ista non dicuntur theologice accipi nisi vt ad obiectum theologicum puta ad deum ipsa punire statuentē sic vel aliter comparantur. hoc autem videlicet peccata puniri ⁊ a deo inhiberi fieri vel permitti omnino est extrinsecum ⁊ accidentale cuicūqȝ peccato tam mortali ꝙ etiā veniali. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. qꝛ aut peccata mortalia et venialia vt theologice considerata accipiūtur formaliter scd̄m se: aut virtualiter pro reatu. Si primo modō/ ergo ꝯsimiliter accipiūtur theologice sicut physice ⁊ ethice: puta formaliter scd̄m se absolute/ ⁊ p̄ ꝯñs sicut vt accepta physice ⁊ ethice: ita etiā ⁊ vt theologice sunt specie indistincta. si aūt secūdo modo accipiātur vȝ virtualiter pro reatu: cū reatus nō sit culpa sed eius sequela/ per consequēs licet reatus peccati mortalis differat specie a reatu peccati venialis: ex hoc non sequitur ꝙ peccata ipsa sumpta formaliter sint distincta: quia nec ēt huiusmodi reatus taliū peccatorum videlicet venialis ⁊ mortalis distinguuntur nisi secūdū magis ⁊ minus. quia reatus peccati venialis est obligatio ad penam minorem: quia ad temporalem. reatus autem peccati mortalis est obligatio ad penam eternam/ ⁊ per consequens ad maiorem. quare ⁊c.

Nec valent rationes quæ superius adducuntur vt manifeste patet per singulas discurrendo. ¶ Ad primam enim quando dicitur: q omnia eidem sunt opposita que sunt specie indistincta: concedo. sed tunc nego minorē. nullum enim peccatum mortale magis q̄ veniale opponit̄ charitati. Unde q charitas non tollatur propter peccatum veniale/sed propter mortale hoc non est propter aliquam oppositionē maiorem inter charitatem ipsam ⁊ peccatum mortale/q̄ inter charitatem ⁊ peccatum veniale: sed solum quia deus statuit q: sibi placuit subtrahere charitatem homini isto peccato et non alio delinquenti. ⁊ ideo falsum assumitur quando dicitur q aliquid intrinsece est in mortali peccato tm̄: ratione cui⁹ gratia repugnat ipsi ⁊ nō alicui veniali. ¶ Ad secundam: quando dicitur q peccatum mortale ⁊ veniale non dicuntur in ordine ad penam eis debitam sed ad diuinam amicitiam quā mortale dissoluit totaliter/⁊ veniale non sed ledit ipsam aliqualiter/tamen leuiter: Dico q hoc est simpliciter falsum: quoniam deum vnum diligere ⁊ alium odire non est aliud q̄ ipsum vnū ad gloriam ⁊ alium ad penam ordinare/ vel actu vnum premiare ⁊ alterum condemnare. vnde diuina amicitia ad vnum ⁊ ira seu odium eius ad alterum non dicunt aliqua deo intrinseca distincta: cum eodem actu omnino intrinsece indistincto deus vni puta ei quem dicitur diligere velit gloriā: ⁊ alteri quē odire dicitur/ velit penā: sed tm̄ ista videlicet amor ⁊ odium de deo dicta connotant diuersa extrinseca supradicta: puta penam vni puta ex olo inferendam vel actualiter iam illatam: ⁊ gloriam dilecto similiter conferendam vel actualiter iam collatam. ergo mortale peccatum dissoluere totaliter diuinā amicitiam/non autem veniale non est aliud q̄ ipm̄ mortale peccatum ⁊ non veniale mereri amissionem glorie per diuinam amicitiam connotate/ ⁊ consecutionem pene eterne per diuinum odium consimiliter connotate. quare ⁊c. ¶ Et ideo ad rationem in forma quando dicitur in maiori q omnes actus quorum vnus infringit diuinam amicitiam ⁊c. Dico q hec est falsa. quoniam infringere diuinam amicitiam non est aliud q̄ perdere gratiam ⁊ gloriam/⁊ mereri penam eternam. hoc autem fit quia sic deus fieri statuit per quodcunq peccatum mortale ⁊ non per aliquod veniale. sed in eodem actu secūdū speciem tam entis q̄ etiam moris potest esse mortale et veniale peccatum vt patebit ex dicendis tam in ista q̄ in alia questione. ergo ⁊c. ¶ Ad tertiam quando dicitur q peccata distinguūtur ⁊c. concedo. Sed quando dicitur in minori q peccatum mortale ⁊ veniale habent diuersas circūstantias: Dico q verum est. sed non specie saltem omnia: vt etiam apparet in exemplo ei⁹ qđ ad probationem istius minoris adducit. quoniam effrenate seu intense ⁊ non intense sed remisse propriam gloriam appetere/non distinguuntur nisi sicut album remissum ⁊ intensum. sed talia nō sunt specie distincta. ergo ⁊c. ¶ Ad quartam quando dicitur q destinctio specifica peccatorum accipitur secundū alium ⁊ aliū deuiandi modū ⁊c. Dico q hoc non est verū. Qđ apparet. ¶ Primo. qz cū omnia peccata mortalia deuient a diuina voluntate prohibente / per consequens vniformiter isto modo omnia essent eiusdem speciei: si ideo veniale distinguitur specie a mortali: quia veniale deuiat a voluntate consulente et mortale a voluntate prohibente. hoc autem est falsū. ergo ⁊c. ¶ Secundo. quia peccatum a deo deuiere seu auertere non est aliud q̄ ipsum mereri perdere gloriam vel pro semper vt mortale/vel pro aliquo tempore vt veniale: ⁊ consequi penam aliquam eternalem vel temporalem. Nec peccatum mortale dicitur magis q̄ veniale nec aliter a deo hominem auertere nisi quia maiorem meretur penam. sed q tali peccato talis debeatur pena et alteri alia: hoc omnino accidit peccato. nec quia vnū peccatum maiorem meretur penam q̄ alterum/ ideo ab ipō arguitur specie esse distinctum: cum in quocūq eadē specie peccati sit dare vnū peccatum alio grauius/⁊ per consequens per quod homo est maiori pena dignus. non enim omnia peccata superbie nec auaritie sunt equalia in malitia nec etiam in debita eis pena. quare ⁊c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: vbi aliter est dicendum: premitto tria ad euidentiā dicendorū. ¶ Primum est: q hic non queritur an aliquod peccatū veniale differat specie ab aliquo mortali peccato. hoc enī nulli est dubium/nec per consequens ab aliquo est querendum. Sed queritur: vtrum quodlibet veniale differat specie a quocūq mortali: ita q nullum sit veniale peccatum ab aliquo mortali peccato specifice idistinctum. ¶ Secundum premittēdum est: q peccatum siue mortale siue veniale siue omissionis siue commissionis potest accipi tripliciter: videlicz materialiter/formaliter/⁊ virtualiter. Materiale in peccato omissionis est omissio siue negatio actus omissi vt absolute accepta. Formale autem est debitū exequendi actum ipsum omissum. non enim omittere actum esset peccatum nisi actus omissus esset debitus omittenti. Materiale autem in peccato cōmissionis est actus absolutus. Formale autem carentia seu priuatio circūstātie ipsi debite alicuius. Uirtuale autem cuiuscunq peccati est reatus sequens ipsum: puta obligatio ad aliquam debitam sibi penam. ¶ Tertium premittēdum est: q peccatum mortale ⁊ veniale vt formaliter sumptum possunt comparari vel vt ad eundem actum substratum commissum vel omissū: vel ad alium ⁊ alium scđm speciē distinctū. licet enī aliquis sit act⁹ in quo non possit esse nisi mortale peccatum/ multi tñ sunt alij in quorum quolibet omisso vel saltem commisso quandoq est mortale/quandoq autem veniale peccatū sicut in ira gula ⁊ vana gloria aliquando est mortale peccatum/⁊ aliquando veniale solū. Siue autem ista peccata ad eundem actum siue ad diuersum secundum speciē comparentur/non est intelligendum ipsa vt formaliter accepta esse indistincta specie vel distincta tanq̄ aliqua in re extra: cū non sint aliquid positiuum sed tm̄ priuatiua: vt sepe in precedentibus fuit dictum. Sed dicuntur vt sic sumpta esse indistincta specie vel distincta: sicut priuatiua aliqua dicuntur distingui: vel quia diuersorū habituum vt cecitas ⁊ surditas: vel quia diuersorum subiectorum vt cecitas hominis ⁊ cecitas alterius animalis. Magis tamē priuationes videntur distingui specifice in ordine ad habit⁹: puta quia sunt habituū diuersorū q̄ in ordīe ad subiecta. ¶ Ex quo sequitur: q peccata vt formaliter sumpta proprius distinguuntur per comparationem ad illa quorum sunt priuationes/ q̄ ad ipsorum subiecta. Qđ apparet. quia licet diuersorum peccatorū commissionis formaliter acceptorum subiecta immediata puta actus commissi specifice distinguantur: tamen vnum ⁊ idem specie est vel esse potest totale subiectum omnium peccatorum omissionis: ⁊ mediatum seu remotum omniū peccatorum commissionis: nec tamen propter hoc ipsa peccata sunt specie indistincta. quare ⁊c.

His pręmissis: pono quatuor conclusiones. ¶ Prima est: q peccatum mortale ⁊ veniale vt sumpta materialiter quantum ad actum cōmissum vel omissū/nō necessario sunt alteri⁹ speciei. ¶ Hec appet.

quia in vno actu scdm speciē indistīcto est aliquādo pec
catum mortale/ ⁊ aliquādo tm̄modo veniale: sicut patet
in exēplo posito in p̄cedenti articulo de appetitu glorie
intēso seu immoderato ⁊ remisso. Idem apparet de actu
gule ⁊ ire ⁊ de alijs pluribus: in quoꝝ quolibet quādoqꝫ
cōmittitur veniale tm̄/ quādoqꝫ etiā mortale peccatum
actu positiuo vtriqꝫ petō istoꝝ substrato remanēte spe-
cifice indistincto. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur. quia non tm̄ in
eodē actu specie sed etiā numero potest nūc esse peccatū
veniale ⁊ postea mortale: sicut apparet de exequente ali
quē actum bonū primo ꝓpter vane glorie appetitum re
missum: ⁊ postea cōtinuāte eundē actū ꝓpter appetitū
glorie effrenatū seu imoderatū. Nec tm̄ ex hoc sequitur
q̄ peccatū veniale efficiat mortale nisi eo modo quo al-
bū dicitur effici nigrū. sicut em̄ albū efficit nigrū albo ⁊
nigro supponētibus ꝓ subiecto: ita ⁊ in ꝓposito pecca-
tū veniale potest dici fieri mortale ratione actus substra-
ti nunc sub veniali nunc sub mortali peccato actualiter
existētis quare ⁊c. ¶ Secūda cōclusio est: q̄ peccatum
mortale ⁊ veniale vt formaliter sumpta sunt etiā specie
indistincta/ siue ad eūdem actū in specie siue ad aliū etiā
cōparentur. ¶ Hec ꝓbatur. Et primo cōparādo ipa ad eū
dem actū scdm speciē. quoniā oēs ille priuationes sunt
specie indistincte: que sunt tam subiectorū q̄ etiā habi-
tuū specifice eorūdē. sed peccatū mortale ⁊ veniale respe
ctu eiusdem actus substrati accepta sunt priuationes:
quarū subiectū immediatū puta actus ipe vt supponit
est idem specie. possunt etiā esse ⁊ quādoqꝫ sunt eorundē
habituū scdꝫ speciē/ puta earūdē circūstātiarū: sicut ap
paret de actu facto ꝓpter appetitū glorie effrenatum ⁊
moderatū siue remissum. nec em̄ in talibus actibus sunt
circūstātie indebite specie distincte/ nec carētia circūstā
tiarū debitarū specie distīctarū. ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.
q2 sola intensio ⁊ remissio actus nō variat ipm̄ scdm spe
ciem. sed in eodē actu in quo vt remisso ꝑfuit peccatum
veniale/ ē postea vt intenso peccatū mortale: sicut appa
ret tam in exemplo p̄dicto q̄ etiam in actu ire intenso
et remisso. ergo ⁊c. ¶ Secūda pars: vcꝫ q̄ etiā cōparā-
do hmōi peccata veniale vcꝫ ⁊ mortale ad diuersos act9
specie/ sint quādoqꝫ specifice indistincta/ ꝓbatur. q2 pri-
uationes habituū eiusdē rationis sunt eiusdē rōnis spe-
cifice licet sint subiectorū specie distinctoꝝ. ¶ Hoc ap-
paret in exēplo de cecitate diuersorū aīaliū specie: q̄ tm̄
propter identitatē habitus priuati cōceditē esse eiusdem
specifice rōnis. sed ista peccata vcꝫ veniale ⁊ mortale ad
diuersos actus specie cōparata possunt esse ⁊ quandoqꝫ
sunt priuationes habituū puta circūstātiarū specie earū
dē. ergo talia peccata licꝫ actuū specie diuersoꝝ/ in eadē
ne tm̄ ad circūstātias sunt specie indistīcta. ¶ Minor ap
paret in exēplo de peccāte mortaliter in actu contendi
et venialiter in actu comedēdi vel saltādi ꝓpter eūdem
finē indebitū ad quē possunt actus isti licet distīcti spe-
cie/ ordinari. potest em̄ vterqꝫ istorū actuū exerceri ꝓpē
vanā gloriā differenter. quia vnus ꝓpter appetitum va-
ne glorie effrenatum ⁊ immoderatū. ratione cuius est in
in ipo mortale peccatū. ⁊ alius ꝓpter appetitum nō sic
effrenatum: in quo erit peccatum veniale tm̄. ergo ⁊c.
¶ Tertia conclusio est: q̄ peccata venialia ⁊ mortalia
formaliter sumpta vt ad eūdem actum specie cōparata
possunt esse ⁊ quādoqꝫ sunt specie distincta. ¶ Hec ꝓba-
tur. quoniā priuationes diuersorum habituū vt surditas
et cecitas/ licet eiusdē subiecti/ specie dicūtur distingui.
sed peccata mortalia ⁊ venialia circa eundem actū acce
pta ⁊ cōmissa possunt esse ⁊ quandoqꝫ sunt priuationes
circūstātiarū actui debitarum specie diuersarū: sicut ap
paret de actu aliquo qui potest fieri ꝓpter finem indebi-
tum vel in loco inepto vel in tempore interdicto: in quo
quidem vt vno modo īdebite circūstātionato erit pecca
tū veniale: ⁊ vt alio modo etiā circūstantionato indebi-
te erit mortale. ergo ⁊c. ¶ Quarta ꝯclusio est: q̄ pecca-
ta venialia ⁊ mortalia vt sumpta virtualiter ꝓ reatu/ nō
distinguūtur specie saltem quantū ad penam aliquā ad
quā ꝓpter vtrūqꝫ peccatū tāꝫ veniale vcꝫ q̄ mortale est
quilibet obligatus. ¶ Hec appet. qm̄ cū reatus sit obli-
gatio ad penaꝫ/ reatus qui eādem penā specie respiciūt
eiusdem rationis existūt. sed pena saltem aliqua debita
peccato mortali ⁊ veniali est eiusdem speciei. ergo ⁊c.
¶ Minor apparet. quoniā pena damni debita peccato
mortali est carentia perpetua glorie dei. pena aūt damni
debita veniali est carentia eiusdem glorie non ꝓ perpe-
tuo sed ad tempus. sed carere aliquo maiori vel minori
tēpore non differunt specie. ergo pena damni debita mor
tali ⁊ veniali est eiusdem speciei. Pena etiā sensus eius-
dem speciei esse videtur saltem loquendo de pena sensus
qua anima separata a corpore affligitur in inferno eter-
naliter ꝓ mortali peccato/ ⁊ in purgatorio ꝓ veniali. hu
iusmodi enim pena siue sit dolor siue tristitia: nō videtur
distingui in istis ⁊ in alijs nisi vel sicut intēsius ⁊ diutur
nius a remissiori ⁊ min9 durabili/ vel tm̄ sicut diuturni9
et minus diuturnum seu durans. constat enim penā sen-
sus damnatorum esse eternalem: aliorum autem tm̄mo-
de temporalem. An autem pena damnatorum sit inten
sior q̄ pena existentium in purgatorio quātuꝫ durat/ nō
sic est expressuꝫ/ licet ꝓbabile videatur. sed siue sic pona
tur siue aliter/ sequitur ꝓpositum: vcꝫ q̄ pene hmōi non
sint distincte specie/ nec ꝑ ꝯsequēs reatus eas respiciē-
tes. ¶ Ex p̄dictis omnibus apparet q̄ nullo modo vni
uersaliter loquendo peccata venialia ⁊ mortalia specie
distinguūtur nec vt materialiter nec vt formaliter nec vt
virtualiter accipiunt. ¶ Et sic ad questionem. ¶ Ad ra
tionem in principio dicendū: q̄ falsuꝫ accipitur in mino
re. magis enī distinguūtur omnia peccata mortalia spe-
cie distincta etiā venialia inter se dispata ⁊ specie simili
ter distincta: q̄ venialia ⁊ mortalia distinguantur vt for-
maliter accipiūtur/ ⁊ ad eūdem actum vel etiā ad diuer
sos/ sed tamē ad easdē circūstātias specie cōparantur. Ut
aūt peccata accipiūtur virtualiter ꝓ reatu: sic ꝯcedi po
test q̄ magis mortale quōcunqꝫ a veniali q̄ vnū mortale
ab alio distinguatur. quoniam cuicūqꝫ peccato mortali
debetur pena cōsimilis: videlicet eterna. veniali aūt tm̄
modo temporalis.

T Ertio quero: vtrum peccatum
congrue diuidatur in peccatū cordis/ oris/ ⁊
operis. ¶ Et videtur q̄ sic per Magistrum
ipsum sic in litera dicentē. oē etiam peccatū
consistit in aliquo istorum trium predictoruꝫ. sed vnum
quodqꝫ congrue in illa diuiditur: in quorum quolibet sal
uatur: ⁊ per omnia simul sumpta sufficienter simul eua-
cuatur. ergo ⁊c. ¶ Contra. quia peccatū omissionis nec
est cordis nec oris nec operis. Quod apparet. quia pec
catū cordis ꝯsistit in actu interiori: peccatum vero oris
in verbo/ ⁊ peccatum operis in facto cōmisso. sed in nul-
lo istorum consistit peccatum omissionis: cum nec dicat
interiorem actum/ nec verbum/ nec aliquod factum.
ergo ⁊c. ¶ Responsio. vbi est videndum. Primo an ve-
niale possit fieri mortale peccatum. Secundo respondē
dum est ad quesitum.

Quantum ad primū: est sciendum q̄
peccatū potest sumi vel scdm se formaliter vt priuatio
talis actus vel rectitudinis ipsi debite: vel materialiter
pro substrato actu: vel virtualiter ꝓ reatu. ¶ Hoc pre-
misso/ pono tres cōclusiōes. ¶ Prima est: q̄ accipiēdo

ista peccata materialiter pro actu/ veniale peccatū potest fieri mortale: & ecōuerso mortale potest fieri veniale sic intelligendo q idem actus in specie & etiā forte numero potest esse nunc sub vno & postea sub alio peccato istorum. ¶ Hec apparet. quia vt dictū fuit in alia q̄stione in eodem actu in quo vt vno modo facto est peccatū veniale/est mortale vt alio modo facto. ergo &c. ¶ Secūda conclusio est: q accipiēdo ista peccata virtualiter ꝓ reatu/ mortale peccatū sepe efficit̄ veniale: nūq̄ aūt accidit econuerso. ¶ Hec appet. q̄z reatus peccati mortalis est obligatio ad penam eternā. reatus aūt peccati venialis ad penam aliquā temporalē. sed pena eterna debita peccatori ꝓ peccato mortali/mutatur sepe in temporalem sicut in penitentia: ꝓpter quā obligatio ad penam eternam mutatur in obligationē ad penā aliquā temporalē nūq̄ aūt fit ecōuerso: vcȝ q obligatio ad penā temporalem peccato veniali debitā mutetur in obligationem ad penam eternā peccato mortali debitam. ergo &c. ¶ Tertia conclusio est: q vt ista peccata accipiūtur formaliter neutrū fit alterum: loquendo de illis que sunt alterius speciei/licet de aliis que sunt eiusdē speciei forte aliqualiter contrariū posset dici. ¶ Hec apparet. q̄z neutrum oppositorū fit alterum. sed ista peccata vt specie distincta sunt aliquo mō opposita. non sic aūt illa q̄ sunt eiusdem speciei. ergo &c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundū: vbi est respōdendum ad quesitū: dr̄ et rationabiliter a quodā doctore q peccatū nō diuiditur essentialiter in ꝓdicta tria genera peccatorum. sed talis diuisio sicut & alie multe quibus peccata cōmuniter diuidūtur/accipit̄ scd̄m aliquas conditiones peccato extrinsecas. ¶ Ad cui⁹ euidētiā scd̄m eundē sciendum est: q septē considerantur in peccato. secundū que licet sibi extrinseca saltem aliqua ip̄m peccatum diuidit̄ septē modis. ¶ Primo eīn potest cōsiderari in peccato principalitas. & scd̄m hoc diuiditur in septē capitalia & principalia peccata: sub quorum quolibet plurima cōtinentur. ¶ Secūdo potest in peccato considerari eius origo: q̄ est triplex: vcȝ timor/amor/& cupiditas. vnde Augustinus sup illud Psal. Incēsa igni & suffossa dicit q omne peccatum cōmittitur vel amore vel timore vel cupiditate. cuius sunt tres radices: quas enumerat Joā. in prima sua canonica: quādo dicit q oē qđ est in mundo aut est concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum: aut superbia vite. Est enim cupiditatum alia respectu excellentie: & hec dicitur superbia. Alia respectu diuitiarum: & hec dicitur concupiscentia oculorum. Et tertia respectu delitiarū: que carnis cōcupiscētia nuncupatur. Timor autem & amor sunt radices peccatorum: quia omnis peccans peccat aut impellendo se in malum: & huiusmodi radix est amor: aut retrahēdo se a bono: cuius radix est timor. ¶ Tertio in peccato potest considerari modus agendi. & sic oritur diuisio peccatorum trimembris: qua cōmuniter dicitur q peccatum quādoq̄ oritur ex infirmitate: quādoq̄ ex malitia: quādoq̄ ex ignorantia. omnis enim peccans aut peccat sciēter non propulsatus a passione. & talis dicitur peccare ex malitia. aut sciens: sed tamen impulsus a passione. et sic dicitur peccatuȝ ex infirmitate. aut nesciens/& sic est peccatum ex ignorantia. ¶ Quarto in peccato consideratur immediatū subiectum qđ est actus humanus. & secundum diuersitatem talis actus accipitur quarta diuisio peccatorū: de qua queritur in questione ista/& quam Magister ponit in litera. Actuū enim humanoruȝ alius est omnino extrinsecus. & in tali dicitur esse peccatū operis. Alius omnino intrinsec⁹: in quo dicitur esse peccatū cordis. Et tertius medius quasi partim extrinsecus et partim intrinsecus: in quo dicitur peccatum oris esse. ¶ Quinto potest considerari in peccato obiectū: puta illud in quo peccator dicitur peccare. qđ dicitur eē illud cuius bonū adimit quātum est ex se. & hoc modo diuidit̄ quinto peccatum/ q̄z dicitur q peccatorum aliud est in deum & aliud in proximū & aliud in seipsum. Dicitur enī peccatum in deum illud quo peccator quantū est ex se diminuit bonū dei. Peccatum aūt in proximū/ illud quo peccator diminuit bonū proximi: vt peccatū inuidie murmurationis & detractionis. In seipsuȝ dicitur autē illud per qđ diminuitur bonū peccantis ꝓprium de directo. ¶ Sexto consideratur in peccato debita ipsi pena. & secundum hoc in ordine ad penam accipitur sexta diuisio peccati vulgata/que dicitur q peccatorū aliud est mortale & aliud veniale. Dicitur aūt mortale illud cui pena debita est mors eterna & irremissibilis: quia interminabilis. Veniale autē dicitur cui debetur pena remissibilis siue terminabilis: quia temporalis. ¶ Septimo & vltimo consideratur in peccato lex contra quā venit & a qua deuiat. que quidem lex est diuinū preceptum. qđ quidē diuinū ꝓceptum diuiditur in affirmatiuū & negatiuū. Et in ordine ad ista diuina precepta accipitur alia diuisio peccatorum qua peccatum ip̄m diuiditur in peccatū ꝯmissionis & omissionis. Dicitur enim peccatuȝ omissionis illud qđ deuiat & est contra preceptum affirmatiuū. Commissionis vero peccatum dicitur oē illud qđ est contra preceptum negatiuū. ¶ Ex ꝓdictis apparet quomodo intelligenda sit ista diuisio peccati de qua queritur. non enim peccatum vt formaliter sumptū diuiditur in tria ꝓdicta vt materialiter ꝓ actibus sumpta/nisi sicut priuatio in diuersa subiecta. nec etiā in ip̄a vt formaliter sumpta diuiditur/sicut in diuersa scd̄ȝ speciem eiusdē rōnis. Potest enī esse peccatum vt formaliter sumptū in cōsensu interiori: qđ dicitur peccatū cordis: in verbo vocali qđ dicitur peccatū oris: in facto exteriori qđ dicitur peccatum operis. Eiusdē rationis dico non in ordine ad subiecta sed ad circūstātias: quarum priuationes dicūt̄ ista peccata vt formaliter sumpta. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationē in principio apparet solutio ex ꝓdictis. q̄z scd̄m ꝓdicta cum peccatum in tali diuisione non diuidatur nisi in ordine ad actum substratum/ nō se extendit diuisio huiusmodi ad peccatuȝ omissionis: sed tm̄ ad peccata commissionis. Vel etiaȝ posset dici q ī mo peccatorū omissionis aliud posset dici cordis: vt illud qđ est omissio alicui⁹ act⁹ interioris debiti ab omittente. aliud oris: vt omissio diuini officii: & aliud operis vt omissio act⁹ exterioris debiti ab omittente.

Quarto & vltimo quero: vtrum peccatum in vniuersali acceptum congrue & sufficienter in septem vitia vulgata & capitalia diuidatur. ¶ Et videtur q sic. quia omne cōmune sufficiēter per illa inferiora diuiditur extra que in nullo alio reperitur. sed extra ista septem capitalia et principalia peccata nullum peccatum reperitur. omne enim peccatum sub illorum aliquo continetur. ergo &c. ¶ Contra. quia sufficienter in aliqua diuisum non reperitur in aliquo extra illa. sed multa sunt peccata que nō videntur sub illo septenario contineri: vt peccatum infidelitatis & desperatiōis & alia multa. ergo &c. ¶ Rūsio. vbi sic procedam. Primo enim ostendam quomodo peccatum mortale & veniale in ordine ad sibi extrinseca distinguantur. Quomodo enī vt secundum se accipiuntur distinguant̄/ tam in precedentibus est ostensum. Secūdo inquiram quomodo potest diuidi mortale peccatum siue veniale formaliter acceptum. Tertio dicam ad quesitum.

Quantum ad primum: est sciendum q aliqua est conuenientia/ et aliqua differentia inter ista duo peccata in ordine ad eis extrinseca. In hoc siquidē conueniūt: quoniā vtrūq₃ tam veniale vez q̄ mortale infert mortem/ et aufert aliquo modo vitam. tam peccatū veniale em̄ q̄ mortale est culpa vel mors anime: qua mediante ipsa incurrit mortem pene/ et amittit licet differēter vitam glorie in sequenti. ¶ Differunt aūt ista primo quia peccatuz mortale non tm̄ aufert vitam glorie in sequenti: sed etiam vitam gratie in p̄senti. nullum autem veniale peccatum nec omnia simul sumpta gratiam auferūt nec remittūt. ¶ Secūdo: quia peccatū mortale p penitentiam non remissum aufert in sequenti vitam glorie: et infert mortem pene nō aliquo finito tempore: sed ad semper. veniale autem non infert totalem remotionē sed temporalem dilationem glorie eternalis/ nec p consequens afflictionem mortis pene infernalis sed temporalis tm̄. ¶ Ex quo aliqui inferunt et rationabiliter vt in quarto prolixius ostendetur: q damnati in inferno pro nullo veniali peccato eternaliter sed tm̄ temporaliter puniuntur. ¶ Tertio distinguūtur: quia mortale peccatum cum sit gratie ablatiuū/ est etiā consequēter omnis operationis meritorie mortificatiuum. non sic autem veniale peccatum: quia nec aufert gratie donum/ nec per consequens mortificat aliquod opus bonum. nec enim aliquod opus meritorium dicitur mortificari nisi quia efficitur indignū vita glorie debita. ¶ Probo sic: nunq̄ aliquod opus meritorium efficitur tali vita sibi debita indignum nisi quando vita glorie remouetur. est enim gratia antecedens ad gloriam ex diuino solo statuto necessario requisitum. sed solum mortale peccatum non autē aliquod veniale est istius vite gratie demeritorie ablatiuū. ergo solum ipsum est mortificatiuū omniū meritorum. Et ꝓpter tria p̄dicta tale peccatum mortale quasi antonomatice nuncupat̄. Primo videlicet quia expulsiuū vite glorie. Secundo: quia mortificatiuū omnis operationis meritorie. Tertio: quia inflictiuū mortis pene eterne. Peccatū autem veniale habet contraria supradictis. nec enim propter ipsum expellit̄ vita gratie: nec mortificatur bonum alicuius actionis meritorie in presenti/ nec infligitur mors pene eternalis sed temporalis. Et ideo dicitur veniale: nō quin aliqualiter sit mortale pro quāto infert mortem pene temporalis: et etiam aufert vitam glorie eternalis saltem ad tempus. sed dicitur veniale quia in comparatione ad aliud mortale simpliciter dictum est minimū et facillimū ad veniam ꝓmerēdū: licet in se sit magni ponderis et meroris. non enī est in anima sine magno onere et horrore illud ꝓpter qd̄ ipsa retardatur etiam in instanti ab ingressu seu consecutione beatitudinis sibi debite sempiterne. sed propter peccatum veniale non tm̄ anima a corpore separata a gloria retardatur: in qua retardatione a diuina visione et fruitione cruciatur: sed etiam pena sensus alia agitatur. quare etc. ¶ Ex predictis sequitur corollarie: q licet tā in veniali peccato q̄ in mortali sit conuersio ad bonum aliquod commutabile/ saltem loquendo de peccato commissionis: in solo tamen mortali peccato est etiam auersio ab incommutabili bono puta a deo. ¶ Primū/ vez q in omni commissionis peccato sit conuersio ad bonū aliquod commutabile/ apparet. quia omnis sic peccans peccat in eliciendo aliquem actum indebitum quē elegit/ et ad quem libere se ꝯuertit. ¶ Et si arguatur cōtra hoc: quia ita etiam omnis qui meretur se conuertit ad aliquod cōmutabile bonum/ puta ad ipsum meritorium actum: Dico q non est de merente et de peccante simile propter duo. Primo: quia huiusmodi actus meritorius licet vt in se formaliter sumptus sit aliquid commutabile: est tamen virtualiter incōmutabilis: quia bonū incōmutabile videlicet eternū premium ꝓmeretur. Secūdo quia qui meretur/ actum meritorium ad quē se cōuertit elicit et eligit propter deum: alias non esset perfecte meritorius talis actus. omnis autem se conuertens ad aliquid propter aliud/ principalius se conuertit ad illud ꝓpter qd̄ ad aliquid aliud se conuertit. et ita conuertēs se ad actū meritoriū qui est aliquo mō ꝯmutabilis/ prius et principalius se conuertit ad bonū formaliter incōmutabile qd̄ est deus. sed hic contraria sunt in quolibet siue mortaliter siue tm̄ venialiter delinquēte. q̄re etc. ¶ Secundū: vez q in peccato mortali sit aliquo modo auersio a deo/ apparet. quia omnis se conuertens ad aliquid vel etiam omittens aliquid ꝓpter qd̄ amittit gratiam alicuius/ ab illo cōsequēter et virtualiter se auertit. sed omnis peccans mortaliter cōmittendo se conuertit ad aliquid et omittendo omittit aliquid ꝓpter qd̄ gratiam dei perdit. ergo in omni peccato mortali est auersio a deo nō formaliter et positiue: qualis auersio est in actu odiendi/ nec etiam negatiue tm̄ qualis auersio est in non velle: sed virtualiter/ modo quo infirmus auertēdo se a potione amara ad salutem necessaria/ vel conuertendo se ad aliquid nociuū infirmitatis inductiuū/ ab ipsa sanitate p consequēs se auertit. ¶ Tertiū/ vez q huiusmodi auersio etiā virtualis sola nō sit in aliquo veniali peccato/ apparet propter cōtrariā rationē. quia nullus ꝓpter aliquid cū quo stat gratia alicuius/ dicitur auertere se ab illo. sed cū omni veniali culpa stat dei gratia. g etc. ¶ Hec de primo

Quantum ad secundū: est sciendum q cū priuationes distinguātur p habitus: ideo cū peccatū vt formaliter sumptū dicat aliquid priuatiuū non positiuum: p ꝯñs eius numerus et distinctio habet sumi aut per habit⁹ bonos/ cuiusmōi sunt septē virtutes: qrū tres dicūtur theologice/ et alie quatuor cardinales: aut p act⁹ bonos et meritorios: cuiusmōi sunt act⁹ obseruātie p̄ceptorū. Primo mō dicēdo ponerētur septē peccata: quorū aliud eēt directe oppositū charitati/ aliud fidei/ aliud spei/ aliud prudētie/ aliud tēperātie/ aliud iustitie/ et aliū fortitudini seu cōstātie. Sed q: pctm̄ saltem materialiter cōsistit non in habitu sed in actu cōmisso vel omissō nec p ꝯñs est priuatio habitualis sed tm̄ actualis: ideo melius in ordine ad meritorios actus q̄ ad habitus sumitur distinctio peccatoꝝ. Et ideo isto mō scd̄o sunt distinguēda pctā: vez p actus bonos/ cuiusmōi sunt obseruātie p̄ceptoꝝ dei et cōsiliorū Christi. qm̄ culpa nō est nisi quedā iniustitia actualis nō habitualis. ergo cū actuales iniustitie p actuales iustitias/ sicut habituales p habituales/ vt priuationes p habitus distinguant̄: sequit̄ cum actus hmōi p̄ceptoꝝ sint q̄dā actuales iustitie q p ipsos peccata hmōi mortalia distinguant̄. ¶ Cōfirmat̄. q: actus meritorij tm̄ sunt actus seu obseruātie p̄ceptorum et consilioꝝ. ergo et demeritorij sunt actus oppositi. sed demeritū respicit meritū vt priuatio habitū. priuationes aūt p habitus distinguūtur et numerātur. ergo et pctā mortalia p p̄cepta tm̄/ vel simul p cōsilia et p̄cepta. ¶ Si p̄mo mō: vez tm̄ p p̄cepta distinguāt̄: erūt decē peccata mortalia decē actibus ꝯtraria vl̄ priuatiue opposita. Quorū aliud est cōtra p̄mū prime tabule p̄ceptū: nō habebis deos alienos. Cōtra qd̄ p̄ceptū pōt quis tripliciter peccare mortaliter. Uno mō ꝯtrarie p pctm̄ idololatrie: deū vez aliū adorādo. Scd̄o mō etiam ꝯtrarie p odiū verū deū respuēdo. Tertio mō p̄uatiue/ ip₃ deū verū mēte actualiter nō colēdo. ¶ Et si q̄ras cum sit p̄ceptū vnicu₃ quomō potest esse triplex mortale peccatum ipsi oppositū: Rñdeo q licet hmōi p̄mū p̄ceptū sit vnicum

est tamen ad tria obligatiuū: vez ad nō adorandū deum alium: ad non respuendum deum verum/et tertio ad colendum interius mente ipm. grauius enim est et plus dicit deum mente respuere q̄ ipm non colere. quoniam nō colere tm̄ dicit actum debituz suspendere/ sicut nō velle sed respuere est actum contrarium elicere sicut nolle. ¶ Secundum peccatum est contra secūdum eiusdem tabule preceptum: Non assumes nomen dei in vanū. contra qd̄ errāt omnes falsum iurantes/deum ipsum in sue falsitatis testimonium adducentes: omnes etiam periuri sua promissa licita non complentes: et vniuersaliter omnes incaute et ideliberate se facturos aliquid eis illicitum per deum pmittentes. qui omnes predicti peccāt contra predictum preceptum contrarie. Contradictorie autem peccant contra ipsum omnes deum verbo non honorantes nec laudātes quando tenentur: vt clerici diuinū officium omittentes. huiusmodi enim p̄ceptū obligat semp et p semp ad aliquid negatiuū puta ad nomen domini nū q̄ vane ore tenus assumendum: et non p semp sed pro aliquando ad aliquid positiuū: videlicet ad ipm vocaliter reuerenter et vtiliter assumendū. ¶ Ex quo apparet q̄ dupliciter errare potest aliquis contra ipsum: videlicet contrarie: ipsum dn̄i nomen inaniter assumendo. et contradictorie: ipsum quādo oportet non vtiliter assumendo. quomodo etiam videretur peccare cōtra ipz ille qui nollet iurare aliquod licitum et debitum ad iurādum. iurans enim licite et debite per deum vocaliter / extollit eum ipsum adducendo vt infallibilem et indeceptibilem veritatem. ¶ Tertiū mortale peccatum est cōtra tertium p̄dicte tabule p̄ceptū: vez Memento vt diē sabbati sanctifices. Cōtra qd̄ preceptū etiā dupliciter peccare contingit: videlicet contrarie opus seruile prohibitum faciendo: et contradictorie seu negatiue puta spiritualem cultum deo debitum omittendo. et sic habemus tria peccata mortalia tribus preceptorum prime tabule actibus contraria seu priuatiue opposita: quorū quodlibet in tot diuiditur quot preceptum ipsum complectitur cui opponitur. ¶ Aliis septem actibus seu obseruātijs preceptorum secunde tabule alia septē peccata mortalia opponūtur. Quorz primū opponitur primo: qd̄ est honorare parentes. contra qd̄ preceptum quia obligatiuū p semp ad non inhonorandum/ et p aliquando ad honorādum/ potest quis peccare cōtrarie vel positiue ipos inhonorando siue exterius siue etiam in mente interius vel ɔtradictorie siue priuatiue ipos nō honorādo nec facto eis subueniendo. ¶ Secundū mortale peccatum est contra secundum eiusdem tabule preceptum. qd̄ est: non occides. Contra qd̄ preceptum est nō tm̄ homicidiū positiuum sed etiam permissiuum et quodcunq3 proximo inflictiuum corporale notabile nocumētum. qui enim aliū vulnerat vel mutilat vel mori permittit cum ipsi subuenire possit/ cōtra hoc preceptum directe agit. ¶ Tertiū peccatum est contra tertium preceptum. qd̄ est: non mechaberis. contra quod licet solius operis exterioris explicite interdictiuū peccat̄ p exteriorem actū et etiam per interiorem cōsensum: iuxta illud Matth. 5. Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est in corde suo. cuicunq3 enim interdicitur actꝰ exterior explicite/et cōsensus interior implicite. ¶ Quartum peccatum est contra quartum preceptum. non furtum facies. contra qd̄ etiam licet non sit primo consensus interior: sed tm̄ actus exterior: tamen vtrūq3 horum est aliqualiter contra ipsum. ¶ Quintū est contra quintum: qd̄ est: non loqueris contra proximū tuum falsum testimonium. contra qd̄ peccant non tm̄ falsum imponētes crimen: sed etiam malum occultum publicando aliū diffamantes: vel bonum diminuendo eum denigrantes/ vel substrahendo totaliter detrahentes. que omnia sunt consimiliter contra istud preceptum siue facta interius per consensum/siue facta exterius per effectum. et ratio huius est: quia eodem precepto quo interdicitur aliquis actus exterior / intelligit̄ ɔsimiliter interdici videlicet implicite consensus interior: nisi de ipso interiori cōsensu apponatur aliud speciale mandatum: qd̄ non est in proposito. ¶ Sextum peccatum est directe contra sextum mandatum. qd̄ est: non concupisces rem proximi tui/nō ancillam nec omnia que illius sunt. Contrā quod preceptum agitur per solum consensum: quoniam actus exterior prohibetur alio speciali mandato. ¶ Septimū et vltimum est contra septimum preceptum. qd̄ est: non desiderabis vxorem eius. contra qd̄ etiam propter p̄dictā rationē agitur per consensum solū. ¶ Transgressiones trium Christi consiliorum que sunt mortalia peccata vouentibus ipa/ et per cōsequens obligatis ad ea/ possunt reduci ad secundum peccatum mortale oppositum secūdo precepto prime tabule. quoniam omnis faciens contra votum/ nomen dei assumit in vanum. sed omnis ad consiliorum obseruantiam obligatus transgrediens aliquod ipsorum facit contra votum quo se ad eorum obseruantiam obligauit. ergo &c. ¶ Ex predictis appet verū esse qd̄ superius fuit premissum: videlicet q̄ omnia peccata sunt quedam iniustitie actuales opposite iustitijs actualibus: videlicet actuum preceptorum. Hoc siquidem apparet per predicta peccata omnia discurrendo. ¶ Et p̄mo hoc patet de primis tribꝰ peccatis/prime tabule tribus preceptis contrarijs. quoniam iniustum est qd̄ debetur alicui nolle ipi sed alteri reddere. sed deo debetur actus mentis quo colatur: laus oris quo extollatur/et cultus operis quo realiter exterius ostēdatur: ergo iniustitie est ista vel ipsorum aliquod vel deo nolle reddere vel velle alteri cui non est debituz exhibere. sed in hoc consistunt vt apparet ex predictis prima tria peccata primis tribus preceptis vel eorum obseruantijs opposita. ergo &c. ¶ Secundo apparet idem de alijs omnibus. quoniam quilibet tenetur suis parentibus honorem impendere/et proximum non ledere aliquo istorum sex modorum: quibꝰ sunt sex data mādata. ergo cum in septem peccatis vltimis factis contra ista septem mandata sint opposita: per ɔn̄s sequit̄ propositum: videlicet q̄ quodlibet ipsorum sit quedaz iniustitia actualis. ¶ Tertio hoc idem apparet de omnibus transgressionibus consiliorum Christi. quoniam (vt dictum est) omnis faciens contra votum licitum facit contra scd̄m prime tabule preceptum: quia videlicet nomen domini assumit in vanum. in hoc autem est iniustitia vt predictum est. ergo &c. ¶ Sed posset aliquis querere: qd̄ peccatuz est vel contra qd̄ preceptum contēptus consiliorum Christi? ¶ Ad hoc dicendum est: q̄ si cōtēptus huiusmodi sit in mente: est contra primum prime tabule preceptum. Si autem in ore/ contra secūdum. ¶ Primum pbatur. quoniam (vt sepe dictum est) ex illo primo precepto: non habebis deos alienos: non tm̄ interdicitur actus idololatrie impendēdus alicui creature: sed etiam p̄cipitur interior actus quo deus est mente colendus. sed qui Christum vel aliquod eius consiliū spernit/deum contemnit cum Christus sit vere deus. ergo talis peccat mortaliter contra primum p̄ceptum prime tabule faciendo: non tm̄ negatiue deum nō colendo: sed etiam qd̄ est grauius positiue siue contrarie ipsum mente interius cōtemnendo ¶ Scd̄m/videlicet q̄ contemnentes consilia ore cōtra ipa et eorum obseruatores latrando et murmurādo peccant contra secundum prime tabule preceptum/ apparet. quoniam ex illo secundo mandato: non assumes nomen dei in vanum: tenemur ad deum interduz vocaliter

laudandum ⁊ ad nihil ipsum ore vocaliter contemnendū. sed hoc facit qui aliqd Christi consiliū mēte cōdēnat ⁊ spernit ore.ergo ⁊c. ¶ Cōfirmatur.quia si assumere nomen dei in vanū est mortale peccatum cōtra secūdū preceptum: multo magis mēte tenere vel verbo asserere aliquod Christi consiliū esse vanū: est peccatū contra idem preceptū. Unde ⁊ grauius peccat qui aliquod Christi cōsilium mente condemnat vel verbo impugnat: φ qui aliquod falsum iurat/ vel quōcūq₃ aliter nomē dei assumit inutiliter. Primū enim videtur esse error nō tm̄ in moribus sed ⁊ in fide.nullus enī potest dei sperinere mēte sine infidelitate. ¶ Ex quo sequitur corollarie: φ multo grauius ⁊ periculosius peccant oēs ad consiliorū obseruantiam nō astricti ea cōtemnēdo ⁊ cōtra ea obloquendo: φ astricti ex voto ad eorum obseruantiā ipa trāsgrediēdo. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium & vltimum: est

sciendum φ peccatū cōueniēter ⁊ sufficienter in.7.capitalia peccata diuidi/potest dupliciter intelligi. Uno modo sic φ omne peccatū sic sub illis.7.contineatur φ ipm sit aliquod illorū formaliter. Alio modo φ sic omnia peccata possibilia sint sub istis.7.cōtenta φ omnia possibilia vel sunt illa formaliter vel oriūtur ab eis occasionaliter ⁊ quodāmodo originaliter. Et isto modo ista.7.vitia puta auaritia/gula/luxuria/vana gloria/ira/inuidia/ et acidia/ dicūtur ⁊ dici possunt vitia capitalia. qr ex quolibet ipsorum oriuntur multa vitia alia: sicut ex acidia q̄ est tristitia de operatione dictata a recta ratione/oritur euagatio pusillanimitas ⁊ desperatio. ex superbia oīa alia secūdū Gregoriū: qui ponit.41.moraliū cap.3.φ.7. peccata mortalia sunt quasi duces sub vno principe qui est superbia. Qd̄ non sic est intelligēdum quasi qdlibet aliorum sit superbia formaliter: sed quia ex ipa sequuntur omnia occasionaliter ⁊ originaliter. ⁊ sic de quolibet aliorum.7.a quibus omnibus multa oriuntur causaliter seu occasionaliter: que tamen nō sunt ipa formaliter. ¶ Hoc pmisso/pono duas conclusiones. ¶ Prima est: φ peccatū non diuiditur sufficienter in septē vitia capitalia supradicta/primo modo intelligendo. ¶ Hec apparet.quia sic diuisum sufficiēter in aliqua non reperitur in aliquo sub nullo illorum diuidentiū cōtento. sed peccatum diuisum reperitur in multis que non sunt formaliter aliquod illorum septem capitalium pdictorū/ sicut de infidelitate ⁊ desperatione arguebatur in principio ⁊ de aliis innumerabilib' posset dici.ergo ⁊c. ¶ Secūda conclusio est: φ peccatum sufficienter ⁊ cōueniēter diuiditur per ista septem capitalia vitia secūdo modo intelligendo. ¶ Hec apparet p rationem contrariā. quoniam nullum potest reperiri peccatū qd̄ nō contineatur sub aliquo septem pdictorum aliquo illorum duorū modorum: vel formaliter vt inferius sub suo superiori/vel originaliter seu occasionaliter/ vt effectus aliquo modo sub causa. Ad hoc autē ostēdēdum oporteret omnia peccata enumerare: ⁊ ostendere de quolibet: a quo septē istorū capitaliū oriretur: qd̄ esset nimiū prolixum. ¶ Et ideo hoc omisso/ ad vidēdū distinctionē istorum septē capitalium inter se a quibus oriūtur alia/est sciēdum secūdum vnū doctorem: φ voluntas committēdo peccat: quia inordinate fertur in aliquod bonum appetibile. est autē huiusmodi bonū triplex: vel vtile delectabile ⁊ honestū. respectu cuiuslibet istorum potest esse in homine appetitus inordinatus ad quē inclinat aliquis habitus vitiosus. Bonū vtile dicitur est illud qd̄ nō est p se appetibile/sed ppter aliud: sicut diuitie que nō sunt p se appetibiles vt dicit phs.4.ethicor. et respectu talis appetibilis: vel vtilis/est auaritia. Est enī auaritia inordinatus appetitus alicuius nō ppter se sed ppter aliud appetibile: qualiter appetibile dicitur vtile. Bonū autem delectabile est duplex scd̄m duplicē appetitum in hoīe existentē. est enī vnus hominis appetitus ⁊ delectatio ptinens ad cōseruationē indiuidui: quia vel respicit actū quo ipm indiuiduum conseruatur: vt actus gustus circa eius appetitum inordinatū est vnū vitium capitale: vel gule. Alius est appetitus ⁊ delectatio ptinens ad cōseruationem speciei: quia vel respicit actū quo species cōseruatur: vt actus generationis circa eius delectationē appetitus inordinatus est aliud vitium capitale qd̄ dicitur peccatum luxurie. Tertium bonū appetibile dicitur bonū honestū. circa huiusmodi aūt bonū seu eius appetitum non potest esse inordinatio de directo. nec enī appetere sciētiam vel virtutes que sunt de numero talium bonorum/ est malum. sed bene est malū appetere talia tm̄ in existimatione hominū: vt appetere videri sapientē ⁊ virtuosum magis φ esse/est malum puta inanis glorie vitiū. Unde quartum capitale peccatum qd̄ est inanis gloria/ est appetitus boni honesti non secūdū se sed in ordine ad existimationem hominū: quia ⁊ talis appetitus est inordinatus non alius quo bonum honestum scd̄m se in rei veritate queritur nō in existimatione aliorum. Et sic habem' quatuor capitalia vitia: quorum primū qd̄ est auaritia/ ē tm̄ circa bonū vtile. secūdum vel gula: est circa bonū delectabile ptinens ad gustum. tertium autē quod est luxuria est circa bonum similiter delectabile ptinens ad tactum. et quartū quod est vana gloria circa bonum honestum nō scd̄m se sumptum sed vt comparatū ad existimationē hominū. ¶ Ad videndū aūt distinctionem ⁊ sufficientiā aliorum trium capitalium peccatorū additur φ appetitus dupliciter fertur in triplex bonum predictum. Uno enim modo fertur in ipsum delectando et in eo conquiescendo. Alio modo in quodcūq₃ ipm phibens insurgendo ad remouendum vel omne tal' boni impeditiuū. ⁊ sic accipitur sufficientia ⁊ distinctio aliorum trium capitalium vitiorum: puta ire/acidie/ ⁊ inuidie. ¶ Ad cuius euidentiam est sciendum: φ cōtra phibens seu impediens huiusmodi bonū appetibile supradictum/ dupl'r appetitus insurgit. Uno enī modo insurgit appetitus cōtra omne impediens seu phibens quodcūq₃ trium bonorum appetibilium pdictorum: siue illud sit bonum vtile siue delectabile siue honestum. ⁊ talis insurrectio vniuersalis est ira. non enim ira est aliud φ habitualis vel actualis insurrectio cōtra impedimentum appetibile cuiuscunq₃. Secūdo modo est insurrectio contra impediens bonū appetibile aliquod speciale: ⁊ maxime cōtra impediēs bonum spirituale ⁊ honestum. huiusmodi autem talis insurrectio potest esse vel contra impediens tale bonum secūdum esse ⁊ in rei veritate: vel cōtra impediens ipm secūdum videri ⁊ opinionē seu famā aliorum. Primo modo posset appetitus insurgere dupliciter: videlicet positiue ⁊ priuatiue. Primo mō insurgēdo nulla potest in ipo esse inordinatio imo ordinatio. est enī virtuosum ⁊ commendabile insurgere positiue cōtra quodcūq₃ impediens bonū honestū. Ut autē secūdo modo appetitus insurgit contra impediens tale bonū puta priuatiue/potest esse in ipo inordinatio ppter defectum qr vel nō īsurgit sic efficaciter vt deberet contra impediens tale bonū ad bonū huiusmodi psequēdū. ⁊ sic oritur inordinatio in appetitu/ que dicitur acidia. sicut enī in alimēto corporali bonus sapor multum facit ad hoc vt appetitus trahatur in bonū delectabile: sic in bono honesto qd̄ ē cibus qdā spūalis/gustus ei' sapor trahit mētē ad tale appetibile. ⁊ hinc est φ cui sapit bonum rationis despicit oīa alia corpalia bona scd̄m phm.7.ethicor. ⁊ p ɔ̄ns qn̄ appetitui despicit operatio bōa scd̄m rectā

rationē/tunc in ipo oritur inordinatio que acidia nūcupatur. nec eñ acidia est aliud ꝙ tristitia de opatione bona a recta ratione dictata: q̄ tristitia nō est nisi quoddā despere respectu talis boni. quod quidem despere ꝓhibet appetitum insurgere efficaciter ad ipz bonū ꝓsequēdū/ ꝛ ad ipm impediēs remouendū. ¶ Si aūt sit bonum honestū tm̄ scdm videre ꝛ existimationē aliorum: qꝛ vez est aliquid qd facit bonū illud minus apparere in cōspectu hominū: hoc quia huiusmodi bonū vnius reperit maius vel equale in altero/ ꝓpter qd alius nō reputat excellens: tūc omnis appetitus insurgēs ad repellendū tale bonum in altero: quod quidem est repressiuum boni sui scdm famā/ est inordinatus inordinatione que dicitur peccatū inuidie. nō eñ inuidia est aliud ꝙ tristitia de bono alterius nō absolute: sed inquantū bonū ꝓpriū inuidi facit minus in conspectu aliorum. ꝛ hoc est quia bonū in plures diuisum nō appet in vno ipsorū tātū quātū si esset in vno solo. ¶ Sic apparet numerus ꝛ sufficientia. 7. capitalium vitioꝝ que ad oīa vitia se extēdūt aliquo duoꝝ ṗdictoꝝ modoꝝ: excepto vitio superbie qd est scdm Gregoriū vbi supra/ caput ꝛ principium seu origo omniū ṗdictoꝝ. ¶ Sed nūquid vitia ista. 7. capitalia su pradicta sunt cōmunia ad oīa tam mortalia ꝙ venialia peccata: an tm̄ ad mortalia se extēdūt? Dicendum ꝙ imo ad oīa. nō eñ oē peccatum circa actū auaritie nec gule nec luxurie nec vane glorie nec ire nec acidie nec inuidie est peccatum mortale: sed circa quodlibet ṗdictoꝝ quādoqꝫ cōmittimus mortale peccatū/ ꝛ aliquando veniale tm̄. Ex quolibet etiā istorū. 7. capitaliū vitiorū oritur nō tm̄ mortale sed etiam veniale peccatū. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Circa distinctionem quadragesimātertiā/ in qua Magister postꝙ determinauit de peccato in generali determinat de peccato in spiritū sanctū in speciali: Quero primo vtrū sit aliquod speciale peccatū tm̄ ī spiritū sanctū. ¶ Et videtur ꝙ sic. qm̄ scdm ꝙ dicit Magister in litera/ est quoddā genus peccati ceteris grauius ꝛ abominabiliꝰ/ qd dicit peccatū in spiritū sanctū. ¶ Cōtra. quia oēs tres ꝑsone sunt vnus deus a quo sunt oīa ṗcepta: contra que sunt omnia peccata vt dictū est in questione alia. sed faciens contra ṗceptum plurinō magis peccat ī vnū ꝙ in aliū. ergo nec aliquis magis peccat in vnam personam diuinā ꝙ in aliam. ¶ Responsio. vbi est dicendum Primo ad quesitum. Secundo est inquirendum an peccatum in spiritum sanctū possit esse in aliquo per se solum: an necessario presupponat aliqd aliud peccatum.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ tripliciter posset intelligi aliquod peccatū esse in spiritū sanctū magis ꝙ in aliquā aliarū ꝑsonarū. Uno modo ꝙ diceretur peccatū ī spiritū sanctū tm̄ qꝛ esset eius offensa ꝛ non alicuius alterius personarum. Alio modo ꝙ dicatur peccatū in spiritū sanctū quia est error vel iniuria respiciēs spiritū sanctum magis ꝙ patrem vel filium. Tertio modo peccatū in spiritū sanctū dicitur esse illud qd est directe ex aliquo opposito alicui appropriato spiritui sancto/ vel excludit aliquid qd est ipsi appropriatū magis ꝙ alicui aliarū personarū. ¶ Hoc ṗmisso/ pono tres cōclusiōes. ¶ Prima est: ꝙ nullū est nec esse potest peccatū ī spiritū sanctū vt primo modo acceptū. ¶ Hec ꝓbatur/ licet sit euidens ꝑ se: qm̄ peccatū nō pōt dici nec itelligit ī scriptura esse offensa diuina tāꝙ illud propter qd deus cōturbetur nec in aliquo immutet. non magis eñ deus de aliquo peccato offenditur ꝙ de bono nec magis gaudet de bono opere creato ꝙ de peccato aliquo isto modo. sed dicitur peccatū offensa dei: quia est illud ꝓpter qd deus ipse peccatorē affligere statuit ꝛ punire. ꝛ quia in humanis puniens aliū ꝛ affligēs offensus dicitur contra ipsum: premians autē dicitur eius amicus: ideo deus contra peccatores dicitur offensus/ aliorum aūt amicus. ¶ Sed ꝯstat ꝙ pena peccatoribus ꝓ quocūqꝫ peccato debita non magis est spiritus sancti ꝙ patris ꝛ filij etiā appropriate/ sicut nec gloria nec gratia electorū/ licet gratia seu charitas ipi appropriet. sunt eñ indiuisa ad extra opa trinitatis. ergo cū nulla culpe dicatur dei offensa nisi ratione pene sibi debite a deo peccatoribus inferende/ sequitur ꝙ nullū peccatum potest dici peccatū in spiritū sanctū isto modo: vez tāꝙ offensa sancti spiritus magis ꝙ patris. ¶ Cōfirmat. qꝛ cum offensa non dicatur de deo nisi ratione pene inflicte vel infligende ab ipo/ ꝑ ꝯsequēs peccatū quodlibet illorum in diuinis vniformiter offensa esse dicitur/ a quibus pena culpe debita ꝯsimiliter infligitur vel infligetur. sed pena cuiuslibet peccato debita ab omnibus ꝑsonis est vniformiter seu cōsimiliter infligenda. ergo ꝛc. ¶ Secunda cōclusio est: ꝙ peccatū in spiritū sanctū sumptū scdo modo est possibile ꝛ de facto. ¶ Hec ꝓbat. qm̄ cōstat ꝙ de diuersis personis diuersi sunt articuli fidei. Alius eñ est articulus respiciens patrem/ alius filiū/ alius spiritum sanctū: vt ꝙ a patre filioqꝫ ꝓcedit. sed contra diuersos fidei articulos diuersi possunt esse ꝛ fuerūt ac etiā sunt de facto errores. ergo ꝛc. ¶ Cōfirmatur. quia greci nō errant circa personā patris: cū ipm esse generantē filium cōfiteantur/ nec circa personā filij: quem filiū a patre genitum confitētur: sed errant circa spiritum sanctū negātes ipm a patre ꝛ filio ꝓcedētem. ergo ꝛc. ¶ Ex hoc vlterius sequitur ꝙ etiam possit esse peccatū in spiritum sanctum non tm̄ erroris seu infidelitatis predictum: sed etiam irreuerentie vel blasphemie seu iniurie specialis. quoniā omne qd potest intellectus distincte intelligere/ et respuere siue nolle ꝛ velle. sed persona spiritus sancti potest distincte intelligi. ergo ꝛ circa ipsam sine errore intellectam: quia vez vt a patre ꝛ a filio ꝓcedētem/ potest quis ferri indebite ipam blasphemando vel aliquā irreuerentiaz specialem ipsi ac iniuriam faciendo. ¶ Cōfirmat. quia ꝛ de facto etiā fideles quādoqꝫ orant patrem tm̄/ quādoqꝫ filium/ quādoqꝫ spiritum sanctū: vt dicētes Ueni creator spiritus reple tuoꝝ ꝛc. sed distincte aliquid intelligens distincte potest peccare in ipm ꝑ irreuerentiam vel blasphemiā aliquā specialē. ergo ꝛc. ¶ Sed qꝛ nullo ṗdictorum modorum accipitur in litera nec ꝯmuniter in scriptura peccatum in spiritum sanctū: ideo sequitur Tertia cōclusio: que est ꝙ peccatū in spiritū sanctum est possibile ꝛ multiplex vt tertio mō sumptū: vez vt ipm nō est directe in ꝑsonā spiritus sancti/ sed in aliquod ipsi appropriatū: puta in gratiā vel aliquē eiꝰ effectum. ¶ Hec declarat. qm̄ licet oē peccatū mortale sit gratie expulsiuū: tm̄ aliq̄ sunt q̄ ipi vez charitati seu gratie directe specialiter opponunt: q̄. 7. esse dicunt. Quorum alia opponūt diuine misericordie a qua ē ipa gratia: vt desperatio/ ꝛ ṗsumptio q̄ aliquis de diuina misericordia male sentit putās ipam eē q̄si dissolutā/ nō aliqua iustitia religatā/ ꝓpter qd in peccatuz audacius se ꝓijcit et immergit. Alia. 5. peccata in spiritum sanctum sunt cōtra gratiā ipam scdz se sumptā. ¶ Ad cuiꝰ euidētiā ē sciēdū: ꝙ grā spūs sancti pōt cōparari vel ad illū in quo est peccatū ī spiritū sanctū: vel ad ꝓximū ī ordine ad quē aliqs peccat isto peccato. Et ṗmo mō peccare ī gratiā

dei directe est remouere dispositiones ad ipsam habēdā peccatori necessarias. cuiusmodi dispositiões sunt cōuersio pctōris ad deū per cordis gemitū & lamentū: cōtra quā dispositionē ē finalis impenitētia & cordis obduratio seu obstinatio. ¶ Scdo aūt modo vz vt aliquis dei grā data gratis vel gratum faciens respicit alium: sic ɔtra ipsam oritur triplex peccatum in spūm sanctū. quia vno modo pōt quis venire cōtra gratiam in alio existentem tm̄ affectu interiori: & alio modo effectu seu actu exteriori. Primo modo quis venit & peccat cōtra grām alterius qñ displicet ipsi interius: & hoc pōt ɔtingere dupliciter. vno eīm mō alicui displicet bonum sui proximi: q2 ipsum apprehendit vt diminutiuum sui proprii: & tale pctm̄ in spūm sanctum dicit̄ inuidia fraterne felicitatis. Alio modo quis ɔtristat̄ de gratiis facta proximo absolute: & hoc est deterius et multo iniquius q̄ primū. Secundo quis venit vel peccat ɔtra grām & bonū proximi/ non tm̄ cōsensu interiori/ sed etiam conatu exteriori ipm̄ impugnando: & tale peccatū dicit̄ impugnatio cognite veritatis. Et sic apparet septē esse species seu modos peccatorū in spūm sanctū: per q̄ omnia peccator venit contra diuinā grām differenter/ vt est ex p̄cedentibus manifestum. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: apparet ex p̄dictis qd dicendum. quia ɔstat q̄ pctōr in spūm sanctū i p̄cedēti articulo dictor: aliq̄ sūt q̄ aliq̄ alia p̄supponūt peccata: vt desperatio/ finalis īpenitētia/ cordis obduratio vel obstinatio & īpugnatio agnite veritatis. Alia autem q̄ alia non p̄supponunt: sed ad ipsa alliciūt & inducunt: vt presumptio nimia seu confidentia fatua de diuina misericordia. Alia aūt sunt q̄ nec aliqd aliud supponūt: nec ad oīa: sz ad aliqua tm̄ trahunt: vt inuidentia fraterne felicitatis. ¶ Primū istorum apparet. quia innocens non indiget penitentia: nec per ɔn̄s finalis impenitentia/ cordis obstinatio/ & desperatio habēt locum in ipso. qdlibet eīm istorū respicit nō tm̄ vt in se existit aliqd peccatum: q2 nullus est impenitens nisi de culpa contracta: nec desperatus nisi de venia: qua non indiget nisi ex ipsa contracta culpa. non potest etiā esse induratus nisi in peccato. g̃ &c. ¶ Secūdū vz q̄ p̄sumptio nimia & inepta de diuina misericordia nō supponat aliud ante se pctm̄/ apparet. quia qd est in aliquo vel esse pōt cuiuscūq3 peccati principiū productiuum/ nullum p̄supponit in eo peccatum. sed ista p̄sumptio & falsa existimatio pōt esse in aliquo principiū eum trahens ad omne aliud pctm̄. nullum eīm est inconueniēs hmōi p̄sumptionis vel indebite existimationis peccatum p̄cedere in aliquo aliud q̄dcunq3 delictum. sed sicut timor de iustitia a culpa retrahit: ita spes ac confidentia nimia de venia obtinenda & de misericordia ad ipsam oēm culpā allicit & inducit. quare &c. ¶ Tertium/ videlicet q̄ inuidētia fraterne felicitatis non p̄supponat necessario peccatum aliud/ appet. nullum enim peccatū: sed magis proximi bonum est istius peccati inuidie obiectum. sed p̄dicta peccata in spūm sanctū ideo supponunt alia/ sz ab eis distincta/ quia ipsa respiciunt quodammodo vel sicut obiecta/ vt apparet de finali impenitentia induratione & desperatione: quorum qdlibet est de alio peccato quasi vt de obiecto: vel vt principiū motiuū: sicut impugnatio agnite veritatis supponit vel inuidētia fraterne vtilitatis/ vel excessum peruersitatis & iniquitatis. ergo &c. ¶ Qz autem hmōi vitiū non trahat sicut presumptio de diuina misericordia indifferēter ad omnia vitia: apparet. trahit tamē & inducit ad aliquod puta ad impugnationem agnite veritatis & ad omnem detractionem & murmurationem cōtra proximum ipsum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio apparet solutio ex predictis.

Secūdo quero: vtrum peccatum in spūm sanctum sit grauissimū. ¶ Et videt̄ q̄ sic. quia peccatum irremissibile grauius est q̄cunq3 alio remissibili. sed peccatum in spiritū sanctum est irremissibile quocunq3 alio remissibili existente secundū illud Matth. 12. Quicunq3 dixerit verbū cōtra filium hoīs remittetur ei: qui aūt dixerit ɔtra spūm sanctum verbū/ non remittet̄ ei nec in hoc seculo nec in futuro. ergo &c. ¶ Contra. q2 odium dei est maximum peccatorum. sed diuinū odium non est aliqd illorum peccatorum in spūm sanctum in q̄stione alia expressorum. g̃ &c. ¶ Responsio. Et primo ad quesitū. Secūdo ad qddā aliud huic annexum/ puta an sit remissibile an irremissibile istud peccatum in spiritum sanctum.

Quantum ad primum: dicitur communiter q̄ illud peccatum est grauissimū. Qd probatur tā ex eius principio ex q̄ p̄cedit/ q̄ etiam ex sibi opposito a quo auertit. ¶ Ex p̄mo sic arguit̄ scdm Grego. 25. moral. multo grauius peccat̄ studio/ hoc est ex certa industria seu malitia/ q̄ infirmitate/ & etiā q̄ ex ignorantia. sed pctm̄ ī spūm sanctū nō est ex infirmitate seu īpotētia nec ex ignorantia sed ex certa industria & libertate siue electione pura. ergo &c. ¶ Maior apparet. quia cum pctm̄ ideo scdm August. sit peccatum q2 voluntarium: per ɔn̄s ibi est plus de peccato vbi est plus de voluntario: & econuerso ibi minus vbi est voluntariū remissius. sed in peccato ex industria plus est de voluntario q̄ in peccato facto ex ignorantia/ vel in alio facto ex impotentia seu infirmitate/ hoc est ex passione aliqua inclinante. in vtroq3 eīm istorum videt̄ esse voluntarium cū nolūtario aliquo modo mixtum: non autem in peccato facto sine ignorantia seu deceptione: & etiam sine impotentia siue passione aliqua hoīem īpellēte & quodammodo cōpellēte: quale peccatū est omne qd est factum ex sola industria seu malitia. quare &c. ¶ Ex secundo vz ex opposito a quo pctm̄ ipsum auertit/ arguit̄ sic. grauius est pctm̄ quo hō ab aliq̄ effectu spiritui sancto appropriato/ vel ab eius principio auertit̄ directo. sz tale est qdlibet peccatum in spiritū sanctum/ vt apparet per singula discurrēdo. desperare eīm est refugere seu abijcere diuinam misericordiam: & per ɔn̄s grām ab ipso puenientem. p̄sumere est diuinam iustitiam negare & misericordiā spernere. omnis eīm ille misericordiam spernit q̄ sine iustitia ipsam p̄sumit. impugnare agnitā & catholicam veritatem est refugere ipsam agnitam veritatem. inuidere fraterne gratie est ipsam grām repellere: et sic de alijs. ergo &c. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: est sciendum q̄ peccatum in spūm sanctum pōt dupl'r accipi scdm p̄dicta in alia questione. Est enim vnum qd est speciale peccatum & distinctū ab alijs generibus peccatorum/ vt inuidētia fraterne felicitatis/ & īpugnatio agnite veritatis: & ad qd respicit vl'r quodcūq3 peccatum nō magis vnū q̄ alterum: vt obduratio & finalis impenitentia. esto eīm q̄ obduratio seu obstinatio sit speciale peccatū respicit tm̄ seu exigit vt obiectum non aliqd speciale tm̄: sed qdcunq3 peccatū. Quocūq3 aūt istorū modorū accipiat̄ peccatum in spūm sanctū/ dupl'r potest intelligi ipm̄ esse irremissibile. Vno modo simpl'r de potentia ordinata. Alio modo non q̄ simpl'r sit irremissibile: sed quia difficiliter. Non potest aūt aliqd peccatū dici irremissibile tertio mō puta simpl'r absolute: cū peccatum remitti non sit aliud q̄ ipm̄ ad penam non imputari: & deus nullam culpam necessario imputet ad aliquā penam/ sz tantummodo cōtingenter. ¶ Hoc premisso appet quid dicendum. Cōsi-

enim primo q peccatum in spiritum sanctum p finali impenitentia acceptum est irremissibile primo modo: vez de potentia dei ordinata. ¶ Secundo q aliud peccatum quodcumque speciale in spiritum sanctum non est irremissibile isto modo: sed difficulter remissibile. ¶ Primum apparet. constat enim q nulla mortalis culpa cum qua quis moritur / est vnquam remittenda de dei potentia ordinata: cum omnis talis puniatur pena eterna. sed peccatum in spiritum sanctum isto modo acceptum respicit vniuersaliter omne peccatum mortale: cum quo sine penitentia quis discedit. non enim finalis impenitentia de peccato veniali: sed tantum de mortali dicitur peccatum in spiritum sanctum. ergo et cetera. Non tamen finalis impenitentia sic accepta est peccatum in spiritum sanctum aliquod illorum que fuerunt in questione alia numerata / vt dicetur. ¶ Secundum / vez q peccatum in spiritum sanctum alio modo sumptum non sit irremissibile isto modo apparet. quia constat q omne peccatum quantumcumque grauissimum deus statuit homini viatori esse mediante penitentia remittendum. sed peccatum in spiritum sanctum hoc modo sumptum est peccatum viatoris in via actualiter permanentis. ergo et cetera. ¶ Tertium / vez q difficulter sit remissibile / declaratur. quoniam difficilius est penitere de peccato ex certa industria perpetrato quam de ipso ex impotentia vel ignorantia facto. sed peccatum in spiritum sanctum est vt dictum est peccatum ex certa industria factum seu perpetratum. ergo difficilius est per penitentiam repellere ipsum. sed deus statuit nullum peccatum mortale alicui remittere sine penitentia mediante. ergo et cetera. ¶ Confirmatur. quia alia peccata mortalia ab isto licet mereantur penam eternam: non tamen merentur peccatorem excludi a diuina misericordia quantum est ex conditione ipsorum immo propter ignorantiam decipientem et passionem vehementem ad peccatum inducentem merentur diuinam misericordiam penam culpe debitam remittentem. sed omnia peccata alia a peccato in spiritum sanctum fiunt aliquo istorum modorum vez aut ex ignorantia siue deceptione aut impotentia siue passione. econtrario autem: quia peccatum in spiritum sanctum fit ex certa industria / meretur penam eternam: a qua non meretur liberari per diuinam misericordiam. quoniam quod opponitur directe diuine misericordie et gratie / non meretur ipsam. sed peccatorum in spiritum sanctum aliud opponitur immediate diuine misericordie / vt patet duo: vez desperatio que misericordiam negat: et presumptio que ipsam vitiat / cum sine iustitia ipsam ponat. Alia autem opponuntur gratie per quam diuina misericordia liberat a culpa / vt duo vltima: puta inuidia fraterne felicitatis et impugnatio agnite veritatis. Alia autem remouent dispositionem ad gratiam: vt duo intermedia puta finalis impenitentia et obduratio seu obstinatio in peccato. sed quod opponitur directe diuine misericordie et gratie vel dispositioni ad ipsam seu remouet aliquod istorum non meretur diuinam misericordiam culpam per gratiam remittentem. ergo et cetera. ¶ Sed circa predicta sunt duo dubia. ¶ Primum est / an omne peccatum ex certa industria tamen factum sit peccatum in spiritum sanctum. ¶ Secundum quomodo quodcumque peccatum in spiritum sanctum est directe contra aliquem effectum spiritui sancto appropriatum. ¶ Ad primum dicendum est: q non. potest enim etiam venialiter quisque peccare ex certa industria tamen. sed constat q nullum veniale peccatum dicitur peccatum in spiritum sanctum. ergo et cetera. ¶ Loquendo etiam de peccato mortali tamen non videtur q omne mortale peccatum ex certa industria factum sit in spiritum sanctum / saltem vt peccatum istud in spiritum sanctum est speciale peccatum ab aliis distinctum. quoniam quodcumque et cuiuscumque generis peccatum potest fieri ex certa industria absque passione aliqua inclinante. et ita si peccatum sic factum esset in spiritum sanctum / non distingueretur formaliter istud peccatum ab aliquo aliorum. quare et cetera. ¶ Ex hoc sequitur: q cum aliquod peccatum inuidie sit ex passione aliqua impellente: vt quoniam est dolor seu tristitia de bono alterius non absolute sed apprehenso tanquam diminuente bonum proprium inuidentis / ergo non omnis inuidia est peccatum in spiritum sanctum / supposito q de ratione istius peccati sit q fiat ex sola industria omni passione circumscripta. ¶ Ad secundum respondetur q effectus spiritui sancto appropriati sunt spes / timor / cognitio veritatis fidei et morum / gratie fraterne bonum / detestatio cuiuscumque contra dei reuerentiam existentis / et respuitio transitorie delectationis delectationi eterne incompossibilis. ¶ Contra primum istorum / vez contra spem est desperatio. ¶ Contra secundum / vez contra timorem presumptio. ¶ Contra tertium / vez contra cognitionem veritatis eius impugnatio. ¶ Contra quartum puta contra gratiam / inuidentia fraterne gratie. talis enim puta inuidus repellit quantum in se est in se gratiam a proximo: et ideo meretur eam perdere in seipso. ¶ Contra quintum / vez contra detestationem peccatorum est propositum nunquam penitendi de peccato. quod propositum est speciale peccatum ab omnibus aliis distinctum. per quod quidem debet intelligi finalis impenitentie: que ponitur vnum illorum sex peccatorum in spiritum sanctum. licet enim istud propositum nunquam penitendi possit esse respectu cuiuscumque peccati tam mortalis quam etiam venialis: tamen ipsum secundum se sumptum est speciale peccatum a quolibet illorum de quibus est distinctum. Finalis autem impenitentia negatiue sumpta / vez pro penitentie carentia in qua moritur quilibet damnatorum non est speciale peccatum / immo non dicit aliquod peccatum ab aliis in quibus quilibet talium moritur / distinctum. licet enim homicidium sit peccatum et adulterium: et sic de quolibet aliorum: non penitere tamen vt negatiue solum acceptum non est peccatum ab illis de quibus est penitendum distinctum. quare et cetera. ¶ Non tamen est intelligendum q omne propositum nunquam penitendi sit peccatum in spiritum sanctum: sed solum illud quod est peccatum mortale: quale est propositum nunquam penitendi de aliquo mortali qualicumque peccato: non autem illud quod est tamen veniale peccatum / quale forte est propositum non penitendi de aliquo tali vel tali veniali peccato sed perseuerandi in ipso. ¶ Contra sextum et vltimum / vez contra respuitionem transitorie delectationis / est obstinatio seu induratio in peccato. per ipsam enim non videtur esse aliud intelligendum quam firmum propositum semper adherendi delectationibus peccatorum incompossibilibus delectationibus beatorum. ¶ Sic ad questionem. ¶ Ad rationem in principio respondetur: q sicut preceptum de dilectione dei non connumeratur cum aliis decem preceptis: quia est radix omnium ita nec odium diuinum quod est grauissimum peccatum: quia radix aliorum / cum per quodlibet peccatorum moueatur inordinate aliqualiter contra deum / numeratur contra aliquod aliorum. Nec per consequens est intelligendum peccatum in spiritum sanctum esse grauissimum vt ad istud: sed tamen vt ad alia omnia comparatum. Vel posset dici q est peccatum in spiritum sanctum. est enim odium directe charitati oppositum. charitas autem appropriatur spiritui sancto.

CIrca distinctionem quadragesimamquartam et vltimam: in qua magister determinat de potentia peccandi et de principatu seu presidentia seculi: Quero de istis duobus. ¶ Et primo de primo: vtrum liberum arbitrium sit potentia peccandi. ¶ Et videtur q sic. quia vnum et idem est principium male et bene seu meritorie operandi: sed posse mereri est tamen liberi arbitrii. ergo et posse demereri. sed hoc est potentia peccandi quod potest demereri. ergo et cetera. ¶ Contra. quia potentia peccandi dicit ordinem ad malum. sed liberum arbitrium est bonum quod nullum habet ordinem ad malum: sicut nec vnum aliquod quorumcumque oppositorum aliorum ad alterum. ergo et cetera. ¶ Responsio. vbi sic procedam. Primo dicam ad quesitum. Secundo inquiram an potentia peccandi sit a deo an ab aliquo alio.

Quantum ad primum: est sciendum ꝙ

potentia peccandi dupl'r potest sumi. Uno mō vt dicit absolute potētiam debite vel indebite eligendi/q̄lis est illa q̄ potest ↄformiter vel difformiter eligere recto dictamini intellectus: ⁊ hoc siue talis potentia possit exire in actum siue non ex aliquo accidēte. Alio modo potest accipi potentia peccandi magis stricte ꝓ eadem potētia supradicta/q̄ vez pōt debite vel indebite eligere ⁊ i vtrūq₃ istoꝝ actuum exire. ¶ Hic duplex modus accipiendi potētiā peccādi potest declarari in exemplo de duabus potētijs calefaciendi: puta de duob⁹ caloribus duorum ignium: quorū vnus non posset exire in actū calefaciendi nisi alius posset deo vnī ad talem actum ⁊ non alteri coagente. sicut enī calor q̄ posset in actū exire diceretur potētia calefaciendi vno modo: ⁊ alius qui non posset deo sibi non coagēte diceretur potentia calefaciēdi alio modo/vez q₂ q̄tum ē ex se tā potest in actum sicut alius calor si deus sibi coagetet sicut illi/ita ↄsimiliter est dicendū in ꝓposito de potentia peccandi. Quocunq₃ autem p̄dictoꝝ duorū modorum accipiēdo potentiā peccandi/liberum arbitriū esse potentiam peccandi dupliciter potest intelligi. Uno modo ꝙ liberum arbitriū sit aliq̄d in creatura rationali ab ipsa distinctum/cuius sit posse bene vel male eligere: ⁊ per cōsequens posse peccare. Alio modo ꝙ hmōi liberum arbitriū qd̄ dicit esse potentia peccandi/sit ab ipsa rationali creatura totaliter indistinctū. Posset etiā hic distingui de potentia peccandi peccato commissionis ⁊ de potētia peccandi peccato omissionis.

His premissis: pono tres conclusiones

¶ Prima ē: ꝙ liberū arbitriū sumptuz ꝓ aliquo a rationali creatura distincto non est potentia peccandi. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ aut liberū arbitrium qd̄ dicit esse a creatura rationali distinctū/accipit ꝓ actu arbitrandi ⁊ arbitratū libere eligendi: aut pro principio istoꝝ duorum actuuz ꝓductiuo/puta arbitrationis seu dictaminis ⁊ electionis. sed nullo istoꝝ modorum liberum arbitrium sumptū pōt poni potētia peccandi. ḡ ⁊c. ¶ Minor apparet. qm̄ constat ꝙ nec actus arbitrandi nec eligēdi est potētia peccādi. nulla enim electio est potētia peccandi/lz in ipa possit esse pctm̄. principium etiā bonoꝝ actuum productiuum non est aliq̄d a rōnali creatura distinctum/vt patuit i p̄cedentib⁹: vbi de distinctione vel indistinctiōe potētiarū aīe ab ipsa fuit actum. ḡ ⁊c. ¶ Secūda ↄclusio est: ꝙ liberum arbitriū sumptum ꝓ ipsa rationali creatura cui⁹ est imediate arbitrari ⁊ arbitratū libere eligere vel respuere/est potētia peccādi peccato ↄmissionis. ⁊ hoc p̄mo mō accipiendo potentiam peccandi quando est in gratia cōfirmata: ⁊ secundo modo qn̄ non est ↄfirmata. ¶ Hec ꝓbatur. qm̄ creatura rōnalis dicit in gr̄a cōfirmata qn̄ nō pōt peccare: nō ↄfirmata autem qn̄ pōt peccare. sed rōnalis creatura semꝑ potest peccare peccato cōmissionis sicut calidū pōt circa passum in actum calefactionis deo sibi coagēte. ergo ꝙ rationalis creatura beata nō possit in actū peccati commissionis in quem pōt creatura non beata: hoc nō potest esse nisi quia de⁹ necessarius ad oēm effectū scd̄e cause ꝓducēdū vult vni coagere ⁊ nō alteri non magis tn̄ vna q̄ alia est ex se pōt in actū pcti ↄmissionis q̄ alia: sicut nec vnū calidū in actuz calefactionis circa passum magis q̄ alterū eque intensum. sed nō potens exire in actū peccandi ꝓpter deū sibi nō coagētē: in quē tn̄ posset ipso sibi coagente/dicit potentia peccandi p̄mo modo: potens autez exire deo coagente sibi de facto siue coagere statuēte de potentia peccandi secundo modo accepta. ergo ⁊c. ¶ Ex p̄dictis sequitur corollarie: ꝙ in qualibet rationali creatura btā est potentia peccandi/immo ipsa creatura est potētia peccandi p̄mo mō acceptā. nō enī aliter nō beatus pōt peccare difformiter recto rōnis dictamini eligendo: q̄ posset esto ꝙ nunq̄ de facto peccaret btūs si de⁹ vniformiter vtriq₃ coassisteret ipsis ⁊ i qd̄ cūq₃ eis possibile vniformiter ⁊ ↄsiliter coagere statuēdo sicut p₃ in exēplo p̄dicto superius de plurib⁹ calidis eq̄ perfectis: quoꝝ vnū nō potest esse q̄tū est ex se magis calefactiuū q̄ alterū. quare ⁊c. ¶ Sed ↄtra p̄dicta forsitan argueret. qm̄ liberū arbitriū conformatū voluntati impeccabili ⁊ inobliquabili/qualis est diuina/nullo modo pōt peccare. sed liberuz arbitriū btōꝝ est diuine volūtati q̄ ē regula inobliquabilis ⁊ impeccabilis/conforme. ergo nō potest peccare. ¶ Respondet ꝙ per hoc liberū arbitriuz beatoꝝ dicitur diuine voluntati conforme: q₂ non potest eligere aliq̄d contra dictamen rationis recte. ꝙ aūt hoc non possit/est quia deus ad hoc ipsi non coagere statuit alioqui deo sibi volente coagere ad omnia sibi possibilia vniformiter sicut prius/ↄsimiliter posset bene ⁊ male eligere: ⁊ per ↄñs peccare vt prius. Concedo igit totā rōnē ⁊ cōclusionem/vez ꝙ btūs non potest peccare: q₂ diuine voluntati concors ꝓpter rationem dictam. ¶ Conclusio tertia est: ꝙ liberum arbitrium p̄dicto modo puta pro rationali creatura acceptū est potentia peccandi peccato omissionis etiā deo ipsi non coagente nec coagere statuente. ¶ Hec apparet. qm̄ tale peccatum non consistit in alicuius ꝓductione sed tn̄ in omissione alicuius act⁹ debiti ab omittēte. sed licet ad agendū sit cuicūq₃ scd̄e cause necessaria actiō p̄me cause: non tn̄ est ipsi necessaria ad nō agendū: nec per ↄñs ad aliq̄d omittēdū. ḡ ⁊c. ¶ Cōfirmat. q₂ non magis creature rationali est necessaria actio p̄me cause ad nō agēdū puta ad actum aliquē sibi debitū omittēdū q̄ calido ad non calefaciēdū ⁊ cuicūq₃ alteri cause secunde ad non ꝓducendum effectum sibi debitum. sed nulla causa secunda indiget p̄ma coagente ad non agendum sed tn̄ ad agendum. hmōi aūt omissionis peccatum nō dicit nec exigit alicuius actus ꝓductionē sed eius suspensionez. ḡ ⁊c. ¶ Si forte contra hoc arguat: q₂ tunc videret ꝙ quilibet beat⁹ posset peccare saltem isto modo peccato omissionis/lz non commissiōis ¶ Ad hoc potest dici ꝙ non sequitur. qm̄ hmōi omissionis pctm̄ est suspensio seu p̄termissio non cuiuscunq₃ actus sed illius solius q̄ est debit⁹ ⁊ necessarius omittenti. sed beatus quilibet non est ad aliud actum q̄ ad beatificum obligatus: nec ad istū etiā vt in se sumptū est obligatus cum non sit in sua potestate: sed ad transeūdum ꝑ eū sup eius obiectum/vez deū diligēdo ipm̄. hoc aūt non potest omittere actu beatifico in ipso continue existente: ḡ nullius alterius actus omissio pōt esse peccatum in eo. q̄re ⁊c. ¶ Ex p̄dictis appet ꝙ bene dixerūt illi qui dicūt ꝙ potentia peccandi est liberum arbitrium nō absolute sūptū sed tn̄ illud qd̄ est de nihilo ꝓductum. oportet enī illud liberū arbitrium citra p̄mū qd̄ est impeccabile ⁊ inobligabile/ē de nihilo ꝓductum q₂ creatum: ⁊ talis est potentia peccandi aliquo p̄dictoruz modoꝝ. ¶ Nec valet qd̄ obijciūt ↄtra hoc aliqui de beatis quorum liberū arbitriū ē creatum: nec tamen pōt peccare: vt ex p̄cedentibus est ostensum. ¶ Hec de primo.

Quantum ad secundum: dicunt aliqui

ꝙ potentia peccandi dupl'r vel tripl'r pōt accipi. Uno mō vt dicit immediatū ordinē ad actū peccandi substratum. Alio modo vt dicit hmōi ordinis fundamētum. Si p̄mo modo/sic dupl'r: q₂ aut ordo ille est ad actum substratum aut ad eius difformitatem q̄ est formaliter ipm̄ pctm̄. Si p̄mo modo: talis ordo vtiq₃ est a deo: sicut vtrūq₃ eius extremum puta actus pcti positiuus ⁊ liberū arbitriū qd̄ est eius principiū ꝓductiuū. Scd̄o aūt modo ordo sūpt⁹

nõ est aliquid sicut nec eius terminus qui ẽ peccatũ for-
maliter sumptũ. ⁊ ideo talis ordo non põt esse a deo sicut
nec pctm̃. Accipiẽdo aũt potentiã peccandi vltimo mõ
vz ꝓ fundamento ordinis ad actum peccati substratuz
constat ꝙ potentia hmõi est a deo: cum talis potẽtia sit
intellectualis natura. ¶ Sed hic mod⁹ dicendi lz non in
conclusione principali quã ponit/tñ in aliis antecedenti
bus q̃ assumit/deficit: quando dicit ꝙ potentia peccandi
põt accipi ꝓ ordine ad actum substratum. quem ordinem
dicit esse aliq̃d positiuum ab vtroqꝫ extremorum eius di-
stinctũ: puta ab actu ipso producto ⁊ ab eius principio ꝓ
ductiuo. Hoc siq̃dem non est verum: nã tunc nullam cñ cãm
secundam ⁊ eius effectum est talis ordo medius ponen-
dus tanq̃ forma aliqua positiua ab ipsa secunda causa ⁊
a suo effectu distincta/vt in principio huius libri ꝓlix⁹
est ostensum. q̃ lz actus hmõi substratus sit effectus posi-
tiu⁹ sui fundamenti puta liberi arbitrii: ex hoc non debz
inferri aliq̃s talis ordo tanq̃ res aliqua positiua ab istis
duob⁹ extremis distincta. ¶ Cõfirmatur. qr creatura ra-
tionalis male vel bene eligens non producit aliquid nisi
actum hmõi absolutũ/vz debite vel indebite electiõis
nec est verisimile ꝙ ordo hmõi quẽ tu ponis/causet a deo
nec põt causari ab aliquo alio. q̃ ⁊c. ¶ Preterea. qr aut
hmõi ordo ꝑcedit actũ/aut sequitur ipm̃/vel est simul cum
eo. Sed nõ potest dici ꝙ ꝑcedat: qr creatura rationalis
q̃ eligit vel respuit primo ⁊ immediate post dictamen intel
lectus practicũ/ ponit actum. Nec ꝙ simul fiat hmõi ordo
cum actu: qr nulla forma ꝓducit in eligente vel respuẽte
alia ab actu eligendi vel respuẽdi supponente actũ prac-
ticum dictandi. Nec sequitur/ propter eandem ratio-
nem: vel esto ꝙ sequatur/propter ipsum talem ordinem
non ordinatur eius subiectum seu fundamentum qḋ dici
tur esse liberum arbitrium/ ad actum eius terminũ: cum
priora non sint ordinata per posteriora ꝑsupponentia ip
sa existere ordinata. quare ⁊c. ¶ Cõfirmatur. qr ois rela-
tio scḋm ponentes eam est ab extremis effectiue: ⁊ ẽ po-
sterior eis ordine nature. sed priora vt dictũ ẽ non possũt
posteriori aliquo ordinari amplius q̃ seipsis. non video
etiam ꝙ absoluta extrema magis aliqua mediante for-
ma relatiua possint ordinari formalr̃ q̃ seipsis. q̃re ⁊c. ¶ Pre
terea secũdo ostendo ꝙ esto ꝙ talis relatiuus ordo pone
ret inter peccatum seu eius actum substratũ siue funda-
mentum vel principium ꝓductiuum/nõ deberet dici nec
posset potentia peccãdi ordo hmõi. qm̃ sicut potentia ca-
lefaciendi dicit illud a quo põt esse calor: non aũt illḋ a q̃
potest esse aliq̃d aliud a calore: nec etiam illud qḋ potest
esse a calore qḋ q̃dem nõ est calor: sic consimilit potẽtia
peccandi dicitur denominatiue illud a q̃ potest esse act⁹
peccandi: non aũt illḋ a q̃ põt esse aliq̃d aliud a tali actu
commisso vel omisso. Nec aliq̃d qḋ nõ est pctm̃ vt ei⁹ sub
stratũ/dicitur potentia peccandi/esto ꝙ sit ab ipsa poten
tia peccandi. Sed ꝯstat ꝙ ordo hmõi/si ponat/nõ est pec
catum formalr̃ nec materialiter sumptum/nec est illud a
quo est ipsum peccatum: sed est ab ipsa potentia peccan-
di non inquantum potentia peccandi: cum ab ipsa vt ta
lis non sit nisi peccatum: sicut nec a potentia calefaciẽdi
nisi calor. ergo hmõi ordo non põt dici potentia peccãdi
esto etiam ꝙ ponatur. ¶ Confirmat. quia qḋ est a pecca
to seu actu ipsi substrato/non põt esse potentia peccandi
nec cñ potentia peccandi est a peccato sed potius econ-
uerso. sed hmõi relatiuus ordo non tñ est a potentia pec
candi si ponat/sed etiaz ab actu peccandi ꝓductor: cũ ois
relatio vt dicunt sit ab extremis vel saltem a fundamẽto
⁊ hic ponatur relatiuus ordo non tñ potentie peccandi
ad actum: sed ecõuerso ipsius actus ad potentiam. q̃ ⁊c.
¶ Et ideo aliter est dicendum. ¶ Ad cuius euidentiam
est sciendum: ꝙ nec actiua potentia nec passiua signant
aliquid per se vnum: sed multa: puta potentia actiua im-
portat formã aliquã absolutã ⁊ ꝯnotat effectũ ipsi possi
bilẽ effectiue: sicut ⁊ potẽtia passiua similiter significat ma
teriam vel subiectum/⁊ ꝯnotat actum aliquem siue for-
mã sibi possibilem subiectiue. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ potẽ
tia peccãdi/de qua queritur in proposito/dicat tria/duo
vz positiua puta creaturam intellectualem peccabilem
⁊ actum commissum vel omissum ipsi possibilem: ⁊ tertio
importat aliquid priuatiuum puta illius actus deformi
tatem q̃ est formaliter ipm̃ peccatum. ¶ Hoc premisso et
ꝑsupposito ex alibi declaratis/appet quid dicendum ad
questionem qua querit a quo sit potentia peccandi. qr
tria importat: quorum primũ puta liberum arbitrium ꝓ
rationali creatura sumptũ est a deo tñ. Scḋm vz actus
commissus/a deo ⁊ ab agente creato puta ab ipso libero
arbitrio. Tertium aũt qḋ est priuatiuum puta ipm̃ pec-
catũ vt formaliter sumptum/est tñ a libero arbitrio crea
to: non autem a deo. ¶ Hoc põt declarari in exemplo de
potentia intellectiua. de q̃ si querat a quo sit/ non potest
dici ꝙ tñ sit a deo nec tñ ab agente creato. qm̃ duo impor
tat/puta intellectualem ⁊ substantialem formam ⁊ acci-
dentalem: puta intellectionem sibi possibilẽ. Primũ aũt
istorum est tñ a deo. Secundum aũt põt esse ab ipso ⁊ ab
agẽte creato. Si tñ potentia intellectiua dicatur tñ de
principio intellectionis ꝓductiuo ⁊ receptiuo actu circũ
stantionato a solo deo/ẽ intellectiua potẽtia sic accepta.
Consimiliter per ois de potentia peccandi in ꝓposito ẽ
dicendum. ¶ Sic ad questionẽ. ¶ Ad rõnem in principio
qñ dicit ꝙ liberum arbitrium est bonum qḋ nullũ habet
ordinem ad malum: si intelligas ꝑ hmõi ordinem formaz
aliquam per se vnam positiuam ab ipo libero arbitrio ⁊
a malo distinctam/concedo: qr nec potentia peccandi est
est aliquem talem ordinem: sed importat seu connotat ip
sum malum puta peccatuz. qḋ quidẽ est a libero arbitrio
lz bono. ipm̃ enim lz bonum formaliter est malum virtua
liter/ ꝓ quanto ad malum morale seu peccatum est indif
ferens ⁊ ad bonum. non cñ malum seu peccatum potest
esse magis q̃ bonuz a malo sed a bono tñmõ effectiue/eo
modo quo peccatum dicitur habere causam aliquam ef-
fectiuam/vt fuit in precedentibus declaratum.

Vltimo quero de secundo: vide
licet de potestate seu principatu seculi: vtrum
hmõi secularis potentia presidendi sit a deo
¶ Et videtur ꝙ sic per Apostolum sic dicẽtẽ
13. c. ad Ro. Omnis aĩa potestatibus sublimioribus sub-
dita sit. Cuius rationem innuit cum subiungit. Non cñ ẽ
potestas nisi a deo. ¶ Cõtra. quia qḋ nihil est nec a deo
nec ab aliquo esse potest. sed hmõi potestas nihil est. non
cñ põt dici ꝙ sit forma aliqua absoluta: nec etiam respe
ctiua. q̃ ⁊c. ¶ Responsio. vbi sic ꝓcedam. Primo cñ ind
ram quid per hmõi potestatem sit intelligendum. Secũ
do dicam ad quesitum / vz an potestas hmõi sit a deo.
Tertio/an fuisset etiam talis potestas in statu innocen-
tie. Quarto/an subditi teneantur dominis temporalib⁹
obedire.

Quantum ad primum: est opinio quo
rundam dicentium ꝙ hmõi potentia presidendi seu do-
minandi importat respectum aliquem realem domini
ad seruum: sicut ⁊ seruitus est respectus conuersus subdi
ti ad dominum ꝑsidentem. q̃ q̃dem respectus mutu⁹ cau
satur ꝑ actum voluntatis siue consensum mutuum extre
morum. sicut exemplificãt de matrimonio in quo causat
in vtroqꝫ ꝯiugũ relatio mutua dominij que est potestas
corporum ipsorum ꝑ actum seu cõsensum mutuum eorũ

¶ Alij dicũt ꝙ potestas hmõi dominandi dicit respectũ aliquem non realem/ sȝ tñmodo rationis. ¶ Sed neuter istoꝝ modoꝝ dicendi est rationabilis nec possibilis. Et ideo arguo contra vtrũq. ⁊ primo contra primum sic. potestas est illud quo quis potest in aliquid: sicut potestas calefaciendi illud a quo calor est possibilis. sed esto ꝙ talis relatio poneret/ ꝓpter ipsam nullus posset in aliquid ergo nec ipsa potest dici potestas/ esto ꝙ ponatur. ¶ Cõfirmat. quia non magis potestas dominandi dicit aliquẽ respectum realem nec etiam rationis dñi ad seruum: q̃ potentia calefaciendi dicat aliquem talem respectum caloris productiui ad calorem sibi possibilem. sed potestas calefaciendi non dicit aliquẽ talem respectum. qm̃ soluȝ dicit illud a quo põt fieri calor. talis autẽ non est forma aliqua respectiua. ẜ cum nec potestas dominandi dicat nisi illud quo dñs potest seruum regere ac ob indebita coercere ⁊ qñ oportet punire/ quoꝝ nullũ ipsi cõuenit ꝑ respectũ: sequitur ꝓpositũ/ veȝ ꝙ potestas nullum importat ordinẽ respectiuum. ¶ Preterea/ aut hmõi relatio dominij causatur in dño a seipso vel a seruo. sed nullum horum potest poni: vel esto ꝙ ponatur/ habetur intẽtum/ veȝ ꝙ potestas non importat t alem respectum. quoniã nec dñs est potens super seruum nec seruus est domino obligat⁹ ꝓpter aliq̃d in aliquo ipsorum ab altero vel a seipso causatum: cum solis extremis absolutis positis quocunq alio circumscripto vnum alteri sit subiectum. ẜ ⁊c. ¶ Secundo ostendo ꝙ etiam talis relatio non sit ponenda vt ab eis ponit. qm̃ aut intelligunt ꝙ causetur realiter per actum volũtatis: aut ꝙ sit sequela ipsius. Sed nõ potest poni primum. qm̃ anima per actum voluntatis nõ causat formam aliquam realem in obiecto volito/ sicut nec per actum intellectus ĩ obiecto intellecto: nec per actum aliquem alium cognitiuum in obiecto cognito. Nec põt poni scdm/ puta ꝙ hmõi relatiões dominij ⁊ seruitutis sint ꝯsequẽtes actũ volũtatis sicut paternitas ⁊ filiatio actũ generationis. q: si post actũ consensus ꝯsequerentur huiusmõi relatiões/ ⁊ post superueniẽtẽ actũ oppositum/ veȝ dissensus tollerent. hoc aũt ẽ falsuȝ. nihil enim ꝓpter dissensum tollit ab aliquo dissentiẽtium qd ad seruitutẽ ptineat nec ad dominium. ergo ⁊c. ¶ Cõfirmatur. q: esto ꝙ relationes consequerentur ⁊ ponerent post actum voluntatis/ nõ possent esse effectiue ab alio q̃ ab extremis. hoc autem poni non potest: tũ quia vt dictum est intellectualis natura per nullũ actum intelligendi vel volẽdi ꝓducit in obiecto intellecto vel volito aliquid effectiue: tum quia nulla talis relatio ponitur de nouo nisi posito nouiter aliquo eius extremo/ puta fundamento vel termino hic aũt nullũ extremoꝝ ponit nouũ: sed tm̃ actus siue cõsensus mutuus ipsorum. ergo ⁊c. ¶ Preterea si dominiũ importaret respectũ aliquem causatum per p̄cedentem cõsensum: tunc sequeretur ꝙ posset destrui ipm hmõi dominium per subsequentem dissensum. hoc autem est falsum. ergo ⁊c. ¶ Cõtra secundum modum dicẽdi illorum q̃ ponunt ꝙ potestas hmõi dominandi dicat respectũ aliquẽ rationis/ arguo. qm̃ aut ꝑ hmõi respectũ intelligunt aliquid positiuum ab extremis distinctum: aut nõ. Si nõ/ nihil ad ꝓpositum: q: tunc potestas secundum hoc non dicit aliquid aliud q̃ extrema. Si autem dicant ꝙ relatio huiusmodi rationis est aliquid positiuum ab extremis distinctum: aut est realiter in aliquo extremorum: aut tantuȝ intentionaliter. Sed nõ potest poni primũ: q: tũc nõ esset relatio rationis: sed realis. Nec secũdũ/ ꝓpter duo ꝑdicta que ꝯtra opinionẽ aliã sunt arguta. veȝ Primo: q: esto ꝙ ista relatio isto modo intentionaliter in aliquo poneretur nõ posset dici potestas: cum ab ipsa nec ꝓpter ipsam non posset aliq̃d fieri/ sicut de relatione reali superius est argutum. Scdo. q: nec etiam talis ratiõis relatio magis q̃ relatio realis aliqua potest poni: vt potest ꝓbari consimiliter sicut de relatiõe reali superi⁹ est ꝓbatũ. ẜ ⁊c.

¶ Et ideo aliter est dicendum. Ad cuius euidentiam/ est sciendum ꝙ sicut potentia calefaciendi non dicit formaȝ aliquam per se vnam: sed significat caloris ꝓductiuum principium/ ꝯnotando ipsi possibilem effectũ/ sicut alias fuit prolixius declaratum: ita de potestate quacunq dominandi ⁊ qualitercunq presidẽdi consimiliter ꝑ omnia est dicendũ/ veȝ ꝙ nec dominium nec seruitus dicunt formam aliquam per se vnam: sȝ vtrũq horum est nomen cõnotatiuum significans diuersa ⁊ eadem lȝ ordine conuerso. Dominium em̃ primo importat superiorem: ⁊ secundo connotat inferiorem. ⁊ econuerso seruitus primo inferiorem/ ⁊ scdo superiorem. ¶ Et ideo tũc ad propositum accedendo/ dico: ꝙ sicut potestas conficiendi vel peccatores absoluendi non est vt declarabitur in quarto aliũ q̃ sacerdos potens verba ꝓferre cui de⁹ assistit ⁊ assistere statuit ad panem conuertendum in corpus suum ⁊c. ⁊ ad penitentem confessum veraciter absoluenduȝ: ita consimilit nec potestas dominandi debita est aliud a duobus extremis quorum vnum est ad obediẽdum alteri obligatum. qd nõ est ꝓpter relationem realem nec rationis nec aliquã aliã formã in aliquo ipsorum causatam: vt imaginant opiniones due predicte: sed ex aliorum de quo in sequenti articulo erit sermo. ¶ Hec de primo.

Quantũ ad secundum: est sciendum ꝙ potestatem huiusmodi seu p̃cipatũ esse a deo/ potest dupliciter intelligi. Uno modo ꝙ sit ab ipso tanq̃ res aliq̃ per se vna/ modo quo omnis creatura ẽ alia ab ipso. Alio modo ꝙ sit ab eo nõ tanq̃ forma aliqua per se vna ab extremis distincta: sed quia ꝙ vnum extremorum sit obligatum alteri ad obediendum ipsi qd p̃ esse dicit potestas huiusmodi/ sit ab ipso. Qd etiã põt intelligi dupl̃r: q: vl̃ ꝙ sit ab ipso immediate statuente: vel ꝙ sit ab ipso non statuẽte: sed statutuȝ alterius approbante: vel etiam tertio ꝙ sit ab ipso non statuente: nec etiam approbãte sed tm̃modo permittente. ¶ Hoc p̃misso dicendum est ad q̃stũ. ¶ Primo ꝙ potestas p̃sidendi seu dominandi vt primo modo sumpta/ veȝ pro forma ab extremis distincta: nec est a deo nec ab alio aliquo. ¶ Scdo ꝙ potestas hmõi secundo modo sumpta est a deo aliquo predictorum trium modorum/ veȝ aut vt ab instituente immediate: aut vt ab approbante: aut tertio vt a permittente. ¶ Primum apparet. quoniam vt probatũ ẽ in alio articulo/ nihil ẽ nec per consequẽs ĩ aliquo eẽ potest hmõi potestas dominãdi seu potentia sic accepta. quare ⁊c. ¶ Secundum etiaȝ declaratur. qm̃ aliquem potestatem deus per se imediate instituit: vt ecclesiasticã/ q̃ respicit aliq̃d soli deo possibile: puta conuersionẽ panis in corp⁹ suũ ⁊ vini in sanguinem: ⁊ absolutionem penitentis a peccatis contractis. ⁊ etiam potestas aliqua secularis vt monarchie ⁊ notabiles principatus fuerũt a principio isto modo a deo. Qd probat per illud .i. Esdre. c.i. Hec dicit Cyr⁹ rex Persarum: omnia regna terre dedit mihi dñs deus celi ⁊ terre. Et hoc idem apparet Ezechielis primo: vbi glossa exponit visionem quatuor animaliũ de quatuor monarchijs diuinit⁹ institutis. Aliques autem alias seculares potestates ab hominibus institutas deus ipse approbauit: vt omnes que per electionem ⁊ volitionem hoim fuerunt postea debite introducte. sic em̃ secundum August. deus res quas condidit administrat/ vt ipsas suas operationes ⁊ motus agere sinat. Dispositio autẽ humana sufficit ad institutionem ⁊ ꝑmissionem talium secularium potestatum ⁊ inferiorum principatuum. Alias aũt potestates vt tyrannorum sibi terras ⁊ terraruȝ ⁊ locorum dominia vsurpantium deus non approbat nec instituit: sed per

mittit. ¶ Hec de secundo.

Quantum ad tertium: est sciendum quod duo sunt actus principatus ⁊ secularium potestatum: vȝ dirigere alterum ⁊ punire ac cohibere ipsum. Propter vtrunque horum actuum est necessarius princeps ⁊ vtilis bono communitatis. Est siquidem primo necessarius propter primum. quoniam non omnes homines sunt equaliter preditti discretione naturali nec lumine intellectus: nec per consequens omnes sciunt sufficienter ⁊ prudenter regere semetipsos: propter quod indigent aliquo dignitate superiore a quo regantur ⁊ debite dirigantur. quem/vȝ sui ⁊ aliorum directorem oportet esse preditum lumine rationis. Et ideo dicit philosophus primo Politi. quod prediti mente sunt apti ad regendum. potentes autem corpore ad assequendum. Quod etiam secundus actus vȝ coercere ⁊ punire / sit necessarius et expediens communitati hominum: probatur. quia non omnes sunt amatores virtutis: nec agunt virtuose: ⁊ ideo necessarius est superior vt compellat ad obseruantiam legum et ad virtuose agendum: ⁊ puniat transgressores. Ista duo sunt ex quibus probatur principatus esse necessarius ⁊ expediens communitati hominum ad bene viuendum. quoniam constat predictos duos actus esse necessarios ad bene viuere totius communitatis. sed huiusmodi duo actus constituunt rationem principatus. ergo ⁊c. ¶ His premissis apparet quid ad istum articulum sit dicendum. Constat enim quod non fuisset necessarius in statu innocentie principatus quantum ad secundum actum duorum predictorum/vȝ quantum ad compellendum ⁊ puniendum: fuisset tamen expediens ⁊ vtilis quantum ad aliud primum actum/vȝ ad regendum. ¶ Primum probatur. quoniam actus compellendi ⁊ puniendi est necessarius ⁊ expediens in statu nature lapse propter indebite ⁊ male agentes. sed in statu innocentie nullus male egisset: ergo nec propter istum actum principatus ibi necessarius fuisset. ¶ Secundum autem: vȝ quod propter alium actum puta ad dirigendum/ibi principatus fuisset ⁊ expediuisset/probatur. quoniam licet nullus male egisset: tamen non quilibet equaliter preditus fuisset naturali discretione ⁊ lumine rationis: immo vnus fuisset in hoc inferior quam alius. sed superior in discretione ⁊ naturali ingenio rationis est aptus regere alium inferiorem secundum debitam rationem: ergo in statu innocentie congrue fuisset potestas ⁊ dominatio in vno ad aliorum directionem licet non ad ipsorum punitionem. ¶ Hec de tertio.

Quantum ad quartum & vltimum constat dominis temporalibus esse obediendum/iuxta illud prime Petri. 2. Subditi estote omni humane creature propter deum: siue regi quasi precellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis. ⁊ infra. Serui subditi estote in omni timore dominis non tantum bonis ⁊ modestis: sed etiam dyscholis. ¶ Hoc autem est intelligendum quantum ad illa ab eis imperata: que non sunt contra diuina beneplacita/consilia/ ⁊ mandata. Unde Augustinus in libro de verbis domini sermo. sexto de hoc loquens sic dicit. Si potestas iubeat aliquid quod non debeas facere/hoc sane contemne. Potestatum ipsarum humanarum rerum gradus aduerte. si aliquid iusserit curator nonne faciendum est? si contra proconsul iubeat. non vtique contemnis potestatem si elegeris maiori seruire. nec hinc debet minor irasci si maior prelatus est rursum si aliquid proconsul iubeat: ⁊ aliud imperator: ⁊ aliud deus iubeat/deo seruiendum est. Deo enim seruire regnare est. Propter eius ei seruitium ⁊ promptum famulatum regnum consequimur sempiternum. ad quod nos perducat ipse trinus ⁊ vnus deus/qui cum patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat. Amen. Laudetur Christus benedictus rex ⁊ princeps eterne glorie in seculorum secula. Amen.

Finis auspicatus disputatorum in Primum & Secundum Sententiarum libros per Venerabilem Patrem Guilhelmum de Rubione Ministrum Prouinciæ Aragoniæ ordinis. F. Minorum: impressorum apud Parrhisios accuratione Iodoci Badii Ascensii: Impensis autem eiusdem: & Michaelis Conradi: nec non Simonis Vincentii bybliopolarum laudabilium. Ad Calendas Martias sub annum Sesquimillesimum decimumoctauum.